IPsis est aër avibus non æquus, & illæ Præcipites altâ vitam sub nube relinquunt. — 3. *Geor.* 54
† Consurgunt venti, atque in nubem cogitur aër. — 5. *Æn.* 20
* Apparet liquido sublimis in aëre Nisus. — 1. *Geor.* 404
† Si nigrum obscuro comprehenderit aëra cornu. — 428
* Intereà toto non seciùs aëre ningit. — 3. *Geor.* 367
† At Venus obscuro gradientes aëre sepsit. — 1. *Æn.* 411
* --mox aëre lapsa quieto-- Radit iter liquidum.-- — 5. *Æn.* 216
† Aret ager, vitio moriens sitit aëris herba. — 7. *Ecl.* 57
* Aëris in campis latis, atq; omnia lustrant. — 6. *Æn.* 887
† Nec gemere aëriâ cessabit turtur ab ulmo. — 1. *Ecl.* 59
* Ipse locum, aëriæ quò congessêre palumbes. — 3. *Ecl.* 69
† Præceps aërij speculâ de montis in undas Deferar.-- — 8. *Ecl.* 59
* --quales cùm vertice celso Aëriæ quercus.-- Constiterant.-- — 3. *Æn.* 679
† Monte sub aërio, qui nunc Misenus ab illo. — 6. *Æn.* 234
* Collectæ ex alto nubes, ruit arduus æther. — 1. *Geor.* 324
† Diffugiunt armenta, furit mugitibus æther. — 3. *Geor.* 150
* Intonuêre poli, & crebris micat ignibus æther. — 1. *Æn.* 90
† Illa levem fugiens raptim secat æthera pennis. — 1. *Geor.* 409
* Ante leves ergo pascentur in æthere cervi. — 1. *Ecl.* 60
† Tum cruor, & vulsæ labuntur ab æthere plumæ. — 11 *Æn.* 724
* Ætheriâ quos lapsa plagâ Iovis ales aperto Turbabat cœlo.-- Cycnos.-- — 1. *Æn.* 394
† --si vescitur aurâ Aetheriâ.- — 546
* (*Apes*) --liquidum trans æthera vectæ. — 7. *Æn.* 65
† Turbatis distractus equis, ad sydera rursus Aetheria, & superas cœli venisse sub auras. — 767
— 11. *Æn.* 595
* Aetheriâ tum fortè plagâ crinitus Apollo Desuper Ausonias acies, urbemq; videbat Nube sedens.-- — 9. *Æn.* 638
† --nec in vacuum poterunt se extendere rami. — 2. *Geor.* 287
* Aëra per vacuum ferri, atque assurgere in auras. — 3. *Geor.* 109
† Nec mihi tum molles sub divo carpere somnos. — 435
* --illæ (*Aves*) altum nidis petiêre relictis. — 2. *Geor.* 210
† Per Superos, atq; hoc cœli spirabile Numen testor. — 3. *Æn.* 600

12.Æn.906 † Tum lapis ipse viri vacuum per inane volutus.
6. Ecl. 31 * Namq canebat uti magnum per inane coacta
Semina terrarum, animæq; marisq; fuissent.
12 Æn.354 † Ante levi jaculo longum per inane sequutus.
4.Geor.196 * (-*pes lapillis.*--) sese per inania nubila librant;
4. Ecl.51. † Terrasq; tra usq; maris, cœlumq; profundum.
1. Geor.397 * Tenuia nec lanæ per cœlum vellera ferri.
3.Geor.279 † Nascitur,& pluvio contristat frigore cœlum.
5.Æn.517 * Decidit exanimis, vitamque relinquit in astris.
12.Æn.247 * Namq; volans rubrâ fulvus Iovis ales in æthrâ.
2.Geor.364 † Palmes agit laxis per purum immissus habenis.

v. Cœlum, Altus, Volare, Nubes.

ÆSTAS, ÆSTIFER, ÆSTIVUS.

2. Ecl. 8. NVnc etiam pecudes umbras, & frigora captant.
Nunc virides etiam occultant spineta lacertos:
Thestylis & rapido fessis messoribus æstu,
Allia, serpillumq; herbas contundit olentes.
7. Ecl. 47 † - jam venit æstas
Torrida, jam læto turgent in palmite gemmæ.
1. Geor. 65 * --glebasq; jacentes
Pulverulenta coquat maturis solibus æstas.
298 † Et medio tostas æstu terit area fruges.
312 * Atq; ubi jam breviorq; dies, & mollior æstas.
2. Geor.353 † Hoc, ubi hiulca siti findit Canis æstifer arva.
372 * Aut gravis incumbens scopulis arentibus æstas.
3. Geor.297 d -- dum mox frondosa reducitur æstas.
322 * At verò Zephyris quum læta vocantibus æstas.
4. Geor. 52 † Quod superest, ubi pulsam hyemem Sol aureus egit
Sub terras, cœlumq; æstivâ luce reclusit.

v. Calere.

ÆTAS.

3.Geor.165 DVm faciles animi juvenum, dum mobilis ætas.

v. Iuventa, Tempus.

ÆTAS AUREA, SATURNIA regna.

1. Ecl. 50 NOn insueta graveis tentabunt pabula fœtas:
Nec mala vicini pecoris contagia lædent,
Fortunate senex, hic inter flumina nota,

Et fonteis sacros, frigus captabis opacum.
Hinc tibi, quæ semper vicino ab limite sepes,
Hyblæis apibus florem depasta salicti,
Sæpe levi somnum suadebit inire susurro.
Hinc altâ sub rupe canet frondator ad auras.
† Vltima Cumæi jam venit carminis ætas, 4. Ecl. 4
Magnus ab integro sæclorum nascitur ordo,
Iam redit, & virgo, redeunt Saturnia regna, &c.
* At tibi prima, puer, nullo munuscula cultu 18
Errantes hederas passim cum bacchare tellus,
Mixtaq; ridenti colocasia fundet acantho:
Ipsæ lacte domum referent distenta capellæ
Vbera, nec magnos metuent armenta leones;
Ipsa tibi blandos fundent cunabula flores,
Occidet & serpens, & fallax herba veneni
Occidet: Assyrium vulgò nascetur amomum.
† Molli paulatim flavescet campus aristâ: 28
Incultisq; rubens pendebit sentibus uva,
Et duræ quercus sudabunt roscida mella.
* Cedet & ipse mari vector, nec nautica pinus 38
Mutabit merces: omnis feret omnia tellus.
Non rastros patietur humus, non vinea falcem.
Robustus quoque jam tauris juga solvet arator;
Nec varios discet mentiri lana colores,
Ipse sed in pratis aries jam suave rubenti
Murice, jam croceo mutabit vellera luto.
Sponte suâ sandix pascentes vestiet agnos.
* Nec lupus insidias pecori, nec retia cervis 5. Ecl. 60.
Vlla dolum meditantur: amat bonus otia Daphnis.
* Ante Iovem nulli subigebant arva coloni, 1. Geor. 125
Nec signare quidem, aut partiri limite campum
Fas erat, in medium quærebant, ipsaque tellus
Omnia liberiùs, nullo poscente, ferebat.
† Hîc ver assiduum, atq; alienis mensibus æstas, 2. Geor. 149
Bis gravidæ pecudes, bis pomis utilis arbos:
At rapidæ tigres absunt, & sæva leonum
Semina: nec miseros fallunt aconita legentes, &c.
* Non alios primâ crescentis origine mundi 336
Illuxisse dies, aliumve habuisse tenorem
Crediderim: ver illud erat, ver magnus agebat
Orbis, & hybernis parcebant flatibus Euri.
† Illum non populi fasces, non purpura Regum 495
Flexit, & infidos agitans discordia fratres,

499 * Nec doluit miserans inopem, aut invidit habenti.
Quos rami fructus, quos ipsa volentia rura
Sponte tulêre suâ, carpsit: nec ferrea jura,
Insanumq; forum, aut populi tabularia vidit.
533 † Hanc olim veteres vitam coluêre Sabini
Ante etiam sceptrum Dictæi regis, & ante
Impia quàm cæsis gens est epulata juvencis.
Aureus hanc vitam in terris Saturnus agebât,
Nec dum etiam audierant inflari classica, nec dum
Impositos duris crepitare incudibus enses.
Fortunatos nimiùm, sua si bona norint,
458 Agricolas: quibus ipsa, procul discordibus armis,
Fundit humo facilem victum justissima tellus.
467 * At secura quies, & nescia fallere vita,
Dives opum variarum, &c.
3. Geor. 526 † --atqui non Massica Bacchi
Munera, non illis epulæ nocuêre repostæ.
Frondibus & victu pascuntur simplicis herbæ,
Pocula sunt fontes liquidi, atq; exercita cursu
Flumina, nec somnos abrumpit cura salubres.
538 * Non lupus insidias explorat ovilia circum,
Nec gregibus nocturnus obambulat, acrior illum
Cura domat: timidi damæ, cervique fugaces
Nunc interq; canes, & circum tecta vagantur.
4. Geor. 131. † --serâque revertens
Nocte domum, dapibus mensas onerabat inemptis.
1. Æn. 291 * Aspera tum positis mitescent sæcula bellis.
Cana Fides, & Vesta, Remo cum fratre Quirinus
Iura dabunt. Diræ ferro, & compagibus arctis
Claudentur Belli portæ: Furor impius intus,
Sæva sedens super arma; & centum vinctus ahenis
Post tergum nodis, fremet horridus ore cruento.
6. Æn. 638 † Devenêre locos lætos, & amœna vireta
Fortunatorum nemorum, sedesque beatas.
Largior hîc campos, æther & lumine vestit
Purpureo: solemq; suum, sua sydera norunt.
792 * Augustus Cæsar, Divûm genus, aurea condet
Sæcula qui rursus Latio, regnata per arva
Saturno quondam:--
7. Æn. 202 † Nec fugite hospitium, neve ignorate Latinos
Saturni gentem, haud vinclo, nec legibus æquam,
Sponte suâ, veterisque Dei se more tenentem.
8. Æn. 314 * Hæc nemora indigenæ Fauni, Nymphæq; tenebant,

Gensq; virûm truncis, & duro robore nata:
Queis neq; mos, neq; cultus erat: nec jungere tauros,
Aut componere opes norant, aut parcere parto:
Sed rami, atque asper victu venatus alebat.
Primus ab ætherio vênit Saturnus Olympo
Arma Iovis fugiens, & regnis exul ademptis.
Is genus indocile, ac dispersum montibus altis
Composuit, legesque dedit, Latiumq; vocari
Maluit: his quoniam latuisset tutus in oris:
Aureáq; (ut perhibent) illo sub Rege fuêre
Sæcùla: sic placidâ populos in pace regebat:
Deterior donec paulatim, ac decolor ætas,
Et belli rabies, & amor successit habendi.
† O fortunatæ gentes, Saturnia regna, — 11. *Æn.* 252
Antiqui Ausonij, quæ vos fortuna quietos
Sollicitat, suadetq; ignota lacessere bella?

ÆTAS FERREA.

ILle malum virus serpentibus addidit atris, — 1. *Geor.* 129
Prædarique lupos jussit, pontumq; moveri,
Melláq; decussit foliis, ignemq; removit,
Et passim rivis currentia vina repressit.
* Prima Ceres ferro Mortales vertere terram — 147
Instituit, quum jam glandes, atque arbuta sacræ
Deficerent sylvæ, & victum Dodona negaret.
† Quum primùm lucem pecudes hausêre, virûmq; — 2. *Geor.* 340
Ferrea progenies duris caput extulit arvis:
Immissæq; feræ sylvis, & sydera cœlo.
* Sic placitum: veniet lustris labentibus ætas, — 1. *Æn.* 283
Cùm domus Assaraci victis dominabitur Argis.
† Deterior donec paulatim, ac decolor ætas, — 8. *Æn.* 326
Et belli rabies, & amor successit habendi.
Tum manus Ausoniæ, & gentes venêre Sicanæ
Sæpius, & nomen posuit Saturnia tellus.

v. Ætas aurea.

AGER, ARVA, CAMPVS, COLLIS, Æquor, Rura, Sola, Terra, Tellus, Prata, Humus.

FOrtunate senex, ergo tua rura manebunt: — 1. *Ecl.* 47
Et tibi magna satis,-

3. *Ecl.* 100 * Eheu, quàm pingui macer eſt mihi taurus in arvo.
4. *Ecl.* 28 † Molli paulatim flaveſcet campus ariſtâ.
1. *Geor.* 72 * Et ſegnem patiere ſitu dureſcere campum.
80 † --arida tantùm
Ne ſaturare fimo pingui pudeat ſola, neve
Effœtos cinerem immundum jactare per agros:
Sic quoque mutatis requieſcunt fœtibus arva,
Nec nulla interea eſt inaratæ gratia terræ.
Sæpe etiam ſteriles incendere profuit agros,
Atque levem ſtipulam crepitantibus urere flammis.
99 * Exercetq; frequens tellurem, atq; imperat arvis.
104 † Quid dicam jacto qui ſemine cominus arva
Inſequitur, cumuloſque ruit malè pinguis arenæ.
* Et quum exuſtus ager morientibus æſtuat herbis.
107 † --nocte arida prata
289 Tondentur: noctis lentus non deficit humor.
* Spicea jam campis quum meſſis inhorruit, & quum
314 Frumenta in viridi ſtipulâ lactentia turgent.
† Nec fuit indignum Superis, bis ſanguine noſtro
491 Emathiam, & latos Aemi pingueſcere campos.
* --ſquallent abductis arva colonis.
507 † Nunc locus arvorum ingeniis, quæ robora cuique
2. *Geor.* 177 Quis color, & quæ ſit rebus natura ſerendis.
Difficiles primùm terræ, colleſq; maligni,
Tenuis ubi argilla, & dumoſis calculus arvis.
183 * --& ſtrati baccis ſylveſtribus agri.
At quæ pinguis humus, dulciq; uligine læta:
Quique frequens herbis, & fertilis ubere campus.
1. *Æn.* 342 † Huic conjunx Sichæus erat ditiſſimus agri
Phœnicum, & magno miſeræ dilectus amore.
5. *Æn.* 286 * Hoc pius Æneas miſſo certamine, tendit
Gramineum in campum, quem collibus undiq; curvis
Cingebant ſylvæ --
6. *Æn.* 674 † Riparumq; toros, & prata recentia rivis
Incolimus --
7. *Æn.* 537 * Qui fuit, Auſoniiſq; olim ditiſſimus arvis.
10. *Æn.* 562 † --fulvumq; Camertem
Magnanimo Volſcente ſatum, ditiſſimus agri
Qui fuit Auſonidum, & tacitis regnavit Amyclis.
11. *Æn.* 316 * Eſt antiquus ager Thuſco mihi proximus amni,
Longus in occaſum, fines ſuper uſque Sicanos,
Aurunci, Rutuliq; ſerunt, & vomere duros
Exercent colles, atq; horum aſperrima paſcunt.

† At priùs ignotum ferro cùm ſcindimus æquor. 1. *Geor.* 50
v. Arare, & Tellus.

AGNA, AGNI.

MIlle meæ Siculis errant in montibus agnæ 2. *Ecl.* 21
* (*Cæſaris.*) --illius aram 1. *Ecl.* 7
Sæpe tener noſtris ab ovilibus imbuet agnus.
† --quò ſæpe ſolemus 21
Paſtores ovium teneros depellere fœtus.
* Neſcio quis teneros oculus mihi faſcinat agnos. 3. *Ecl.* 103
† Et ſuccus pecori, & lac ſubducitur agnis. 6
* Sponte ſuâ ſandix paſcentes veſtiet agnos. 4. *Ecl.* 45
† Quæſitum aut matri multis balatibus agnum 9. *Æn.* 565
Martius à ſtabulis rapuit lupus :--
* Depulſos à lacte domi qui clauderet agnos. 7. *Ecl.* 15
† Tunc agni pingues, tunc & molliſſima vina. 1. *Geor.* 341
* Auditiſq; lupos acuunt balatibus agni. 4. *Geor.* 435
† --pingues centum cum matribus agnos 1. *Æn.* 634
Munera, lætitiamq; Dei.-- (*Mittit Dido.*)
* Nocte ſuper mediâ tuti ſub matribus agni
Balatum exercent. Lupus aſper, & improbus irâ. 9. *Æn.* 61
† Treis Eryci vitulos, & tempeſtatibus agnam
Cædere deinde jubet.-- (*Æneas.*) 5. *Æn.* 771
* Suſcipiunt pateris : ipſe atri velleris agnam
Æneas matri Eumenidum, magnæq; ſorori, 6. *Æn.* 249
Enſe ferit.--

AGRICOLA, COLONUS, RUSTICUS, Cultor, Arator, Frondator, Foſſor, Putator.

HUmida ſolſtitia, atq; hyemes orate ſerenas 1. *Geor.* 100
Agricolæ.--
* --pater ipſe colendi 121
Haud facilem eſſe viam voluit : primuſq; per artem
Movit agros, curis acuens mortalia corda.
† Scilicet, & tempus veniet quum finibus illis 493
Agricola, incurvo terram molitus aratro.
* --ſqualent abductis arva colonis. 507
† Et labefacta movens robuſtus jugera foſſor. 2. *Geor.* 264
* --ſummumq; putator 28

Haud dubitat terræ referens mandare cacumen.
1. *Geor.* 14 † Neptune, & cultor nemorum.--
2. *Geor.* 114 * Aſpice & extremis domitum cultoribus orbem.
405 † Iam tum acer curas venientem extendit in annum
Ruſticus.--
444 * Hinc radios trivêre rotis, hinc tympana plauſtris
Agricolæ.--
458 † O fortunatos nimium, ſua ſi bona norint,
Agricolas, quibus ipſa, procul diſcordibus armis,
Fundit humo facilem victum juſtiſſima tellus.
Si non ingentem foribus domus alta ſuperbis
Manè ſalutantum totis vomit ædibus undam:
Nec varios inhiant pulchrâ teſtudine poſtes,
Illuſaſq; auro veſtes, Ephyreiaque æra;
Alba nec Aſſyrio fucatur lana veneno:
Nec caſiâ liquidi corrumpitur uſus olivi.
At ſecura quies, & neſcia fallere vita,
Dives opum variarum, at lætis otia fundis,
Speluncæ, viviq; lacus, ac frigida tempe,
Mugituſq; boum, molleſq: ſub arbore ſomni.
Non abſunt illis ſaltus, ac luſtra ferarum,
Et patiens operum, parvoq; aſſueta juventus.
Sacra Deûm, ſanctiq; patres: extrema per illos
Iuſtitia excedens terris, veſtigia fecit.
493 * Fortunatus & ille, Deos qui novit agreſtes,
Panaq; Sylvanumq; ſenem, Nymphaſq; ſorores.
1. *Geor.* 315 † Agricola cùm flavis meſſorem induceret arvis.
1. *Ecl.* 57 Hinc altâ ſub rupe canet frondator ad auras.
2. *Geor.* 207 * Aut unde iratus ſylvam dejecit arator.
4. *Geor.* 512 † Amiſſos queritur fœtus, quos durus arator.
2. *Geor.* 495 * Illum non populi faſces, non purpura Regum
Flexit, & infidos agitans diſcordia fratres.
513 † Agricola incurvo terram dimovit aratro:
Hinc anni labor: hinc patriam, parvoſq; nepotes
Suſtinet, hinc armenta boum, meritoſq; juvencos.
523 * Interea pendent dulces circum oſcula nati:
Caſta pudicitiam ſervat domus: ubera vaccæ
Lactea demittunt: pingueſq; in gramine læto
Inter ſe adverſis luctantur cornibus hœdi.
8. *Æn.* 8 † --& latos vaſtant cultoribus agros. (*Milites.*)
3. *Æn.* 111 * Hinc mater cultrix Cybele Idæumq; nemus--
11. *Æn.* 557 † Alma tibi hanc nemorum cultrix Latonia virgo.
10. *Æn.* 803 * Ac velut effuſâ ſi quando grandine nimbi

Præcipitant, omnis campis diffugit arator,
Omnis & agricola, & tutâ latet arce viator.
v. Arare, Vitis.

ALTVS, CELSVS, EXCELSVS, Præcelsus, Sublimis, Elatus, Arduus, Summus, Procerus, Aërius, Superus, Supremus.

IGnis) --frondes elapsus in altas, 2. Geor. 305
Per ramos victor, perq; alta cacumina regnat.
† Hinc altâ sub rupe canet frondator ad auras. 1. Ecl. 57
* Nec si, cùm moriens altâ liber aret in ulmo. 10. Ecl. 67
† Pars belli haud temnenda viris, jacet altus Orodes. 10. Æn. 7 7
* Desuper altus equo graviter ferit.-- 11. Æn. 29
† Non umbræ altorum nemorum.-- 3. Geor. 519
* Stabant tercentum nitidi in præsepibus altis. 7. Æn. 275
† --sed cunctis altior ibat Anchises- 8. Æn. 162
* Altior insurgens oranti & multa precanti. 11. Æn. 697
† Pars pedes ire parat campis, pars arduus altis 7. Æn. 624
Pulverulentus equis furit: omnes arma requirunt.
* --huc summis liquuntur rupibus amnes. 2. Geor. 187
† Stabat acuta silex, præcisis undique saxis, 8. Æn. 233
Speluncæ dorso insurgens, altissima visu.
* --turres, ac tecta Latinorum 7. Æn. 160
Ardua cernebant juvenes.--
† - & aërii cursu petit ardua montis. 8. Æn. 221
* Monte sub aërio, qui nunc Misenus ab illo 6. Æn. 234
Dicitur.--
† Vna in præcelsâ consedit rupe Celæno. 3. Æn. 245
* Pastorem Polyphemum summo in monte videmus. 655
† At procul excelso miratus vertice montis. 5. Æn. 35
* --celsâ sedet Æolus arce 1. Æn. 56
Sceptra tenens.--
† Stans celsâ in puppi. 3. Æn. 527
* Laurentis tecta tyranni -Celsa petit. 7. Æn. 343
† Stabat pro templo, & Capitolia celsa tenebat. 8. Æn. 654
* Est Amathus, est celsa mihi Paphos, atq; Cythæra. 10. Æn. 51
† Chaonio, & celsam Buthroti ascendimus urbem. 3. Æn. 292
* Ille velut celsam oppugnat qui molibus urbem. 5. Æn. 439
† --& littore celsas 4. Æn. 397
Deducunt toto naves.--
* Hæc omnis regio, & celsi plaga pinea montis. 11. Æn. 320

3. Æn. 678 * Ætnæos fratres, cœlo capita alta ferentes,
Concilium horrendum: quales cum vertice celso
Aëriæ quercus, aut coniferæ cyparissi
Constiterant, sylva alta Iovis, lucusve Dianæ.
1. Ecl. 59 † Nec gemere aëriâ cessabit turtur ab ulmo.
3. Geor. 474 * Tum sciat aërias Alpes, & Norica si quis.
3. Æn. 619 † (*Cyclops*) --ipse arduus, altáq; pulsat
Sydera.--
10. Æn. 3 * Sydeream in sedem, terras unde arduus omnes,
Castráq; Dardanidum aspectat.-- (*Iupiter.*)
196 † --saxumque undis immane minatur Arduus.--
11. Æn. 754 * Arrectisq; horret squammis, & sibilat ore,
Arduus insurgens.--
2. Geor. 67 † --etiam ardua palma Nascitur.--
3. Geor. 291 * Sed me Parnassi deserta per ardua dulcis.
5. Æn. 181 † Summa petit scopuli, siccâque in rupe resedit.
4. Geor. 385 * Ter flamma ad summum tecti subjecta reluxit.
12. Æn. 113 † Postera vix summos spargebat lumine montes.
9. Æn. 575 * --& summis stantem pro turribus Idam.
12. Æn. 492 † --apicem tamen incita summum
Hasta tulit, summasq; excussit vertice cristas.
3. Geor. 108 * Iamq; humiles, jamq; elati sublime videntur.
6. Æn. 23 † Contrà elata mari respondet Gnossia tellus.
11. Æn. 715 * Vane Ligur, frustraq; animis elate superbis.
12. Æn. 115 † Solis equi, lucemq; elatis naribus efflant.
2. Geor. 47 * Sponte suâ quæ se tollunt ad luminis auras,
Infœcunda quidem, sed læta, & fortia surgunt.
127 † --ubi aëra vincere summum
Arboris haud ullæ jactu potuêre sagittæ.
81 * Exiit ad cœlum ramis fœlicibus arbos.
290 † Altiùs, ac penitùs terræ defigitur arbos.
Æsculus in primis quæ quantùm vertice ad auras
Æthereas, tantùm radice in tartara tendit.
4. Æn. 445 * Ipsa hæret scopulis, & quantùm vertice ad auras
Ætherias, tantùm radice in tartara tendit.
1. Æn. 103 † Velum adversa ferit, fluctusq; ad sydera tollit.
Dat latus: insequitur cumulo præruptus aquæ mons.
Hi summo in fluctu pendent, his unda dehiscens.
3. Æn. 564 * Tollimur in cœlum curvato gurgite, & iidem
Subductâ ad Manes imos descendimus undâ.
5. Ecl. 51 † Dicemus, Daphninq; tuum tollemus ad astra:
Daphnin ad astra feremus.--
9. Ecl. 29 * Cantantes sublime ferent ad sydera cygni. (*Nomen.*)

† --sublimemq; feres ad sydera cœli. (*Æneam.*) 1. *Æn.* 259
* Aggere murorum sublimem gloria tollit. 10. *Æn.* 144
† Sublimes animas ad cœlum hinc ire putandum est. 6. *Æn.* 720
* Sublimes in equis redeunt, pacemq; reportant. 7. *Æn.* 285
† Consurgunt geminæ quercus, intonsáq; cœlo 9. *Æn.* 681
Attollunt capita, & sublimi vertice nutant.
* Cui Rex ætherei breviter sic fatur Olympi. 10. *Æn.* 621
† - hunc illi Rex ætheris altus honorem Sacravit.-- 12. *Æn.* 140
* Fas, haud ille sinit superi regnator Olympi. 2. *Æn.* 779
† Serpentes superant capite, & cervicibus altis. 219
* --clamore supremos Implêrunt montes-- 4. *Geor.* 460
† Hinc, atq; hinc vastæ rupes, geminiq; minantur 1. *Æn.* 162
In cœlum scopuli, quorum sub vertice latè
Æquora tuta silent.--
* Parva metu primò, mox sese attollit in auras, 4. *Æn.* 176
Ingrediturque solo, & caput inter nubila condit.
† Turrim in præcipiti stantem, summisq; sub astra 2. *Æn.* 460
Eductam tectis, unde omnis Troja videri.
* --atq; solo proceras erigit alnos. 6. *Ecl.* 64

ALTVS, id est, Profundus: & IMVS, Submissus, Demissus, Humilis, Iacens.

† Alituum, pecudumq; genus sopor altus habebat. 8. *Æn.* 27
* --altæ neu crede paludi. 4. *Geor.* 48
† At mater sonitum thalamo sub fluminis alti. 332
* Dixit, deinde lacu fluvii se condidit alto 8. *Æn.* 66
Ima petens.--
(*Inde Altum pro Mari frequenter sumitur: ut,*)
† --multùm ille & terris jactatus, & alto. 1. *Æn.* 3
(*Sic Profundum pro Alto interdum videtur usurpari: ut,*)
* Terrasq; tractusq; maris, cœlumq; profundum. 4. *Ecl.* 51
† Ni faciat, maria, ac terras, cœlumq; profundum. 1. *Æn.* 58
* --cunctæque profundum 5. *Æn.* 614
Pontum aspectabant flentes.--
† --penitúsq; profundo 12. *Æn.* 263
Vela dabit.-- (*id est, mari.*)
* Hic vertex nobis semper sublimis: at illum 1. *Geor.* 242
Sub pedibus Styx atra videt, Manesq; profundi.
† Audiam, & hæc Manes veniet mihi fama sub imos. 4. *Æn.* 387
* Nec fas: sed gnato Manes perferre sub imos. 11. *Æn.* 181
† Spumeus atque imo Nereus ciet æquora fundo. 2. *Æn.* 419
* --magnumq; sub imo Corde premit gemitum,-- 10. *Æn.* 464
† Ilium, & ex imo verti Neptunia Troja. 2. *Æn.* 625

5. Æn. 810 * --cuperem cùm vertere ab imo
Structa meis manibus perjuræ mœnia Trojæ.
3. Æn. 93 † Submissi petimus terram.--
10. Æn. 611 * Cui Iuno submissa, Quid, ô pulcherrime conjux!
12. Æn. 807 † Sic Dea submisso contrà Saturnia vultu.
220 * Suppliciter venerans demisso lumine Turnus.
1. Æn. 561 † Tum breviter Dido vultum demissa, profatur.
2. Ecl. 29 * Atq; humiles habitare casas, & figere cervos.
2. Geor. 434 † Quid majora sequar? salices, humilesq; genistæ.
5. Ecl. 17 * Puniceis humilis quantum saliunca rosetis.
1. Geor. 331 † --mortalia corda
Per gentes humilis stravit pavor.--
3. Æn. 522 * --humilemque videmus Italiam.--
12. Æn. 360 † Hesperiam metire jacens.--
1. Æn. 224 * Despiciens mare velivolum, terrasq; jacentes.
1. Geor. 240 † Mundus ut ad Scythiam, Riphæasq; arduus arces
Consurgit, premitur Libyæ devexus in Austros.
Hic vertex nobis semper sublimis: at illum
Sub pedibus Styx atra videt, Manesq; profundi.
9. Æn. 530 † Turris erat vasto suspectu, & pontibus altis.
4. Geo. 460 * At chorus æqualis Dryadum clamore supremos:
Implêrunt montes, flêrunt Rhodopeiæ arces.
2. Geor. 123 † Extremi sinus orbis, ubi aëra vincere summum
Arboris haud ullæ jactu potuêre sagittæ.

v. Supereminere, Montes, Ascendere, Volare, Surgere, Super, Turris.

AMARE, ARDERE, VRERE, DILIGERE, Carus, Dilectus, Gratissimus, Captus amore.

1. Ecl. 31 POstquàm nos Amaryllis habet, Galatea reliquit:
Namq; (fatebor enim) dum me Galatea tenebat,
Nec spes libertatis erat, nec cura peculi.
2. Ecl. 1 † Formosum pastor Corydon ardebat Alexim.
3. Ecl. 78 * Phyllida amo ante alias: nam me discedere flevit,
Et, longum formose vale, vale, inquit, Iola.
5. Ecl. 89 † Non tulit Antigenes: & erat tum dignus amari.
7. Ecl. 40 * Si qua tui Corydonis habet te cura, venito.
8. Ecl. 81 † Daphnis me malus urit, ego hanc in Daphnide laurũ.
108 * Crędimus? an qui amant, ipsi sibi somnia fingunt.
1. Æn. 15 † Quam Iuno fertur terris magis omnibus unam,
Posthabitâ coluisse Samo, hîc illius arma,

Hic currus fuit.--

* --ponuntq; ferocia Pœni 301
Corda, volente Deo: in primis Regina quietum
Accipit in Teucros animum, mentemq; benignam.
† Ænea (neq; enim patrius consistere mentem 642
Passus amor.) *&c.*
* -- ô luce magis dilecta sorori. 4. *Æn.* 31
† Nate, mihi vitâ quondam (dum vita manebat) 5. *Æn.* 724
Chare magis.--
* Sed non ulla magis vires industria firmat, 3. *Geor.* 209
Quàm Venerem, & cæci stimulos avertere amoris.
† Carpit enim vires paulatim, uritq; videndo 215
Fœmina, nec nemorum patitur meminisse, nec herbæ:
Dulcibus illa quidem illecebris, & sæpe superbos
Cornibus inter se subigit decernere amantes.
Illi alternantes multâ vi prælia miscent
Vulneribus crebris.-- *&c.* (*Tauri de Iuvenca.*)
* O virgo, & nostris nequicquam cingitur armis, 11. *Æn.* 536
Chara mihi ante alias: neq; enim novus iste Dianæ
Venit amor, subitâque animum dulcedine movit.
† Victus amore tui, cognato sanguine victus 12. *Æn.* 29
Conjugis & mœstæ lacrymis, vincla omnia rupi.
* Qui te cunque manent isto certamine casus, 61
Et me Turne manent.--
† Illum turbat amor, figitq; in virgine vultus, 70
Ardet in arma magis.--
* Nympha, decus fluviorum, animo gratissima nostro. 142
† Iamq; aderat Phœbo ante alios dilectus Iapis 391
Iasides: acri quondam cui captus amore
Ipse suas artes, sua munera lætus Apollo
Augurium, citharamq; dabat, celeresq; sagittas.
* Vidi oculos ante ipse meos me voce vocantem 638
Murranum (quo non superat mihi charior alter.)
† Te verò, mea quem spatiis propioribus ætas 9. *Æn.* 275
Insequitur, venerande puer, jam pectore toto
Accipio, & comitem casus complector in omneis:
Nulla meis sine te quæretur gloria rebus,
Seu pacem, seu bella geram: tibi maxima rerum,
Verborumq; fides. Contra quem talia fatur
Euryalus: Me nulla dies tam fortibus ausis
Dissimilem arguerit, tantùm fortuna secunda,
Aut adversa cadat: sed te super omnia dona,

Vide titulos sequentes.

AMANS, AMICVS, CARVS, *Dilectus, Socius.*

5. Æn. 334 NOn tamen Euryali, non Nisus oblitus amorum.
337 † Emicat Euryalus, & munere victor amici.
7. Æn. 337 * Ipse modò Æneas (nostri si tanta cupido est;
Si jungi hospitio properat, sociusq; vocari)
Adveniat, vultus neve exhorrescat amicos.
9. Æn. 425 † Conclamat Nisus: nec se celare tenebris
Ampliùs, aut tantum potuit perferre dolorem:
Me, me, adsum qui feci, in me convertite ferrum,
O Rutuli, mea fraus omnis: nihil iste, nec ausus,
Nec potuit, (cœlum hoc, & sydera conscia testor)
Tantùm infelicem nimiùm dilexit amicum.
444 * Tum super exanimem sese projecit amicum
Confossus, placidâq; ibi demùm morte quievit.
5. Æn. 296 † Euryalus formâ insignis, viridiq; juventâ,
Nisus amore pio pueri.--
9. Æn. 176 * Nisus erat portæ custos acerrimus armis,
Et juxtà comes Euryalus, quo pulchrior alter
Non fuit Æneadum, Trojana nec induit arma.
His amor unus erat, pariterq; in bella ruebant.
3. Ecl. 88 † Qui te Pollio amat, veniat quò te quoq; gaudet,
Mella fluant illi, ferat & rubus asper amomum.
4. Æn. 487 * Cùm subitò incautum dementia cepit amantem.
10. Æn. 133 † Ipse inter medios Veneris justissima cura.
5. Æn. 724 * Nate mihi vitâ quondam, dum vita manebat,
Care magis.--
2. Æn. 93 † Et casum insontis mecum indignabar amici.
869 * Multa gemens, casuq; animum concussus amici.
719 † Talibus incensus dictis senioris amici.

AMICA.

1. Ecl. 5 FOrmosam resonare doces, Amaryllida, sylvas.
5. Ecl. 64 † Malo me Galatea petit, lasciva puella,
Et fugit ad salices, & se cupit ante videri.
68 * Parta meæ Veneri sunt munera.--
12. Æn. 537 † Cara mihi ante alias: neq; enim novus iste Dianæ
Venit amor, subitâq; animum dulcedine movit.
2. Æn. 343 * --insano Cassandræ incensus amore.
7. Ecl. 37 † Nerine Galatea, thymo mihi dulcior Hyblæ,
Candidior cygnis, hederâ formosior albâ.

* Phyllidis

* Phyllidis adventu nostræ nemus omne virebit. 7. Ecl. 59
† Cùm te ad delicias ferres Amaryllida nostras. 9. Ecl. 22.
* Anna refert, O luce magis dilecta sorori. 4. Æn. 31
† Nympha decus fluviorum, animo gratissima nostro. 56
* Scis ut te cunctis unam prætulerim. 12. Æn. 142
† Illum turbat amor, figitq; in virgine vultus. 70
* Nymphæ, noster amor, Libethrides, aut mihi carmen 7. Ecl. 21
Quale meo Codro, concedite.--
† Mopso Nisa datur, quid non speremus amantes? 8. Ecl. 26
v. Amare.

AMICITIA. AMOR, IGNIS, Flamma, Exitium, Furor, Venenum, Voluptas, Deliciæ, Cura, Pestis.

Formosum pastor Corydon ardebat Alexin, 2. Ecl. 1
Delicias Domini:
* Me tamen urit amor, quis enim modus adsit amori? 68
Ah Corydon, Corydon, quæ te dementia cepit?
† Idem amor exitium est pecori, pecorisq; magistro. 3. Ecl. 101
* Et vitulâ tu dignus, & hic: & quisquis amores 109
Aut metuet dulces, aut experietur amaros.
† Conjugis indigno Nisæ deceptus amore. 8. Ecl. 18
* --semper pastorum ille audit amores. 24
† Nunc scio quid sit amor: duris in cotibus illum 43
Ismarus, aut Rhodope, aut extremi Garamantes,
Nec nostri generis puerum, nec sanguinis edunt.
* Sævus amor docuit natorum sanguine matrem 47
Commaculare manus.--
† Limus ut hic durescit, & hæc ut cera liquescit, 80
Vno, eodemq; igni: sic nostro Daphnis amore.
* Talis amor Daphnim, qualis quum fessa juvencum 85
Per nemora, atque altos quærendo bucula lucos,
Propter aquæ rivum viridi procumbit in ulva
Perdita, nec seræ meminit decedere nocti:
Talis amor teneat: nec sit mihi cura mederi.
† Causando nostros in longum ducis amores. 9. Ecl. 56
* Incipe, sollicitos Galli dicamus amores. 10. Ecl. 6
† --indigno quum Gallus amore periret. 10
* Omnes, unde amor iste, rogant.-- 21
† Et quis erit, modus? inquit: amor non talia curat. 28
Nec lacrymis crudelis amor, nec gramina rivis,
Nec cytiso saturantur apes, nec fronde capellæ.

10. *Ecl.* 34 † Vestra meos olim si fistula dicat amores.
44 * Nunc insanus amor duri me Martis in armis
Tela inter media, atque adversos detinet hostes.
52 † Certum est, in sylvis, inter spelæa ferarum
Malle pati, tenerisq; meos incidere amores
Arboribus: crescent illæ, crescetis amores.
64 * Non illum vestri possunt mutare labores.
62 † Nec si frigoribus mediis, Hebrúmq; bibamus,
Sithonáisq; nives hyemis subeamus aquosæ.
Nec si quum moriens altâ liber aret in ulmo,
Æthiopum versemus oves sub sidere Cancri.
69 * Omnia vincit amor: & nos cedamus amori.
73 † Gallo, cujus amor tantùm mihi crescit in horas,
Quantùm vere novo viridis se subjicit alnus.
2. *Geor.* 476 * -- ingenii perculsus amore.
3. *Geor.* 216 † Carpit enim vires paulatim, uritq; videndo
Fœmina: nec nemorum patitur meminisse, nec herbæ:
Dulcibus illa quidem illecebris, & sæpe superbos
Cornibus inter se subigit decernere amantes.
Pascitur in magna sylvâ formosa juvenca,
Illi alternantes multâ vi prælia miscent,
Vulneribus crebris.--
243 * Omne adeo genus in terris hominúmq; ferarúmq;
Et genus æquoreum, pecudes, pictæq; volucres,
In furias, ignémq; ruunt: amor omnibus idem.
Tempore non alio catulorum oblita leæna
Sævior erravit campis, nec funera vulgò
Tam multa informes ursi, stragémq; dedêre.
3. *Geor.* 256 † Quid juvenis, magnum cui versat in ossibus ignem
Durus amor? nempe abruptis turbata procellis
Cæcâ nocte natat serus freta: quem super ingens
Porta tonat cœli, & scopulis illisa reclamant
Æquora: nec miseri possunt revocare parentes,
Nec moritura super crudeli funere virgo.
264 * Quid lynces Bacchi variæ, & genus acre luporum,
Atq; canum? quid quæ imbelles dant prælia cervi?
Scilicet ante omnes furor est insignis equarum,
Et mentem Venus ipsa dedit, quo tempore Glauci
Potniades malis membra absumpsêre quadrigæ,
Illas ducit amor trans Gargara, tránsq; sonantem
270 † Ascanium: superant montes, & flumina tranant,
Continuóq; avidis ubi subdita flamma medullis,
(Vere magis, quia vere calor redit ossibus) illæ

Ore omnes versæ in Zephyrum, stant rupibus altis,
Exceptántq; leves auras: & sæpe sine ullis
Conjugiis vento gravidæ (mirabile dictu.)
* Cyrene soror, ipse tibi tua maxima cura. 3. *Geor.* 354
† Singula dum capti circumvectamur amore. 285
* Sed me Parnassi deserta per ardua dulcis 293
Raptat amor, juvat ire jugis, quà nulla priorum.
† - aut, quò tibi nostri Lusus amor?-- 324
* Atq; Chao densos Divûm numerabat amores. 347
† Ipse cavâ solans ægrum testudine amorem. 464
* --Et magno miseræ dilectus amore. 1. *Æn.* 343
† --atq; auri cæcus amore, 348
Clam ferro incautum superat, securus amorum
Germanæ --
* Æneas (neq; enim patrius consistere mentem 642
Passus amor) rapidum ad naves præmittit Achatem;
Ascanio ferat hæc, ipsúmq; ad mœnia ducat:
Omnis in Ascanio chari stat cura parentis.
† At Cytherea novas artes, nova pectore versat 656
Consilia: ut faciem mutatus, & ora Cupido
Pro dulci Ascanio veniat, donísq; furentem
Incendat Reginam, atq; ossibus implicet ignem.
* Quocirca capere ante dolis, & cingere flammâ 672
Reginam meditor, ne quo se Numine mutet,
Sed magno Æneæ mecum teneatur amore.
† Falle dolo, & notos pueri, puer, indue vultus: 683
Vt quum te gremio accipiet lætissima Dido,
Regales inter mensas, laticémq; Lyæum,
Quum dabit amplexus, atq; oscula dulcia figet,
Occultum inspires ignem, fallásq; veneno.
* Præcipuè infelix, pesti devota futuræ, 718
Expleri mentem nequit, ardescítq; tuendo
Phœnissa: & puero pariter, donísq; movetur:
Ille ubi complexu Æneæ, collóq; pependit,
Et magnum falsi implevit genitoris amorem,
Reginam petit; hæc oculis, hæc pectore toto
Hæret, & interdum gremio fovet, inscia Dido
Insideat quantus miseræ Deus: at memor ille
Matris Acidaliæ, paulatim abolere Sichæum
Incipit, & vivo tentat prævertere amore
Iampridem resides animos, desuetáq; corda.
† Infœlix Dido longúmque bibebat amorem, 748
* Ecce trahebatur passis Priameïa virgo 2. *Æn.* 403

Crinibus à templo Cassandra adytísq; Minervæ.
Non tulit hanc speciem furiatâ mente Chorœbus,
Et sese medium injecit moriturus in agmen.

3. *Æn*. 487 † - & longum Andromaches testentur amorem.

4. *Æn*. 1 * At Regina gravi jamdudum saucia curâ
Vulnus alit venis, & cæco carpitur igni.
Multa viri virtus animo, multúsq; recursat
Gentis honos, hærent infixi pectore vultus,
Verbáque; nec placidam membris dat cura quietem.

17 † Postquàm primus amor deceptam morte fefellit:

22 * Solus hic inflexit sensus, animumq; labantem
Impulit: agnosco veteris vestigia flammæ.

28 † Ille meos, primus qui me sibi junxit amores
Abstulit, ille habeat secum, servétque sepulcro.

38 * -placitóne etiam pugnabis amori?

54 † His dictis incensum animum inflammavit amore.

65 * Heu vatum ignaræ mentes, quid vota furentem,
Quid delubra juvant? est mollis flamma medullas
Intereà, & tacitum volvit sub pectore vulnus.
Vritur infelix Dido, totâque vagatur
Vrbe furens: qualis conjectâ cerva sagittâ
Quam procul incautam nemora inter Cressia fixit
Pastor agens telis, liquítque volatile ferrum
Nescius; illa fugâ sylvas, saltúsque peragrat
Dictæos, hæret lateri lethalis arundo.
Nunc mediâ Æneam secum per mœnia ducit,
Sidoniásque ostentat opes, urbémque paratam.
Incipit effari, mediâque in voce resistit.

82 † Sola domo mœret vacuâ stratísque relictis
Incubat: illum absens absentem audítque vidétque,
Aut gremio Ascanium, genitoris imagine capta,
Detinet, infandum si fallere possit amorem.

88 * Quam simul ac tali persensit peste teneri
Chara Iovis conjux, nec famam obstare furori.

101 † Ardet amans Dido, traxítque per ossa furorem.

170 * Nec jam furtivum Dido meditatur amorem:
Conjugium vocat, hoc prætexit nomine culpam.

393 † At pius Æneas, quanquam lenire dolentem
Solando cupit, & dictis avertere curas,
Multa gemens, magnoq; animum labefactus amore.

412 * Improbe amor, quid non mortalia pectora cogis?
Ire iterum in lacrymas, iterum tentare precando
Cogitur, & supplex animos submittere amori.

* Hic crudelis amor tauri, suppostáque furtò	6. Æn. 24
Pasiphaë: mistámque genus, proléſque biformis,	
Minotaurus ineſt, Veneris monimenta nefandæ.	
† Magnum Reginæ ſed enim miſeratus amorem	28
Dædalus.--	
* Hic quos durus amor crudeli tabe peredit,	442
Sylva tegit, curæ non ipſa in morte relinquunt.	
† Demiſit lacrymas, dulcíque affatus amore eſt.	455
* Dic in amicitiam coëant, & fœdera jungant.	7. Æn. 546
† Adjungi generum miro properabat amore.	36
* Vulcanū alloquitur: thalamóq; hæc conjugis aureo	8. Æn. 372
Incipit, & dictis divinum aſpirat amorem.	
† - mihi mens juvenili ardebat amore	163
Compellare virum, & dextræ jungere dextram.	
* Dixerat, & niveis hinc, atque hinc Diva lacertis,	387
Cunctantem amplexu molli fovet: ille repentè	
Accepit ſolitam flammam, notúſque medullas	
Intravit calor, & labefacta per oſſa cucurrit:	
Non ſecus ac olim tonitru quum rupta coruſco	
Ignea rima micans percurrit lumine nimbos.	
Senſit læta dolis, & formæ conſcia conjux.	
Tum Pater æterno fatur devictus amore.	
† Optatos dedit amplexus, placidúmque petivit	405
Conjugis infuſus gremio per membra ſoporem.	
* --nec patrius conſiſtere mentem	1. Æn. 647
Paſſus amor.-	
† Omnis in Aſcanio cari ſtat cura parentis.	650
* Hæc omnis regio, & celſi plaga pinea montis --	11. Æn. 320
Cedat amicitiæ Teucrorum: & fœderis æquas	
Dicamus leges, ſociósque in regna vocemus.	12. Æn. 391
† Iámq; aderat Phœbo ante alios dilectus Iapis	
Iaſides, acri quondam cui captus amore, &c.	8. Æn. 514
* Hunc tibi præterea ſpes, & ſolatia noſtri,	
Pallanta adjungam.--	568
† Non ego nunc dulci amplexu divellerer uſquam	
Nate tuo.--	574
* --ſi numina veſtra	
Incolumem Pallanta mihi, ſi fata reſervant:	
Si viſurus eum vivo, & venturus in unum,	
Vitam oro: patiar quemvis durare laborem.	
Sin aliquem infandum caſum fortuna minaris,	
Nunc, ô nunc liceat crudelem abrumpere vitam,	

Dum curæ ambiguæ, dum spes incerta futuri,
Dum te chare puer, mea sera, & sola voluptas
Complexu teneo.--

8. Æn. 615 † Dixit, & amplexus nati Cytheræa petivit.
10. Æn. 132 * Ipse inter medios Veneris justissima cura,
Dardanius caput ecce puer detectus honestum.
190 † Populeas inter frondes, umbrámque sororum,
Dum canit, & mœstum Musâ solatur amorem.
613 * Si mihi quæ quondam fuerat, quámq; esse decebat,
Vis in amore foret: non hæc mihi námq; negares,
Omnipotens.--

11. Æn. 537 † Chara mihi ante alias, neq; enim novus iste Dianæ
Vênit amor, subitâque animum dulcedine movit.

v. Desiderium. Cura.

AMBIGVVS: ANCEPS, INCERTVS, Dubius, Suspensus, Varius.

1. Æn. 661 QVippe domum timet ambiguam, Tyriósque bilingues
3. Æn. 180 † Agnovit partem ambiguam, geminosq; parentes,
5. Æn. 326 * Transeat elapsus prior, ambiguúmq; relinquat.
4. Æn. 603 † Verum anceps pugnæ fuerat fortuna, fuisset.
10. Æn. 302 * Naves innocuæ, sed non puppis tua Tarchon.
Namq; inflicta vadis dorso dum pendet iniquo,
Anceps sustentata diu, fluctusque fatigat.
359 † Anceps pugna diu, stant obnixi omnia contra.
2. Geor. 2[illegible] * Prælia, sed dubius mediis Mars errat in armis.
3. Geor. 289 † Nec sum animi dubius, verbis ea vincere magnum.
1. Geor. 252 * Hinc tempestates dubio prædicere cœlo.
4. Geor. 253 † Quod jam non dubiis poteris cognoscere signis.
2. Æn. 171 * Nec dubiis ea signa dedit Tritonia monstris.
6. Æn. 95 † Alma parens, túque ô dubiis ne defice rebus.
8. Æn. 86 * In dubiis responsa petunt.--
11. Æn. 446 † Illi hæc inter se dubiis de rebus agebant
Certantes: castra Æneas, aciémque movebat.
5[illegible]0 * Diva tuam, quæ nunc dubiis committitur auris.
314 † Nunc adeò quæ sit dubiæ sententia menti,
Expediam, & paucis, animos adhibete, docebo.
4. Æn. 55 * Spémque dedit dubiæ menti, solvítq; pudorem.
2. Æn. 359 † Vadimus haud dubiam in mortem.--
6. Æn. 806 * Et dubitamus adhuc virtutem extendere factis?
2. Geor. 433 † Et dubitant homines serere, atq; impendere curam?

† Ne dubita, nam vera vides.--	3. Æn. 316
* Quid dubitas? nunc tẽpus equos, nunc poscere currus.	9. Æn. 12
† - percipe porrò	191
Quid dubitem, & quæ nunc animo sententia surgat.	
* Quem simul ac Iuturna soror crebrescere vidit	12. Æn. 223
Sermonem, & vulgi variare labantia corda.	
† Successum Dea dira negat: tum pectore sensus	914
Vertuntur varii.--	
* Cunctique fremebant, Assensu vario.--	10. Æn. 95
† Heu quid agat! vario nequicquam fluctuat æstu,	12. Æn. 486
Diversæque vocant animum in contraria curæ.	
* - varium, & mutabile semper Fœmina.--	4. Æn. 596
† Incerti quò fata ferant, ubi sistere detur.	3. Æn. 7
* Incertus Geniúmne loci, famulúmve parentis.	5. Æn. 95
† Sed fatis incerta feror, si Iuppiter unam	4. Æn. 110
* Haud incerta cano: nunc quâ ratione quod instat.	8. Æn. 49
† Ergo amens diversa fugâ petit æquora Turnus,	12. Æn. 742
Et nunc huc, inde huc incertos implicat orbes.	
* Dum curæ ambiguæ, dum spes incerta futuri.	8. Æn. 580
† Æneas certúsque incerta pericula lustres.	9. Æn. 97
* Túque adeò, quem mox quæ sint habitura Deorum	1. Geor. 33
Concilia, incertum est, urbísne invisere Cæsar.	
† Scinditur incertum studia in contraria vulgus.	2. Æn. 39
* Incertum erravítne viâ, seu lassa resedit.	740
† Quis Deus incertum est, habitat Deus. -	8. Æn. 352
* Incertum quâ pulsa manu, quo turbine adacta.	12. Æn. 320
† Suspensi Eurypilum scitatum oracula Phœbi	2. Æn. 114
Mittimus: isque adytis hæc tristia dicta reportat.	
* Nunc omnes terrent auræ, sonus excitat omnis	728
Suspensum, & pariter comitíque, oneríq; timentem.	
† Ipse manu multo suspensum numine ducit.	3. Æn. 372
* Anna soror, quæ me suspensam insomnia terrent?	4. Æn. 9
† Hîc patris Æneæ suspensum blanda vicissim	5. Æn. 827
Gaudia pertentant mentem.	
* Dicam equidem, nec te suspensum, nate, tenebo.	6. Æn. 722

v. Cogitare, & Constantia.

ANNUS. ÆSTAS, ARISTÆ, *Lustrum, Orbis, Annuus, Annosus.*

Post aliquot mea regna videns mirabor aristas.	1. Ecl. 70
† Nunc frondent sylvæ, nunc formosissimus annus.	3. Ecl. 57
* Hinc ubi jam firmata virum te fecerit ætas.	4. Ecl. 37

7. *Ecl.* 41 † Immò ego Sardois videar tibi amarior herbis,
Si mihi non hæc lux toto jam longior anno est.
8. *Ecl.* 39 * Alter ab undecimo tum me jam ceperat annus,
Jam fragiles poteram à terra contingere ramos.
1. *Geor.* 6 † Lumina, labentem cœlo quæ ducitis annum.
218 * Candidus auratis aperit quum cornibus annum
Taurus, & adverso cedens Canis occidit astro.
258 † Temporibúsq; parem divisis quatuor annum.
2. *Geor.* 402 * Atque in se sua per vestigia volvitur annus.
405 † Iam tum acer curas venientem extendit in annum
Rusticus.--
3. *Geor.* 47 * Mox tamen ardentes accingar dicere pugnas
Cæsaris, & nomen famâ tot ferre per annos
191 † At tribus exactis, ubi quarta accesserit æstas.
4. *Geor.* 206 * Ergo ipsas quamvis angustus terminus ævi
Excipiat (neq; enim plus septima ducitur æstas:)
At genus immortale manet, multósq; per annos
Stat fortuna domûs.--
1. *Æn.* 78 † Omnes ut tecum meritis pro talibus annos
Exigat.--
233 * Certè hinc Romanos olim volventibus annis.
265 † Tertia dum Latio regnantem viderit æstas,
Ternáque transierint Rutulis hyberna subactis.
268 * Triginta magnos volvendis mensibus orbes
Imperio explebit.-
271 † Hîc jam tercentum totos regnabitur annos.
287 * -- veniet lustris labentibus ætas.
754 † --nam te jam septima portat
Omnibus errantem terris, & fluctibus æstas.
2. *Æn* 14 * --tot jam labentibus annis.
198 † Non anni domuêre decem, non mille carinæ.
647 * Iampridem invisus Divis, & inutilis annos
Demoror, ex quo me Divûm pater, atq; hominũ Rex.
3. *Æn.* 284 † Intereà magnum Sol circum volvitur annum.
5. *Æn.* 46 * Annuus exactis completur mensibus orbis.
626 † Septima post Trojæ excidium jam vertitur æstas.
6. *Æn.* 745 * Donec longa dies perfecto temporis orbe
Concretam exemit labem.--
649 † Magnanimi Heroës nati melioribus annis.
4. *Æn.* 441 * Ac velut annosam valido cùm robore quercum.
6. *Æn.* 282 † In medio ramos, annosáque brachia pandit.
10. *Æn.* 766 * Aut summis referens annosam montibus ornum.
11. *Geor.* 211 † Accipiunt sulci, & milio venit annua cura.

† In primis venerare Deos, atque annua magnæ Sacra refer Cereri.-- 1. Geor. 338

* Annua, vota tamen, solennésque ordine pompas. 6. Æn. 53

† Intereà sacra hæc (quando huc venistis amici,) Annua quæ differre nefas, celebrate faventes. 8. Æn. 172

* Has omnes, ubi mille rotam volvêre per annos. 6. Æn. 748

† Ex quo ter denis urbem redeuntibus annis Ascanius clari condet cognominis Albam. 8. Æn. 47

* Te verò, mea quem spatiis propioribus ætas Insequitur, venerande puer.-- 9. Æn. 275

† Hectoris, Æneæque manu victoria Graiûm Hæsit, & in decimum vestigia rettulit annum. 11. Æn. 289

v. Tempus.

ANTRUM, SPECUS, SPELUNCA, Caverna, Spelæum, Lustra, Saxum opacum.

* -- viridi projectus in antro. 1. Ecl. 76

† Sive antro potiùs succedimus, aspice ut antrum Sylvestris raris sparsit labrusca racemis. 5. Ecl. 7

* hic candida populus antro imminet.-- 9. Ecl. 41

† Certum est, in sylvis inter spelæa ferarum Malle pati.-- 10. Ecl. 52

* --illis saltus, ac lustra ferarum. 2. Geor. 471

† --est specus ingens Exesi latere in montis: quo plurima vento Cogitur, ínque sinus scindit sese unda reductos, Deprensis olim statio tutissima nautis: Intùs se vasti Proteus tegit objice saxi. 4. Geor. 418

* Quum Proteus consueta petens è fluctibus antra. 429

† --hîc vasto Rex Æolus antro Luctantes ventos, tempestatésque sonoras Imperio premit.-- 1. Æn. 52

* Sed pater omnipotens speluncis abdidit atris. 60

† Fronte sub adversâ scopulis pendentibus antrum: Intùs aquæ dulces, vivóque sedilia saxo, Nympharum domus.-- 166

* Immemores socii vasto Cyclopis in antro Deseruêre. Domus sanie, dapibúsque cruentis Intùs opaca, ingens: ipse arduus, altáque pulsat Sydera.-- 3. Æn. 617

† At Scyllam cæcis cohibet spelunca latebris, 424

3. Æn. 624 † --medio resupinus in antro.
6. Æn. 237 * Spelunca alta fuit, vastóque immanis hiatu,
Scrupea, tuta lacu nigro, nemorúmque tenebris.
262 † Tantùm effata, furens antro se immisit aperto.
8. Æn. 193 * Hîc spelunca fuit, vasto submota recessu,
Semi-hominis Caci, faciesquam dira tegebat,
Solis in accessam radiis: sempérque recenti
Cæde tepebat humus, foribúsque affixa superbis
Ora virûm tristi pendebant pallida tabo,
4. Geor. 50 † --aut ubi concava pulsu
Saxa sonant, vocísque offensa resultat imago.
8. Æn. 209 * Atq; hos ne qua forent pedibus vestigia rectis,
Caudâ in speluncam tractos, versí[s]que viarum
Indiciis raptos saxo occultabat opaco.
241 † At specus, & Caci de[t]e[c]ta apparuit ingens
Regia, & umbrosæ penitùs patuêre cavernæ:
Non secùs, ac si quâ penitùs vi terra dehiscens
Infernas reseret sedes, & regna recludat
Pallida, Diis invisa, supérq; immane barathrum
Cernatur, trepidéntque immisso lumine Manes:
Ergo insperatâ deprensum in luce repentè,
Inclusúmque cavo saxo, atque insueta rudentem
Desuper Alcides telis premit.--

APES, EXAMEN.

1. Ecl. 55 HYblæis apibus florem depasta salicti.
5. Ecl. 77 Dúmq; thymo pascêtur apes, dum rore cicadæ.
2. Geor. 452 † - Necnon & apes examina condunt,
Corticibúsque cavis, vitiosæque ilicis alvo.
4. Geor. 139 * Ergo apibus fœtis idem, atque examine multo
Primus abundare.--
10. Ecl. 29 † Nec cytiso saturantur apes, nec fronde capellæ.
4. Geor. 149 * Nunc age, naturas, apibus quas Iuppiter ipse
Addidit, expediam. -
177 † Cecropias innatus apes amor urget habendi.
219 * His quidam signis, atque hæc exempla sequuti,
Esse apibus partem divinæ mentis, & haustus
Ætherios dixêre.- &c.
259 † Ignavæque fame, & contracto frigore pigræ.
Tum sonus auditur gravior, tractímque susurrant:
Frigidus ut quondam sylvis immurmurat Auster,
Vt mare sollicitum stridet refluentibus undis,

Æstuat ut clausis rapidus fornacibus ignis.
† Intereà teneris tepefa[illegible]us in ossibus humor — 4. Geor. 308
Æstuat, & visenda modis animalia miris
Trunca pedum primò, mox & stridentia pennis
Miscentur, tenuémque magis, magis aëra carpunt.
* --liquefacta boum per viscera toto — 555
Stridere apes utero, & ruptis effervere costis:
Immensásque trahi nubes, jámque arbore summâ
Confluere, & lentis uvam demittere ramis.
† Qualis apes æstate novâ per florea rura — 1. Æn. 430
Exercet sub Sole labor, quum gentis adultos
Educunt fœtus, aut quum liquentia mella
Stipant, & dulci distendunt nectare cellas,
Aut onera accipiunt venientûm, aut agmine facto
Ignavum fucos pecus à præsepibus arcent:
Fervet opus, redolentque thymo fragrantia mella.
* Hunc circum innumeræ gentes populíq; volabant. — 6. Æn. 429
Ac veluti in pratis, ubi apes æstate serenâ,
Floribus insidunt variis, & candida circum
Lilia funduntur: strepit omnis murmure campus.
† Hujus apes summum densæ (mirabile dictu) — 7. Æn. 64
Stridore ingenti, liquidum trans æthera vectæ,
Obsedêre apicem: & pedibus per mutua nexis
Examen subitum ramo frondente pependit.
* Inclusas ut cùm latebroso in pumice pastor — 12. Æn. 587
Vestigavit opes, fumóque implevit amaro,
Illæ intùs trepidæ rerum per cerea castra
Discurrunt, magnísque acuunt stridoribus iras.

v. *Mella*.

APOLLO, PHOEBVS, CYNTHIVS.

ET me Phœbus amat: Phœbo sua semper apud me — 3. Ecl. 62
Munera sunt lauri, & suavè rubens hyacinthus.
† Dic quibus in terris (& eris mihi magnus Apollo.) — 104
* Non me carminibus vincet nec Thracius Orpheus, — 4. Ecl. 55
Nec Linus: huic mater quamvis atq; huic pater adsit,
Orphei Calliopeia, Lino formosus Apollo.
† Quid si idem certet Phœbum superare canendo? — 5. Ecl. 9
* --Postquam te fata tulerunt, — 34
Ipsa Pales agros, atque ipse reliquit Apollo.
† --En quatuor aras. — 65
Ecce duas tibi Daphni, duóque altaria Phœbo.

6. *Ecl.* 3 † Quum canerem Reges, & prælia, Cynthius aurem
Vellit, & admonuit. --
11 * - nec Phœbo gratior ulla est,
Quàm sibi quæ Vari præscripsit pagina nomen.
29 † Nec tantum Phœbo gaudet Parnassia rupes.
66 * Vtque viro Phœbi chorus assurrexerit omnis.
His tibi Grynæi nemoris dicatur origo.
73 † Ne quis sit lucus, quo se plus jactet Apollo.
82 * Omnia, quæ Phœbo quondam meditante, beatus
Audiit Eurotas, jussítque ediscere lauros.
4. *Geor.* 6 † In tenui labor, at tenuis non gloria, si quem
Numina læva sinunt, vênitque vocatus Apollo.
3. *Æn.* 250 * Accipite ergo animis, atque hæc mea figite dicta,
Quæ Phœbo Pater omnipotens, mihi Phœbus Apollo
Prædixit.--
271 † Et formidatus nautis aperitur Apollo.
3. *Æn.* 142 * Infert se socium Æneas, atque agmina jungit:
Qualis, ubi hybernam Lyciam, Xantique fluenta
Deserit, ac Delum maternam invisit Apollo,
Instaurátque choros: mistíque altaria circum
Cretésq; Dryopésq; fremunt, pictiq; Agathyrsi:
Ipse jugis Cynthi graditur, mollíque fluentem
Fronde premit crinem fingens, atque implicat auro:
Tela sonant humeris: haud illo segnior ibat
Æneas. -
6. *Æn.* 343 † Dic, age: námq; mihi fallax, haud antè repertus,
Hoc uno responso animum delusit Apollo:
Qui fore te Ponto incolumem, finésque canebat
Venturum Ausonios: en hæc promissa fides est?
Ille autem: Neque te Phœbi cortina fefellit,
Dux Anchisiade, nec me Deus æquore mersit.
9. *Æn.* 638 * Ætheriâ tum fortè plagâ crinitus Apollo,
Desuper Ausonias acies, urbemque videbat
Nube sedens, atque his victorem affatur Iülum:
Macte novâ virtute puer, sic itur ad astra.
11. *Æn.* 784 † --& superos Aruns sic voce precatur:
Summe Deûm, sancti custos Soractis Apollo,
Quem primi colimus, cui pineus ardor acervo
Pascitur, & medium freti pietate per ignem,
Cultores multâ premimus vestigia prunâ:
Da pater hoc nostris aboleri dedecus armis.
Omnipotens.--
794 * Audiit, & voti Phœbus succedere partem,

Mente dedit, partem volucres dispersit in auras.

† Iámque aderat Phœbo ante alios dilectus Iapis | 12. Æn. 391
Iasides: acri quondam cui captus amore,
Ipse suas artes, sua munera lætus Apollo,
Augurium, citharámque dabat, celerésque sagittas.
Ille, ut depositi proferret fata parentis,
Scire potestates herbarum, usúmque medendi
Maluit, & mutas agitare inglorius artes.
* -- ille retorto | 400
Pœonium in morem senior succinctus amictu,
Multa manu medicâ, Phœbíque potentibus herbis
Nequicquam trepidat: nequicquam spicula dextrâ
Sollicitat, prensatque tenaci forcipe ferrum.
Nulla viam fortuna regit, nihil author Apollo
Subvenit.

v. Prædicere, Canere.

APPELLARE, NOMINARE, Dicere, Nomina facere, Dare nomen, Dicere de nomine, Dicere cognomine, Vocare, compellare, Nomine talis, Nomen habere, & tenere, & dare, referre, &c.

VRbem quam dicunt Romam, Melibœe, putavi. | 1. Ecl. 20
† Navita tum stellis numeros, & nomina fecit | 1. Geor. 137
Pleïades, Hyadas, clarámque Lycaonis Arcton.
* Hic tamen ille urbem Patavi, sedésque locavit | 1. Æn. 246
Teucrorum, & genti nomen dedit, armáque fixit:
† Inferrétque Deos Latio, genus unde Latinum. | 6
* Romulus excipiet gentem, & Mavortia condet | 276
Mœnia, Romanósque suo de nomine dicet.
† Est locus, Hesperiam, Graij cognomine dicunt: | 295
Oenotrij coluêre viri; nunc fama Minores
Italiam dixisse Ducis de nomine gentem.
* Æneadásque meo nomen de nomine fingo. | 3. Æn. 18
† Ergo avidus muros optatæ molior urbis, | 133
Pergameámque voco: & lætam cognomine gentem
Hortor amare focos, arcémque attollere tectis. | 210
* --Strophades Graio stant nomine dictæ. | 315
† Chaoniámque omnem Trojano à Chaone dixit. | 350
* -& arentem Xanthi cognomine rivum Agnosco.--
† Quem Phœbi interpres multo compellat honore. | 474
* Sum patria ex Ithaca, comes infelicis Vlyssi, | 613

Nomine Achæmenides.--
3.Æn.692 * Sicanio prætenta sinu jacet insula contra
Plemmyrium undosum: nomen dixêre Priores
Ortygiam --
701 †. Apparet Camarina procul, campíque Geloi,
Immanísque Gela fluvij cognomine dicta.
4.Æn.474 * Per medios ruit, ac morientem nomine clamat.
5.Æn.117 † Mox Italus Mnestheus genus à quo nomine Memmi.
121 * Sergestusque, domus tenet à quo Sergia nomen.
122 † --Scyllâque Cloanthus
Cæruleâ, genus unde tibi Romane Cluenti.
563 * Vna acies juvenum, ducit quam parvus ovantem
Nomen avi referens Priamus, tua clare Polite
Progenies --
568 † Alter Atys genus unde Atyi duxêre Latini.
718 * Vrbem appellabunt permisso nomine Acestam.
6.Æn.234 † Monte sub aërio, qui nunc Misenus ab illo
Dicitur, æternúmque tenet per sæcula nomen.
242 * Vnde locum Graij dixerunt nomine Avernum.
381 † Æternúmque locus Palinuri nomen habebit.
Corde dolor tristi: gaudet cognomine terra.
507 * Nomen, & arma locum servant.--
763 † Et Capys, & Numitor, & qui te nomine reddet,
Sylvius Æneas.--
776 * Hæc tum nomina erunt, nunc sunt sine nomine terræ.
7.Æn.411 † --locus Ardea quondam
Dictus avis, & nunc magnum manet Ardea nomen.
607 * Sunt geminæ belli portæ (sic nomine dicunt)
670 † Tum gemini fratres Tyburtia mœnia linquunt,
Fratris Tyburti dictam cognomine gentem.
777 * --versóque ubi nomine Virbius esset.
8.Æn.48 † Ascanius clari condet cognominis Albam.
54 * Pallantis proavi de nomine, Pallantêum.
322 † --Latiúmque vocari
Maluit, his quoniam latuisset tutus in oris.
329 * Sæpius, & nomen posuit Saturnia tellus,
Tum reges, aspérque immani corpore Tybris,
A quo pòst Itali fluvium cognomine Tybrim
Diximus: amisit verum vetus Albula nomen.
338 † Et Carmentalem Romano nomine portam.
357 * Hanc Ianus pater, hanc Saturnus condidit urbem;
Ianiculum huic, illi fuerat Saturnia nomen.
422 † Vulcani domus, & Vulcania nomine tellus.

* Atque locos, qui pòst Albæ de nomine dicti Albani.-- 9. Æn. 287

† --fortémque manu fudisse Numanum, Cui Remulo cognomen erat.-- 592

* Et Capys: hinc nomen Campanæ ducitur urbi. 10 Æn. 141

† Fatidicæ Mantûs, & Thusci filius amnis, Qui muros, matrísque dedit tibi Mantua nomen. 199

* Ille urbem Argyripam, patriæ cognomine gentis, Victor Gargani condebat Iapygis agris. 11. Æn. 246

† --matrísque vocavit Nomine Casmillæ, mutatâ parte, Camillam, 542

* Nomine quemq; vocans: reficítq; in prælia pulsos. 731

† At Iuno ex summo, qui nunc Albanus habetur, (Tunc neq; nomen erat, neq; honos, aut gloria monti, Prospiciens tumulo.-- 12. Æn. 139

* --mihi mœnia Teucri Constituent, urbíque dabit Lavinia nomen. 193

† Nomine avum referens; animo, manibúsq; parentẽ. 348

v. Dicere.

ARA, ALTARE.

Ædibus in mediis, nudóque sub ætheris axe Ingéns ara fuit, juxtáque veterrima laurus, &c. Huc tandem concede, hæc ara tuebitur omnes. 2. Æn. 512

† Corripit ambustum torrem Chorinæus ab ara. 12. Æn. 298

* Testor numen ait, vos aræ, enséſque nefandi. 2. Æn. 155

† Solennes taurum ingentem mactabat ad aras. 202

* Hoc rogus iste mihi, hoc ignes, aræque parabant? 4. Æn. 676

† Principio delubra adeunt, pacémque per aras Exquirunt, mactant lectas de more bidentes. &c. Aut ante ora Deûm pingues spatiamur ad aras. 56

* Vix ea dicta, dehinc progressus monstrat & aram. 8. Æn. 337

† Crudeles aras, trajectáque pectora ferro Nudavit.- 1. Æn. 359

* Vidi Hecubam, centúmq; nurus, Priamũq; per aras Sanguine fœdantem, quos ipse sacraverat ignes. 2. Æn. 501

† Et miser oppositis à tergo involvitur aris. 11. Æn. 192

* --cumulántque oneratis lancibus aras. 215

† Et positis aris jam vota in littore solves. 3. Æn. 404

* --armis tegerem ut frondentibus aras. 25

† (*Sacerdos.*) -admovítque pecus flagrantibus aris. 12. Æn. 171

* --non hæc solemnia nobis, Has ex more dapes, hanc tanti numinis aram 8. Æn. 185

Vana superstitio veterúmve ignara Deorum,
Imposuit.--

12. Æn. 117 † --Teucríque parabant
In medióque focos, & Diis communibus aras
Gramineas.--

8. Æn. 269 * - primúsque Potitius author
Hanc aram luco statuit, quæ maxima semper
Dicetur nobis, & erit quæ maxima semper.

4. Geor 541 † Quatuor hîc aras alta ad delubra Deorum
Constitue, & sacrum jugulis demitte cruorem.

6. Æn. 252 * Tum Stygio Regi nocturnas inchoat aras.

4. Geor. 549 † Ad delubra venit, monstratas excitat aras.

276 * Sæpe Deûm nexis ornatæ torquibus aræ.

3. Æn. 24 † Accessi, viridémque ab humo convellere sylvam
Conatus, ramis tegerem ut frondentibus aras.

3. Æn. 46 * Annuus exactis completur mensibus orbis, &c.
Condidimus terrâ, mæstásque sacravimus aras.

84 † Dixerat hæc, adytis cùm lubricus anguis ab imis
Amplexus placidè tumulum, lapsúsque per aras.

6. Æn. 176 * --tum jussa Sibyllæ
Haud mora festinant flentes, arámque sepulcri
Congerere arboribus, cœlóque educere certant.

5. Æn. 90 † Tandem inter pateras, & lævia pocula serpens,
Libavítque dapes, rursúsque innoxius imo
Successit tumulo, & depasta altaria liquit.

V. infrà, Sacrificia Mortuorum.

11. Æn. 49 * Et nunc ille quidem spe multùm captus inani
Fors & vota facit, cumulátque altaria donis.

9. Ecl. 105 † Aspice, corripuit tremulis altaria flammis
Sponte suâ, dum ferre moror, cinis ipse? bonum sit.

2. Æn. 515 * Hîc Hecuba, & natæ nequicquam altaria circum.

5. Æn. 54 † Annua vota tamen, solennésque ordine pompas
Exequerer, struerémque suis altaria donis.

8. Æn. 285 Tum Salij ad cantus, incensa altaria circum
Populeis adsunt evincti tempora ramis.

3. Æn. 148 * Effigies sacræ Divûm, Phrygiíque Penates,
Quos mecum à Troja, mediísque ex ignibus urbis
Extuleram. - (*Æneas.*)

2. Æn. 166 † Palladium, cæsis summæ custodibus arcis,
Corripuêre sacram effigiem, manibúsq; cruentis
Virgineas ausi Divæ contingere vittas.

232 * Ducendum ad sedes simulacrum, orandáque Divæ.

v. Templum, & Sacrificare.

ARARE, TERRAM COLERE, Exercere, Subigere, Infindere, Proscindere, Versare, Vertere, Invertere: Movere tellurem, humum, campos, æquor, &c. Fodere humum. Inaratus, Aratrum.

† --quæ jubeant telluri infindere sulcos, — *4. Ecl. 33*
Non rastros patietur humus, non vinea falcem:
Robustus quoque jam tauris juga solvet arator.
* Quamvis collo timuisset aratrum. — *6. Ecl. 50*
† Depresso incipiat jam tum mihi taurus aratro — *1. Geor. 45*
Ingemere, & sulco attritus splendescere vomer.
* Ac priùs ignotum ferro quàm scindimus æquor. — 50
† Pingue solum primis extemplo à mensibus anni, — 64
Fortes invertant tauri: glebásque jacentes
Pulverulenta coquat maturis solibus æstas.
* Multùm adeò rastris glebas qui frangit inertes, — 94
Vimineásque trahit crates, juvat arva, neque illum
Flava Ceres alto nequicquam spectat Olympo.
Et qui proscisso quæ suscitat æquore terga,
Rursus in obliquum verso perrumpit aratro,
Exercétque frequens tellurem, atque imperat arvis.
† Nec nulla intereà est inaratæ gratia terræ. — 83
* --hæc quum sint hominúmque, boúmque labores — 118
Versando terram experti.
† --pater ipse colendi — 121
Haud facilem esse viam voluit, primúsque per artem
Movit agros, curis acuens mortalia corda,
Nec torpere gravi passus sua regna veterno.
Ante Iovem nulli subigebant arva coloni.
* Prima Ceres ferro mortales vertere terram — 147
Instituit, quum jam glandes, atque arbuta sacræ
Deficerent sylvæ, & victum Dodona negaret.
† Quod nisi, & assiduis terram insectabere rastris. — 155
* Exércete viri tauros, serite hordea campis. — 210
† -& jamdudum incumbere aratris, — 213
Dum siccâ tellure licet, dum nubila pendent.
* At si triticeam in messem, robustáque farra, — 219
Exercebis humum, solísque instabis aristis.
† Et prensos domitare boves, & licia telæ — 295
Addere.--
* --incurvo terram molitus aratro. — 454

Exesa inveniet scabrâ rubigine pila :
Aut gravibus rastris galeas pulsabit inanes,
Grandiáque effossis mirabitur ossa sepulcris.

1. Geor. 506 † --non ullus aratro
Dignus honos, squalent abductis arva colonis.

1. Geor. 61 * Scilicet omnibus est labor impendendus : & omnes
Cogendæ in sulcum, ac multâ mercede domandæ.

140 † Hæc loca non tauri spirantes naribus ignem
Invertêre, satis immanis dentibus hydri.

205 * --non ullo ex æquore cernes
Plura domum tardis decedere plaustra juvencis :
Aut unde iratus sylvam devexit arator,
Et nemora evertit multos ignava per annos,
Antiquásque domos avium cum stirpibus imis,
Eruit : illæ altum nidis petiêre relictis :
At rudis enituit impulso vomere campus.

222 † --illam experiêre colendo
Et facilem pecori, & patientem vomeris unci.

315 * --Et validis terram proscinde juvencis.
Nec tibi tam prudens quisquam persuadeat autor,
Tellurem Boreâ rigidam spirante movere.

408 † Primus humum fodito. -

354 * Seminibus positis, superest deducere terram
Sæpius ad capita, & duros jactare bidentes,
Aut presso exercere solum sub vomere, & ipsa
Flectere luctantes inter vineta juvencos.

398 † - námque omne quotannis
Térque, quatérque solum scindendum: glebáque versis
Æternùm frangenda bidentibus. -

418 * Sollicitanda tamen tellus, pulvísque movendus.

423 † Ipsa satis tellus quum dente recluditur unco,
Sufficit humorem, & gravidas cum vomere fruges.

513 * Agricola incurvo terram dimovit aratro.

3. Geor. 50 † --seu quis fortes ad aratra juvencos,
Corpora præcipuè matrum legat [illegible]

162 * Aut aris servare sacris, aut scindere terram,
Et campum horrentem fractis invertere glebis.

515 † Ecce autem duro fumans sub vomere taurus
Concidit, & mistum spumis vomit ore cruorem.

526 *Quid labor, aut benefacta juvant? quid vomere terras
Invertisse graves? -

535 † Ergo ægrè rastris terram rimantur, & ipsis
Vnguibus infodiunt fruges.--

* Quinque greges illi balantum, quina redibant — 7. Æn. 539
Armenta, & terram centum vertebat aratris.
† Omne ævum ferro teritur, versâque juvencûm — 9. Æn. 609
Terga fatigamus hastâ...
* Arva aliena jugo premere, atque avertere prædâ. — 10. Æn. 78
† Arunci, Rutulique serunt, & vomere duros — 11. Æn. 319
Exercent colles: atque horum asperrima pascunt.
* ...conductâque pater tellure serebat. — 12. Æn. 520
v. Ager, Tellus, & Agricola.

ARBOS, ARBUSTUM, VIRGULTUM, Sylva, Lucus, Ramus, Frondes, &c.

Tityre, tu patulæ recubans sub tegmine fagi. — 1. Ecl. 1.
† Sæpe malum hoc nobis (si mens non læva fuisset) — 15
De cœlo tactas memini prædicere quercus.
Sæpe sinistra cavâ prædixit ab ilice cornix.
* Sole sub ardenti resonant arbusta cicadis. — 2. Ecl. 13
† Et nunc omnis ager, nunc omnis parturit arbos. — 3. Ecl. 56
* Concussâque famem in sylvis solabere quercu. — 1. Geor. 159
† Principio arboribus varia est natura creandis: — 2. Geor. 9
Námque aliæ nullis hominum cogentibus, ipsæ
Sponte suâ veniunt, campósque, & flumina latè
Curva tenent, ut molle siler, lentæque genistæ,
Populus, & glaucâ canentia fronde salicta.
Pars autem posito surgunt de semine: ut altæ
Castaneæ, nemorúmque Iovi quæ maxima frondet
Æsculus, atque habitæ Graiis oracula quercus.
Pullulat ab radice aliis densissima sylva:
Vt cerasis, ulmísque: etiam Parnassia laurus,
Parva sub ingenti matris se subjicit umbrâ.
* Sponte suâ quæ se tollunt in luminis auras, — 47.
Infœcunda quidem, sed læta & fortia surgunt.
† Exuerint sylvestrem animum, cultúque frequenti, — 51
In quascúnque voces artes, haud tarda sequentur.
* Aut rursum enodes trunci resecantur, & altè — 78
Finditur in solidum cuneis via: deinde feraces
Plantæ immittuntur: nec longum tempus, & ingens
Exiit ad cœlum ramis felicibus arbos,
Miratúrque novas frondes, & non sua poma.
† ... ubi aëra vincere summum — 127
Arboris haud ullæ jactu potuêre sagittæ.
* Non eadem arboribus pendet vindemia nostris. — 89

2. *Geor.* 131 † Ipsa ingens arbos, faciémque simillima lauro:
Et si non alium latè jactaret odorem,
Laurus erat: folia haud ullis labentia ventis.
291 * Altiùs, ac penitùs terræ defigitur arbos:
Æsculus in primis, quæ quantùm vertice ad auras
Æthereas, tantùm radice in tartara tendit.
Ergo non hyemes illam, non flabra, neque imbres
Convellunt; immota manet, multósque per annos
Multa virûm volvens durando sæcula vincit.
Tum fortes latè ramos, & brachia tendens
Huc illuc, media ipsa ingentem sustinet umbram.
434 † Quid majora sequar? salices, humilésque genistæ;
Aut illæ pecori frondem, aut pastoribus umbram
Sufficiunt, sepémque satis, & pabula melli.
4. *Geor.* 142 * Quotque in flore novo pomis se fertilis arbos
Induerat, totidem autumno matura tenebat.
Ille etiam seras in versum distulit ulmos,
Edurámque pyrum, & spinos jam pruna ferentes,
Iámque ministrantem platanum potantibus umbram.
3. *Æn.* 299 † Et magis atque magis (quanquam secreta parentis
Anchisæ domus, arboribúsque obtecta recessit.)
626 * Ac veluti summis antiquam in montibus ornum
Quum ferro accisam, crebrisque bipennibus instant
Eruere agricolæ certatim: illa usque minatur,
Et tremefacta comam concusso vertice nutat;
Vulneribus donec paulatim evicta, supremum
Congemuit, traxítque jugis avulsa ruinam.
613 † Est urbe egressis tumulus, templúmque vetustum
Desertæ Cereris, juxtáque antiqua cupressus,
Relligione patrum multos servata per annos.
513 * Ingens ara fuit, juxtáque veterrima laurus
Incumbens aræ, atque umbrâ complexa Penates.
3. *Æn.* 22 † Fortè fuit juxtà tumulus, quo cornea summo
Virgulta, & densis hastilibus horrida myrtus:
Accessi, viridémque ab humo convellere sylvam
Conatus, ramis tegerem ut frondentibus aras;
Horrendum, & dictu video mirabile monstrum:
Nam, quæ prima solo ruptis radicibus arbos
Vellitur, huic atro liquuntur sanguine guttæ.
672 * --quales cùm vertice celso
Aëriæ quercus, aut coniferæ cyparissi
Constiterant, sylva alta Iovis, lucúsque Dianæ.
4. *Æn.* 441 † Ac veluti annosam valido cùm robore quercum

Alpini Boreæ nunc hinc, nunc flatibus illinc
Eruere inter se certant, it stridor, & altè
Consternunt terram concusso stipite frondes:
Ipsa hæret scopulis, & quantùm vertice ad auras
Ætherias, tantùm radice in tartara tendit.
† Ipse gravis, graviterque ad terram pondere vasto
Concidit, ut quondam cava concidit, aut Erimantho, 5. Æn. 447
Aut Ida in magna radicibus eruta pinus.
* latet arbore opacâ 6. Æn. 136
Aureus, & foliis, & lento vimine ramus,
Iunoni infernæ dictus sacer: hunc tegit omnis
Lucus, & obscuris claudunt convallibus umbræ:
Sed non antè datur telluris operta subire,
Auricomos quàm quis decerpserit arbore fœtus.
Hoc sibi pulchra suum ferri Proserpina munus
Instituit: primo avulso non deficit alter
Aureus, & simili frondescit virga metallo.
Ergo altè vestiga oculis, & ritè repertum
Carpe manu, namque ipse volens, facilisq; sequetur,
Si te fata vocant: aliter, non viribus ullis
Vincere, nec duro poteris convellere ferro.
† aramque sepulcri 177
Congerere arboribus, cœlóque educere certant.
Itur in antiquam sylvam, stabula alta ferarum.
Procumbunt piceæ, sonat icta securibus ilex,
Fraxineæque trabes, cuneis & fissile robur
Scinditur: advolvunt ingentes montibus ornos.
* Tollunt se celeres: liquidúmque per aëra lapsæ, 202
Sedibus optatis geminâ super arbore sidunt:
Discolor unde auri per ramos aura refulsit.
Quale solet sylvis brumali frigore viscum
Fronde virêre novâ, quod non sua seminat arbos,
Et croceo fœtu teretes circumdare truncos:
Talis erat species auri frondentis opacâ
Ilice, sic leni crepitabat bractea vento.
Corripit extemplò Æneas, avidúsque refringit
Cunctantem, & vatis portat sub tecta Sibyllæ.
† In medio ramos, annosáque brachia pandit 282
Vlmus opaca, ingens, quam sedem somnia vulgò
Vana tenere ferunt, foliísque sub omnibus hærent.
* Laurus erat tecti medio in penetralibus altis, 7. Æn. 58
Sacra comam, multósque metu servata per annos:
Quam pater inventam primas quum conderet arces,

Ipse ferebatur Phœbo sacrasse Latinus,
Laurentísque ab ea nomen posuisse colonis.

7. Æn. 504 † Quadrifidam quercum cuneis ut fortè coactis
Scindebat, raptâ spirans immane securi.

9. Æn. 679 * Quales aëriæ Liquentia flumina circum
Sive Padi ripis, Athesim seu propter amœnum,
Consurgunt geminæ quercus, intonsáque cœlo
Attollunt capita, & sublimi vertice nutant.

2. Æn. 135 † ferro sonat alta bipenni
Fraxinus: evertunt actas ad sydera pinus:
Robora nec cuneis, & olentem scindere cedrum,
Nec plaustris cessant vectare gementibus ornos.

8. Æn. 617 * Arma sub adversâ posuit radiantia quercu.

10 Æn. 423 † Hæc arma, exuviásque viri tua quercus habebit.

11. Æn. 5 * Ingentem quercum decisis undique ramis
Constituit tumulo, fulgentiáque induit arma
Mezenti ducis exuvias tibi magne trophæum.

12. Æn. 206 † Vt sceptrum hoc (dextrâ sceptrum nam fortè gerebat
Nunquam fronde levi fundet virgulta, nec umbras,
Quum semel in sylvis imo de stirpe recisum
Matre caret, posuitque comas, & brachia ferro:
Olim arbos, nunc artificis manus ære decoro
Inclusit, patribúsque dedit gestare Latinis.

v. Sylva.

ARCVS, SAGITTÆ, PHARETRA.

1. Æn. 181 CONstitit hic, arcúmque manu, celerésq; sagittas
Corripuit, fidus quæ tela gerebat Achates.

312 † Námq; humeris de more habilem suspenderat arcũ
Venatrix, dederátque comam diffundere ventis.

5. Æn. 500 * Tum validis flexos incurvant viribus arcus,
Pro se quisque viri, & depromunt tela pharetris:
Primáque per cœlum nervo stridente sagitta
Hyrtacidæ juvenis volucres diverberat auras:
Et venit, adversíque infigitur arbore mali.
Intremuit malus, timuítque exterrita pennis
Ales, & ingenti sonuerunt omnia plausu.
Post acer Mnestheus adducto constitit arcu
Alta petens, pariterque oculos, telúmq; tetendit.
Ast ipsam miserandus avem contingere ferro
Non valuit: nodos, & vincula linea rupit,
Queis innexa pedem malo pendebat ab alto,

Illa Notos, atque atra volans in nubila fugit.
Tum rapidus jamdudum arcu contenta parato
Tela tenens, fratrem Eurytion in vota vocavit.
Iam vacuo lætam cælo speculatus, & alis
Plaudentem nigrâ figit sub nube columbam:
Decidit exanimis, vitámque reliquit in astris
Aëriis: fixámque refert delapsa sagittam.
Amissâ solus palmâ superabat Acestes:
Qui tamen ætherias telum contorsit in auras,
Ostentans artem pariter, arcúmque sonantem.

† Fixerit æripedem cervam licet, aut Erimanthi
Placarit nemora, & Lernam tremefecerit arcu. — 6 Æn. 802

* Aut acres tendunt arcus, aut lenta lacertis
Spicula contorquent.-- — 7. Æn. 164

† --sonat unà lethifer arcus:
Et fugit horrendùm stridens elapsa sagitta,
Pérque caput Remuli venit, & cava tempora ferro
Trajicit.-- — 9. Æn. 631

* Intendunt acres arcus, amentáque torquent:
Sternitur omne solum telis-- — 665

† --queis tela, sagittæ
Corytique leves humeris, & lethifer arcus. — 10. Æn. 168

* Spicula torquebat Lycio Cortynia cornu,
Aureus ex humeris sonat arcus, & aurea vati
Cassida-- — 11. Æn. 773

† Spiculáque ex humero parvæ suspendit & arcum. — 575

* Aureus ex humero sonat arcus, & arma Dianæ: — 652
Illa etiam, si quando in tergum pulsa recessit,
Spicula converso fugientia dirigit arcu.

† Sed laxos referunt humeris languentibus arcus. — 874

* Non ut tela tamen, non ut contenderet arcum. — 815

† Non secus ac nervo per nubem impulsa sagitta, — 856
Armatam sævi Parthus quam felle veneni
Parthus sive Cydon, telum immedicabile torsit,
Stridens, & celeres incognita transilit umbras.

v. Diana, & Sagitta.

* --& bibit ingens Arcus.-- *Pro Iride.* — 1. Geor. 380

v. Volare, & Color.

ARMA, ARMARE.

Armorum sonitum toto Germania cælo — 474
Audiit, insolitis tremuerunt motibus Alpes.

1. Æn. 4 † --at nunc horrentia Martis
Arma, virúmque cano.--
150 * Iámque faces, & saxa volant, furor arma ministrat.
319 † Virginis os, habitúmque gerens, & virginis arma
Spartanæ--
2. Æn. 353 * --Moriamur, & in media arma ruamus.
383 † Irruimus, densis & circumfundimur armis.
409 * Consequimur cuncti, & densis incurrimus armis.
509 † Arma diu senior desueta trementibus ævo
Circundat nequicquam humeris, & inutile ferrum
Cingitur, ac densos fertur moriturus in hostes.
518 * Ipsum autem sumptis Priamum juvenilibus armis
Vt vidit, quæ mens tam dira, miserrime conjux,
Impulit his cingi telis? aut quò ruis, inquit.
544 † Sic fatus senior, telúmque imbelle sine ictu,
Conjicit: rauco quod protinus ære repulsum,
Et summo clypei nequicquam umbone pependit.
655 * Rursus in arma feror, mortémq; miserrimus opto.
668 † Arma, viri, ferte arma: vocat lux ultima victos.
747 * Ipse urbem repeto, & cingor fulgentibus armis.
301 † Clarescunt sonitus, armorúmque ingruit horror.
314 * Arma amens capio, nec sat rationis in armis.
317 † - Pulchrúmque mori succurrit in armis.
333 * --stat ferri acies mucrone corusco
Stricta, parata neci, vix primi prælia tentant.
In flammas, & in arma feror, quò tristis Erinnys,
Quò fremitus vocat, & sublatus ad æthera clamor:
Addunt se socios Ripheus, & maximus armis
Iphitus.--
389 † Mutemus clypeos, Danaûmque insignia nobis
Aptemus, dolus, an virtus quis in hoste requirat?
Arma dabunt ipsi. Sic fatus deinde comantem
Androgei galeam, clypeíque insigne decorum
Induitur, laterique Argivum accommodat ensem.
Hoc Ripheus, hoc ipse Dymas, omnísque Iuventus
Læta facit, spoliis se quisque recentibus armat.
411 * Obruimur telis, oriútrque miserrima cædes
Armorum facie, & Graiarum errore jubarum.
676 † Sin aliquam expertus sumptis spem ponis in armis,
Hanc primùm tutare domum, cui parvus Iülus.
3. Æn. 51 * --Cùm jam diffideret armis
Dardaniæ, cingíque urbem obsidione videret.
54 † Res Agamemnonias, victriciáque arma sequutus,
Fas

Pas omne abrumpit.--

† Æneas hæc de Danais victoribus arma. 3. *Æn.* 288

† Remigium supplet: socios simul instruit armis. 471

† Non cœptæ assurgunt turres, non arma juventus 4. *Æn.* 86
Exercet.--

† Donat habere viro, decus, & tutamen in armis. 5. *Æn.* 262

† Quid si quis cæstus ipsius & Herculis arma 410
Vidisset, tristémq; hoc ipso in littore pugnam?
Hæc germanus Eryx quondam tuus arma gerebat:
Sanguine cernis adhuc, sparsóque infecta cerebro.

† Et paribus palmas amborum immiscuit armis. 425

† --pugnæque cient simulacra sub armis. 585

† Idæúmque etiam currus, etiam arma tenentem. 485

† Vt vidêre virum, fulgentiáque arma per umbras. 6. *Æn.* 490

† Egregia intereà conjux arma omnia tectis 523
Emovet, & fidum capiti subduxerat ensem.

† Tertiáque arma patri suspendet capta Quirino. 859
Egregium formâ juvenem, & fulgentibus armis.

† Tyrrhenámq; manum, totámq; sub arma coactam 7. *Æn.* 43
Hesperiam.--

† Direxêre acies, non jam certamine agresti 524
Stipitibus duris agitur, sudibúsque præustis,
Sed ferro ancipiti decernunt, atráque latè
Horrescit strictis seges ensibus, æráque fulgent
Sole lacessita, & lucem sub nubila jactant.

† Pila manu, sævósque gerunt in bella dolones: 669
Et tereti pugnant mucrone, verúque Sabello.

† Quare age, & armari pubem, portísque moveri 429
Lætus in arma para.--

† --& tandem Turnum experiatur in armis. 434

† Pars pedes ire parat campis, pars arduus altis 624
Pulverulentus equis furit: omnes arma requirunt.

† --quibus Itala jam tum 644
Floruerit terra alma viris, quibus arserit armis.

† --non illis omnibus arma, 685
Nec clypei, currúsque sonant.--

† Agmina in arma vocat subitò, ferrúmq; retractat. 694

† Ipse inter primos præstanti corpore Turnus 783
Vertitur arma tenens, & toto vertice suprà est.

† Improvisi adsunt, hic torre armatus obusto, 510
Stipitis hic gravidi nodis: quod cuique repertum
Rimanti, telum ira facit.--

† --socios simul instruit armis. 8. *Æn.* 80

8. Æn. 114 † Qui genus? unde domo? pacémne huc fertis, an arma?
220 * --rapit arma manu, nodísq; gravatum
Robur, & aërij cursu petit ardua montis.
249 † Desuper Alcides telis premit: omniáque arma
Advocat, & ramis, vastísq; molaribus instat.
376 * Non ullum auxilium miseris, non arma rogavi
Artis, opísque tuæ --
433 † Parte aliâ Marti, currúmque, rotásque volucres
Instabant: quibus ille viros, quibus excitat urbeis:
Ægidáque horrificam, turbatæ Palladis arma.
441 * Arma acri facienda viro: nunc viribus usus.
474 † Hinc Rutulus premit, & murum circumsonat armis.
481 * Hanc multos florentem annos Rex deinde superbo
Imperio, & sævis tenuit Mezentius armis.
528 † Arma inter nubem, cœli in regione serenâ,
Per sudum rutilare vident, & pulsa tonare.
535 * Si bellum ingrueret, Vulcaniáq; arma per auras
Laturam auxilio.--
565 † --terna arma movenda,
Ter letho sternendus erat: cui tunc tamen omnes
Abstulit hæc animas dextra, & totidem exuit armis.
587 * --ipse agmine Pallas
In medio, chlamyde, & pictis conspectus in armis.
661 † --duo quisque Alpina coruscant
Gæsa manu, scutis protecti corpora longis.
616 * Arma sub adversâ posuit radiantia quercu.
685 † Hinc ope Barbaricâ, variísque Antonius armis
Victor.--
723 * Quàm variæ linguis, habitu tam vestis, & armis.
9. Æn. 40 † Namque ita discedens præceperat optimus armis
Æneas, si qua intereà fortuna fuisset,
Ne struere auderent aciem, neu credere campo.
56 * Non æquo dare se campo, non obvia ferre
Arma viros, sed castra fovere.--
139 † Ille dolor, solísque licet capere arma Mycenis.
179 * --quo pulchrior alter
Non fuit Æneadûm, Trojana nec induit arma.
269 † Vidisti quo Turnus equo, quibus ibat in armis
Aureus?
272 * Prætereà bis sex genitor lætissima matrum
Corpora, captivósque dabit, suáque omnibus arma.
357 † Multa virûm solido argento perfecta relinquunt,
Armáque, craterásque simul, pulchrósque tapetas.

† Quid faciat? quâ vi juvenem, quibus audeat armis 9. Æn. 399
Eripere? -
* Turnus in arma viros, armis circundatus ipse 462
Suscitat, æratásque acies in prælia cogit.
† ...vetitísque ad Trojam miserat armis. 547
* Stabat in egregiis Arcentis filius armis. 581
† Stridentem fundam positis Mezentius armis, 586
Ipse ter adductâ circum caput egit habenâ.
* --finite arma viris, & cedite ferro. 620
† Freti armis, ultróque invitant mœnibus hostem. 676
* Continuò Quercens, & pulcher Equicolus armis. 684
† Continuò nova lux oculis effulsit, & arma 731
Horrendum sonuêre, tremunt in vertice cristæ
Sanguineæ: clypeóque micantia fulgura mittit.
* Collapsos artus, atque arma cruenta cerebro 753
Sternit humi moriens.--
† Tum demùm præceps saltu sese omnibus armis 815
In fluvium dedit.--
* Et tua progenies mortalia demoror arma. 10. Æn. 30
† -liceat dimittere ab armis 46
Incolumem Ascanium.--
* --positis inglorius armis 62
Exigat hîc ævum. -
† Pacem orare manu, præfigere puppibus arma. 80
* --quæ causa fuit consurgere in arma 90
Europámque, Asiámque, & fœdera solvere furto?
† Unà torvus Abas: huic totum insignibus armis 170
Agmen, & aurato fulgebat Apolline puppis.
* - sequitur pulcherrimus Astur, 180
Astur equo fidens, & versicoloribus armis.
† Surge, age, & aurorâ socios veniente vocari 241
Primus in arma jube.--
* Atque animos aptent armis, pugnæque parent se. 259
† Hæc arma, exuviásque viri tua quercus habebit. 423
Totus collucens veste, atque insignibus armis
* --arma Cerellus 539
Lecta refert humeris.--
† Tarquitus exultans contrà fulgentibus armis. 550
* -& littora nando 684
Curva petat, Teucrûmque iterum se reddat in arma.
† --armáque Lauso 700
Donat habere humeris, & vertice figere cristam.
* --seque viro vir 735

Contulit, haud furto melior, sed fortibus armis.

10.Æn.768 † Talis se vastis infert Mezentius armis.

796 * Proripuit juvenis, seséque immiscuit armis.

817 † Transiit & parmam mucro, levia arma minacis,
Et tunicam, molli mater quam neverat auro.

827 * Arma quibus lætatus, habe tua.--

11.Æn.5 † Ingentem quercum decisis undique ramis
Constituit tumulo, fulgentiáque induit arma,
Mezenti ducis exuvias. -

18 * Arma parate animis, & spe præsumite bellum.

83 † Indutósque jubet truncos hostilibus armis
Ipsos ferre duces, inimicáque nomina figi.

93 * --tum mœsta phalanx, Teucriq; sequuntur,
Tyrrhenique duces, & versis Arcades armis.

114 † --Rex nostra reliquit
Hospitia, & Turni potiùs se credidit armis.

124 * --ô famâ ingens, ingentior armis
Vir Trojane, quibus cœ o te laudibus æquem?

154 † Haud ignarus eram, quantum nova gloria in armis,
Et prædulce decus primo certamine posset.

161 * -- Troûm socia arma sequutum
Obruerent Rutuli telis, animam ipse dedissem.

173 † Tu quoque nunc stares immanis truncus in armis,
Esset par ætas, & idem si robur ab armis,
Turne, sed infelix Teucros quid demoror armis?

188 * Ter circum accensos cincti fulgentibus armis
Decurrêre rogos. -

191 † Spargitur & tellus lacrymis, sparguntur & arma.

218 * Ipsum armis, ipsúmque jubent decernere ferro.

229 † --alia arma Latinis
Quærenda, aut pacem Trojano ab Rege petendam.

391 * Ambo animis, ambo insignes præstantibus armis.

293 † --ast armis concurrant arma, cavete.

208 * Spem si quam accitis Ætolûm habuistis in armis,
Ponite,-- (netur.

348 † Dicam equidem, licet arma mihi, mortémq; mi-

351 * --& cœlum territat armis.

395 † --atque exutos Arcadas armis.

402 * --contrà premere arma Latini
Nunc, & Myrmidonum proceres Phrygia arma
tremiscunt.

934 † Factáque Vulcani manibus paria induat arma
Ille licet.--

Arma manu trepidi poſcunt, fremit arma juventus. 11. *Æn.* 453
Illi armis in regna ruunt. 461
Cætera quà juſſo, mecum manus inferat arma. 467
Æneas (ut fama fidem, miſsíque reportant 5:1
Exploratores) equitum levia improbus arma
Præmiſit, quaterent campos.--
O virgo, & noſtris nequicquam cingitur armis. 536
Poſt ego nube cavâ miſerandæ corpus, & arma 593
Inſpoliata feram tumulo, patriæque reponam.
Horret ager, campíque armis ſublimibus ardent. 602
Bis rejecti armis reſpectant terga tegentes. 630
Armáque, corporáque, & permiſti cæde virorum. 634
Agreſtíſque manus armat ſparus: ipſe catervis. 682
--Catillus Iolam, 640
Ingentémque animis, ingentem corpore, & armis
Dejicit Herminium.--
Tantus in arma patet: latos huic haſta per armos. 645
--& pictis bellantur Amazones armis. 660
-- procul Ornitus armis 677
Ignotis, & equo venator Iapyge fertur.
Advênit qui veſtra dies muliebribus armis 687
Verba redargueret.--
Tradit equum comiti, paribúſque aſſiſtit in armis. 740
--volat igneus æquore Tarchon 747
Arma, virúmque ferens.--
Inſignis longè Phrygiis fulgebat in armis. 769
--ſive ut templis præfigeret arma, Troïa-- 778
Contentúſque fugâ, mediis ſe immiſcuit armis. 815
Et captum letho poſuit caput, arma relinquens. 830
Vt vidit fulgentem armis, ac vana tumentem. 854
--oritúrque miſerrima cædes 885
Defendentum armis aditus, ínque arma ruentum.
Et ſævum Ænean agnovit Turnus in armis. 910
Tum demum movet arma leo.-- 12. *Æn.* 6
Ardet in arma magis.-- (*Turnus.*) 9
--Teucrûm arma quieſcant, 78
Et Rutulum noſtro dirimatur ſanguine bellum.
Nec minùs intereà maternis ſævus in armis 107
Æneas acuit Martem, & ſe ſuſcitat irâ.
Agmina ſe fundunt portis: hinc Troïus omnis, 122
Tyrrhenuſque ruit variis exercitus armis.
Haud ſecùs inſtructi ferro, quàm ſi aſpera Martis
Pugna vocet.--

167 * Sydereo flagrans clypeo, & cœlestibus armis.

12.Æn. 187 † Cedet Ilus agris, nec pòst arma ulla rebelles
Æneadæ referent.--

192 * Sacra, Deósque dabo: socèr arma Latinus habeto.

226 † Nomen erat virtutis, & ipse acerrimus armis.

280 * --hinc densi rursus inundant
Troës, Agyllinique, & pictis Arcades armis.

308 † --& sparso latè rigat arma cruore.

326 * Poscit equos, atque arma simul; saltúq; superbus
Emicat in currum, & manibus molitur habenas.

344 † --quos Imbrasus ipse
Nutrierat Lyciæ, paribúsque ornaverat armis.

425 * Arma citi properate viro.

433 † Ascanium fusis circum complectitur armis.

491 * Subsistit Æneas, & se collegit in arma.

642 † --Teucri potiuntur corpore, & armis,

707 * Armáque deposuêre humeris.--

739 † --postquàm arma Dei ad Vulcania ventum est.

783 * Olli sublimes, armis, animísque refecti.

844 † Iuturná inq; parat fratris dimittere ab armis.

890 * Non cursu, sævis certandum est comminùs armis.

938 † --stetit acer in armis
Æneas, volvens oculos, dextramque repressit.

v. Bellum, Certare, Miles.

ARS, ARTIFEX.

1. Geor. 120 * --Pater ipse colendi
Haud facilem esse viam voluit, primúsq; per artem
Movit agros, curis acuens mortalia corda.

133 † Et varias usus meditando extunderet artes:
Tum variæ venêre artes. Labor omnia vincit
Improbus, & duris urgens in rebus egestas.

2. Geor. 55 * -cultúque frequenti
In quascunque voces artes, haud tarda sequentur.

4. Geor. 55 † --apes, hinc arte recentes
Excudunt ceras.--

293 * Omnis in hac certam regio jacit arte salutem.

314 † Quis Deus hanc, Musæ, quis nobis extudit artem?

1. Æn. 643 * Arte laboratæ vestes, ostróque superbo.

651 † At Cytherea novas artes, nova pectore versat
Consilia, ut faciem mutatus, & ora Cupido.

2. Æn. 15 * Instar montis equum divinâ Palladis arte
Ædificant.--

† --ille dolis instructus, & arte Pelasgâ. 2. Æn. 152
* Talibus insidiis, perjuríque arte Sinonis 195
Credita res, captíque dolis, lacrymísque coacti.
† Cùm sævo è scopulo multâ vix arte revulsus. 5. Æn. 270
* Nunc hos, nunc illos aditus, omnémq; pererrat 441
Arte locum, & variis assultibus irritus urget.
† Tum senior Nautes, unum Tritonia Pallas 704
Quem docuit, multâque insignem reddidit arte.
* --hîc victor cæstus, artémq; repono. 484
† Qui tamen ætherias telum contorsit in auras, 520
Ostentans artem pariter, arcúmque sonantem.
* Excudent alii spirantia molliús æra, 6. Æn. 848
Credo equidem, vivos ducent de marmore vultus,
Orabunt caussas meliùs, cœlíque meatus
Describent radio, & surgentia sydera dicent.
Tu regere imperio populos, Romane, memento,
(Hæ tibi erunt artes) pacísque imponere morem,
Parcere subjectis, & debellare superbos.
† Inventas aut qui vitam excoluêre per artes. 663
* Námque ferunt famâ, Hippolytum postquàm arte novercæ 7. Æn. 779
Occiderit, patriásque explêrit sanguine pœnas.
† Arte novâ speculata locum.-- (*Alecto.*) 480
* Mulcebátque iras, & morsus arte levabat. 760
† --nec prima per artem 8. Æn. 143
Tentamenta tui pepigi.--
* Auratum mirâ ensem fecerat arte Lycaon 9. Æn. 304
Gnosius, atq; habilem vaginâ aptarat eburnâ.
† Qualis gemma micat, fulvum quæ dividit aurum, 10. Æn. 134
Aut collo decus, aut capiti, vel quale per artem
Inclusum buxo, aut Oriciâ terebintho
Lucet ebur.--
* Vane Ligur, frustráque animis elate superbis, 11. Æn. 715
Nequicquam patrias tentasti lubricus artes.
† Velocem iaculo, & multâ prior arte Camillam. 755
* Iasides acri quondam cui captus amore 12. Æn. 392
Ipse suas artes, sua munera lætus Apollo
Augurium, citharámq; dabat, celerésq; sagittas.
Ille, ut depositi proferret fata parentis.
Scire potestates herbarum, usúmque medendi
Maluit, & mutas agitare inglorius artes.
† Non hæc humanis opibus, non arte magistrâ 429
Proveniunt: neque te, Ænea, mea dextera servat.

12. Æn. 518 † Arcada, piſcoſæ cui circum flumina Lernæ
Ars fuerat, paupérque domus, nec nota potentum.
632 * O ſoror, & dudum agnovi, cùm prima per artem
Fœdera turbaſti, téque in hæc bella dediſti.
873 † --quä tibi lucem arte morer? -
891 * Verte omnes tete in facies, & contrahe quicquid
Sive animo, ſive arte vales, opta ardua pennis,
Aſtra ſequi, clauſúmque cava te condere terrâ.
2. Geor. 178 † --tibi res antiquæ laudis, & artis
Ingredior.--
4. Geor. 439 * Proteus ille ſuæ contrà non immemor artis,
Omnia transformat ſeſe in miracula rerum.
2. Æn. 106 † Ignari ſcelerum tantorum, artíſque Pelaſgæ.
7. Æn. 338 * Mille nocendi artes.-- (*tibi Alecto.*)
772 † Ipſe repertorem medicinæ talis, & artis.
8. Æn. 376 * Non ullum auxilium miſeris, non arma rogavi
Artis, opíſque tuæ. (*Venus Vulcano.*)
1. Æn. 459 † Artificúmq; manus inter ſe, operúmque laborem
Miratur.--
2. Æn. 124 * --multi crudele canebant
Artificis ſcelus.--
11 Æn. 407 † Artificis ſcelus, & formidine crimen acerbat.
12. Æn. 210 * Olim arbos, nunc artificis manus ære decoro
Incluſit, patribúſque dedit geſtare Latinis.
v. Calare.

ASCANIVS. IVLVS, DVLCIS, Regius: Integer ævi: Puer: Æneides: Pulcher: Spei magnæ: Surgens: Hæres: Caput charum: Parvus: Incolumis: Comes; Acer; Victor: Lætus: Veneris Nepos, & cura, &c.

1. Æn. 657 AT Cytherea novas artes, nova pectore verſat
Conſilia, ut faciem mutatus, & ora Cupido
Pro dulci Aſcanio veniat.--
1. Æn. 677 † Regius accitu chari genitoris ad urbem.
9. Æn. 254 * --tum cætera reddet
Actutùm pius Æneas, atque integer ævi
Aſcanius, meriti tanti non immemor unquam.
3. Æn. 339 † Quid puer Aſcanius, ſuperátne, & veſcitur aurâ?
5. Æn. 72 * Sic fatus, velat materna tempora myrto, &c.
Hoc puer Aſcanius; ſequitur quos cætera pubes.

† Ecquæ jam puero est amissæ cura parentis, 3. Æn. 341
Ecquid in antiquam virtutem, animósque viriles
Et Pater Æneas, & avunculus excitat Hector.
* Tu facito mox cùm matura adoleverit ætas, 12. Æn. 437
Sis memor, & te animo repetentem exempla tuorum
Et Pater Æneas, & avunculus excitet Hector.
† Sit satis, Æneide, telis impunè Numanum 9. Æn. 653
Oppetiisse tuis. - (*Apollo.*)
* (*Æneas de Pallante.*) -- hei mihi quantum 11. Æn. 57
Præsidium Ausonia, & quantum tu perdis Iüle?
† Rem magnam, pretiúmque moræ fore: primus Iülus 9. Æn. 232
Accepit trepidos, ac Nisum dicere jussit.
* Prosequitur votis, necnon & pulcher Iülus 310
Ante annos, animúmq; gerens, curámq; virilem.
† Cedet Iülus agris, nec pòst arma ulla rebelles 12. Æn. 185
Æneades referent, ferróve hæc regna lacessent.
* Ecce levis summo de vertice visus Iüli 2. Æn. 682
Fundere lumen apex, tactûque innoxia molli
Lambere flamma comas, & circum tempora pasci.
† Per Genitorem oro, per spem surgentis Iüli, 6. Æn. 364
Eripe me his invicte malis. (*Palinurus Æneæ.*)
* Ascanióne Pater Romanas invidet arces? 4. Æn. 234
† Ascanium surgentem, & spes hæredis Iüli 4. Æn. 274
Respice, cui regnum Italiæ, Romanáque tellus
Debentur. - (*Mercurius.*)
* Hîc locus urbis erit requies, ea meta laborum, 8. Æn. 46
Ex quo ter denis urbem redeuntibus annis
Ascanius clari condet cognominis Albam.
† Hinc Pater Æneas, Romanæ stirpis origo, &c. 12. Æn. 166
Et juxtà Ascanius, magnæ spes altera Romæ,
Procedunt castris. -
* At puer Ascanius, cui nunc cognomen Iülo 1. Æn. 267
Additur (Ilus erat dum res stetit Ilia regno)
Triginta magnos volvendis mensibus orbes
Imperio explebit, regnúmque à sede Latini
Transferet, & longam multâ vi muniet Albam.
† Finibus extorris, complexu avulsus Iüli, 4. Æn. 617
Auxilium imploret - (*Dido imprecatur Æneæ.*)
* Non potui abreptum divellere corpus, & undis 600
Spargere? non socios, non ipsum absumere ferro
Ascanium, patriísque epulandum apponere mensis.
† Omnis in Ascanio chari stat cura parentis. 1. Æn. 646
* Hoc erat alma parens quòd me per tela, per ignes 2. Æn. 664

Eripis? ut mediis hostem in penetralibus, útque
Ascaniúmque Patrémque meum, juxtáq; Creüsam
Alterum in alterius mactatos sanguine cernam?

747 * Ascanium, Anchisénq; patrem, Teucrósq; Penates
Commendo sociis, & curvâ valle recondo.

12. Æn. 432 † Postquàm habilis lateri clypeus, loricáq; tergo est,
Ascanium fusis circum complectitur armis,
Summáque per galeam delibans oscula fatur.

4. Æn. 354 * Me puer Ascanius, capitísque injuria chari,
Quem regno Hesperiæ fraudo, & fatalibus arvis.

1. Æn. 691 † At Venus Ascanio placidam per membra quietem
Irrigat, & fotum gremio Dea tollit in altos
Idaliæ lucos, ubi mollis amaracus illum, &c.

10. Æn. 46 * --liceat dimittere ab armis
Incolumem Ascanium, liceat superesse nepotem.

524 † Per patrios Manes, & spes surgentis Iüli
Te precor, hanc animam serves natóque patríque.

2. Æn. 673 * Ecce autem complexa pedes in limine conjux
Hærebat, parvúmque patri tendebat Iülum.

710 † - mihi parvus Iülus Sit comes.--

713 * dextræ se parvus Iülus
Implicuit, sequitúrque patrem non passibus æquis.

562 † --subiit deserta Creüsa
Et direpta domus, & parvi casus Iüli.

9. Æn. 845 * Ascaniúmque petit, formà tum vertitur oris
Antiquum in Buten: Hic Dardanio Anchisæ
Armiger antè fuit, fidúsque ad limina custos.
Tum comitem Ascanio pater addidit: ibat Apollo.

5. Æn. 545 † At Pater Æneas nondum certamine misso
Custodem ad sese, comitémque impubis Iüli
Epytidem vocat, & fidum sic fatur ad aurem.
Vade age, & Ascanio si jam puerile paratum
Agmen habet secum, cursúsque instruxit equorum,
Ducat avo turmas, & sese ostendat in armis.

569 * Parvus Atys, pueróque puer dilectus Iülo
Extremus, formâque ante omnes pulcher Iülus
Sidonio invectus equo, quem candida Dido
Esse sui dederat monimentum & pignus amoris.
Indomiti agricolæ, necnon & Troïa pubes
Ascanio auxilium castris effundit apertis.

10. Æn. 604 † Tandem erumpunt, & castra relinquunt
Ascanius puer, & nequicquam obsessa juventus.

5. Æn. 596 * Hunc morem, hos cursus, atq; hæc certamina primus

ſcanius, longam muris cùm cingeret Albam,
ettulit, & priſcos docuit celebrare Latinos.
Primus & Aſcanius curſus ut lætus equeſtres — 5. Æn. 664
ucebat, ſic acer equo turbata petivit
aſtra, nec exanimes poſſunt retinere Magiſtri.
uis furor iſte novus? quò nunc, quò tenditis, inquit,
eu miferæ cives? non hoſtem inimicáque caſtra
rgivûm? veſtras ſpes uritis: en ego veſter
ſcanius: galeam ante pedes projecit inanem,
uâ ludo indutus belli ſimulacra ciebat.
Ipſe etiam eximiæ laudis ſuccenſus amore — 7. Æn. 496
ſcanius curvo direxit ſpicula cornu.
ec dextræ erranti Deus abfuit, actáque multo
érque uterum ſonitu, pérque ilia vênit arundo.
Tum primùm bello celerem intendiſſe ſagittam — 9. Æn. 590
icitur: antè feras ſolitus terrere fugaces
ſcanius, fortémque manu fudiſſe Numanum.
Non tulit Aſcanius, nervóque obverſus equino — 9. Æn. 622
ontendit telum, diversáque brachia ducens,
onſtitit ante Iovem ſupplex per vota precatus:
ppiter omnipotens, audacibus annue cœptis,
ſe tibi ad tua templa feram ſolennia dona, &c.
udiit, & cœli Genitor de parte ſerenâ
tonuit lævum: ſonat unà lethifer arcus,
fugit horrendùm ſtridens elapſa ſagitta,
érque caput Remuli venit, & cava tempora ferro
ajicit. I, verbis virtutem illude ſuperbis,
s capti Phryges hæc Rutulis reſponſa remittunt. — 9. Æn. 640
(*Apollo.*) His victorem affatur Iülum:
acte novâ virtute puer, ſic itur ad aſtra. — 10. Æn. 236
At puer Aſcanius muro, foſsíſque tenetur
ela inter media, atque horrentes Marte Latinos. — 12. Æn. 384
Intereà Æneam Mneſtheus, & fidus Achates,
ſcaniúſque comes caſtris ſtatuêre cruentum
ternos longâ nitentem cuſpide greſſus.
Hunc procul errantem rapidè venantis Iüli — 7. Æn. 493
ommovêre canes, fluvio cùm fortè ſecundo
efflueret, ripâque æſtus viridante levaret.
Necnon & Phrygii comites, & lætus Iülus. — 4. Æn. 140
Æneas, primíque duces, & pulcher Iülus — 7. Æn. 707
orpora ſub ramis deponunt arboris altæ. — 7. Æn. 477
Arte novâ ſpeculata locum, quo littore pulcher
ſidiis curſúque feras agitabat Iulus.

4. Æn. 156 † At puer Ascanius mediis in vallibus acri
Gaudet equo: jámque hos cursu, jam præterit illos;
Spumantémque dari pecora inter inertia votis
Optat aprum, aut fulvum descendere monte leonem.
9. Æn. 500 * Illam incendentem luctus Idæus, & Actor
Ilionei monitu, & multùm lacrymantis Iüli
Corripiunt, intérque manus sub tecta reponunt.
12. Æn. 399 † Æneas magno juvenum, & mærentis Iüli
Concursu, lacrymisque immobilis. -
9. Æn. 292 * - perculsâ mente dederunt
Dardanidæ lacrymas, ante omnes pulcher Iülus.
12. Æn. 110 † Tum socios, mœstique metum solatur Iüli. (Æn.)
4. Æn. 263 * Et Tyrii comites passim, & Trojana juventus,
Dardaniúsque nepos Veneris, diversa per agros.
10. Æn. 132 † Ipse inter medios Veneris justissima cura
Dardanius caput ecce puer detectus honestum.
Qualis gemma micat, fulvum quæ dividit aurum, &c.
6. Æn. 788 * Huc geminas nunc flecte acies, hanc aspice gentem,
Romanósque tuos: hîc Cæsar, & omnis Iüli
Progenies magnum cœli ventura sub axem.
9. Æn. 638 † Nube sedens, atque his victorem affatur Iülum.
Macte novâ virtute puer, sic itur ad astra:
Diis genite & geniture Deos, jure omnia bella
Gente sub Assaraci fato ventura resident,
Nec te Troja capit. -- (Apollo.)

ASCENDERE, CONSCENDERE.

Superare, Ire suprà, Scandere, Exuperare, Scala, Saltus, Evebo.

2. Æn. 193 Si manibus vestris vestram ascendisset in urbem.
3. Æn. 293 † Chaonio, & celsam Buthroti ascendimus urbem.
1. Æn. 419 * Iámque ascendebant collem, qui plurimus urbi.
12. Æn. 144 † Magnanimi Iovis ingratum ascendêre cubile.
2. Æn. 302 * --summi fastigia tecti Ascensu supero.--
1. Æn. 180 † Æneas scopulum intereà conscendit, & omnem.
381 * Bis denis Phrygium conscendi navibus æquor.
4. Æn. 646 † & altos Conscendit furibunda rogos.--
8. Æn. 97 * Sol medium cœli conscenderat igneus orbem.
10. Æn. 155 † Classem conscendit, jussis gens Lydia Divûm.
3. Æn. 270 * - superant montes, & flumina tranant.
8. Ecl. 6 † Tu mihi, seu magni superas jam saxa Timavi.
11. Æn. 513 * --ipse ardua montis.

Per deserta jugo properans adventat ad urbem.
† --aërii cursu petit ardua montis. 8. Æn. 221.
* Supra homines, supra ire Deos pietate videbis. 12 Æn. 839
† Injicit, & saltu supra venabula fertur. 9. Æn. 553
* Prensantémq; uncis manibus capita aspera montis. 6. Æn. 360
† Exuperátq; jugum, silv que evadit opacâ. 11. Æn. 905
* --facilis descensus Averni, 6. Æn. 125
Sed revocare gradum, superásq; evadere ad auras,
Hoc opus, hic labor est.--
† Poma quoq; ut primùm truncos sensêre valentes, 2. Geor. 425
Et vires habuêre suas, ad sydera raptim
Vi propriâ nituntur, opísque haud indiga nostræ.
* --ad sydera rursus 7. Æn. 767
Ætheria, & superas cœli venisse sub auras.
† Hoc superate jugum, & facili jam tramite sistam: 6. Æn. 676
Desuper ostentat, dehinc summa cacumina linquunt.
* Inclusas animas, superúmq; ad lumen ituras. 680
† O Pater, ánne aliquas ad cœlum hinc ire putandũ est 719
Sublimeis animas? iterúmq; ad tarda reverti
Corpora.--
* Iuppiter, aut ardens evexit ad æthera virtus. 130
† Cùm Dea se paribus per cœlum sustulit alis. 5. Æn. 656
* Ipsa volans tenues se sustulit ales in auras. 861
† Dixit, & in cœlum paribus se sustulit alis. 9. Æn. 14
* Ilicet ignis edax summa ad fastigia vento 2. Æn. 758
Volvitur, exuperant flammæ, furit æstus ad auras.
† --Scandit fatalis machina muros. 237
* Scandunt rursus equum, & notâ conduntur in alvo. 401
† Ferte citi ferrum, date tela, scandite muros. 9. Æn. 37
* Rescindit vallum, & scalas in mœnia poscit. 514
† Quærunt pars aditum, & scalis ascendere muros. 507
* Expositis stabat scalis, & ponte parato. 10. Æn. 154
† Hærent parietibus scalæ, postésq; sub ipsos 2. Æn. 442
Nituntur gradibus, clypeósq; ad tela sinistris
Protecti objiciunt, prensant fastigia dextris.

Descendere, Illabi, Demitti, Delapsus, Lapsus, Desilio.

* Optat aprum, aut descendere monte leonem. 4. Æn. 159
† --& descendere montibus ornos. 491
* Cogunt me, Neptune, preces descendere in omnes. 5. Æn. 782

8. Æn. 423 † Hoc tunc omnipotens cœlo descendit ab alto.
11 Æn. 450 * Tyrrhenámq; manum totis descendere campis.
7. Ecl. 60 † Iuppiter & læto descendet plurimus imbri.
2. Æn. 632 * Descendo, ac ducente Deo flammam inter, & hostes.
7. Æn. 674 † Ceu duo nubigenæ, cùm vertice montis ab alto
Descendunt Centauri, Homolen, Othrynq; nivalem
Linquentes.--
6. Æn. 677 * --dehinc summa cacumina linquunt.
3. Æn. 565 † Subductâ ad Manes imos descendimus undâ.
2. Geo. 497 * Aut conjurato descendens Dacus ab Istro.
6. Æn. 830 † Aggeribus socer Alpinis, atq; arce Monœci
Descendens --
12. Æn. 853 * Harum unam celerem demittit ab æthere summo.
3. Æn. 225 † At subitæ horrifico lapsu de montibus adsunt
Harpyiæ.--
89 * Da pater augurium, atq; animis illabere nostris.
2. Æn 240 † Illa subit, mediæq; minans illabitur urbi.
9. Ecl. 7 * Certè equidem audieram, quà se subducere colles
Incipiunt, mollique jugum demittere clivo.
4. Ecl. 7 † Iam nova progenies cœlo demittitur alto.
1. Geor. 23 * Quique satis largum cœlo demittitis imbrem.
2. Geor. 524 † --ubera vaccæ Lactea demittunt.
1. Æn. 288 * Iulius à magno demissum nomen Iülo.
2. Æn. 398 † Conserimus, multos Danaûm demittimus Orco.
12. Æn. 220 * Suppliciter venerans demisso lumine Turnus.
2. Æn. 262 † Demissum lapsi per funem Athamásq; Thoasque.
5. Æn. 518 * --fixamque refert delapsa sagittam.
722 † Visa dehinc cœlo facies delapsa parentis.
7. Æn. 620 * Tum Regina Deûm cœlo delapsa.--
5. Æn. 838 † Cùm levis æthereis delapsus Somnus ab astris.
11. Æn. 498 * Obvia cui Volscorum acie comitante Camilla
Occurrit, portísque ab equo Regina sub ipsis
Desiluit, quam tota cohors imitata, relictis
Ad terram defluxit equis.--

ASPICIO, ASPECTO, PROSPECTO, Prospicio, Aspectus, Prospectus.

3. Geor. 228 ET stabula aspectans regnis excessit avitis.
5. Æn. 615 † Pontum aspectabant flentes, heu tot vada fessis.
6. Æn. 186 * Aspectans sylvam immensam, & sic ore precatur.
10. Æn. 251. † Tum breviter supera aspectans convexa precatur.
1. Æn. 420 * Imminet, adversásque aspectat desuper arces.

Caſtráq; Dardanidum aſpectat, populóſq; Latinos.	10. Æn. 4
Aſpice, aratra jugo referunt ſuſpenſa juvenci.	2. Ecl. 66
Vir gregis ipſe caper deerraverat: atque ego Daphnim	7. Ecl. 7
Aſpicio: ille ubi me contrà videt, ocyus, inquit.	
--at non Evandre pudendis	11. Æn. 55
Vulneribus pulſum aſpicies.--	
Hìc verò ſubitum, ac dictu mirabile monſtrum	4. Æn. 554
Aſpiciunt: liquefacta boûm per viſcera toto.	
Obſtupuit primo aſpectu, Sidonia Dido.	1. Æn. 614
Iſque ubi Dardanios habitus, & Troïa vidit	3. Æn. 596
Arma procul, paulùm aſpectu conterritus hæſit.	
At verò Æneas aſpectu obmutuit amens.	4. Æn. 279
Siſte gradum, téque aſpectu ne ſubtrahe noſtro.	6. Æn. 465
Phœniſſam, Libycæque aſpectus detinet urbis.	4. Æn. 348
Mortales medio aſpectus ſermone reliquit.	9. Æn. 657
Turbáq; miratur matrum, & proſpectat euntem.	7. Æn. 813
--te quoque fata Proſpectant paria.--	10. Æn. 740
Non animum modò uti paſcat proſpectus inanem.	2. Geor. 285
--caligine cæcâ Proſpectum eripiens oculis.--	8. Æn. 253
Proſpiciens ſummâ placidum caput extulit undâ	1. Æn. 127
Disjectam Æneæ toto videt æquore claſſem.	180
Æneas ſcopulum intereà conſcendit, & omnem	
Proſpectum latè pelago petit --	

v. Videre.

ASSVESCO, CONSVESCO, ASSVETVS, Desuetus, Insuetus, Suetus, Consuetus.

--contemnere ventos Aſſueſcant.--	2. Geor. 360
--ubi libera colla Servitio aſſuêrint.--	3. Geor. 167
Ingredere, & votis jam nunc aſſueſce vocari.	1. Geor. 42
Pallanta adjungam: ſub te tolerare magiſtro	8. Æn. 515
Militiam, & grave Martis opus, tua cernere facta	
Aſſueſcat, primis & te miretur ab annis.	
Ne pueri, ne tanta animis aſſueſcite bella.	6. Æn. 832
Et patiens operum, parvóq; aſſueta juventus.	2. Geor. 472
Aſſuetúmque malis Ligurem --	168
Aſſuetum imperiis ſoror omni Sylvia curâ.	7. Æn. 487
Aut tecto aſſuetus coluber ſuccedere & umbræ.	3. Geor. 418
Ille manum patiens, menſæque aſſuetus herili.	7. Æn. 490
Non ita me genitor bellis aſſuetus Opheltes.	9. Æn. 201
Aut aſſuetus aquæ perfundi flumine noto.	11. Æn. 495

9. Æn. 618 † Dyndima, ubi assuetis biforem dat tibia cantum.
5. Æn. 301 * Assueti sylvis comites senioris Acestæ.
9. Æn. 511 † Assueti longo muros defendere bello.
7. Æn. 805 * Bellatrix, non illa colo, calathisve Minervæ
Fœmineas assueta manus: sed prælia virgo
Dura pati, cursúque pedum prævertere ventos.
693 † Iampridem resides populos, desuetáque bello
Agmina in arma vocat subitò, ferrúmque retractat.
6. Æn. 813 * Otia qui rumpet patriæ, residésque movebit
Tullus in arma viros, & jam desueta triumphis
Agmina.--
2. Æn. 509 † Arma diu senior desueta trementibus ævo.
1. Æn. 722 * Iampridem resides animos, desuetáque corda.
1. Ecl. 50 † Non insueta graves tentabunt pabula fœtas.
5. Ecl. 56 * Candidus insuetum miratur limen Olympi.
10. Æn. 364 † Arcades insuetos acies inferre pedestres.
6. Aen. 16 * Insuetum per iter gelidas enavit ad Arctos.
8. Æn. 92 † Miratur nemus insuetum.--
3. Æn. 541 * Sed tamen iidem olim curru succedere sueti.
5. Æn. 402 † Projecit, quibus acer Eryx in prælia suetus.
414 * --his ego suetus
Dum melior vires sanguis dabat.--
2. Geor. 272 † --adeò in teneris consuescere multum est.
3. Geor 429 * Cùm Proteus consueta petens è fluctibus antra.

v. Mos.

ASTRA, STELLÆ, LUMINA, Signa, Sydera, Ignes.

9. Ecl. 46 Daphni, quid antiquos signorum suspicis ortus?
Ecce Dionæi processit Cæsaris astrum.
Astrum, quo segetes gauderent frugibus, & quo
Duceret apricis in collibus uva colorem.
1. Geor. 5 † - vos ô clarissima mundi
Lumina, labentem cœlo quæ ducitis annum.
137 * Navita tum stellis numeros, & nomina fecit
Pleïades, Hyadas, clarámque Lycaonis Arcton.
231 † Idcircò certis dimensum partibus orbem
Per duodena regit mundi Sol aureus astra.
239 * Obliquus quà se signorum verteret ordo.
257 † Nec frustrà signorum obitus speculamur, & ortus,
Temporibúsq; parem diversis quattuor annum.
395 * Nam neque tùm stellis acies obtusa videtur.

† Grosiáque ardentis decedat stella Coronæ. — 1. Geor. 232

* Sol quoque, & exoriens, & quum se condet in undas, — 439
Signa dabit: solem certissima signa sequentur,
Et quæ manè refert, & quæ surgentibus astris.

† --Suadéntque cadentia sydera somnos. — 2. Æn. 9

* --ferit aurea sydera clamor. — 488

† --& sanctum sydus adorat. — 700

* Sydera cuncta notat, tacito labentia cœlo: — 3. Æn. 515
Arcturum, pluviásq; Hyadas, geminósq; Triones,
Armatúmque auro circumspicit Oriona.

† Ter spumam elisam, & rorantia vidimus astra. — 567

* Attollítque globos flammarum, & sydera lambit. — 574

† Testatur moritura Deos, & conscia fati
Sydera.-- — 4. Æn. 519

* --Cùm medio volvuntur sydera lapsu. — 524

† Qui Libyco nuper cursu dum sydera servat,
Exciderat puppi -- — 6. Æn. 338

* Principiò cœlum, ac terras, campósque liquentes — 724
Lucentémq; globum Lunæ, Titaniáque astra,
Spiritus intus alit, totámque infusa per artus
Mens agitat molem, & magno se corpore miscet.

† Nec sydus regione viæ, littúsve fefellit. — 7. Æn. 115

* --tum noctem, noctísque orientia signa, Invocat-- — 138

† Qualis ubi Oceani perfusus Lucifer undâ — 8. Æn. 589
(Quem Venus ante alios astrorum diligit ignes)
Extulit os sacrum cœlo, tenebrásque resolvit.

v. Astrologia, Cometa, Luna, & Sol.

ASTROLOGIA, ASTROLOGI, Archimedes, Atlas, Palinurus, Iopas.

* --& quis fuit alter,
Descripsit radio totum qui gentibus orbem? — 3. Ecl. 40

† Prætereà tam sunt Arcturi sydera nobis,
Hædorúmque dies servandi, & lucidus anguis. — 1. Geor. 204

* Libra die, somníque pares ubi fecerit horas, — 208
Et medium luci, atque umbris jam dividet orbem.

† Idcircò certis dimensum partibus orbem — 231
Per duodena regit mundi Sol aureus astra.
Quinque tenent cœlum Zonæ: quarum una corusco.
Semper sole rubens, & torrida semper ab igni:

Quam circum extremæ dextrâ, lævâq; trahuntur
Cæruleâ glacie concretæ, atque imbribus atris.
Has inter mediámq; duæ Mortalibus ægris
Munere concessæ Divûm, & via secta per ambas,
Obliquus quà se signorum verteret ordo:
Hic vertex nobis semper sublimis, at illum
Sub pedibus Styx atra videt, Manésq; profundi.
Maximus hic flexu sinuoso elabitur anguis
Circum, pérque duas in morem fluminis Arctos:
Arctos, Oceani metuentes æquore tingi.
Illic (ut perhibent) aut intempesta silet nox,
Nósque ubi primus equis Oriens afflavit anhelis,
Illic sera rubens accendit lumina Vesper.
Hinc tempestates dubio prædicere cœlo
Possumus: hinc messísque diem, tempúsque serendi.

1. Geor. 335 * Hoc metuens, cœli menses, & sidera serva:
Frigida Saturni sese quò stella receptet:
Quos ignis cœli Cyllenius erret in orbes.

351 † Atque hæc ut certis possimus discere signis,
Æstúsque, pluviásque, & agentes frigora ventos:
Ipse Pater statuit quid menstrua Luna moneret:
Quo signo caderent austri.--

1. Æn. 740 * --citharâ crinitus Iopas
Personat auratâ docuit quæ maximus Atlas:
Hic canit errantem Lunam, solísque labores:
Vnde hominũ genus, & pecudes, unde imber, & ignes,
Arcturum, pluviásq; Hyadas, geminósq; Triones:
Quid tantum Oceano properent se tingere soles
Hyberni, vel quæ tardis mora noctibus obstet.

3. Æn. 515 † Haud segnis strato surgit Palinurus, & omnes
Explorat ventos, atque auribus aëra captat:
Sidera cuncta notat tacito labentia cœlo;
Armatúmque auro circumspicit Oriona.

4. Æn. 480 * Oceani finem juxtà, solémque cadentem,
Vltimus Æthiopum locus est, ubi maximus Atlas
Axem humero torquet, stellis ardentibus aptum.

5. Æn. 23 † - nec littora longè
Fida reor fraterna Erycis, portúsque Sicanos:
Si modò ritè memor servata remetior astra.

850 * Æneam credam quid enim fallacibus Austris,
Et cœli toties deceptus fraude sereni.
Talia dicta dabat, clavúmque affixus, & hærens
Nusquam amittebat, oculósque sub astra tenebat.

--jacet extra sidera tellus, 6. Æn. 795
trà anni, Solísque vias, ubi cœlifer Atlas
tem humero torquet, stellis ardentibus aptum.
Orabunt causas meliùs, cœlíque meatus 849
escribent radio, & surgentia sidera dicent.
--Electram maximus Atlas 8. Æn. 136
didit, ætherios humero qui sustinet orbes.
Idem Atlas generat cœli qui sidera tollit. 141
Cui pecudum fibræ, cœli cui sidera parent. 10. Æn. 175

ATTENDERE, INTENDERE, *Arrigere aures, Advertere, Animos adhibere, Mentibus æquis audire, &c.*

SEnsibus hæc imis (res est non parva) reponas. 3. Ecl 54
* Tum pietate gravem, ac meritis si fortè virū quē 1. Æn. 152
Conspexêre, silent, arrectísque auribus astant.
† Conticuêre omnes, intentíque ora tenebant. 2. Æn. 1
* --atque arrectis auribus asto. 304
† Vos famuli, quæ dicam, animis advertite vestris. 712
* Accipite ergo animis, atque hæc mea figite dicta, 3. Æ. 250&
Quæ Phœbo Pater omnipotens, mihi Phœbus Apollo 10. Æn. 104
Prædixit.--
† Signa tibi dicam, tu condita mente teneto. 388
* Iliacósque iterum demens audire labores 4. Æn. 78
Exposcit, pendétque iterum narrantis ab ore.
† Æneas quibus in mediis sic deinde loquutus: 5. Æn. 303
Accipite hæc animis, lætásque advertite mentes.
* --Ea vox audita laborum 7. Æn. 117
Prima tulit finem: primámque loquentis ab ore
Eripuit pater, ac stupefactus numine pressit.
† Ætnæi Cyclopes, & huc advertite mentem. 8 Æn. 440
* Vix ea fatus erat, defixíque ora tenebant 520
Æneas Anchisiades, & fidus Achates.
† Tunc sic Hyrtacides, Audite, ô mentibus æquis 9. Æn. 234
Æneadæ, néve hæc nostris spectentur ab annis
Quæ ferimus.--
* Nunc adeò quæ sit dubiæ sententia menti 1. Æn. 314
Expediam, & paucis (animos adhibete) docebo.
† - sine me hæc haud mollia fatu 12. Æn 25
Sublatis aperire dolis: simul hæc animo hausi.

v. Audire.

AVARITIA, AVARVS, FAMES auri, Amor habendi cæcus.

1. Geor. 47 ILla seges demum votis respondet avari.
2. Geor. 507 † Condit opes alius, defossóque incubat auro.
1. Æn. 350 * --sed regna Tyri germanus habebat
Pygmalion, scelere ante alios immanior omnes,
Quos inter medius vênit furor: ille Sichæum
Impius ante aras, atque auri cæcus amore
Clam ferro incautum superat.--
1. Æn. 54 † Res Agamemnonias, victriciáque arma sequutus,
358 * Auxiliúmque viæ veteres tellure recludit
Thesauros, ignotum argenti pondus, & auri.
371 † Corripiunt, onerántque auro: portantur avari
Pygmalionis opes pelago: dux fœmina facti.
3. Æn. 44 * Heu fuge crudeles terras: fuge littus avarum,
Fas omne abrumpit: Polydorum obtruncat, & auro
Vi potitur. Quid non mortalia pectora cogis
Auri sacra fames?--
6. Æn. 610 † Aut qui divitiis soli incubuêre repertis.
621 * Vendidit hic auro patriam, dominúmq; potentem
Imposuit, fixit leges pretio, atque refixit.
624 † Ausi omnes immane nefas, ausóque potiti.
8. Æn. 326 * Deterior donec paulatim, ac decolor ætas,
Et belli rabies, & amor successit habendi.

AVDIRE, AVDIRI, AVRES, &c.

3. Ecl. 50 AVdiat hæc tantùm, vel qui venit, ecce Palæmon.
9. Ecl. 7 † Certè equidem audieram --
4. Geor. 349 * --iterum maternas impulit aures
Luctus Aristæi.--
1. Æn. 327 † Et vacet annales nostrorum audire laborum.
374 * --si vestras fortè per aures Trojæ nomen iit.--
2. Æn. 10 † Sed si tantus amor casus cognoscere nostros,
Et breviter Trojæ supremum audire laborem.
81 * Fando aliquid, si fortè tuas pervenit ad aures.
119 † --Vulgi quæ vox ut vênit ad aures.
731 * - Subitò cùm creber ad aures
Visus adesse pedum sonitus.--
3. Æn. 39 † Eloquar, an sileam? gemitus lacrymabilis imo
Auditur tumulo: & vox reddita fertur ad aures.
* Submissi petimus terram, & vox fertur ad aures.
† Explorat ventos, atque auribus aëra captat.

* Intrantem muros, vocémq; his auribus hausi. 4. Æn, 359.
† Audiam, & hæc Manes veniet mihi fama sub imos. 387
* Cur mea dicta negat duras dimittere in aures. 428
† -- sed nullis ille movetur 438
Fletibus, aut voces ullas tractabilis audit.
* Hinc exaudiri gemitus, & sæva sonare 6. Æn. 559
Verbera: tùm stridor ferri, tractæq; catenæ:
Constitit Æneas, strepitúmq; exterritus hausit.
† -- quis tantus plangor ad auras? 561
* Quum provectus equo longævi Regis ad aures 7. Æn. 166
Nuntius ingentes ignotâ in veste reportat
Advenisse viros. --
† Non ut rere, meas effûgit nuntius aures. 473
* -- Gravior ne nuntius aures Vulneret-- 8. Æn. 582
† Audit equos, audit strepitus, & signa sequentum. 9. Æn. 394
* -- Percipe porrò. 190
Quid dubitem; & quæ nunc animo sententia surgat.
† Accipite ergo animis, atque hæc mea figite dicta. 10. Æn. 104
* Audiit, & voti Phœbus succedere partem, 11. Æn. 794
Mente dedit, partem volucres dispersit in auras.
† -- inq; Notos vocem vertêre procellæ. 798
* -- simul hæc animo hauri. 12. Æn. 26
† Accepit vocem lacrymis Lavinia matris. 64
* Quam cladem miseræ postquàm accepêre Latinæ. 604
† Attulit hunc illi cæcis terroribus aura 617
Commistum clamorem, arrectásque impulit aures
Confusæ sonus urbis, & illætabile murmur.

v. Attendere & Fama.

ANIMA, VMBRA, CINIS, MANES, Vitæ tenues.

Dulces exuviæ dum fata, Deúsque sinebant,
Accipite hanc animam, méq; his exolvite curis. 4. Æn. 651
* Illustres animas, nostrúmq; in nomen ituras.
† O Pater, ánne aliquas ad cœlum hinc ire putandũ est 6. Æn. 758
Sublimes animas, iterúmque ad tarda reverti 718
Corpora? quæ lucis miseris tam dira cupido?
* Ha! miseram Eurydicen animâ fugiente vocabat.
† Sancta ad vos anima, atque istius inscia culpæ 4. Ge. 5. 5.
Descendam, magnorum haud inquam indignus avorũ. 12. Æn. 648
* Salve sancte parens, iterùm salvete recepti
Nequicquam cineres, animæq; umbræque paternæ. 5. Æn. 80

6. Æn. 318 * Dic ait, ô virgo, quid vult concursus ad amnem?
Quídve petunt animæ?--
426 † Continuò aud tæ voces, vagitus & ingens,
Infantúmq: animæ entes in limine primo.
486 * Circunstant animæ dextrâ, lævâque frequentes.
9: † Vináque fundebant pateris, animámq; vocabant
Anchisæ magni, Manésq; Acheronte remissos.
817 * Vis & Tarquinios Reges, animámque superbam
Vltoris Bruti, fascésque videre receptos.
680 † Inclusas animas, superúmque ad lumen ituras.
403 * Æternùm latrans exangues terreat umbras.
884 † Purpureos spargam flores, animámque nepotis.
His saltem accumulem donis, &c.
11. Æn. 24 * Ite, ait, egregias animas, quæ sanguine nobis
Hanc patriam peperêre suo, decorate supremis.
8. Ecl. 98 Mœrim, sæpe animas imis excire sepulcris.
4. Æn. 242 * Tum virgam capit, hac anima ille evocat Orco
Pallentes, alias sub tristia Tartara mittit.
6. Æn. 410 † Inde alias animas, quæ per juga longa sedebant
Deturbat, laxátque foros. -- (*Charon*)
10. Æn 820 * (*Lausi ab Ænea casi*) -- Tum vita per auras
Concessit mœsta ad Manes, corpúsque reliquit.
4. Æn. 705 † Dilapsus calor, atque in ventos vita recessit.
12. Æn. 952 * Vitáque cum gemitu fugit indignata sub umbras.
4. Geor. 224 † Quémque sibi tenueis nascentem arcessere vitas,
Scilicet huc reddi deinde, ac resoluta referri
Omnia: nec morti esse locum, sed viva volare
Syderis in numerum, atque alto succedere cœlo.
6. Æn. 292 * Et ni docta comes tenueis sine corpore vitas
Admoneat volitare cavâ sub imagine formæ,
Irruat, & frustra ferro diverberet umbras.
2. Æn. 586 † -- animúmque explesse juvabit
Vltricis flammæ, & cineres satiasse meorum.
4. Æn. 552 * Non servata fides cineri promissa Sichæo.
623 † (*Dido Tyriis*) -- cinerique hæc mittite nostro
Munera. --
6. Æn. 745 * Donec longa dies perfecto temporis orbe
Concretam exemit labem, purúmque reliquit
Ætherium sensum, atque auraï simplicis ignem.
5. Æn. 385 † Et cùm frigida mors animâ seduxerit artus,
Omnibus umbra locis adero. (*Dido Æneæ*)
6. Æn. 390 Vmbrarum hic locus est, somni, noctísque soporæ.

* Et tandem læti sociorum ulciscimur umbras. 3. Æn. 638
† Vel Pater omnipotens adigat me fulmine ad umbras, 4. Æn. 26
Pallentes umbras Erebi, noctémque profundam.
* Ad genitorem, imas Erebi descendit ad umbras. 6. Æn. 404
† Dii quibus imperium est animarū, umbræq; silentes 264
* (*Minos.*) -- ille silentûm Concilium vocat. -- 43
† Morte obitâ, quales fama est volitare figuras, 10 Æn. 641
Aut quæ sopitos deludunt somnia sensus.
* Visa dehinc cœlo facies delapsa parentis 5. Æn. 722
Anchisæ, subitò taleis effundere voces, &c.
Nate mihi vitâ, &c. Imperio Iovis huc venio.
† Esse apibus partem divinæ mentis, & haustus 4. Geór. 220
Æthereos dixêre: Deum namque ire per omnes, &c.
* (*Æneas suorum animas*) Longo ordine possit 6. Æn. 754
Adversos legere, & venientûm discere vultus.
† Huc omnis turba ad ripas effusa ruebat, 305
Matres, atque viri, defunctáque corpora vitâ
Magnanimûm Heroum, pueri, innuptæque puellæ,
Impositiq; rogis Iuvenes ante ora parentum.
Quàm multa in sylvis Autumni frigore primo
Lapsa cadunt folia: aut ad terram gurgite ab alto
Quàm multæ glomerantur aves, ubi frigidus annus
Trans pontum fugat, & terris immittit apricis.
* Vmbræ ibant tenues, simulacráque luce carentum, 4. Geor. 472
Quàm multa in foliis avium se millia condunt,
Vesper ubi, aut hybernus agit de montibus imber.
Matres atque viri, &c. *ut* 6. *Æn.*

v. Manes, & Simulacrum.

AVIS, ALES, VOLVCRES, Volantes.

ET sonitu terrebis aves. -- 1. Geor. 156
† (*Ciconia*) -- cùm vere rubenti, 2. Geor. 319
Candida vênit avis longis invisa colubris.
* Insidias avibus moliri. 1. Geor. 271
† Et turpes avibus prædam fert uva racemos. 2. Geor. 60
* Avia tum resonant avibus virgulta canoris. 338
† Ipsis est aër avibus non æquus, & illæ 3. Geor. 546

Præcipites altâ vitam sub nube relinquunt.

6. Æn. 193 † Maternas agnoscit aves -- (*Columbas Veneris*)

311 * Quam multæ glomerantur aves, ubi frigidus annus
Trans Pontum fugat, & terris immittit apricis.

11. Æn. 272 † Et socii amissi petierunt æthera pennis,
Fluminibúsque vagantur aves. -- --

12. Æn. 244 * Námque volans rubrâ fulvus Iovis ales in æthrâ,
Littoreas agitabat aves, turbámque sonantem
Agminis aligeri, subitò cùm lapsus ad undas
Cygnum excellentem pedibus rapit improbus uncis;
Arrexêre animos Itali, cunctæque volucres
Convertunt clamore fugam (mirabile visu)
Ætheráque obscurant pennis, hostémq; per auras
Factâ nube premunt, donec vi victus, & ipso
Pondere defecit, prædámque ex unguibus ales
Projecit fluvio, penitúsq; in nubila fûgit.

262 † Territat invalidas ut aves. --

1. Æn. 393 * Aspice bis senos lætantes agmine Cygnos,
Ætheriâ quos lapsa plagâ Iovis ales aperto
Turbabat cœlo, nunc terras ordine longo
Aut capere, aut captas jam despectare videntur.
Vt reduces illi ludunt stridentibus alis,
Et cœtu cinxêre polum; cantúsq; dedêre.

12. Æn. 862 † Alitis in parvæ subitò collecta figuram,
Quæ quondam in bustis, aut culminibus desertis
Nocte sedens, serum canit importuna per umbras.

8. Æn. 26 * Alituum, pecudúmque genus sopor altus habebat,

9. Æn. 485 † Heu! terrâ ignotâ canibus data præda Latinis,
Alitibúsq; jaces. --

10. Æn. 559 * Alitibus linquêre feris, aut gurgite mersum.

6. Ecl. 42 † Caucaseásq; refert volucres, furtúmque Promethei.

1 Geor. 381 * - E pastu decedens agmine magno
Corvorum increpuit densis exercitus alis.
Tum varias pelagi volucres, & quæ Asia circùm
Dulcibus in stagnis rimantur prata Caystri.

388 † Tum cornix plenâ pluviam vocat improba voce.

5. Æn. 488 * Erigit, & volucrem trajecto fune columbam,
Quò tendant ferrum, malo suspendit ab alto.

7 Æn. 32 † In mare prorumpit, variæ circúmque supráq;
Assuetæ ripis volucres, & fluminis alveo,
Æthera mulcebant cantu, lucóque volabant.

1. Geor. 430 * Obscœníq; canes, importunæque volucres
Signa dabant. --

Et

† Et genus æquoreum, pecudes, pictæq; volucres. 3. Geor. 343

* Sæpe è sinistra cavâ prædixit ab ilice cornix. 1. Ecl. 18

† Nec tamen intereà raucæ, tua cura, palumbes 58
Nec gemere aëriâ cessabit turtur ab ulmo

* Parta meæ Veneri sunt munera, námque notavi 3. Ecl. 18
Ipse locum, aëriæ, quo congessêre palumbes.

† Carmina nostra valent tela inter Martia, quantum 9. Ecl. 12
Chaonias dicunt, Aquilâ veniente, columbas.

* Tum gruibus pedicas, & retia ponere cervis. 1. Geor. 307

† ---officiunt: Nil improbus anser, 119
Strymoniæque grues, & amaris intyba fibris.

* -- aut imbrem surgentem vallibus imis, 374
Aëriæ fugêre grues. --

† Digna sed argutos inter strepere anser olores. 9. Ec. 36

* Strymoniámq; gruem, aut album dejecit olorem. 11. Æn. 580

† Cùm medio celeres revolant ex æquore mergi, 1. Geor. 361
Clamorémque ferunt ad littora, cúmq; marinæ
In sicco ludunt fulicæ, notásque paludes
Deserit, atque altam supra volat ardea nubem.

* Campus, & apricis statio gratissima mergis. 5. Æn. 128

† (Tityo.) -- rostróque immanis vultur obunco, 6. Æn. 596
Immortale jecur tundens, fœcundáq; pœnis
Viscera, rimatúrque epulis, &c.

* Vtque volans altè raptum cùm fulva draconem 11. Æn. 750
Fert aquila, implicuítq; pedes, atque unguibus hæsit
Arduus insurgens: illa haud minùs urget adunco
Luctantem rostro, simul æthera verberat alis.

† Non tepidum ad Solem pennas in littore pandunt 2. Geor. 398
Dilectæ Thetidi Halcyones. --

* Nequicquam seros exercet noctua cantus. 403
Apparet liquido sublimis in aëre Nisus,
Et pro purpureo pœnas dat Scylla capillo,
Quacunque illa levem fugiens secat æthera pennis.

† Tum liquidas corvi presso ter gutture voces, 410
Aut quater ingeminant, & sæpè cubilibus altis,
Nescio quâ præter solitum dulcedine læti
Inter se foliis strepitant, juvat imbribus actis
Progeniem parvam, dulcésque revisere nidos.

* Aut unde iratus sylvam dejecit arator, 2?
Antiquásq; domos avium cum stirpibus imis
Eruit, illæ altum nidis petiêre relictis.

† Absint, &c. Aliæque volucres, 4. Geor. 14
Omnia nam latè vastant, ipsásque volantes,

Ore ferunt dulcem nidis immitibus escam.

4.Geor. 511 * Qualis populeâ mœrens philomela sub umbrâ
Amissos queritur fœtus, quos durus arator
Observans nido implumes detraxit, at illa
Flet noctem, ramóque sedens miserabile carmen
Integrat, & mœstis latè loca questibus implet.

8. Æn. 235 † Dirarum nidis domus opportuna volucrum.

9. Æn. 563 * Qualis ubi aut leporem, aut cãdenti corpore cygnũ,
Sustulit alta petens pedibus Iovis armiger uncis.

8. Ecl. 55. † Certent & Cycnis ululæ, sit Tityrus Orpheus.

6. Æn. 728 * Inde hominum pecudúmq; genus, vitæq; volantum.

2. Æn. 515 † Hîc Hecuba, & natæ nequicquam altaria circum,
Præcipites atrâ ceu tempestate columbæ
Condensæ, & Divûm amplexæ simulacra tenebant.

12. Æn. 862 * Alitis in parvæ subitò collecta figuram,
Quæ quondam in bustis aut culminibus desertis
Nocte sedens, serum canit importuna per umbras:
Hanc versa in faciem Turni se pestis ad ora
Fértque, refértque sonans, clypeúmq; everberat alis.

v. Volare.

AVRORA, v Ortus diei.

AVRVM, AVREVS, AVRATVS,
Argentum; Argenteus.

1. Geor. 136 SEd neque Medorum sylvæ, ditissima terra,
Nec pulcher Ganges, atque auro turbidus Hermus.

2. Geor. 165 † Hæc eadem argenti rivos, æríſque metalla
Ostendit venis, atque auro plurima fluxit.

507 * Condit opes alius, defossóq; incubat auro.

4. Geor. 97 † -- Elucent aliæ, & fulgore coruscant
Ardentes auro, & paribus lita corpora guttis.

4. Geor. 91 * Alter erit maculis auro squallentibus ardens.

1. Æn. 353 † Impius ante aras, atque auri cæcus amore.

358 * -- veteres tellure recludit
Thesauros, ignotum argenti pondus & auri.

362 † -- naves quæ fortè paratæ
Corripiunt, onerántq; auro --

591 * Quale manus addunt ebori decus, aut ubi flavo
Argentum, Pariúsve lapis circundatur auro.

639 † Ingens argentum mensis, cælatáque in auro
Fortia facta patrum: series longissima rerum,

Per tot ducta viros antiquæ ab origine gentis.
* Hic regina gravem gemmis, auróque poposcit, 1. Æn. 717
Implevítque mero pateram. --
† --ille impiger hausit 735
Spumantem pateram, & pleno se proluit auro.
* Auratásque trabes, veterum decora alta parentum. 2. Æn. 447
† Cratetésque auro solidi, captiváque vestis. 705
* - Polydorum obtruncat, & auro Vi potitur-- 3. Æn. 55
† Perfusæ vestes, argenti, aurique talenta. 5. Æn. 112
* Argenti magnum dat ferre talentum. 248
† -- it pectore summo 558
Flexilis obtorti per collum circulus auri.
* Bis conatus erat casus effingere in auro. 6 Æn. 32
† Vendidit hic auro patriam: -- 621
* Aureus & foliis, & lento vimine ramus. 137
Auricomos quàm quis decerpserit arbore fœtus. 141
† Aureus, & simili frondescit virga metallo. 144
* At lævem clypeum auro insignibat. -- 7. Æn. 789
† Vulcanum alloquitur, thalamóque è conjugis aureo. 8 Æn. 372
* Tum læves ocreas electro, auróque recoctio. 624
† Aurea cæsaries ollis, atque aurea vestis. 659
Virgatis lucent sagulis, tum lactea colla
Auro innectuntur: duo quisque Alpina coruscant.
* Atque hic auratis volitans argenteus anser. 655
† Dives equûm, dives pictaï vestis & auri. 9. Æn. 25
* Et tripodas geminos, auri duo magna talenta. 265
† Multa virûm solido argento perfecta relinquunt, 357
Armáque crateráfque simul, pulchrósque tapetas.
* - surgit solio tum Iupiter aureo. 10. Æn. 116
† Accipit & molli subnectit circulus auro. 138
* - ubi pinguia culta 141
Exercéntque viri, Pactolúsque irrigat auro.
† - & clypeum cape, quem dedit ipse 242
Invictum Ignipotens, atque oras ambiit auro.
* Qualis gemma micat, fulvum quæ dividit aurum, 134
Aut collo decus, aut capiti. --
† Quæ bonus Eurytion multo cælaverat auro. 499
* - jacent penitùs defossa talenta 526
Cælati argenti, sunt auri pondera facti
Infectíque mihi. --
† Argenti, atque auri memoras quæ multa talenta.
* Et tunicam, molli mater quam neverat auro. 531
† Aureus ex humeris sonat arcus, & aurea vati 11. Æn. 774

Cassida. -- fulvo in nodum collegerat auro;
11. Æn. 779 † Captivo sive ut se ferret in auro.
12. Æn. 23 * -- nec non aurúmque Latino est.
87 † Ipse dehinc auro squalentem, albóque orichalco
Circundat loricam humeris. --
126 * Ductores auro volitant, oströque decori.

v. Cælare.

AVTVMNVS.

1. Geor. 311 QVid tempestates Autumni, & sydera dicam?
2. Geor. 321 † Prima vel Autumni sub frigora, quum rapidus sol
Nondum hyemem contingit equis, jam præterit æstas.
529 * Et varios ponit fœtus Autumnus, & altè
Mitis in apricis coquitur vindemia saxis.
5 † Muneribus: tibi pampineo gravidus Autumno
Floret ager, spumat plenis vindemia labris.
3. Geor. 479 * Tempestas, totóq; Autumni incanduit æstu.
124 † Primus vere rosam, atque Autumno carpere poma,
142 * Quótque in flore novo pomis se fertilis arbos
Induerat, totidem Autumno matura tenebat.
6. Æn. 309 † Quàm multa in sylvis Autumni frigore primo
Lapsa cadunt folia. --

AVXILIVM, ET OPEM FERRE,
Iuvare, Secundare, Præsentem esse, Levare, Succurrere, Sufficere vires, Vim addere, Adesse, Aspicere, Favere, Subvenire.

1. Ecl. 42 NEc tam præsentes alibi cognoscere Divos.
9. Ecl. 65. * Cantantes ut eamus, ego hoc te fasce levabo;
1. Geor. 500 Hunc saltem everso Iuvenem succurrere sæclo
Ne prohibete. --
2. Geor. 428 † Vi propriâ nituntur, opísq; haud indiga nostræ.
130 * Auxilium venit, ac membris agit atra venena.
3. Æn. 570 † Auxilio tutos dimittam, opibúsq; juvabo.
629 * Non ignara mali miseris succurrere disco.
2. Æn. 216 † Pòst ipsum auxilio subeuntem, ac tela ferentem,
Corripiunt. --
344 * Et gener auxilium Priamo, Phrygibúsque ferebat.
352 † -- succurritis urbi Incensæ. --
451 * Instaurati animi, Regis succurrere tectis,
Auxilióque levare viros, vímque addere victis,

† Non tali auxilio, nec defensoribus istis 2. Æn. 521
Tempus eget, non si ipse meus nunc afforet Hector.
* Iuppiter omnipotens, precibus si flecteris ullis, 689
Aspice nos: hoc tantùm, & si pietate meremur,
Da deinde auxilium pater, atque hæc omina firma.
† Ipse pater Danais animos, virésque secundas 617
Sufficit, ipse Deos in Dardana suscitat arma.
Eripe nate fugam, finémque impone labori:
Nusquam abero, & tutum patrio te limine sistam.
* -- Danaïque obsessa tenebant 802
Limina portarum, nec spes opis ulla dabatur.
† Omnis spes Danaûm, & cœpti fiducia belli 162
Palladis auxiliis semper stetit. --
* Quem fessis finem rebus ferat, unde laborum 3. Æn. 145
Tentare auxilium jubeat, quò vertere cursus?
† Amitto Anchisen, omnis curæ, casúsque levamen. 709
* Adsis, ô placidúsque juves, & sydera cœlo 4. Æn. 578
Dextra feras. --
† Auxilium imploret, videátque indigna suorum 617
Funera. --
* - brevibúsque vadis, frustráque vocantem 5. Æn. 221
Auxilia, & fractis discentem currere remis.
† Alma parens, túque ô dubiis ne defice rebus. 6. Æn. 16
* Hunc mihi da proprium, virgo sata nocte, laborem, 7. Æn. 531
Hanc operam, ne noster honos, infractáve cedat
Fama loco --
† Tandem lætus ait, Dii nostra incœpta secundent, 259
Auguriúmque suum. --
* Vndique ut auxilio veniant. -- 551
† --necnon & Troïa pubes 521
Ascanio auxilium castris effundit apertis.
* Hinc ope Barbaricâ, variísque Antonius armis 8. Æn. 685
Victor ab auroræ populis. --
† Mittitur, & magni Venulus Diomedis ad urbem, 9
Qui petat auxilium, & Latio consistere Teucros.
* Auxilio lætos dimittam, opibúsque juvabo. 171
† Attulit & nobis aliquando optantibus ætas 200
Auxilium, adventúmque Dei. --
* Dum bello Argolici vastabant Pergama Reges 374
Debita, casurásque inimicis ignibus arces:
Non ullum auxilium miseris: non arma rogavi
Artis, opísque tuæ: nec te charissime conjux,
Incassúmve tuos volui exercère labores.

8. *Æn*. 472 † Nobis ad belli auxilium pro nomine tanto
Exiguæ vires. --
10. *Æn*. 284 * Audentes fortuna juvat, timidósque repellit.
9. *Æn*. 404 † Tu Dea, tu præsens nostro succurre labori.
290 * At tu, oro, solare inopem, & succurre relictæ.
3 0 † Hac iter est: tu ne qua manus se attollere nobis
A tergo possit, custodi, & consule longè.
127 * -- his Iuppiter ipse
Auxilium solitum eripuit. --
11. *Æn* 405 † Nulla viam fortuna regit, nil autor Apollo
Subvenit. --
10. *Æn*. 51: * -- tempus versis succurrere Teucris.
11. *Æn*. 335 † Consulite in medium: & rebus succurrite fessis.
12. *Æn*. 780 * Dixit opémque Dei non cassa in vota vocavit.
813 † Iuturnam misero (fateor) succurrere fratri
Suasi, & pro vita majora audere probavi.
9. *Æn*. 801 * Nec contra vires audet Saturnia Iuno
Sufficere. --
1. *Geor*. 10 † Et vos agrestûm præsentia numina Fauni.
Ferte simul, Faunique pedem, Dryadésque puellæ.
18 * Adsis ô Tegeæe favens, oleæque Minerva.
v. Defendere, & invocare.

BACCHUS: IACCHUS, LIBER, *Lenæus pater. Lyæus, Bacchari, Baccheïus.*

B

7. *Ecl*. 61. Populus Alcidæ gratissima, vitis Iaccho.
1. *Geor*. 7 † Liber, & alma Ceres, vestro si munere tellus
Chaoniam pingui glandem mutavit aristâ,
Poculáque inventis Acheloïa miscuit uvis.
2. *Geor*. 4 * Huc pater ô Lenææ (tuis hîc omnia plena
Muneribus, tibi pampineo gravidus Autumno
Floret ager: spumat plenis vindemia labris.)
Huc, pater ô Lenææ, veni, nudatáque musto
Tinge novo mecum direptis crura cothurnis.
113 † -- denique apertos
Bacchus amat colles, Aquilonem, & frigora taxi.
143 * -- & Bacchi Massicus humor Implevêre. --
275 † -- in denso non segnior ubere Bacchus.
380 * Non aliam ob culpam Baccho caper omnibus aris

Cæditur, & veteres ineunt proſcenia ludi:
Præmiáq; ingentes pagos & compita circum
Theſeidæ poſuëre: atque inter pocula læti
Mollibus in pratis unctos ſaliëre per utres.
Necnon Auſonii, Trojâ gens miſſa, coloni
Verſibus incomptis ludunt, riſúque ſoluto:
Oráque corticibus ſumunt horrenda cavatis,
Et te, Bacche, vocant per carmina læta, tibíq;
Oſcilla ex altâ ſuſpendunt mollia pinu.
Hinc omnis largo pubeſcit vinea fœtu:
Complentur valléſq; cavæ, ſaltúſque profundi,
Et quocunque Deus circum caput egit honeſtum.
Ergo rite ſuum Baccho dicemus honorem
Carminibus patriis, lancéſque, & liba feremus.
Et ductus cornu ſtabit ſacer hircus ad aram:
Pinguiáq; in verubus torrebimus exta colurnis.

† Quid memorandum æquè Baccheïa dona tulerunt? 2.Geor.454
Bacchus & ad culpam cauſas dedit: ille furentes
Centauros letho domuit Rhœtúmq; Pholúmque,
Et magno Hylæum Lapithis cratere minantem.

* Ignis ubi in medio, & ſocii cratera coronant, 532
Te libans, Lenæe, vocat. --

† Adſit lætitiæ Bacchus dator, & bona Iuno. 1. Æn. 713

* Bacchatur qualis commotis excita ſacris 4. Æn. 301
Thya, ubi audito ſtimulant Trieterica Baccho
Orgia nocturnúſque vocat clamore Citheron.

† -- mactant de more bidentes 57
Legiferæ Cereri, Phœbóq;, patríque Lyæo.

* -- Concuſſam bacchatur fama per urbem. 4. Æn. 665

† At Phœbi nondum patiens immanis in antro 6. Æn. 77
Bacchatur vates, magnum ſi pectore poſſit.

* -- & virginibus bacchata Lacænis Taygeta. -- 2. Geor. 487

† Nec qui pampineis victor juga flectit habenis 6. Æn. 804
Liber, agens celſo Nyſæ de vertice tigres.

* Evohe Bacche, fremens; ſolum te virgine dignum 7. Æn. 386
Vociferans: etenim molles tibi ſumere thyrſos,
Te luſtrare choros, ſacrum tibi paſcere crinem
Fama volat, furiíſque accenſas pectora matres. &c.

† Cingite fronde comas, & pocula porgite dextris, 8. Æn. 274
Communémque vocate Deum, & date vina volentes.

* Alecto medias Italûm bacchata per urbes. 10. Æn. 41

† Aut ubi curva choros indixit tibia Bacchi, 11. Æn. 737
Expectare dapes, & plenæ pocula menſæ.

BELLVM, PRÆLIVM, TVMVLtus, Discordia, Motus animorum, Certamen, Seditio, Pugna, Militia, Grave Martis opus. Bellator, Studiis belli asperrimus, Belloegregius.

6. Ecl. 6. † -- Námque super tibi erunt, qui dicere laudes,
Vare, tuas cupiant, & tristia condere bella.

9. Ecl. 11. * -- sed carmina tantùm
Nostra valent, Lycida, tela inter Martia, quantùm
Chaonias dicunt aquilâ veniente, columbas.

10. Ecl. 22. † -- tua cura Lycoris
Pérque nives alium, pérque horrida castra sequuta est.

1. Geor. 465 * -- ille etiam cæcos instare tumultus
Sæpè monet, fraudémq; & operta tumescere bella.

489 † Ergo inter sese paribus concurrere telis,
Romanas acies iterùm vidêre Philippi.

505 * Quippe ubi fas versũ, atq; nefas, tot bella per orbem,
Tam multæ scelerum facies: non ullus aratro
Dignus honos, squalent abductis arva colonis,
Et curvæ rigidum falces conflantur in ensem.
Hinc movet Euphrates, illinc Germania bellum,
Vicinæ ruptis inter se legibus urbes
Arma ferunt: sævit toto Mars impius orbe.

2. Geor. 245 † Hinc bellator equus campo sese arduus infert.

169 * -- hæc Decios, Marios, magnósque Camillos,
Scipiadas duros bello, & te maxime Cæsar.

279 † Vt sæpè ingenti bello quum longa cohortes
Explicuit legio, & campo stetit agmen aperto,
Directæque acies, ac latè fluctuat omnis
Ære renidenti tellus: nec dum horrida miscent
Prælia, sed dubius mediis Mars errat in armis.

3. Geor. 179 * Sin ad bella magis studium, turmásque feroces,
Aut Alphêa rotis prælabi flumina Pisæ,
Et Iovis in luco currus agitare volantes:
Primus equi labor est, animos atque arma videre
Bellantum, lituósque pati, tractúq; gementem
Ferre rotam, & stabulo frænos audire sonantes.

246 † -- nec funera vulgò
Tam multa informes ursi stragémque dedêre.

4. Geor. 67 * Sin autem ad pugnam exierint (nam sæpè duobus
Regibus incessit magno discordia motu)
Continuóq; animos vulgi, & trepidantia bello
Corda licet longè præsciscere: námque morantes

Martius ille æris rauci canor increpat, & vox
Auditur, fractos sonitus imitata tubarum.
† Erumpunt portis, concurritur: æthere in alto 4. Geor. 78
Fit sonitus, magnum mistæ glomerantur in orbem,
Præcipitésque cadunt, non densior aëre grando,
Nec de concussâ tantùm pluit ilice glandis.
* Hi motus animorum, atque hæc certamina tanta 86
Pulveris exigui jactu compressa quiescent.
† Aut asper crabro imparibus se immiscuit armis. 245
* -- aut ut nervo pulsante sagittæ, 313
Prima leves ineunt si quando prœlia Parthi.
† --Cæsar dum magnus ad altum 560
Fulminat Euphratem bello, victórque volentes
Per populos dat jura, viámque affectat Olympo.
* Multa quoque & bello passus dum conderet urbem. 1. Æn. 9
† -- dives opum, studiísque asperrima belli. 18
* Hinc populum latè regem, bellóque superbum 25
Venturum excidio Libyæ, sic volvere Parcas.
Id metuens, veterísque memor Saturnia belli.
† -- unâ cum gente tot annos Bella gero. -- 50
* Ac veluti magno in populo, cùm sæpè coorta est 1.8
Seditio, sævitque animis ignobile vulgus.
Iámque faces, & saxa volant, furor arma ministrat.
† Bellum ingens geret Italiâ, populósque feroces 267
Contundet, moresque viris, & mœnia ponet.
* Aspera tum positis mitescent sæcula bellis. 295
† --diræ ferro, & compagibus arctis 297
Claudentur belli portæ: furor impius intùs
Sæva sedens super arma, & centum vinctus ahenis
Post tergum nodis, fremet horridus ore cruento.
* Sed fines Libyci, genus intractabile bello. 339
† --sic nam fore bello 448
Egregiam, & facilem victu per sæcula gentem.
* -- videt Iliacas ex ordine pugnas, 460
Belláque jam famâ totum vulgata per orbem.
† Námque videbat uti bellantes Pergama circum 466
Hàc fugerent Graii, premeret Trojana juventus.
* Hàc Phryges, instaret curru cristatus Achilles 475
† Infelix puer, atque impar congressus Achilli. 479
* Terra antiqua potens armis, atque ubere glebæ. 535
† Bella cient, primâque vetant consistere terrâ. 545
* Rex erat Æneas nobis, quo justior alter 547
Nec pietate fuit, nec bello major, & armis.

1. Æn. 570 † Virtutésque, virósque, aut tanti incendia belli?
2. Æn. 15 * -- fracti bello, fatísque repulsi
Ductores Danaûm. --
29 † Hic Dolopum manus, hîc sævus tendebat Achilles:
Classibus hic locus, hîc acies certare solebant.
193 * Vltro Asiam magno Pelopeia ad mœnia bello
Venturam & nostros ea fata manere nepotes.
241 † O patria, ô Divûm domus Ilium, & inclyta bello
Mœnia Dardanidum. --
254 * Et jam Argiva phalanx instructis navibus ibat
A Tenedo. --
301 † Clarescunt sonitus, armorúmq; ingruit horror.
304 * In segetem veluti quum flamma furentibus austris
Incidit, aut rapidus montano flumine torrens
Sternit agros, sternit sata læta, boúmq; labores,
Præcipitísque trahit sylvas: stupet inscius alto
Accipiens sonitum saxi de vertice pastor.
313 † Exoritur clamórque virûm, clangórq; tubarum:
Arma amens capio, nec sat rationis in armis:
Sed glomerare manum bello, & concurrere in arcem
Cum sociis ardent animi: furor iráque mentem
Præcipitant: pulchrúmque mori succurrit in armis.
332 * Obsedêre alii telis angusta viarum
Oppositi: stat ferri acies mucrone corusco
Stricta, parata neci. vix primi prælia tentant
Portarum vigiles & cæco Marte resistunt.
337 † In flammas, & in arma feror, quò tristis Erinnys,
Quò fremitus vocat, & sublatus ad æthera clamor.
347 * Quos ubi confertos audere in prælia vidi.
353 † -- moriamur, & in media arma ruamus:
Vna salus victis, nullam sperare salutem.
383 * Irruimus, densis & circumfundimur armis,
Ignarósque loci passim, & formidine captos
Sternimus: aspirat primo fortuna labori.
396 † Vadimus immisti Danais, haud numine nostro:
Multáq; per cæcam congressi prælia noctem
Conserimus, multos Danaûm demittimus Orco.
408 * Et sese medium injecit moriturus in agmen.
Consequimur cuncti, & densis incurrimus armis.
Hîc primùm ex alto delubri culmine telis
Nostrorum obruimur: oritúrque miserrima cædes.
Tum Danaï gemitu, atque ereptæ virginis irâ,
Vndique collecti invadunt: acerrimus Ajax.

Et gemini Atridæ, Dolopúmq; exercitus omnis,
Adversi rupto ceu quondam turbine venti
Confligunt, Zephyrúsque, Notúsque, & lætus Eois
Eurus equis: stridunt silvæ, sævítque tridenti
Spumeus atque imo Nereus ciet æquora fundo.
† Hic verò ingentem pugnam, ceu cætera nusquam 2. Æn. 438
Bella forent, nulli totâ morerentur in urbe:
Sic Martem indomitum, Danaósq; ad tecta ruentes
Cernimus, obsessúmque actâ testudine limen.
* Instat vi patriâ Pyrrhus. nec claustra, nec ipsi 491
Custodes sufferre valent: labat ariete crebro
Ianua, & emoti procumbunt cardine postes.
Fit via vi, rumpunt aditus, primósque trucidant
Immissi Danai, & latè loca milite complent:
Non sic aggeribus ruptis quum spumeus amnis
Exiit, oppositásque evicit gurgite moles,
Fertur in arva furens cumulo, campósq; per omnes
Cum stabulis armenta trahit: vidi ipse furentem
Cæde Neoptolemum, geminósq; in limine Atridas.
† Arma, viri, ferte arma: vocat lux ultima victos. 668
Reddite me Danais, sinite instaurata revisam
Prælia: nunquam omnes hodie moriemur inulti.
* -socii tunc arma capessant 3. Æn. 234
Edico, & dirâ bellum cum gente gerendum.
† Bellum etiam pro cæde boum, stratísq; juvencis, 247
Laomedontiadæ, bellúmne inferre paratis?
Et patrio insontes Harpyias pellere regno.
* Et Pater Anchises: Bellum ô terra hospita portas, 539
Bello armantur equi, bellum hæc armenta minantur.
† --quæ bella exhausta canebat? 4. Æn. 14
* Hinc Getulæ urbes, genus insuperabile bello. 40
† --quid bella Tyro surgentia dicam, 44
Germaníque minas?
* Sed quis erit modus? aut quo nunc certamine tanto? 98
Quin potiùs pacem æternam, pactósq; hymenæos
Exercemus.--
† --aut tecum malit contendere bello. 207
* Sed fore qui gravidam imperiis, bellóq; frementem 229
Italiam regeret, genus alto à sanguine Teucri.
† At bello audacis populi vexatus, & armis, 715
Finibus extorris.-
* Prima citæ Teucris ponam certamina classis: 5. Æn. 66
Quíque pedum cursu valet, & qui viribus audax

Aut jaculo incedit melior, levibúsque sagittis,
Seu crudo fidit pugnam committere cæstu,
Cuncti adsint, meritæq; expectent præmia palmæ.

5. Æn. 380 † Ergo alacris, cunctósque putans excedere pugnâ.
385 * Nate Deâ, si nemo audet se credere pugnæ.
427 † Immiscéntq; manus manibus, pugnámq; lacessunt.
435 * Multa viri nequicquam inter se vulnera jactant,
Multa cavo lateri ingeminant: & pectore vastos
Dant sonitus: errátq; aures, & tempora circum
Crebra manus, duro crepitant sub vulnere malæ.
439 † Ille velut celsam oppugnat qui molibus urbem,
Aut montana sedet circum castella sub armis:
Nunc hos, nunc illos aditus, omnémq; pererrat
Arte locum, & variis assultibus irritus urget.
Ostendit dextram insurgens Entellus, & altè
Extulit: ille ictum venientem à vertice velox
Prævidit, celerique elapsus corpore cessit.
453 * At non tardatus casu, neque territus heros,
Acrior ad pugnam redit; & vim suscitat ira,
Tum pudor incendit vires, & conscia virtus:
Præcipitémque Daren ardens agit æquore toto,
Nunc dextrâ ingeminans ictus, nunc ille sinistrâ.
Nec mora, nec requies, quàm multâ grandine nimbi
Culminibus crepitant, sic densis ictibus heros
Creber utrâque manu pulsat, versátque Dareta.
Tum Pater Æneas producere longiùs iras,
Et sævire animis Entellum haud passus acerbis:
Sed finem imposuit pugnæ, fessúmq; Dareta
Eripuit.--
469 † --dixítque, & prælia voce diremit.
729 * --lectos juvenes, lectissima corda
Defer in Italiam: gens dura, atque aspera cultu,
Debellanda tibi Latio est.--

6. Æn. 86 † --bella, horrida bella,
Et Tybrim multo spumantem sanguine cerno.
171 * Sed tum fortè cavâ dum personat æquora conchâ,
Demens, & cantu vocat in certamina Divos.
279 † -Mortiferúmq; adverso in limine bellum,
Ferreiq; Eumenidum thalami, & discordia demens
Vipereum crinem vittis innexa cruentis.
477 * --jámque arva tenebat
Vltima, quæ bello clari secreta frequentant:
Hîc illi occurrit Tydeus, hîc inclytus armis

Parthenopæus, & Adrasti pallentis imago.
Hic multùm fleti ad superos; bellóque caduci
Dardanidæ.--
† At Danaûm proceres, Agamemnoniæq; phalanges, 6. Æn. 489
Vt vidêre virum, fulgentiáq; arma per umbras;
Ingenti trepidare metu --
* --natósq; pater, nova bella moventes, 820
Ad pœnam pulchrâ pro libertate vocabit.
† Heu quantum inter se bellum, si lumina vitæ 828
Attigerint, quantas acies, stragémq; ciebunt.
* Ne pueri, ne tanta animis assuescite bella, 832
Neu patriæ validas in viscera vertite vires.
† Quis te, magne Cato, tacitum, aut te, Cosse, relinquat? 841
Quis Gracchi genus? aut geminos, duo fulmina belli,
Scipiadas, cladem Libyæ?--
* Hic rem Romanam, magno turbante tumultu 857
Sistet eques: sternet Pœnos, Gallúmq; rebellem.
† Heu pietas, heu prisca fides, invictáq; bello 878
Dextera.--
* Exin bella viro memorat quæ deinde gerenda. 890
† Disjice compositam pacem, sere crimina belli. 7. Æn. 339
* Respice ad hæc, adsum dirarum ab sede sororum: 457
Bella manu, lethúmque gero --
† Arma amens fremit, arma toro, tectísq; requirit, 459
Sævit amor ferri, & scelerata insania belli.
Ira super, magno veluti quum flamma sonore
Virgea suggeritur costis undantis aheni,
Exultántq; æstu latices: furit intùs aquæ vis,
Fumidus atque altè spumis exuberat amnis:
Nec jam se capit unda, volat vapor ater ad auras:
Ergo iter ad Regem, pollutâ pace, Latinum
Indicit primis juvenum, & jubet arma parari,
Tutari patriam, detrudere finibus hostem.
* Certatim sese Rutuli exhortantur ad arma. 472
† Dum Turnus Rutulos animis audacibus implet. 475
* --quæ prima malorum 481
Causa fuit, bellóque animos accendit agrestes.
† Tum verò ad vocem celeres, quà buccina signum 519
Dira dedit, raptis concurrunt undique telis
Indomiti agricolæ, necnon & Troïa pubes
Ascanio auxilium castris effundit apertis,
Direxêre acies: non jam certamine agresti,
Stipitibus duris agitur, sudibúsve præustis:

Sed ferro ancipiti decernunt: atráque latè
Horrescit strictis seges ensibus, æráq; fulgent
Sole lacessita, & lucem sub nubila jactant.
Fluctus uti primo cœpit cùm albescere vento,
Paulatim sese tollit mare, & altiùs undas
Erigit, inde imo consurgit ad æthera fundo.

7. Æn. 545 † En perfecta tibi bello discordia tristi.
549 * Finitimas in bella feram rumoribus urbes:
Accendámq; animos insani Martis amore,
Vndique ut auxilio veniant, spargam arma per agros.
553 † Stant belli causæ: pugnatur comminùs armis.
582 * Vndique collati coëunt, Martémq; fatigant.
Ilicet infandum cuncti contra omina bellum,
Contra fata Deûm, perverso numine poscunt.
600 † Mos erat Hesperio in Latio (quem protinùs urbes
Albanæ coluêre sacrum, nunc maxima rerum
Roma colit, quum prima movent in prælia Martem:
Sive Getis inferre manu lacrymabile bellum,
Hyrcanísve, Arabísve parant, seu tendere ad Indos,
Aurorámque sequi, Parthósq; reposcere signa.
Sunt geminæ belli portæ (sic nomine dicunt)
Relligione sacræ, & sævi formidine Martis:
Centum ærei claudunt vectes, æternáq; ferri
Robora: nec custos absistit limine Ianus:
Has, ubi certa sedet Patribus sententia pugnæ,
Ipse, Quirinali trabeâ, cinctúque Gabino
Insignis, reserat stridentia limina Consul:
Ipse vocat pugnas, sequitur tum cætera pubes,
Æreáque assensu conspirant cornua rauco.
Hoc & tum Æneadis indicere bella Latinus
More jubebatur, tristésq; recludere portas.
621 * --& cardine verso
Belli ferratos rupit Saturnia postes.
637 † Classica jámq; sonant: it bello tessera signum.
Hic galeam tectis trepidus rapit, ille frementes
Ad juga cogit equos, clypeóque, auróque trilicem
Loricam induitur, fidóque accingitur ense.
642 * Qui bello exciti Reges, quæ quemque sequutæ
Complêrint campos acies: quibus Itala jam tum
647 Floruerit terra alma viris, quibus arserit armis.
† Primus init bellum Tyrrhenis asper ab oris,
664 Contemptor Divûm Mezentius, agmináq; armat.
* Pila manu, sævósq; gerunt in bella dolones.

† Filius ardentes haud seciùs æquore campi 7. Æn. 781
Exercebat equos, currúque in bella ruebat.
† Insequitur nimbus peditum, clypeatáque totis 793
Agmina densantur campis.--
† Hos super advênit Volscâ de gente Camilla, 803
Agmen agens equitum, & florentes ære catervas.
Bellatrix: non illa colo, calathísve Minervæ
Fœmineas assueta manus, sed prælia virgo
Dura pati, cursúque pedum prævertere ventos.
† Vt belli signum Laurenti Turnus ab arce 8. Æn. 1
Extulit, & rauco strepuerunt cornua cantu.
† Gens eadem, quæ te, crudeli Daunia bello 146
Insequitur: nos si pellant.-- &c
† Dum bello Argolici vastabant Pergama Reges 374
Debita, casuráque inimicis ignibus arces.
† Aspice qui coëant populi, quæ mœnia clausis 385
Ferrum acuant portis, in me, excidiúmq; meorum.
† Nobis ad belli auxilium pro nomine tanto 472
Exiguæ vires, hinc Tusco claudimur amni,
Hinc Rutulus premit, & murum circumsonat armis.
† Gens bello præclara jugis insedit Etruscis. 480
† Ergo omnis furiis surrexit Etruria justis: 494
Regem ad supplicium præsenti Marte reposcunt.
† --ô Mœoniæ delecta juventus, 499
Flos veterum, virtúsq; virûm, quos justus in hostem
Fert dolor, & meritâ accendit Mezentius irâ.
† - sub te tolerare magistro 515
Militiam, & grave Martis opus, tua cernere facta
Assuescat, primis & te miretur ab annis. 535
† Si bellum ingrueret, Vulcaniáq; arma per auras
Laturam auxilio.-- 547
† Quorum de numero, qui sese in bella sequantur
Præstantes virtute legit.-- 555
† Vota metu duplicant matres, propiúsq; periclo
It timor, & major Martis jam apparet imago. 594
† Olli per dumos, quà proxima meta viarum
Armati tendunt: it clamor, & agmine facto
Quadrupedante putrem sonitu quatit ungula campũ. 613
† --ne mox aut Laurentes nate superbos,
Aut acrem dubites in prælia poscere Turnum. 628
† Fecerat Ignipotens: illic genus omne futuræ
Stirpis ab Ascanio, pugnatáq; in ordine bella. 637
† -. subitóque novum consurgere bellum

Romulidis, Tatióque seni, Curibúsq; severis:

8. Æn. 648 † Æneadæ in ferrum pro libertate ruebant.

675 * In medio classes æratas, Actia bella
Cernere erat: totúmq; instructo Marte videres
Fervere Leucaten, auróque effulgere fluctus,
Hinc Augustus agens Italos in prælia Cæsar.

682 † Parte aliâ, ventis, & Diis Agrippa secundis
Arduus agmen agens: cui belli insigne superbum,
Tempora navali fulgent rostrata coronâ.

693 * Tantâ mole viri turritis puppibus instant.
Stuppea flamma manu, telísq; volatile ferrum
Spargitur, arva novâ Neptunia cæde rubescunt.

700 † --sævit medio in certamine Mavors,
Cælatus ferro, tristésque ex æthere Diræ,
Et scissâ gaudens vadit Discordia pallâ:
Quam consanguineo sequitur Bellona flagello.

9. Æn. 21 * --sequor omina tanta,
Quisquis in arma vocas.--

28 † - medio dux agmine Turnus
Vertitur arma tenens, & toto vertice suprà est.

51 * Et quis erit mecum, ô juvenes, qui primus in hostem?
En, ait, & jaculum intorquens emittit in auras,
Principium pugnæ, & campo sese arduus infert.

147 † Sed vos, ô lecti, ferro quis scindere vallum
Apparat, & mecum invadit trepidantia castra?
Non armis mihi Vulcani, non mille carinis
Est opus in Teucros.-- (magnum

186 * Aut pugnam, aut aliquid jamdudum invadere
Mens agitat mihi, nec placidâ contenta quiete est.
Non ita me genitor bellis assuetus Opheltes
Argolicum terrorem inter, Trojæq; labores,
Sublatum erudiit: nec tecum talia gessi,
Magnanimum Ænean, & fata extrema sequutus.

462 † Turnus in arma viros, armis circumdatus ipse,
Suscitat, æratásque acies in prælia cogit
Quisque suas, variísque acuunt rumoribus iras.

503 * At tuba terribilem sonitum procul ære canoro
Increpuit: sequitur clamor, cœlúmq; remugit.
Accelerant actâ pariter testudine Volsci,
Et fossas implere parant, ac vellere vallum:
Quærunt pars aditum, & scalis ascendere muros,
Quà rara est acies, interlucétque corona
Non tam spissa viris: telorum effundere contrà

Omne genus Teucri, ac duris detrudere contis.
Assueti longo muros defendere bello:
Saxa quoque infesto volvebant pondere, si quà
Possent tectam aciem perrumpere.--
- Et mecum ingentes oras evolvite belli. 8. *Æn.* 528
Vt fera quæ densâ venantum septa coronâ 551
Contra tela furit, seséque haud nescia morti
Injicit, & saltu supra venabula fertur:
Haud aliter juvenis medios moriturus in hostes
Irruit, & quà tela videt densissima, tendit.
At pedibus longè melior Lycus, inter & hostes
Inter & arma fugâ muros tenet, altáq; certat
Prendere tecta manu, sociûmq; attingere dextras.
Cætera parce, puer, bello.--
- Intendunt acres arcus, amentáq; torquent. 665
Sternitur omne solum telis: tùm scuta, cavæque
Dant sonitum flictu galeæ: pugna aspera surgit.
Quantus ab occasu veniens pluvialibus hœdis,
Verberat imber humum: quàm multâ grandine nimbi
In vada præcipitant, quum Iuppiter horridus austris
Torquet aquosam hyemẽ, & cœlo cava nubila rumpit.
Freti armis, ultróque invitant mœnibus hostem. 667
Tum magis increscunt animis discordibus iræ: 688
Et jam collecti Troës glomerantur eodem,
Et conferre manum, & procurrere longiùs audent.
Vndique conveniunt: quoniam data copia pugnæ, 720
Bellatórque animo Deus incidit.
--Turnus paulatim excedere pugnâ, 789
Et fluvium petere, ac partem quæ cingitur amni.
--injectis sic undique telis 809
Obruitur, strepit assiduo cava tempora circum
Tinnitu galea, & saxis solida æra fatiscunt,
Discussæque jubæ capiti, nec sufficit umbo
Ictibus: ingeminant hastis, & Troës, & ipse
Fulmineus Mnestheus.--
Cernis ut insultent Rutuli, Turnúsq; feratur 10. *Æn.* 20
Per medios insignis equis? tumidúsq; secundo
Marte ruat?--
Aenean hominum quisquam, Divûmque subegit 65
Bella sequi, aut hostem, Regi se inferre Latino.
Num puero summam belli, num credere muros? 70
Quid gravidam bellis urbem, & corda aspera tentas? 87
--quæ causa fuit consurgere in arma, 90

Europámque, Asiámque, & fœdera solvere furto?

10. *Æn.* 94 † Aut ego tela dedi, fovique cupidine bella?

105 * Quandoquidem Ausonios conjungi fœdere Teucris
Haud licitum est, nec vestra capit discordia finem.

118 † Intereà Rutuli portis circum omnibus instant
Sternere cæde viros, & mœnia cingere flammis.
Ast legio Æneadum vallis obsessa tenetur.
Nec spes ulla fugæ; miseri stant turribus altis
Nequicquam, & rarâ muros cinxêre coronâ.

146 * Illi inter sese duri certamina belli
Contulerant.--

172 † Sexcentos illi dederat Populonia mater
Expertos belli juvenes.--

185 * Non ego te, Ligurum ductor, fortissime bello
Transierim.--

237 † At puer Ascanius muro, fossisque tenetur
Tela inter media, atque horrentes Marte Latinos.

308 * --sed rapit acer
Totam aciem in Teucros, & contrà in littore sistit.
Signa canunt: primus turmas invasit agrestes
Æneas, omen pugnæ.--

328 † Ni fratrum stipata cohors foret obvia.--

370 * Per ducis Evandri nomen, devictáq; bella.--

411 † --sed bellis acer Halesus
Tendit in adversos, séque in sua colligit arma.

441 * Vt vidit socios, tempus desistere pugnæ,
Solus ego in Pallanta feror.--

455 † Stare procul campis meditantem prælia taurum.

532 * - belli commercia Turnus Sustulit ista prior.-

610 † --non vivida bello
Dextra viris, animúsq; ferox, patiénsq; pericli.

661 * Illum autem Æneas absentem in præ ia poscit.

689 † At Iovis intereà monitis Mezentius ardens,
Succedit pugnæ, Teucrósq; invadit ovantes.
Concurrunt Tyrrhenæ acies, atque omnibus uni,
Vni odiísque viro, telísque frequentibus instant.

737 * Pars belli haud temnenda viris, jacet altus Orodes.

755 † Iam gravis æquabat luctus, & mutua Mavors
Funera: cædebant pariter: paritérque ruebant
Victores, victíque, neque his fuga nota, neque illis.

803 * Ac velut effusâ si quando grandine nimbi
Præcipitant, omnis campis diffûgit arator,
Omnis & agricola, & tutâ latet arce viator,

Aut amnis ripis, aut alti fornice saxi,
Dum pluit in terris, ut possint sole reducto
Exercere diem: sic obrutus undique telis
Æneas, nubem belli dum detinet, omnes Sustinet.-
Inde ubi tot traxisse moras, tot spicula tædet — 10. *Æn.* 88
Vellere, & urgetur pugnâ congressus iniqu,
Multa movens animo, jam tandem erumpit, & inter
Bellatoris equi cava tempora conjicit hastam.
Tollit se arrectum quadrupes, & calcibus auras
Verberat, effusúmq; equitem super ipse sequutus
Implicat, ejectóque incumbit cernuus armo.
Nullum in cæde nefas: nec sic ad prælia veni. — 901
Arma parate animis, & spe præsumite bellum. — 11. *Æn.* 18
--metuénsque moneret — 47
Acres esse viros, cum durâ prælia gente.
Nos alias hinc ad lacrymas eadem horrida belli — 96
Fata vocant.--
Quænam vos tanto fortuna indigna, Latini, — 108
Implicuit bello, qui nos fugiatis amicos?
Nec bellum cum gente gero.-- — 113
Si bellum finire manu, si pellere Teucros — 116
Apparat, his decuit mecum concurrere telis.
Iustitiæne priùs mirer, bellíne laborum? — 126
Primitiæ juvenis miseræ, bellíq; propinqui — 156
Dura rudimenta.--
Antiqui Ausonii, quæ vos fortuna quietos — 253
Sollicitat, suadétque ignota lacessere bella?
Ne verò, ne me ad tales impellite pugnas, — 278
Nec mihi cum Teucris ullum post eruta bellum
Pergama, nec veterum memini, lætórve malorum.
Bellum importunum cives cum gente Deorum, — 295
Invictísque viris gerimus; quos nulla fatigant
Prælia, nec victi possunt absistere ferro.
- sed frigida bello — 338
Dextera, consiliis habitus non futilis autor.
Tunc cùm bella manus poscunt, patribúsq; vocatis — 373
Primus ades.--
Nulla salus bello.-- — 399
Præfodiunt alii portas, aut saxa, sudésq; — 473
Subvectant: bello dat signum rauca cruentum
Buccina.--
Me sine prima manu tentare pericula belli: — 505
Tu pedes ad muros subsiste, & mœnia serva.

11. *Æn.* 535 † --graditur bellum ad crudele Camillæ.
541 * Infantem fugiens, media inter prælia belli,
Sustulit exilio comitem.--
389 † Tristis ubi infausto committitur omine pugna.
597 * Hetruscique duces, equitúmque exercitus omnis,
Compositi numero in turmas: fremit æquore toto
Insultans sonipes, & pressis pugnat habenis.
Huc obversus, & huc: tum latè ferreus hastis
Horret ager, campique armis sublimibus ardent.
605 † Adversi campo apparent: hastásq; reductis
Protendunt longè dextris, & spicula vibrant:
Adventúsque virûm, fremitúsq; ardescit equorum.
631 * Tertia sed postquàm congressi in prælia, totas
Implicuêre inter se acies, legitq;,virum vir;
Tum verò,& gemitus morientum, & sanguine in alto
Armáque, corporáque, & permisti cæde virorum
Semianimes volvuntur equi: pugna aspera surgit.
702 † Isque ubi se nullo jam cursu evadere pugnâ.
660 * – & pictis bellantur Amazones armis.
Posse, neque instantem Reginam avertere cernit:
Consilio versare dolos ingressus, & astu,
Incipit hæc, Quid tam egregium si fœmina forti
Fidis equo? dimitte fugam, & te comminùs æquo
Mecum crede solo, pugnæque accinge pedestri.
870 † Disjectíque duces, desolatíque manipli.
780 * --unum ex omni certamine pugnæ
Cæca sequebatur, totúmque incauta per agmen
Fœmineo prædæ, & spoliorum ardebat amore.
885 † --oritúrque miserrima cædes
Defendentum armis aditus, ínque arma ruentum.
Exclusi, ante oculos lacrymantúmque ora parentum:
Pars in præcipites fossas, urgente ruinâ,
Volvitur: immissis pars cæca, & concita frænis
Arietat in portas, & duros objice postes.
Ipsæ de muris summo certamine matres
(Monstrat amor verus patriæ) ut vidêre Camillam:
Tela manu trepidæ jaciunt, ac robore duro,
Stipitibus ferrum, sudibúsque imitantur obustis,
Præcipites, primæque mori pro mœnibus audent.
912 * Continuò pugnas ineant, & prælia tentent.
12. *Æn.* 32 † Ex illo, qui me casus, quæ Turne sequantur
Bella, vides: quantos primus patiare labores.
39 * Cur non incolumi potiùs certamine tollo?

Vnum oro, desiste manum committere Teucris. 12. Æn. 60
Ardet in arma magis.-- 61
--Teucrûm arma quiescant, 78
Rutulûm, nostro dirimatur sanguine bellum.
Campumad certamen magnæ sub mœnibus urbis 116
mensi Rutulíque viri, Teucríque parabant.
Procedit legio Ausonidum, pilatáque plenis 121
mina se fundunt portis: hinc Troïus omnis
rrhenúsque ruit variis exercitus armis:
ud secùs instructi ferro, quàm si aspera Martis
gna vocet, necnon mediis in millibus ipsi
ctores auro volitant, ostróque decori.
Vtq; dato signo spatia in sua quisque recessit, 129
efigunt tellure hastas, & scuta reclinant.
am melior, jam Diva, precor: túque inclyte Mavors 179
ncta tuo qui bella pater sub numine torques.
At verò Rutulis impar ea pugna videri 216
ndudum, & vario misceri pectora motu.
Qui sibi jam requiem pugnæ, rebúsq; salutem 241
erabant, nunc arma volunt.--
--me me duce ferrum 206
orripite, ô Rutuli, quos improbus advena bello
rritat, invalidas ut aves, & littora vestra
populat. -
Turbati cunei, calefactáque corda tumultu. 269
At fratres, animosa phalanx, accensáque luctu 277
rs gladios stringunt manibus, pars missile ferrum
orripiunt, cæcíq; ruunt, quos agmina contrà
ocurrunt Laurentum: hinc densi rursùs inundant
oës, Agillinique & pictis Arcades armis.
: omnes amor unus habet decernere ferro.
eripuêre aras: it toto turbida cœlo
mpestas telorum, ac ferreus ingruit imber.
Infrænant alii currus, aut corpora saltu 282
bjiciunt in equos, & strictis ensibus adsunt.
Qualis apud gelidi quum flumina concitus Hebri 331
nguineus Mavors clypeo increpat, atq; furentes
ella movens immittit equos.--
Parte aliâ, media Eumedes in prælia fertur, 346
ntiqui proles bello præclara Dolonis.
En agros, & quam bello Trojane petisti 359
esperiam, metire jacens.--
Rescindant penitùs, seséque in bella remittant. 399

12.*Æn*.497 † Iam tandem invadit medios, & Marte secundo
Terribilis, sævam nullo discrimine cædem
Suscitat, irarúmque omnes effundit habenas.

517 * Et juvenem exosum nequicquam bella Menœten.

525 † --non segniùs ambo
Æneas, Turnúsq; ruunt per prælia: nunc nunc
Fluctuat ira intùs: rumpuntur nescia vinci
Pectora: nunc totis in vulnera viribus itur.

552 * Pro se quisque viri, summâ nituntur opum vi:
Nec mora, nec requies: vasto certamine tendunt.

555 † Iret ut ad muros, urbísque adverteret agmen
Ocyùs, & subitâ turbaret clade Latinos.

558 * Huc, atq; huc acies circumtulit, aspicit urbem
Immunem tanti belli, atque impunè quietam:
Continuò pugnæ accendit majoris imago.

569 † Dixerat, atq; animis pariter certantibus omnes
Dant cuneum, densáque ad muros mole feruntur.

570 * Scilicet expectem libeat dum prælia Turno
Nostra pati? rursúsq; velit concurrere victus?
Hoc caput, ô cives, hæc belli summa nefandi.

576 † Scalæ improvisò, subitúsque apparuit ignis;
Discurrunt alii ad portas, primósq; trucidant:
Ferrum alii torquent. & obumbrant æthera telis.

580 * Testatúrque Deos, iterùm se ad prælia cogi.

628 † Ingruit Æneas Italis, & prælia miscet.
Et nos sæva manu mittamus funera Teucris:
Nec numero inferior pugnâ, nec honore recedes.

661 * Soli pro portis Messapus, & acer Atinas
Sustentant aciem: circum hos utrinque phalanges
Stant densæ, strictísque seges mucronibus horret
Ferrea.--

680 † Dixit & è curru saltum dedit ocyùs arvis,
Pérque hostes, per tela ruit, mœstámque sororem
Deserit, ac rapido cursu media agmina rumpit.
Ac veluti montis saxum de vertice præceps
Quum ruit avulsum vento: seu turbidus imber
Proluit, aut annis solvit sublapsa vetustas:
Fertur in abruptum magno mons improbus actu,
Exultátque solo, sylvas, armenta, virósque
Involvens secum: disjecta per agmina Turnus
Sic urbis ruit ad muros, ubi plurima fuso
Sanguine terra madet, stridéntque hastilibus auræ.

712 * Atque illi, ut vacuo patuerunt æquore campi,
Procursu rapido conjectis eminùs hastis.

Invadunt Martem clypeis, atque ære sonoro:
(Dat gemitum tellus) tum crebros ensibus ictus
Congeminant, fors & virtus miscentur in unum.
Ac velut ingenti Sylâ, summóve Taburno,
Quum duo conversis inimica in prælia tauri
Frontibus incurrunt, pavidi cessêre magistri:
Stat pecus omne metu mutum, mussántque juvencæ,
Quis pecori imperitet, quem tota armenta sequantur.
Illi inter sese multâ vi vulnera miscent,
Cornuáque obnixi infigunt: & sanguine largo
Colla, armósq; lavant: gemitu nemus omne remugit:
Haud aliter Tros Æneas, & Daunius heros
Concurrunt clypei: ingens fragor æthera complet. 12. Æn 748
Insequitur, trepidíque pedem pede fervidus urget.
- terris agitare, vel undis 803
Trojanos potuisti, infandum accendere bellum?
-- metitas aut bello territat urbes. 853

v. Certare, Arma, Telum, Clypeus, Classica, & Phalanx.

BIBERE, POTARE, HAURIRE *pateras.*

Claudite jam rivos pueri, sat prata biberunt. 3. Ecl. 111
† - quale per æstum 5. Ecl. 46
Dulcis aquæ saliente sitim restinguere rivo.
Dixit, & in mensâ Laticum libavit honorem: 1. Æn. 735
Primáque libato summo tenus attigit ore,
Tum Bitiæ dedit increpitans: ill[e] impiger hausit
Spumantem pateram, & pleno se proluit auro.
Liber & alma Ceres, vestro si munere tellus, 1. Geor. 7
Chaoniam pingui glandem mutavit aristâ,
Poculáque inventis Acheloïa miscuit uvis.
-- & bibit ingens Arcus. 380
Ad puteos aut alta greges ad stagna jubeto, 3. Geor. 310
Currentem ilignis potare canalibus undam.
Floreat irriguúmque bibant violaria fontem. 4. Geor. 32
Infœlix Dido longúmque bibebat amorem. 1. Æ. 740
Hasta sub exertam donec perlata papillam 11. Æn. 803
Hæsit, virgineúmque alte bibit acta cruorem.
Illæ continuò saltus, sylvásque peragrant, 4. Geor. 53
Purpureósque metunt flores, & flumina libant
Summa leves: --

v. Ebrietas, Potare.

CACUMEN, FASTIGIUM, VERTEX, Culmen, Apex, Summum, Iuga.

C

2. Geor. 28 † -- summúmque putator (*Arboris*)
Haud dubitat terræ referens mandare cacumen.
2. Ecl. 3 * Tantùm inter densas, umbrosa cacumina, fagos.
6. Ecl. 28 † Ludere, tùm rigidas motare cacumina quercus.
9. Ecl. 9 * Vsque ad aquã, & veteris jã fracta cacumina fagi.
2. Geor. 307 † Per ramos victor, pérque alta cacumina regnat.
3. Æn. 274 * Mox & Leucatæ nimbosa cacumina montis.
6. Æn. 678 † Desuper ostentat, dehinc summa cacumina linquũt
1. Ecl. 69 * Pauperis & tuguri congestum cespite culmen.
83 † Et jam summa procul villarum culmina fumant.
1. Geor. 402 * -- de culmine summo
Exercet noctua cantus --
2. Æn. 445 † Dardanidæ contrà, turres, ac tecta domorum
Culmina convellunt. --
458 * Evado summi fastigia culminis, unde.
2. Æn. 695 † Lucem summa super labentem culmina tecti.
410 * Hîc primùm ex alto delubri culmine, telis.
2. Æn. 601 † Has evertit opes, sternítque à culmine Trojam.
4. Æn. 186 * Fama sedet custos, aut summi culmine tecti.
7. Æn. 511 † Ardua tecta petit, stabuli de culmine summo.
4. Æn. 462 Soláque culminibus ferali carmine bubo
Sæpè queri. --
5. Æn. 458 * -- quàm multâ grandine nimbi
Culminibus crepitant --
12. Æn. 863 † Ales, in bustis aut culminibus desertis,
Nocte sedens --
4. Æn. 670 * -- flammæque furentes
Culmina, pérque hominum volvantur, pérq; Deorum;
12 Æn 569 † Eruam, & æqua solo fumantia culmina ponam.
8. Æn. 456 * Et matutini volucrum sub culmine cantus.
1. Æn. 342 † Ambages, sed summa sequar fastigia rerum.
438 * Æneas ait, & fastigia suspicit urbis.
2. Æn. 302 † -- summi fastigia tecti Ascensu supero. --
444 * Protecti objiciunt, prensant fastigia dextris.
2. Æn. 758 † Ilicet ignis edax summa ad fastigia tecti
Volvitur --
8. Æn. 366 * -- angusti subter fastigia tecti
Ingentem Æneam duxit --

† Ob

runcant socios, ignem ad fastigia jactant. 8. Æn. 491
entes tædas alii ad fastigia jactant. 9. Æn. 568
ulus imprimis, quæ quantum vertice ad auras. 2. Geor. 291
tremefacta comam concusso vertice nutat. 628
quales cùm vertice celso Aëriæ quercus.-- 3. Æn. 679
ollunt capita, & sublimi vertice nutant. 9. Æn. 68
e Caucaseo steriles in vertice silvæ. 2. Geor. 440
io rediens deducam vertice Musas. 3. Geor. 11
cipiens sonitum saxi de vertice pastor. 2. Æn. 308
procul excelso miratus vertice montis. 5. Æn. 35
e levis summo de vertice visus Iüli. 2. Æn. 682
dum illi flavum Proserpina vertice crinem. 4. Æn. 698
--apicem tamen incita summum 12. Æn. 492
tulit, summásq; excussit vertice cristas.
pila, jámq; volans apicem, & latera ardua cernit 4. Æn. 246
tis duri, cœlum qui vertice fulcit.
ri *apes* summum densæ (mirabile dictu) 7. Æn. 64
dëre apicem, & pedibus per mutua nexis.
igerósque apices, & lapsa ancilia cœlo 8. Æn. 664
lerat.--
r flamma ad summum tecti subjecta reluxit. 4. Geor. 385
n juga montis aper, fluvios dum piscis amabit. 5. Ecl. 76
m neque Parnassi vobis juga, nam neque Pindi. 10. Ecl. 11
-aut per juga Cynthi Exercet Diana choros-- 1. Æn. 498
& juga cœpta moveri Sylvarum-- 6. Æn. 256
e jugis Cynthi graditur, mollíq; fluentem. 4. Æn. 147
ee feræ saxi dejectæ vertice capræ 1, 2
rrêre jugis, aliâ de parte patentes.

v. Altus.

DES, CLADES, STRAGES, *Funus, Obitus.*

ait, & sublatum altè consurgit in ensem, 9. Æn. 750
mediam ferro gemina inter tempora frontem
lit, impubésque immani vulnere malas:
onus, ingenti concussa est pondere tellus.
ipsos artus, atque arma cruenta cerebro,
it humi moriens, atque illi partibus æquis,
caput, atque illuc humero ex utroq; pependit.
pora, seminecésq; viros, tepidúmq; recenti 455
locum, & plenos spumanti sanguine rivos.
lscentem exanimem flentes in castra ferebant. 451
minor in castris luctus Rhamnete reperto

Exangui, & primis unà tot cæde peremptis.
Volvitur ille vomens calidum de pectore flumen
Frigidus, & longis singultibus ilia pulsat.

9. Æn. 422 * Tu tamen interea calido mihi sanguine pœnas
Persolves amborum, inquit: simul ense recluso
Ibat in Euryalum. -

692 † Perfertur nuncius hostem Fervere cæde novâ.--

3. Geor. 247 * - nec fune a vulgò
Tam multa informes ursi, stragémque dedêre.

784 † Aggeribus, tantas strages impunè per urbem
Ediderit? juvenum primos tot miserit Orco?

11. Æn. 207 * --confusæque ingentem cædis acervum.

384 † -- Tot quando stragis acervos,
Teucrorum tua dextra dedit.--

739 * Ergo inter cædes, cedentiáque agmina Tarchon
Fertur equo, variísque instigat vocibus alas.

12. Æn. 499 † Quis mihi nunc tot acerba Deus, quis carmine cædes
Diversas, obitúmque ducum, quos æquore toto
Inque vicem nunc Turnus agit, nunc Troïus heros,

1. Æn. 471 * Tydides multâ vastabat cæde cruentus.

2. Æn. 411 † --oritúrque miserrima cædes.

500 * - vidi ipse furentem Cæde Neoptolemum. --

718 † Me bello è tanto digressum, & cæde recenti.

361 * Quis cladem illius noctis, quis funera fando
Explicet, aut possit lacrymis æquare labores?

4. Æn. 450 † Inter quas Phœnissa recens à vulnere Dido.

652 * Errabat. *Cædem ejus habes.* vers. 652

8. Æn. 790 † Illam inter cædes pallentem morte futurâ

2. Æn. 384 * - formidine captos Sternimus:--

6. Æn. 503 † Nocte tulit fessum vastâ de cæde Pelasgûm
Procubuisse super confusæ stragis acervum.

6. Æn. 829 * --quantas acies, stragémq; ciebunt.

8. Æn. 483 † Quid memorem, infandas cædes, quid facta tyranni?

537 * Heu quantæ miseris cædes Laurentibus instant?

196 † --sempérque recenti Cæde tepebat humus.--

9. Æn. 526 * Quas ibi tum ferro strages, quæ funera Turnus
Ediderit, quem quisque virum demiserit Orco.

8. Æn. 561 † Qualis eram, cùm primam aciem Præneste sub ipsâ
Stravi, scutorúmque incendi victor acervos,
Et Regem hac Herilum dextrâ sub Tartara misi:
Ter letho sternendus erat: tot ferro sæva dedisset,
Funera, tam multis viduasset civibus urbem.

10. Æn. 426 * At non cæde viri tantâ perterrita Lausus.

...in sese mucrone ob tantum dedecus amens | 10 Æn. 681
...duat, & crudum per costas exigat ensem.
Hic Curibus, fidens primævo corpore, Lausus | 346
...venit, & rigidâ Dryopen ferit eminùs hastâ,
...b mentum graviter pressâ, pariterq; loquentis
...ocem, animámq; rapit, trajecto gutture: at ille
...onte ferit terram, & crassum vomit ore cruorem.
Ille rapit calidum frustrà de vulnere telum,
...nâ, eâdémq; viâ, sanguísque, animúsq; sequuntur. | 486
Excussus curru moribundus volvitur arvis. | 590
Crastina lux, mea si non irrita dicta putâris, | 744
...ngentes Rutulæ spectabit cædis acervos.
-Sternitur infelix Acron, & calcibus atram | 730
Tundit humum, expirans, infractáq; tela cruentat.
* --validum námque exigit ensem, | 315
Per medium Æneas juvenem, totúmq; recondit.
Transiit, & parmam mucro, levia arma minacis,
Implevítque sinum sanguis: tum vita per auras
Concessit mæsta ad Manes, corpúsq; reliquit.
† --latos huic hasta per armos | 11. Æn. 644
Acta tremit, duplicátq; virum transfixa, dolorem:
Funditur ater ubíque cruor: dant funera ferro.
* --recalent nostro Tyberina fluenta | 12. Æn. 35
Sanguine adhuc, campíq; ingentes ossibus albent.
† --& pede collo | 357
Impresso, dextrâ mucronem extorquet, & alto
Fulgentem tinxit jugulo.
* Turnúsque sequutus | 380
Imam inter galeam, summi thoracis & oras,
Abstulit ense caput, truncúmq; reliquit arenâ.
† --ferit ense gravem Tymbræus Osirin: | 455
Archetium Mnestheus, Epulonem obtruncat Achates,
Vfentémq; Gyas, cadit ipse Tolumnius augur.
* Iam tandem invadit medios, & Marte secundo | 492
Terribilis sævam nullo discrimine cædem Suscitat--.
† --Arva novâ Neptunia cæde rubescunt. | 8. Æn. 695
* --auditâ cæde suorum Conveniant Teucri.-- | 9 Æn. 778
† Tum latebras animæ pectus mucrone recludit. | 10. Æn. 601
* Cædit semianimis Rutulorum calcibus arva. | 403
† Iam gravis æquabat luctus, & mutua Mavors | 755
Funera.--
* --tot quando stragis acervos | 11. Æn. 384
Teucrorum tua dextra dedit. (*Turnus Dranci.*)

12. Æn. 690 † Plurima fuso Sanguine terra madet.--
556 * Ocyùs & subitâ turbaret clade Latinos.
9. Æn. 332 † Tum caput ipsi aufert domino, truncúmq; relinquit
Sanguine singultantem: atro tepefacta cruore
Terra, toríque madent.--
v. Mors, Bellum, Certare.

CÆLARE, CÆLATVS, VAS *Impressum, & asperum signis.*

3. Æn. 464 DOna dehinc auro gravia, sectóque elephanto.
10. Æn. 449 † Quæ bonus Eurytion multo cælaverat auro.
526 * --jacent penitùs defossa talenta
Cælati argenti: sunt auri pondera facti,
Infectíque mihi.--
3. Ecl. 36 † --pocula ponam
Fagina, cælatum divini opus Alcimedontis:
Lenta quibus torno facili superaddita vitis,
Diffusos hederâ vestit pallente corymbos.
In medio duo signa, Conon, &c.
42 * Et nobis idem Alcimedon duo pocula fecit:
Et molli circum est ansas amplexus acantho,
Orpheáque in medio posuit, silvásq; sequentes.
1. Æn. 639 † Ingens argentum mensis, cælatáque in auro
Fortia facta patrum, series longissima rerum.-
591 * Quale manus addunt ebori decus, aut ubi flavo
Argentum, Pariúsve lapis circundatur auro.
5. Geor. 25 † In foribus pugnam ex auro, solidóq; elephanto
Gangaridûm faciam, victorísq; arma Quirini:
Atque hîc undantem bello, magnúmq; fluentem
Nilum, ac navali surgentes ære columnas:
Addam urbes, &c.
34 * Stabunt & Parii lapides, spirantia signa.
5. Æn. 267 † Cymbiáque argento perfecta, atque aspera signis.
305 * Gnosia bina dabo lëvato lucida ferro
Spicula, cælatámque argento ferre bipennem.
535 † Cratera impressum signis.--
1 Æn. 652 * Præterea sceptrum Ilione, quod gesserat olim,
Maxima natarum Priami: collóque monile
Baccatum, & duplicem, gemmísq; auróq; coronam.
6. Æn. 847 † Excudent alii spirantia molliùs æra,

Credo equidem vivos ducent de marmore vultus.
* Quinetiam veterum effigies ex ordine avorum | 7. Æn. 177
Antiquâ ex cedro, Italúsque, patérq; Sabinus,
Vitisator curvam servans sub imagine falcem,
Saturnúsq; senex, Ianique bifrontis imago
Vestibulo astabant --
† Cælatâq; amnem fundens pater Inachus urnâ. | 792
* Aut lêves ocreas lento ducunt argento. | 634
† Illic res Italas, Romanorúmq; triumphos | 8. Æn. 626
Fecerat Ignipotens, illic genus omne futuræ
Stirpis ab Ascanio, pugnatáq; in ordine bella.
* Illum indignanti similem, similémq; minanti | 649
Aspiceres: pontem auderet quòd vellere Cocles.

Vide cætera de clypeo Æneæ.

† - sævit medio in certamine Mavors | 700
Cælatus ferro.--
* Bina dabo argento perfecta, atque aspera signis | 9. Æn. 263
Pocula, devictâ genitor quæ cepit Arisbâ.
† --humero simul exuit ensem | 303
Auratum, mirâ quem fecerat arte Lycaon
Gnosius, atque habilem vaginâ aptârat eburnâ.
* Ipse dehinc auro squallentem, albóq; orichalco, | 12. Æn. 87
Circumdat loricam humeris, simul aptat habendo,

v. Vestimentum intextum, Pictura.

CALERE, ARERE, ÆSTVARE, *Ardere, Torrere, Siccare: Calor, Æstus, Ardor: Aridus, Siccus: Sudor, Sudare.*

THestyl's & rapido fessis messoribus æstu. | 2. Ecl. 10
† Cogite oves pueri, si lac præceperit æstus. | 3. Ecl. 98
* --ipse aries etiam nunc vellera siccat. | 95
† --videat & flumina sicca. | 7. Ecl. 56
Aret ager, vitio moriens sitit aëris herba.
* Dum siccâ tellure licet, dum nubila pendent. | 1. Geor. 214
† Tum cornix plenâ pluviam vocat improba voce, | 388
Et sola in siccâ secum spatiatur arenâ.
* --catulíque relicti | 2. Æn. 357
Faucibus expectant siccis.--
† (*Rivus.*) --scatebrísq; arentia temperat arva. | 1. Geor. 110

4. *Geor.* 268 † Arentésq; rosas, aut igni pinguia multo
Defruta.
3. *Geor.* 202 * (*Equus.*) --ad Elei metas, & maxima campi
Sudabit spatia, & spumas aget ore cruentas.
2. *Æn.* 173 † --salsúsque per artus Sudor iit.--
9. *Æn.* 458 * Messapi, & multo phaleras sudore receptas.
3. *Æn.* 175 † Tum gelidus toto manabat corpore sudor.
5. *Æn.* 199 * --tum creber anhelitus artus
Aridáque ora quatit: sudor fluit undique rivis.
7. *Æn.* 458 † Olli somnum ingens rupit pavor, ossáq; & artus
Perfudit toto proruptus corpore sudor.
2. *Ecl.* 13 * Sole sub ardenti resonant arbusta cicadis.
5. *Ecl.* 45 † Tale tuum carmen nobis, divine Poëta,
Quale sopor fessis in gramine, quale per æstum
Dulcis aquæ saliente sitim restinguere rivo.
7. *Ecl.* 58 * Liber pampineas invidit collibus umbras.
10. *Ecl.* 67 † Nec si cùm moriens altâ liber aret in ulmo,
Æthiopum versemus oves sub sydere Cancri.
1. *Geor.* 107 * Et quum exustus ager morientibus æstuat herbis.
2. *Geor.* 270 † Vt quo quæque modo steterit, quâ parte calores
Austrinos tulerit, quæ terga obverterit axi.
353 * Hoc ubi hiulca siti findit Canis æstifer arva.
3. *Geor.* 271 † Continuóq; avidis ubi subdita flamma medullis,
Vere magis, quia vere calor redit ossibus, illæ.
331 * Æstibus at mediis umbrosam exquirere vallem.
432 † Postquàm exhausta palus, terræq; ardore dehiscunt,
Exilit in siccum, & flammantia lumina torquens,
Sævit agris, aspérq; siti, atque exterritus æstu.
Ne mihi tum molles sub dio carpere somnos,
Neu dorso nemoris libeat iacuisse per herbam.
458 * Cùm furit, atque artus depascitur arida febris,
Profuit incensos æstus avertere.--
4. *Geor.* 401 † Ipsa ego te medios cùm Sol accenderit æstus,
Cùm sitiunt herbæ, & pecori jam gratior umbra est.
35 * Cogit hyems, eadémq; calor liquefacta remittit.
428 † Iam rapidus torrens sitientes Sirius Indos
Ardebat cœlo, & medium Sol igneus orbem
Hauserat: arebant herbæ, & cava flumina siccis
Faucibus ad limum radii tepefacta coquebant.
263 * Æstuat ut clausis rapidus fornacibus ignis.
4. *Æn.* 704 † --omnis & unà
Dilapsus calor, atque in ventos vita recessit.
5. *Æn.* 199 * Pars calidos latices, & ahena undantia flammis.

† Vel cùm Sole novo densæ torrentur aristæ. 7. Æn. 720
* --ripâque æstus viridante levaret. 495
† --tum toto corpore sudor 9. Æn. 812
Liquitur, & piceum (nec respirare potestas)
Flumen agit: fessos quatit æger anhelitus artus.
* -- ac subitus miseræ calor ossa reliquit. 475
† Námque aliæ turpes horrent, ceu pulvere ab alto, 4. Geor. 96
Cùm venit, & terram sicco spuit ore viator
Aridus,--
* Suscepit ignem foliis, atque arida circùm 1. Æn. 175
Nutrimenta dedit, rapuítque in fomite flammam.

v. Æstas, Meridies: Ignis.

CANERE, CANTARE, LUDERE, Meditari, Modulari. Cantus exercere, & dare, & movere.

SYlvestrem tenui musam meditaris avenâ. 1. Ecl. 2
† Formosam resonare doces Amaryllida sylvas.
* Ludere quæ vellem calamo permisit agresti. 10
† Canto quæ solitus, si quando armenta vocabat, 2. Ecl. 23
Amphion Dircæus in Actæo Aracyntho.
* Mecum unà in sylvis, imitabere Pana canendo. 31
Pan primus calamos cerâ conjungere plures
Instituit: Pan curat oves, oviúmq; magistros.
Nec te pœniteat calamo trivisse labellum:
Hæc eadem ut sciret, quid non faciebat Amyntas? 3. Ecl. 58
† Incipe Damœta, tu deinde sequere Menalca:
Alternis dicetis, amant alterna Camœnæ.
* Sicelides Musæ, paulò majora canamus. 4. Ecl. 1
† Si canimus sylvas, sylvæ sunt Consule dignæ. 3
* Quid si idem certet Phœbum superare canendo? 5. Ecl. 9
† Tale tuum carmen nobis, divine Poëta, 45
Quale sopor fessis in gramine, quale per æstum
Dulcis aquæ saliente sitim restinguere rivo:
Nec calamis solùm æquiparas, sed voce magistrum.
* --tibi nostra vicissim 50
Dicemus, Daphnímque tuum tollemus ad astra.
† Et puer ipse fuit cantari dignus, & ista 54
Iampridem Stimichon laudavit carmina nobis.
* Cantabunt mihi Damœtas, & Lyctius Ægon. 72
† Prima Syracusio dignata est ludere versu 6. Ecl. 6
Nostra, nec erubuit sylvas habitare, Thalia:

Cùm canerem Reges, & prælia, Cynthius aurem
Vellit, & admonuit: pastorem, Tityre, pingues
Pascere oportet oves: deductum dicere carmen.
Nunc ego (námq; super tibi erunt, qui dicere laudes,
Vare, tuas cupiant, & tristia condere bella)
Agrestem tenui meditabor arundine musam.
Non injussa cano, te nostræ, Vare, myricæ,
Te nemus omne canet. -

6. Ecl. 26 † --simul incipit ipse.
Tum verò in numerum Faunósque, ferásq; videres
Ludere, tum rigidas motare cacumina quercus.

71 * --quibus ille solebat
Cantando rigidas deducere montibus ornos.

6. Ecl. 82 † Omnia quæ Phœbo quondam meditante beatus
Audiit Eurotas, jussítque ediscere lauros.
Ille canit, pulsæ referunt ad sydera valles.

7. Ecl. 4 * -Arcades ambo
Et cantare pares, & respondere parati.
Mænalus argutúmq; nemus, pinósq; loquentes
Semper habet, semper pastorum ille audit amores,
Panáque, qui primus calamos non passus inertes.

9. Ecl. 19 † Quis caneret Nymphas? quis humũ florentib⁹ herbis
Spargeret? --

26 * Immò hæc, quæ Varo necdum perfecta canebat:
Vare, tuum nomen, superet modò Mantua nobis,
Cantantes sublime ferent ad sydera Cygni.

44 † Quid, quæ te purâ solum sub nocte canentem
Audieram? numeros memini, si verba tenerem,

51 * - sæpè ego longos
Cantando puerum memini me condere soles:
Nunc oblita mihi tot carmina: vox quoq; Mœrin
Iam fugit ipsa: lupi Mœrin vidêre priores.

60 † --hic ubi densas
Agricolæ stringunt frondes, hic, Mœri, canamus.

64 * Cantantes licet usque (minùs via lædet) eamus.
Cantantes ut eamus, ego hoc te fasce levabo.

67 † Carmina tùm meliùs, quum venerit ipse, canemus.

10. Ecl. 8 * Non canimus surdis, respondent omnia sylvæ.

31 † Tristis at ille tamen, cantabitis Arcades, inquit,
Montibus hæc vestris: soli cantare periti.

50 * Ibo, & Chalcidico quæ sunt mihi condita versu
Carmina pastoris Siculi modulabor avenâ.

70 † Hæc sat erit Divæ vestrum cecinisse Poëtam.

Dum sedet, & gracili fiscellam texit hibisco:

† -- solet esse gravis cantantibus umbra. 10. Ecl. 75

* Ferte simul Faunique pedem, Dryadésque puellæ: 1. Geor. 11
Munera vestra cano. --

† Intereà longum cantu solata laborem. 293

* Et veterem in limo ranæ cecinêre querelam. 378

† Nequicquam seros exercet noctua cantus. 403

* Tum liquidas corvi presso ter gutture voces, 410
Aut quater ingeminant. -

† --Hinc ille avium concentus in agris, 422
Et lætæ pecudes, & ovantes gutture corvi.

* Avia tum resonant avibus virgulta canoris. 2. Geor. 328

† -- pro quâ mercede canoros 4. Geor. 150
Curetum sonitus crepitantiáque æra sequutæ.

* Te veniente die, te decedente canebat. 466

† At cantu commotæ Erebi de sedibus imis 471
Vmbræ ibant tenues. --

* Vt reduces illi ludunt stridentibus alis, 1. Æn. 397
Et cœtu cinxêre polum, cantúsque dedêre:

† -- citharâ crinitus Iopas 744
Personat auratâ, docuit quæ maximus Atlas:
Hic canit errantem Lunam, Solísque labores.

* Necnon Threïcius longâ cum veste Sacerdos 6. Æn. 645
Obloquitur numeris septem discrimina vocum:
Iámque eadem digitis, jam pectine pulsat eburno.

† Si potuit Manes accersere conjugis Orpheus, 119
Threïciâ fretus citharâ, fidibúsque canoris.

* Misenum Æolidem, quo non præstantior alter, 164
Ære ciere viros, Martémque accendere cantu.

† -- variæ circúmque supráque 7. Æn. 32
Assuetæ ripis volucres, & fluminis alveo,
Æthera mulcebant cantu, lucóque volabant.

* Ibant æquati numero, Regémque canebant: 698
Ceu quondam nivei liquida inter nubila cygni,
Quum sese è pastu referunt, & longa canoros
Dant per colla modos, sonat amnis, & Asia longè
Pulsa palus. --

† Spargere qui somnos cantúque, manúque solebat, 754
Mulcebátque iras, & morsus arte levabat.
Sed non Dardaniæ medicari cuspidis ictum
Evaluit: neque eum juvêre in vulnera cantus
Somniferi. --

* Pandite nunc Helicona Deæ, cantúsque movete: 641

8. *Æn.* 288 † Ad cantus Salii adſunt incenſa altaria circum.
2 * - Et rauco ſtrepuerunt cornua cantu.
9. *Æn.* 773 † Et Clytium Æoliden, & amicum Cretea Muſis,
Cretea Muſarum comitem, cui carmina ſemper,
Et citharæ cordi, numeróſque intendere nervis:
Semper equos, atque arma virûm, pugnáſq; canebat.
v. Apollo, Carmen, Dicere, Fiſtula.

CAPELLÆ, CAPRÆ, MATRES hædorum, Caprea: Caper, Capreoli, Hircus: Caprigenum genus.

1. *Ecl.* 75 ITe meæ (quondam felix pecus) ite capellæ:
Non ego vos poſthac viridi projectus in antro
Dumoſâ pendere procul de rupe videbo:
Carmina nulla canam: non me paſcente, capellæ,
Florentem cytiſum, & ſalices carpetis amaras.
23 † Sic canibus catulos ſimiles, ſic matribus hœdos
Nôram, ſic parvis cōponere magna ſolebam.
2. *Ecl.* 40 * Præterea duo nec tutâ mihi valle reperti
Capreoli, ſparſis etiam nunc pellibus albo.
30 † Hœdorúmque gregem viridi compellere hibiſco.
63 * Torva leæna lupum ſequitur, lupus ipſe capellam:
Florentem cytiſum ſequitur laſciva capella.
3. *Ecl.* 96 † Tityre paſcentes à flumine reice capellas:
Ipſe ubi tempus erit, omnes in fonte lavabo.
8 * -- tranſverſa tuentibus hircis.
82 † Dulce ſatis humor, depulſis arbutus hœdis.
4. *Ecl.* 21 * Ipſæ lacte domum referent diſtenta capellæ
Vbera: nec magnos metuent armenta leones.
5. *Ecl.* 12 † Incipe, paſcentes ſervabit Tityrus hœdos.
7. *Ecl.* 2 *Compuleránt q; greges Corydon, & Thyrſis in unum:
Thyrſis oves, Corydon diſtentas lacte capellas.
7 † Vir gregis ipſe caper deerraverat. --
9 * -- caper tibi ſalvus, & hœdi.
9. *Ecl.* 23 † Tityre, dum redeo (brevis eſt via) paſce capellas:
Et potum paſtas age, Tityre, & inter agendum
Occurſare capro (cornu ferit ille) caveto.
6 * Hos illi (quod nec benè vertat) mittimus hœdos.
62 † Hic hœdos depone. --
10. *Ecl.* 7 * Dum tenera attondent ſimæ virgulta capellæ.
30 † Nec cytiſo ſaturantur apes, nec fronde capellæ.
77 * Ite domum ſaturæ, venit heſperus, ite capellæ.

† Aut fœtus ovium, aut urentes culta capellas. 2. Geor. 196
* Sylvestres uri assiduè, capreæque sequaces 3 74
Illudunt: pascuntur oves, avidæq; juvencæ.
† Inter se adversis luctantur cornibus hœdi. 526
* -- neque oves, h.edique petulci 4. Geor. 10
Floribus insultent, aut errans bucula campo.
† Multi jam excretos prohibent à matribus hœdos, 3. Geor. 398
Primáque ferratis præfigunt ora capistris.
* Non aliam ob culpam Baccho caper omnibus aris 2. Geor 384
Cæditur, & veteres ineunt proscenia ludi.
† Hoc satis armentis: superat pars altera curæ, 3. Geor 286
Lanigeros agitare greges, hirtásque capellas.
* Læta boûm, passim campis armenta videmus, 3. Æn. 220
Caprigenúmque pecus nullo custode per herbam.
† Ecce feræ saxi dejectæ vertice capræ 4. Æn. 152
Decurrêre jugis. -- &c.
* -- si fortè fugacem 10. Æn. 724
Conspexit capream, aut surgentem in cornua cervum.
† Dictamnum, non illa feris incognita capris 12. Æn. 414
Gramina, cùm tergo volucres hæsêre sagittæ.

CAPILLI, CÆSARIES, CRINES, Coma: Canities: Barba.

ET pro purpureo pœnas dat Scylla capillo. 1. Geor. 405
† Cæsariem effusæ nitidam per candida colla. 4. Geor. 357
* -- at illi 415
Dulcis compositis spiravit crinibus aura.
† Námq; humeris de more habilem suspéderat arcum 1. Æn. 317
Venatrix, dederátque comam diffundere ventis.
* Dixit: & avertens roseâ cervice refulsit, 401
Ambrosiæque comæ divinum vertice odorem
Spiravêre, pedes vestis defluxit ad imos.
† -- huic cervíxque, comæque trahuntur 477
Per terram. --
* Intereà ad templum non æquæ Palladis ibant 483
Crinibus Iliades passis, peplúmque ferebant.
† Námque ipsa decoram 593
Cæsariem nato genitrix luménque juventæ
Purpureum, & lætos oculis afflârat honores.
* Ecce trahebatur passis Priameïa virgo 2. Æn. 403
Crinibus à templo Cassandra, adytísque Minervæ.
† Obstupui, steterúntque comæ, & vox faucibus hæsit. 774

2. Æn. 277 * Squalentem barbam, & concretos sanguine crines;
552 † Implicuítque comam lævâ, dextrâque coruscum
Extulit, ac lateri capulo tenus abddit ensem.
3. Æn. 65 * Et circùm Iliades crinem de more solutæ.
4. Æn. 138 † Cui pharetra ex auro, crines nodantur in aurum.
147 * -- mollíq; fluentem
Fronde premit crinem fingens, atque implicat auro.
509 † Stant aræ circùm: & crines effusa Sacerdos
Tercentum tonat ore Deos, Erebúmq; Chaósque.
589 * Térque, quatérque manu pectus percussa decorum,
Flaventésque abscissa comas. --
5. Æn. 555 † Trinacriæ mirata fremit, Trojæque juventus,
Omnibus in morem tonsâ coma pressa coronâ.
6. Æn. 47 * Non comptæ mansêre comæ: sed pectus anhelum.
280 † -- & discordia demens
Vipereum crinem vittis innexa cruentis.
7. Æn. 391 * Te lustrare choros, sacrum tibi pascere crinem.
820 † -- ut fibula crinem Auro internectat.
346 * Huic Dea cæruleis unum de crinibus anguem
Conjicit. --
75 † Regalésque accensa comas, accensa coronam.
394 * -- Ventis dant colla, comásque.
403 † Solvite crinales vittas, capite orgia mecum.
417 * Et frontem obscœnam rugis arat, induit albos
Cum vitta crines. -- (*Alecto.*)
8. Æn. 659 † Aurea cæsaries illis, atque aurea vestis.
10. Æn. 137 * -- fusos cervix cui lactea crines
Accipit, & molli subnectit circulus auro.
832 † Sanguine turpantem comptos de more capillos.
726 * Gaudet hians immane, comásque arrexit (*Leo.*)
11. Æn. 844 † Canitiem immundo deformat pulvere. --
35 * Et mœstæ Iliades crinem de more solutæ,
77 † -- arsurásque comas obnubit amictu.
641 * Dejicit Herminium, nudo cui vertice fulva
Cæsaries, nudíque humeri, nec vulnera terrent.
611 † Canitiem immundo perfusam pulvere turpans.
12. Æn. 98 * -- & fœdare in pulvere crines,
Vibratos calido ferro, myrrhâque madentes.
870 † Infelix crines scindit Iuturna solutos.
302 * -- super ipse sequutus
Cæsariem lævâ turbati corripit hostis.
605 † Filia prima manu flavos Lavinia crines,
Et roseas laniata genas. --

* Tum demùm movet arma leo, gaudétque comantes 12. Æn. 6
Excutiens cervice toros. --

v. Mentum, & Barba.

CAPISTRUM.

ATque hæc jam primo depulsus ab ubere matris 3. Geor. 187.
Audiat, ínque vicem det mollibus ora capistris.
* Multi jam excretos prohibent à matribus hœdos, 398.
Primáque ferratis præfigunt ora capistris.

v. Fræna, Habena, Lora.

CAPITOLIUM.

ILle triumphatâ Capitolia ad alta Corintho 6. Æn. 836.
Victor aget currum, cæsis insignis Achivis.
† Hinc ad Tarpeiam sedem, & Capitolia ducit 8. Æn. 347.
Aurea nunc, olim sylvestribus horrida dumis.
* In summo custos Tarpeiæ Manlius arcis 652.
Stabat pro templo, & Capitolia celsa tenebat.
† Dum domus Æneæ Capitoli immobile saxum 9. Æn. 448.
Accolet, imperiúmq; pater Romanus habebit.

CAPUT, CERVIX, VERTEX, COLLUM.

VErùm hæc tantùm alias inter caput extulit urbes, 1. Ecl. 25.
Quantùm lenta solent inter viburna cupressi.
† Setosi caput hoc apri tibi, Delia, parvus, 7. Ecl. 29.
Et ramosa Mycon vivacis cornua cervi.
* Tránsque caput jace. -- (*Cineres.*) 8. Ecl. 102
† Nunc caput objectare fretis, nunc currere in undas. 1. Geor. 386.
* Sol caput obscurâ nitidum ferrugine texit. 467.
† Ferrea progenies duris caput extulit arvis. 2. Geor. 341.
* Et quocunque Deus circùm caput egit honestum. 392.
† Ipse caput tonsæ foliis ornatus olivæ. 3. Geor. 21
* Forma Bovis, cui turpe caput, cui plurima cervix. 52.
† -- illi (*equo*) ardua cervix, 79
Argutúmque caput. --
* Tollentémque minas, & sibila colla tumentem 421.
Dejice, jámque fugâ tumidum caput abdidit altè.
† Inque dies avidum surgens caput altiùs effert. 553.

4. Geor. 319 † Tristis ad extremi sacrum caput astitit amnis.
352 * Prospiciens, summâ flavum caput extulit undâ.
368 † Et caput unde altus primùm se erumpit Enipeus.
523 * Tum quoque marmoreâ caput à cervice revulsum.
1. Æn. 115 † -- pronúsque magister Volvitur in caput. --
127 * Prospiciens, summâ placidum caput extulit undâ.
444 † Monstrârat caput acris equi, sic nam fore bello.
2. Æn. 558 * Avulsúmque humeris caput, & sine nomine corpus.
751 † Per Trojam, & rursus caput objectare periclis.
3. Æn. 193 * Tum mihi cæruleus supra caput astitit imber.
4. Æn. 177 † Ingreditúrque solo, & caput inter nubila condit.
354 * Me puer Ascanius, capitísque injuria cari.
357 † Testor utrumque caput. -- (*Æneas.*)
492 * Testor cara Deos, & te germana, tuúmq;
Dulce caput, magicas invitam accingier artes.
612 † -- si tangere portus.
Infandum caput, ac terris adnare necesse est.
698 * Nondum illi flavum Proserpina vertice crinem
Abstulerat, Stygióque caput damnaverat Orco.
5. Æn. 309 † Accipient, flaváque caput nectentur olivâ.
375 * Talis prima Dares caput altum in prælia tollit.
769 † Iactantémque utroque caput, crassúmq; cruorem
Ore ejectantem, mistósque in sanguine dentes.
774 * Ipse caput tonsæ foliis evinctus olivæ.
815 † Vnum pro multis dabitur caput. --
845 * Pone caput, fessósque oculos furare labori.
866 † Sed nox atra caput tristi circumvolat umbrâ.
7. Æn. 292 * Tum quassans caput, hæc effudit pectore dicta.
8. Æn. 65 † Hîc mihi magna domus, celsis caput urbibus exit.
144 * -- me, me ipse, meúmque Objeci caput. --
9. Æn. 300 † Per caput hoc juro, per quod pater antè solebat.
331 * - ferróque secat pendentia colla.
Tum caput ipsi aufert domino, trúncúmq; relinquit.
436 † Languescit moriens, lassóve papavera collo
Demisêre caput pluviâ cùm forte gravantur.
496 * Invisum hoc detrude caput sub Tartara telo.
586 † Stridentem fundam positis Mezentius armis,
Ipse ter adductâ circum caput egit habenâ.
628 * Candentem paritérq; caput cum matre ferentem.
633 † Pérque caput Remuli venit, & cava tempora ferro
Trajicit. -- (*Sagitta.*)
750 * Et mediam ferro gemina inter tempora frontem
Dividit, impubésque immani vulnere malas,

Collapsos artus, atque arma cruenta cerebro
Sternit humi moriens: atque illi partibus æquis
Huc caput, atque illuc humero ex utroque pependit.
† Cum galeâ longè jacuit caput. -- 9. Æn. 771
* Ipsa caput populis. -- (Mantua.) 10. Æn. 203
† Nam tibi, Tymbre, caput Evandrius abstulit ensis. 393
* Tum caput orantis nequicquam, & multa parantis 554
Dicere, deturbat terræ, truncúmq; repentè
Provolvens, super hæc inimico pectore fatur.
† Ære caput fulgens, cristâque hirsutus equinâ. 869
* Ipse caput nivei fultum Pallantis, & ora
Vidit. --
† Projicis? ô Latio caput horum, & causa malorum. 11. Æn. 39
* Et fundam tereti circum caput egit habenâ. 3 1
† Cui pellis latos humeros erepta juvenco 579
Pugnatori operit: caput ingens oris hiatus,
Et malæ texêre lupi cum dentibus albis.
* Paulatim exolvit se corpore, lentáque colla, 679
Et captum letho posuit caput, arma relinquens
† Abstulit ense caput, truncúmque reliquit arenâ. 829
* Hoc caput, ô cives, hæc belli summa nefandi 12. Æn. 381
† Se causam clamat, criménque, capútq; malorum. 572
* Adjuro Stygii caput implacabile fontis. 600
† Tantum effata caput glauco contexit amictu. 816
* Ille caput quassans: Non me tua fervida terrent 835
Dicta, ferox. --
† Ductorésque ipsos primùm capita alta ferentes 894
Cornibus arboreis sternit. -- (Æneas cervos.)
* Et capita ante aras Phrygio velamur amictu. 1. Æn. 189
† Abduxêre retrò longè capita ardua ab ictu. 3. Æn. 545
* Prensantémque uncis manibus capita aspera montis. 5. Æn. 418
† Quin ipsa arrectis (visu mirabile) in hastis 6. Æn. 360
Præfigunt capita. --
* Armati ferro, & cristis capita alta corusci, 9. Æn. 465
† Consurgunt geminæ quercus, intonsáque cœlo 678
Attollunt capita, & sublimi vertice nutant.
* Et duxit longè, donec curvata coïrent 681
Inter se capita. -- (Arcûs.)
† -- abscissa duorum 2. Æn. 512
Suspendit capita. & rorantia sanguine portat.
* At pius Æneas dextram tendebat inermem, 12. Æn. 311
Nudato capite, atque suos clamore vocabat.
† Terga dati, superant capite, & cervicibus altis. 2. Æn. 219

6. Ecl. 16 † Serta procul capiti delapsa jacebant.
6. Æn 521 * -- & fidum capiti subduxerat ensem. (*Creüsa.*)
7. Æn. 666 † Ipse pedes tegmen torquens immane leonis
Terribili impexum setâ, cum dentibus albis
Indutus capiti. -- (*Hercules*)
688 * Bina manu, fulvósque lupi de pelle galeros
Tegmen habet capiti. --
8. Æn. 484 † Effera? Dii capiti ipsius, generique reservent.
570 * Huic capiti insultans. (*Mezentius.*)
9. Æn. 810 † Discussæque jubæ capiti, nec sufficit umbo.
10. Æn. 133 * Dardanius caput ecce puer detectus honestum.
Qualis gemma micat, fulvum quæ dividit aurum,
Aut collo decus, aut capiti, vel quale per artem.
270 † Ardet apex capiti, cristísque à vertice flamma.
11. Æn. 397 * Nulla salus bello? capiti cane talia demens
Dardanio, rebúsque tuis. --
7. Æn. 185 † Et cristæ capitum. -- (*Captivæ pendent.*)
632 * Tegmina tuta cavant capitum. --
742 † Tegmina queis capitum raptus de subere cortex.

CARMEN, VERSUS, MUSA.

1. Ecl. 2. SYlvestrem tenui musam meditaris avenâ.
78 * Carmina nulla canam.
2. Ecl. 6 † O crudelis Alexi, nihil mea carmina curas.
3. Ecl. 26 * -- non in triviis, indocte, solebas
Stridenti miserum stipulâ disperdere carmen.
61 † Ille colit terras, illi mea carmina curæ.
84 * Pollio amat nostram, quamvis sit rustica, musam.
85 † Pollio & ipse facit nova carmina. --
4. Ecl. 4 * Vltima Cumæi vênit jam carminis ætas.
55 † Non me carminibus vincet nec Thracius Orpheus,
Nec Linus: huic mater quamvis, atque huic pater adsit,
Orphei Calliopeia: Lino, formosus Apollo.
1. Ecl. 1 * -- boni quoniam convenimus ambo:
Tu calamos inflare leves, ego dicere versus.
13 † Immò hæc in viridi nuper quæ cortice fagi,
Carmina descripsi, & modulans alterna notavi,
Experiar: tu deinde jubeto certet Amyntas.
42 * Et tumulum facite, & tumulo superaddite carmen.
45 † Tale tuum carmen nobis, divine Poëta,
Quale sopor fessis in gramine, quale per æstum
Dulcis aquæ saliente sitim restinguere rivo.

† Quæ tibi, quæ tali reddam pro carmine dona? 5. Ecl. 81
* Prima Syracosio dignata est ludere versu, 6. Ecl. 1
Nostra nec erubuit sylvas habitare Thalia.
† --pastorem, Tityre, pingues 4
Pascere oportet oves, deductum dicere carmen.
* Carmina, quæ vultis cognoscite: carmina vobis, 25
Huic aliud mercedis erit.--
† Alternis igitur contendere versibus ambo 7. Ecl. 18
Cœpêre, alternos Musæ meminisse volebant.
Hos Corydon, illos referebat in ordine Thyrsis.
* Nymphæ, noster amor, Libethrides, aut mihi carmen 21
Quale meo Codro, concedite: proxima Phœbi
Versibus ille facit.--
† Sola Sophocleô tua carmina digna cothurno: 8. Ecl. 10
A te principium, tibi desinet; accipe jussis
Carmina cœpta tuis, atq; hanc sine tempora circum
Inter victrices hederam tibi serpere lauros.
* Incipe Mænalios mecum mea tibia versus. 21
† Desine Mænalios jam desine tibia versus. 61
* Ducite ab urbe domũ mea carmina, ducite Daphnim. 8
Carmina vel cœlo possunt deducere lunam,
Carminibus Circe socios mutavit Vlyssis.
† --nihil ille Deos, nil carmina curat. 103
* Parcite, ab urbe venit, jam parcite carmina, Daphnis. 104
† Omnia carminibus vestrum servasse Menalcam 9. Ecl. 20
Audieras, & fama fuit: sed carmina tantùm
Nostra valent, Lycida, tela inter Martia, quantùm
Chaonias dicunt aquilâ veniente columbas.
* Vel quæ sublegi tacitus tibi carmina nuper. 21
† Sunt & mihi carmina: me quoque dicunt 33
Vatem pastores, sed non ego credulus illis.
* Extremum hunc, Arethusa, mihi concede laborem. 10. Ecl. 1
Pauca meo Gallo, sed quæ legat ipsa Lycoris,
Carmina sunt dicenda: neget quis carmina Gallo?
† Ibo, & Chalcidico quæ sunt mihi condita versu 50
Carmina pastoris Siculi modulabor avenâ.
* --nec carmina nobis Ipsa placent.-- 62
† Non ego cuncta meis amplecti versibus opto: 2. Geor. 42
Non mihi si linguæ centum sint, oráq; centum.
* --non hîc te, carmine ficto, 45
Atque per ambages, & longa exorsa tenebo.
† --& quo te carmine dicam Rhetica? 95
* Ingredior, sanctos ausus recludere fontes: 175

Ascræúmque cano Romana per oppida carmen.

2. *Geor.* 385 † Necnon Ausonii, Trojâ gens missa, coloni
Versibus incomptis ludunt, risûque soluto.
388 * Et te, Bacche, vocant per carmina læta.
393 † Ergo ritè suum Baccho dicemus honorem,
Carminibus patriis.

3. *Geor.* 3 * Cætera quæ vacuas tenuissent carmina mentes.

4. *Geor.* 510 † Mulcentem tigres, & agentem carmine quercus.
514 * Flet noctem, ramóq; sedens miserabile carmen
Integrat, & mœstis latè loca questibus implet.
559 † Hæc super arvorum cultu, pecorúmq; canebam.
144 * Ille etiam seras in versum distu it ulmos.

3. *Æn.* 445 † Quæcunque in foliis descripsit carmina Virgo,
Digerit in numerum, atq; antro seclusa relinquit.

4. *Æn.* 462 * Soláque culminibus ferali carmine bubo,
Sæpè queri, & longas in fletum ducere voces.
487 † Hæc se carminibus promittit solvere mentes
Quas velit, ast aliis duras immittere curas:
Sistere aquam fluviis, & vertere sydera retrò.

6. *Æn.* 73 * foliis tantùm ne carmina manda:
Ne turbata volent rapidis ludibria ventis:
Ipsa canas oro.

7. *Æn* 733 † Nec tu carminibus nostris indictus abibis
Oebale:

9. *Æn.* 446 * Fortunati ambo, si quid mea carmina possunt,
Nulla dies unquam memori vos eximet ævo,
Dum domus Æneæ Capitolî immobile saxum
Accolet, imperiúmque Pater Romanus habebit.

v. Canere.

CERES, CEREALE, MATER *Eleusina.*

3. *Ecl.* 78 VT Baccho, Cererique, tibi sic vota quotannis
Agricolæ facient.

1. *Geor.* 7 † Liber, & alma Ceres, vestro si munere tellus
Chaoniam pingui glandem mutavit aristâ.
96 * neque illum
Flava Ceres alto nequicquam spectet Olympo.
147 † Prima Ceres ferro mortales vertere terram
Instituit, cùm jam glandes, atque arbuta sacræ
Deficerent sylvæ, & victum Dodona negaret.
163 * Tardáq; Eleusinæ matris volventia plaustra.

† Aut fœtu pecorum, aut Cerealis mergite culmi. 2. Geor. 517
* Necnon & lini segetem, & Cereale papaver 1. Geor. 212
Tempus humo tegere --
† At rubicunda Ceres medio succiditur æstu. 279
* In primis venerare Deos, atq; annua magnæ 338
Sacra refer Cereri, lætis operatus in herbis,
Extremæ sub casum hyemis, jam vere sereno.
† Cuncta tibi Cererem pubes agrestis adoret: 343
Cui tu lacte favos, & miti dilue Baccho:
Térque novas circum felix eat hostia fruges,
Omnis quam chorus, & socii comitentur ovantes:
Et Cererem clamore vocent in tecta: neq; antè
Falcem maturis quisquam supponat aristis,
Quàm Cereri tortâ redimitus tempora quercu,
Det motus incompositos, & carmina dicat.
* Tum Cererem corruptam undis, Cerealiáq; arma 1. Æn. 177
Expediunt fessi rerum, frugésque receptas.
† --Cererémque canistris Expediunt.-- 701
* Est urbe egressis, tumulus, templúmq; vetustum 2. Æn. 713
Desertæ Cereris, juxtáque antiqua cupressus
Relligione patrum multos servata per annos.
† Quàm tumulum antiquæ Cereris, sedémq; sacratam 742
Venimus.--
* --Mactant lectas de more bidentes, 4. Æn. 57
Frugiferæ Cereri, Phœbóque, Patríq; Lyæo.
† --Cereríq; sacrum Polybeten. 6. Æn. 484
* --ut vertere morsus 7. Æn. 112
Exiguam in Cererem penuria adegit edendi.

CERTARE, PUGNARE, &c.

Et certamen erat Corydon cum Thyrside magnum. 7. Ecl. 16
† Hîc Dolopum manus, hîc acies certare solebāt. 2. Æn. 29
* Et tereti pugnant mucrone, verúque Sabello. 7. Æn. 665
† Principio sociis edicit, signa sequantur: 10. Æn. 258
Atque animos aptent armis, pugnæq; parent se.
Iámq; in conspectu Teucros habet, & sua castra.
Stans celsá in puppi, clypeum tum deinde sinistrâ
Extulit ardentem: clamorem ad sydera tollunt
Dardanidæ è muris, spes addita suscitat iras.
Tela manu jaciunt: quales sub nubibus atris,
Strimoniæ dant signa grues, atque æthera tranant
Cum sonitu, fugiúntq; Notos clamore secundo.

10. Æn. 310 † Signa canunt: primus turmas invasit agrestes,
Æneas, omen pugnæ: stravítque Latinos,
Occiso Therone: virûm qui maximus ultro
Æneam petit; huic gladio, pérque ærea scuta,
Per tunicam squallentem auro, latus haurit apertum:
Inde Lycam ferit exectum jam matre peremptâ,
Et tibi Phœbe, sacrum: casus evadere ferri
Cui licuit parvo: nec longè Cissea durum,
Immanémq; Gyam, sternentes agmina clavâ,
Dejecit letho; nihil illos Herculis arma,
Nil validæ juvêre manus:

355 * ..expellere tendunt
Nunc hi, nunc illi, certatur limine in ipso
Ausoniæ magno discordes æthere venti
Prælia ceu tollunt animis, & viribus æquis:
Non ipsi inter se, non nubila, non mare cedit.
Anceps pugna diù: stant obnixi omnia contra:
Haud aliter Trojanæ acies, aciésq; Latinæ
Concurrunt: hæret pede pes, densúsq; viro vir.

431 † Agmina concurrunt ducibúsque, & viribus æquis.
Extremi addensant acies: nec turba moveri
Tela, manúsque sinit: hinc Pallas instat, & urget,
Hinc contrà Lausus: nec multùm discrepat ætas;
Egregii formâ, sed queis fortuna negârat
In patriam reditus..

364 * Arcadas insuetos acies inferre pedestres.

543 † Instaurant acies, Vulcani stirpe creatus.

729 * Sic ruit in densos alacer Mezentius hostes.

734 † Obvius adversóq; occurrit, séque viro vir
Contulit. Haud furto melior, sed fortibus armis.
Tum super abjectum posito pede, nixus & hastâ,
Pars belli haud temnenda viris, jacet altus Orodes.

707 * Ac veluti ille canum morsu de montibus altis
Actus Aper, multos Vesulus quem pinifer annos
Defendit, multósque palus Laurentia, sylvâ
Pastus arundineâ, postquàm inter retia ventum est,
Substitit, infremuítque ferox, & inhorruit armos,
Nec cuiquam irasci, propiúsve accedere virtus,
Sed jaculis, tutísque procul clamoribus instant:
Haud aliter, justæ quibus est Mezentius iræ,
Non ulli est animus stricto concurrere ferro:
Missilibus longè, & vasto clamore lacessunt.

715 † Ille autem impavidus partes cunctatur in omnes,

Dentibus infrendens, & tergo decutit hastas.*
Venerat antiquis Coriti de finibus Acron;
Hunc ubi miscentem longè media agmina vidit:
Impastus pabula alta leo, ceu sæpè peragrans,
(Suadet enim vesana fames) si fortè fugacem
Conspexit capream, aut surgentem in cornua cervum,
Gaudet hians immane, comásque arrexit, & hæret
Visceribus super accumbens: lavit improba teter
Ora cruor. --
Sic ruit in densos alacer Mezentius hostes.
* Iam gravis æquabat luctus, & mutua Mavors — 10. Æn. 755
Funera; cædebant pariter, paritérque ruebant
Victores, victíque: neque his fuga nota, nec illis.
† Talis se vastis infert Mezentius armis. — 768
Huic contrà Æneas speculatus in agmine longo,
Obvius ire parat: manet imperterritus ille.
* Pars aditus urbis firment, turrésque capessant: — 11. Æn. 466
† Cætera, quà jusso, mecum manus inferat arma, &c.
* Ibo animis contrà: vel magnum præstet Achillem, — 438
Factáque Vulcani manibus paria induat arma
Ille licet: vobis animam hanc, soceróque Latino,
Turnus ego haud ulli veterum virtute secundus,
Devoveo. Solum Æneas vocat? & vocet, oro.
† -- castra Æneas, aciémq; movebat. — 446
* Instructos acie Tyberino à flumine Teucros, — 449
Tyrrhenámque manu n totis descendere campis.
† Turne, sui meritò si qua est fiducia forti: — 502
Audeo, & Æneadum promitto occurrere turmæ,
Soláque Tyrrhenos equites ire obvia contrà.
Me sine prima manu tentare pericula belli:
Tu pedes ad muros subsiste, & mœnia serva.
* Tu Tyrrhenum equitem collatis excipe signis. — 517
† Insultans sonipes, & pressis pugnat habenis. — 600
* Iámq; intra jactum teli progressus uterque — 608
Substiterat: subitò erumpunt clamore, frementésq;
Exhortantur equos: fundunt simul undique tela
Crebra, nivis ritu, cœlúmq; obtexitur umbrâ.
Continuò adversis Tyrrhenus, & Acer Aconteus
Connixi incurrunt hastis, primíque ruinam
Dant sonitu ingenti: præfractáque quadrupedantum
Pectora pectoribus rumpunt: excussus Aconteus
Fulminis in morem, aut tormento ponderis acti,
Præcipitat longè, & vitam dispergit in auras.

11. *Æn.* 620 † Troes agunt, princeps turmas inducit Asylas,
Iámque propinquabant portis: rursúsque Latini
Clamorem tollunt, & mollia colla reflectunt:
Hi fugiunt, penitúsque datis referuntur habenis.
Qualis ubi alterno procurrens gurgite pontus
Nunc ruit ad terras, scopulósque superjacit undam
Spumeus, extremámque sinu perfundit arenam.
Nunc rapidus retrò, atque æstu revoluta resorbens
Saxa, fugit, littúsque vado labente relinquit.

630 * Orsilochus, Remuli (quando ipsum horrebat adire)
Hastam intorsit equo ferrúmque sub aure reliquit:
Quo sonipes ictu furit arduus, altáque jactat
Vulneris impatiens, arrecto pectore crura:
Volvitur ille excussus humi. Catillus Iolam,
Ingentémque animis, ingentem corpore, & armis,
Dejicit Herminium: nudo cui vertice fulva
Cæsaries, nudíque humeri: nec vulnera terrent:
Tantus in arma patet; latos huic hasta per armos
Acta tremit, duplicátque virum transfixa dolorem.
Funditur ater ubique cruor: dant funera ferro
Certantes, pulchrámque petunt per vulnera mortem.

648 † At medias inter cædes exultat Amazon,
Vnum exerta latus pugnæ pharetrata Camilla:
Et nunc lenta manu spargens hastilia densat,
Nunc validam dextrâ rapit indefessa bipennem.

673 * magnóque ululante tumultu,
Fœminea exultant lunatis agmina peltis.
Quem telo primùm, quem postremùm aspera virgo
Dejicis? aut quot humi morientia corpora fundis?

692 † -- Ipse catervis
Vertitur in mediis, & toto vertice suprà est.
Hunc illa exceptum (neque enim labor agmine verso)
Trajicit, & super hæc inimico pectore fatur;
Sylvis te Tyrrhene feras agitare putasti?
Advênit qui vestra dies muliebribus armis
Verba redargueret: Nomen tamen haud leve partum
Manibus hoc referes, telo cecidisse Camillæ.
Protinus Orsilochũ, & Buten, duo maxima Teucrûm
Corpora: sed Buten adversum cuspide figit
Loricam, galeámque inter, quà colla sedentis
Lucent, & lævo dependet parma lacerto:
Orsilochum fugiens, magnúmque agitata per orbem,
Eludit gyro interior, sequitúrque sequentem.

Tum validam pérque arma viro, pérque ossa securim
Altior insurgens oranti, & multa precanti
Congeminat: : vulnus calido rigat ora cerebro,
v. Arma, Bellum, Cædes.

CERTAMINA LVDICRA, CVRrendi, Sagittandi : Palæstra luctandi, Dimicandi.

ACtiáque Iliacis celebramus littora ludis, 3. Æn. 28
Exercent patrias oleo labente palæstras.
* Protinùs Æneas celeri certare sagittâ 5. Æn. 45
Invitat qui fortè velint, & præmia ponit;
Ingentíque manu malum de nave Seresti
Erigit : & volucrem trajecto in fune columbam,
Quò tendant ferrum, malo suspendit ab alto:
Convenêre viri : dejectámque ærea sortem
Accepit galea, & primus, clamore secundo,
Hyrtacidæ ante omnes exit locus Hippocoontis.
† Tum validis flexos incurvant viribus arcus 500
Pro se quisque viri, & depromunt tela pharetris.
Primáque per cœlum nervo stridente sagitta
Hyrtacidæ juvenis volucres diverberat auras:
Et venit, adversíque infigitur arbore mali.
Intremuit malus, timuítque exterrita pennis
Ales, & ingenti sonuerunt omnia plausu.
* Tum rapidus jamdudum arcu contenta parato 513
Tela tenens, fratrem Eurytion in vota vocavit.
Iam vacuo lætam cœlo speculatus, & alis
Plaudentem nigrâ figit sub nube columbam.
Decidit exanimis, vitámque reliquit in astris
Aëriis, fixámque refert delapsa sagittam.
Amissâ solus palmâ superabat Acestes:
Qui tamen æthereas telum contorsit in auram,
Ostentans artem pariter, arcúmque sonantem.
† Vade age, & Ascanio si jam puerile paratum 548
Agmen habet secum, cursúsque instruxit equorum:
Ducat avo turmas, & sese ostendat in armis.
Sic ait: ipse omnem longo decedere circo
Infusum populum, & campos jubet esse patentes.
Incedunt pueri, paritérque ante ora parentum
Frænatis lucent in equis, quos omnis euntes
Trinacriæ mirata fremit, Trojæque juventus,

Omnibus in morem tonsâ coma pressa coronâ:
Cornea bina ferunt præfixo hastilia ferro,
Pars lêves humero pharetras: it pectore summo
Flexilis obtorti per collum circulus auri.

5. Æn, 577 * Postquàm omnem læti consessum, oculósq; suorum
Lustravêre in equis: signum clamore paratis
Æpytides longè dedit, insonuítque flagello.
Olli discurrêre pares, atque agmina terni
Diductis solvêre choris: rursúsque vocati
Convertêre vias, infestáque tela tulêre.
Inde alios ineunt cursus, aliósque recursus,
Adversis spatiis, alternósque orbibus orbes
Impediunt, pugnæque cient simulacra sub armis.
Et nunc terga fugæ nudant: nunc spicula vertunt
Infensi: factâ pariter nunc pace feruntur.
Vt quondam Cretâ fertur labyrinthus in altâ
Parietibus textum cæcis iter, ancipitémque
Mille viis habuisse dolum, quà signa sequendi
Falleret indeprensus, & irremeabilis error:
Haud aliter Teucrûm nati vestigia cursu
Impediunt, texúntque fugas, & prælia ludo:
Delphinum similes, qui per maria humida nando
Carpathium, Libycúmque secant, ludúntq; per undas.

596 † Hunc morē, hos cursus, atque hæc certamina primus
Ascanius, longam muris cùm cingeret Albam
Rettulit & priscos docuit celebrare Latinos;
Quo puer ipse modo secum, quo Troïa pubes,
Albani docuêre suos: hinc maxima porrò
Accepit Roma, & patrium servavit honorem.
Trojáque nunc, pueri, Trojanum dicitur agmen.
Hac celebrata tenus sancto certamina patri.

6. Æn. 642 * Pars in gramineis exercent membra palæstris,
Contendunt ludo, & fulvâ luctantur arenâ.

7. Æn. 162 † Ante urbem pueri, & primævo flore juventus
Exercentur equis, domitántque in pulvere currus:
Aut acres tendunt arcus, aut lenta lacertis
Spicula contorquent, cursúq;, ictúque lacessunt.

3. Geor. 17 * Illic victor ego, & Tyrio conspectus in ostro,
Centum quadrijugos agitabo ad flumina currus.
Cursibus, & crudo decertet Græcia cæstu.

104 † Nónne vides cùm præcipiti certamine campum
Corripuére, ruúntque effusi carcere currus.

108 * ... illi instant verbere torto,

Et

Et proni dant lora, volat vi fervidus axis:
Jámq; humiles, jámq; elati sublimè videntur
Aëra per vacuum ferri, atque assurgere in auras:
Nec mora, nec requies: at fulvæ nimbus arenæ
Tollitur: humescunt spumis, flatúq; sequentum;
Tantus amor laudum, tantæ est victoria curæ.
Primus Ericthonius currus, & quatuor ausus
Jungere equos, rapidísq; rotis insistere victor.
† Ceu quondam torto volitans sub verbere turbo, 7. Æn. 377
Quem pueri magno in gyro vacua atria circum,
Intenti ludo exercent: ille actus habenâ
Curvatis fertur spatiis, stupet inscia turba,
Impubésque manus mirata volubile buxum.
Dant animos plagæ: non cursu segnior illo,
Per medias urbes agitur, populósque feroces.

CERTAMINA RUSTICA.

VIs ergo inter nos quid possit uterq; vicissim 3. Ecl. 28
Experiamur? Ego hanc vitulam (ne fortè recuses,
Bis venit ad mulctram, binos alit ubere fœtus)
Depono: tu dic mecum quo pignore certes
* De grege non ausim quicquam deponere tecum: 32
Verùm id quod multò tute ipse fatebere majus,
(Insanire libet quoniam tibi) pocula ponam
Fagina, cælatum divini opus Alcimedontis.
† Nunquam hodie effugies, veniam quocúque vocaris, 49
Audiat hæc tantùm, vel qui venit, ecce Palæmon.
* Non nostrum inter vos tantas componere lites, 107
Et vitulâ tu dignus, & hic, & quisquis amores.
Claudite jam rivos pueri, sat prata biberunt.
† Non me carminibus vincet nec Thracius Orpheus, 4. Ecl. 55
Nec Linus, huic mater quamvis, atq; huic pater adsit.
Pan etiam Arcadiâ mecum si judice certet,
Pan etiam Arcadiâ dicat se judice victum.
* Nec si muneribus certes, concedet Iolas. 2. Ecl. 57
† Montibus in nostris solus tibi certat Amyntas, 5. Ecl 8
Quid si idem certet Phœbum superare canendo?
* Hæc memini, & victum frustrà contendere Thyrsim. 7. Ecl 69
† --pecorísque magistris, 2. Geor. 530
Velocis jaculi certamina ponit in ulmo,
Corporáque agresti nudat prædura palæstrâ.
* Et certamen erat Corydon cum Thyrside magnum, 7. Ecl. 16

Posthabui tamen illorum mea seria ludo:
Alternis igitur contendere versibus ambo
Cœpêre, alternos Musæ meminisse volebant.

2. Geor. 525 * --pinguésque in gramine læto
Inter se adversis luctantur cornibus hœdi.

3. Geor. 220 † Tauri alternantes multâ vi prælia miscent,
Vulneribus crebris: lavit ater corpora sanguis,
Versáque in obnixos urgentur cornua vasto
Cum gemitu, reboant sylvæque, & magnus Olympus:
Nec mos bellantes unà stabulare: sed alter
Victus abit, longéque ignotis exulat oris
Multa gemens.--

CESSARE, DESINERE, ABSISTERE, Desistere.

1. Ecl. 59 NEc gemere aëriâ cessabit turtur ab ulmo.
7. Ecl. 10 * Et si quid cessare potes, requiesce sub umbra.
1. Geor. 71 † Alternìs idem tonsas cessare novales.
5. Ecl. 19 * Sed tu desine plura, puer: successimus antro.
4. Ecl. 8 † Tu modò nascenti puero, quo ferrea primùm
Desinet, ac toto surget gens aurea mundo.
3 Geor. 61 * Desinit ante decem, post quatuor incipit annos.
1. Æn. 37 † Hæc secum. Méne incepto desistere victam?
10. Æn. 441 * Vt vidi socios, tempus desistere pugnæ.
12. Æn. 60 Vnum oro, desiste manum committere Teucris.
1. Æn. 192 † Nec priùs absistit, quàm septem ingentia victor.
6. Æn. 399 * Nullæ hîc insidiæ tales: absiste moveri.
12. Æn. 676 † Iam jam fata, soror, superant; absiste morari.

CLYPEUM, ET CLYPEUS: CLYPEATUS: Ancile, Cetra, Umbo, Pelta, Parma, Scutum, Ægis.

2. Æn. 734 ARdentes clypeos, atque æra micantia cerno.
3. Æn. 635 Fundimur, & telo lumen terebramus acuto
Ingens, quod torvâ solum sub fronte latebat,
Argolici clypei, aut Phœbeæ lampadis instar.
5. Æn. 359 * Et clypeum efferri jussit, Didymaonis artes:
Neptuni sacro Danais de poste refixum,
Hôc juvenem egregium præstanti munere donat.
7. Æn. 188 † Succinctùs trabeâ, lævâque ancile gerebat.
657 * Pulcher Aventinus, clypeóq; insigne paternum,

Centum angues, cinctámq; gerit serpentibus Hydram.
† Tegmina tuta cavant capitum, flectúntq; salignas | 7. Æn. 632
Vmbonum crates, alii thoracas ahenos.
* Lævas cetra tegit: falcati comminùs enses. | 732
† clypeatáque totis | 798
Agmina densantur portis--
* Tegmina queis capitum raptus de subere cortex | 742
Ærat, que micant peltæ, micat æreus ensis.
† Hastámque, & clypei non enarrabile textum: | 8. Æn. 626
Illic res Italas, Romanorúmque triumphos.

(Vide ad finem usque libri descriptionem clypei Æneæ.)

* Lanigerósque apices, & lapsa ancilia cœlo
Extuderat.-- | 664
† Ægidáque horrificam, turbatæ Palladis arma,
Certatim squammis serpentum, auróq; polibant,
Connexósque angueis, ipsámque in pectore Divæ | 435
Gorgona, desecto vertentem lumina collo.
* Dat tellus gemitum, & clypeum super intonat ingẽs.
† --nec sufficit umbo. | 9 Æn. 709
* Ardet apex capiti, cristísque à vertice flamma | 810
Funditur, & vastos umbo vomit aureus ignes: | 10. Æn. 270
Non secus ac liquidâ si quando nocte cometæ
Sanguinei lugubre rubent.--
† Conjiciunt, partim galeâ, clypeóq; resultant
Irrita tela.--
* Et jacit, hasta volans clypei transverberat æra. | 319
† Tot paribus streperet clypeis, tot stringeret enses. | 336
* Tùm pius Æneas hastam jacit, illa per orbem | 165
Ære cavum triplici, per linea terga, tribúsque | 783
Transiit intextum tauris opus, imáque sedit.
† --clypeóq; inimicum hastile trahebat.
* Dum genitor nati parmâ protectus abiret. | 795
† Transiit, & parmam mucro levia arma minacis. | 800
* Lucent, & lævo dependet parma lacerto. | 817
† Ense pedes nudo, puráque interrita parmâ. | 11. Æn. 595
* Exitium dirum hasta ferens; orásq; recludit | 211
Loricæ, & clypei extremos septemplicis orbes, | 12. Æn. 294
Per medium stridens transit femur, incidit ictus.

v. Scutum.

COGITARE, PUTARE. MEMINISSE. Volvere, Volutare, Versare, Movere animo.

9. Ecl. 37 ID quidem ego, & tacitus, Lycida, mecũ ipse voluto,
Si valeam meminisse. *-
46 † --Numeros memini, si verba tenerem.
1. Æn. 304 * At pius Æneas per noctem plurima volvens.
50 † Talia flammato secum Dea corde volutans.
656 * At Cytherêa novas artes, nova pectore versat
Consilia, ut faciem mutatus, & ora Cupido.
4. Æn. 285 † Atq; animum nunc huc celerem, nunc dividit illuc:
8. Æn. 20 * In partésq; rapit varias, pérque omnia versat.
287 † Hæc alternanti potior sententia visa est.
3 * Multa viri virtus animo, multúsque recursat
Gentis honos.
39 † Nec venit in mentem quorum consederis arvis.
533 * Sic adeò insistit, secúmque ita corde volutat:
En quid agam? --
563 † Illa dolos, dirúmq; nefas in pectore versat.
630 * Hæc ait: & partes animum versabat in omnes,
Invisam quærens quàm primùm abrumpere lucem.
5. Æn. 608 † Multa movens, necdum antiquum saturata dolorem.
659 * At matres primò ancipites oculísque malignis,
Ambiguæ spectare rates, miserum inter amorem
Præsentis terræ, fatísque vocantia regna.
700 † At pater Æneas casu concussus acerbo,
Nunc huc ingentes, nunc illuc pectore curas
Mutabat, versans Siculísne resideret arvis.
6. Æn. 105 * Omnia præcepi, atq; animo mecum ante peregi.
156 † Æneas mœsto defixus lumina vultu,
Ingreditur, linquens antrum: cæcósq; volutat
Eventus animo secum: cui fidus Achates
It comes, & paribus curis vestigia figit.
Multa inter sese vario sermone serebant.
185 * Atque hæc ipse suo tristi cum corde volutat,
Aspectans sylvam immensam, & sic ore precatur.
332 † Multa putans, sortémq; animo miseratus iniquam.
690 * Sic equidem ducebam animo, rebárq; futurum,
Tempora dinumerans, nec me mea cura fefellit.
7. Æn. 254 † Et veteris Fauni volvit sub pectore sortem.
437 * Non, ut rere, meas effûgit nuntius aures.

† Talia per Latium, quæ Laomedontius heros 8. Æn. 18
Cuncta videns, magno curarum fluctuat æstu,
Atq; animum nunc huc celerem, nunc dividit illuc:
In partésque rapit varias, pérque omnia versat.
Sicut aquæ tremulum labris ubi lumen ahenis
Sole repercussum, aut radiantis imagine Lunæ,
Omnia pervolitat latè loca: jámq; sub auras
Erigitur, summíque ferit laquearia tecti.
* Æneas Anchisiades, & fidus Achates,
Multáq; dura suo tristi cum corde putabant. 521
† Hîc magnus sedet Æneas, secúmq; volutat
Eventus belli varios.-- 10. Æn. 159
* Accipite ergo animis, atq; hæc mea figite dicta. 104
† Hæc memorans animo nunc huc, nunc fluctuat illuc; 680
An sese mucrone ob tantum dedecus amens
Induat, & crudum per costas exigat ensem.
Fluctibus an jaciat mediis, & littora nando
Curva petat, Teucrûmq; iterum se reddat in arma.
Ter conatus utramq; viam, ter maxima Iuno
Continuit, juvenémq; animo miserata repressit.
* Et mentem patriæ subiit pietatis imago. 824
† Multa movens animo.-- 890
* --Omnia secum 11. Æn. 550
Versanti, subitò vix hæc sententia sedit.
† Consilio versare dolos ingressus, & astu. 704
* --sic exhortata reliquit 12. Æn. 159
Incertam, & tristi turbatam vulnere mentis.
† Sis memor, & te animo repetentem exempla tuorũ, 439
Et pater Æneas, & avunculus excitet Hector.
* --fluctuat æstu, 486
Diversæq; vocant animum in contraria curæ:
Hîc mentem Æneæ genitrix pulcherrima misit,
Iret ut ad muros, urbíq; adverteret agmen.
† Obstupuit variâ confusus imagine rerum
Turnus, & obtutu tacito stetit: æstuat ingens 665
Imo in corde pudor, mistóq; insania luctu,
Et furiis agitatus amor, & conscia virtus.
Vt primùm discussæ umbræ, & lux reddita menti est.

CLAMOR, SONITUS, VOX, PLAUSUS, Sonus, Gemitus, Plangor, Ululatus, Lamentum, Murmur, Questus, Mugitus, Fremitus, Strepitus, Fragor, Fremor, Ululatus.

1. *Geor.* 347 ET Cererem clamore vocent in tecta.--
3. *Geor* 43 *Rumpe moras, vocat ingenti clamore Cithæron.
222 † Versáque in obnixos urgentur cornua vasto
Cum gemitu, reboant sylvæque, & magnus Olympus.
4. *Geor.* 76 * Miscentur, magnísque vocant clamoribus hostem.
2. *Æn.* 221 † Clamores simul horrendos ad sydera tollit.
Quales mugitus, fûgit cùm saucius aram
Taurus, & incertam excussit cervice securim.
487 * --penitúsque cavæ plangoribus ædes
Fœmineis ululant: ferit aurea sydera clamor.
768 † Ausus quinetiam voces jactare per umbram,
Implevi clamore vias, mœstúsque Creüsam
Nequicquam ingeminans iterúmque, iterúmq; vocavi.
731 * -- subitò cum creber ad aures
Visus adesse pedum sonitus, genitórq; per umbram
Prospiciens: Nate exclamat, fuge nate, propinquant.
3. *Æn.* 128 † Nauticus exoritur vario certamine clamor,
Hortantur socii Cretam, proavósq; petamus.
523 * --humilémque videmus
Italiam, Italiam primus conclamat Achates:
Italiam læto socii clamore salutant.
1. *Æn.* 87 † Insequitur clamórque virûm, stridórq; rudentum.
2. *Æn.* 313 * Exoritur clamórque virûm, clangórq; tubarum.
337 † In flammas, & in arma feror: quò tristis Erinnys,
Quò fremitus vocat, & sublatus ad æthera clamor.
3. *Æn.* 555 * Et gemitum ingentem pelagi, pulsatáque saxa
Audimus longè, fractásque ad littora voces.
586 † --nec quæ sonitum det causa, videmus.
565 * Ter scopuli clamorem inter cava saxa dedêre.
646 † --vastos ab rupe Cyclopas
Prospicio, sonitúmq; pedum, vocémq; tremisco.
671 * Sensit, & ad sonitum vocis vestigia torsit.
Verùm ubi nulla datur dextram affectare potestas,
Clamorem immensum tollit, quo pontus, & omnes
Intremuêre undæ, penitúsque exterrita tellus
Italiæ, curvísque immugiit Ætna cavernis.
At genus è sylvis Cyclopum, & montibus altis

Excitum ruit ad portus, & littora complent..
† --totúmque videres 4. Æn. 410
Miſceri ante oculos tantis clamoribus æquor.
* Vix tandem magnis Ithaci clamoribus actus 2. Æn. 128
Compoſitò rumpit vocem.--
† Aut ſpumantis apri curſum clamore prementem. 1. Æn. 313
* --it clamor ad alta 4. Æn. 665
Atria, concuſſam bacchatur fama per urbem.
Lamentis, gemitúque, & fœmineo ululatu
Tecta fremunt, reſonat magnis clamoribus æther.
Non aliter, quàm ſi immiſſis ruat hoſtibus omnis
Carthago, aut antiqua Tyros, flammæq; furentes
Culmina pérque hominum volvantur, pérq; Deorum.
† --ferit æthera clamor Nauticus.-- 5. Æn. 140
* Per medios ruit, ac morientem nomine clamat. 4. Æn. 674
† Tum plauſu, fremitúque virûm, ſtudiíſq; faventum 148
Conſonat omne nemus, vocémq; incluſa volutant
Littora, pulſati colles clamore reſultant.
* Quò diverſus abis? iterùm pete ſaxa, Menœte, 166
Cum clamore Gyas revocabat.--
† Conſurgunt nautæ, & magno clamore morantur. 207
* Tum verò ingeminat clamor, cunctíq; ſequentem 227.
Inſtigant ſtudiis, reſonat clamoribus æther.
† Hìc totum caveæ conſeſſum ingentis, & ora 440
Prima patrum magnis Salius clamoribus implet.
* --it clamor cœlo. 5. Æn. 451
† --timuítq; exterrita pennis 505
Ales, & ingenti ſonuerunt omnia plauſu.
* Ergo omnes magno circùm clamore fremebant, 6 Æn. 175
Præcipuè pius Æneas.--
† Ecce autem primi ſub lumina Solis, & ortus, 255
Sub pedibus mugire ſolum, & juga cœpta moveri
Sylvarum, viſæq; canes ululare per umbram,
Adventante Deâ: Procul, ô procul eſte profani,
Conclamat vates, totóque abſiſtite luco.
* Continuò auditæ voces, vagitus & ingens, 426
Infantúmque animæ flentes in limine primo.
† --pars tollere vocem 492
Exiguam, inceptus clamor fruſtratur hiantes.
* Hinc exaudiri gemitus, & ſæva ſonare 557
Verbera, tum ſtridor ferri, tractæq; catenæ.
† --atque intonat ore (*Furia.*) 607
* --Phlegiáſq; miſerrimus omnes 6.8

Admonet, & magnâ testatur voce per umbras,
Discite justitiam moniti, & non temnere Divos.

6. Æn. 803 † Intereà videt Æneas in valle reductâ
Seclusum nemus, & virgulta sonantia sylvis.

709 * --strepit omnis murmure campus.

7. Æn. 395 † Ast aliæ tremulis ululatibus æthera complent.

462 * --magno veluti cùm flamma sonore
Virgea, suggeritur costis undantis aheni.

500 † Saucius at quadrupes nota intra tecta refûgit,
Successitq; gemens stabulis, questúq; cruentus,
Atque imploranti similis, tectum omne replevit.

513 * Pastorale canit signum, cornúque recurvo
Tartaream intendit vocem, quâ protinus omne
Contremuit nemus, & sylvæ intonuêre profundæ:
Audiit & Triviæ longè lacus, audiit omnis
Sulfureâ Nar albus aquâ, fontésque Velini:
Et trepidæ matres pressêre ad pectora natos.
Tum verò ad vocem celeres, quà buccina signum
Dira dedit, raptis concurrunt undique telis,
Indomiti agricolæ.-- &c.

676 † --cursu rapido dat euntibus ingens
Sylva locum, & magno cedunt virgulta fragore.

722 * Scuta sonant, pulsúq;. pedum tremit excita tellus.

8. Æn. 213 † Intereà cùm jam stabulis saturata moveret
Amphitryoniades armenta, abitúmq; pararet:
Discessu mugire boves, atque omne querelis
Impleri nemus, & colles clamore relinqui:
Reddidit una boûm vocem, vastóq; sub antro
Mugiit, & Caci spem custodita fefellit.

238 * --Inde repentè
Impulit, impulsu quo maximus intonat æther,
Dissultant ripæ, refluítque exterritus amnis.

305 † Consonat omne nemus strepitu, colléſq; resultant.

9. Æn. 54 * Clamorem excipiunt socii, fremitúq; sequuntur
Horrisono.--

112 † Excidit, & Troûm, Rutulorúmq; agmina complet.
Ne trepidate meas, Teucri, defendere naves.

394 * Audit equos, audit strepitus, & signa sequentum.
Nec longum in medio tempus, cùm clamor ad aures
Pervenit.--

424 † --tunc verò exterritus amens
Conclamat Nisus, nec se celare tenebris
Ampliùs, aut tantum potuit perferre dolorem.
Me, me adsum, qui feci; in me convertite ferrum.

* --æratásque acies in prælia cogit 9. Æn. 464
Quiſque ſuas, variíſque acuunt clamoribus iras.
† --in haſtis 474
Præfigunt capita, & multo clamore ſequuntur.
*Excuſſi manibus radii, revolutáq; penſa: 476
Evolat infelix, & fœmineo ululatu
Sciſſa comam, muros amens, atq; agmina curſu
Prima petit: non illa virûm, non illa pericli,
Telorúmq; memor: cœlum dehinc queſtibus implet.
† At tuba terribilem ſonitum procul ære canoro 503
Increpuit, ſequitur clamor, cœlúmq; remugit.
* --& cœlum tonat omne fragore. 541
† --undique clamor Tollitur.-- 566
* Is primam ante aciem, digna atq; indigna relatu 595
Vociferans, tumidúſque novo præcordia regno
Ibat, & ingenti ſeſe clamore ferebat;
Non pudet obſidione iterùm, vallóque teneri.
† Hæc tantùm Aſcanius: Teucri clamore ſequuntur, 636
Lætitiâque fremunt, animóſq; ad ſydera tollunt.
* It clamor totis per propugnacula muris. 595
† --collapſa ruunt immania membra. 664
*Dat tellus gemitum & clypeum ſuper intonat ingens, 708
Qualis in Euboïco Baiarum littore quondam
Saxea pila cadit, magnis quam molibus antè
Conſtructam jaciunt ponto, ſic illa ruinam
Prona trahit, penitúſque vadis illiſa recumbit.
Miſcent ſe maria, & nigræ attolluntur arenæ.
* Tum ſonitu Prochyta alta tremit, durúmq; cubile. 714
† Continuò nova lux oculis effulſit, & arma 731
Horrendùm ſonuêre: tremunt in vertice criſtæ
Sanguineæ, clypeóque micantia fulgura mittit.
* Fit ſonus, ingenti concuſſa eſt pondere tellus. 752
Collapſos artus, atque arma cruenta cerebro
Sternit humi moriens.--
† Acriùs hoc Teucri clamore incumbere magno, 791
Et glomerare manum.--
* --clamorem ad ſydera tollunt 10. Æn. 262
Dardanidæ è muris.--
† Strimoniæ dant ſigna grues, atque æthera tranant 265
Cum ſonitu, fugiúntque Notos clamore ſecundo.
* --dum voces jactat inanes 325
Intorquens jaculum clamantis ſiſtit in ore.
† Corruit in vulnus, ſonitum ſuper arma dedêre, 488

10. Æn. 716 † Miſſilibus longè, & vaſto clamore laceſſunt.
738 * Conclamant ſocii lætum Pæana ſequuti.
599 † - ſocii magno clamore ſequuntur.
873 * Atque hîc Æneam magna ter voce vocavit.
895 † Clamore incendunt cœlum, Troëſque, Latiníque.
11. Æn. 37 * Ingentem gemitum tunſis ad ſydera tollunt
Pectoribus, mœſtóque immugit Regia luctu.
145 † Agmina, quæ poſtquàm matres ſuccedere tectis
Viderunt, mœſtam incendunt clamoribus urbem.
189 * - ter mœſtum funeris ignem
Luſtravêre in equis; ululatúſque ore dedêre:
It cœlo clamórque virûm, clangórq; tubarum.
184 † --& ſcopulos lacrymoſis vocibus implent;
296 * Vix ea Legati, variúſque per ora cucurrit
Auſonidum turbata fremor; ceu ſaxa morantur,
Cùm rapidos amnes, clauſo fit gurgite murmur,
Vicinæque fremunt ripæ crepitantibus undis.
Vt primùm placati animi, & trepida ora quierunt.
132 † --unóque omnes eadem ore fremebant.
10. Æn. 96 * Talibus orabat Iuno, cunctiq; fremebant
Cœlicolæ aſſenſu vario: ceu flamina prima
Cùm deprenſa fremunt ſylvis, & cæca volutant
Murmura venturos nautis prodentia ventos.
11. Æn. 190 † - ululatúſque ore dedêre.
377 * Dat gemitum, rumpítq; has imo pectore voces.
453 † Arma manu trepidi poſcunt, fremit arma juventus.
Flent mœſti, muſsántq; patres; hîc undique clamor
Diſſenſu magnus vario ſe tollit in auras.
Haud ſecùs atq; alto in luco cùm fortè catervæ
Conſedêre avium, piſcosóve amne Paduſæ,
Dant ſonitum rauci per ſtagna loquacia cygni.
481 * Et mœſtas alto fundunt de limine voces
474 † --bello dat ſignum rauca cruentum Buccina.
561 * -. & adducto contortum haſtile lacerto
Immittit: ſonuêre undæ, rapidum ſuper amnem.
607 † Adventúſq; virûm; fremitúſq; ardeſcit equorum.
613 * --primíq; ruinam
Dant ſonitu ingenti, perfractáq; quadrupedantum
Pectora pectoribus rumpunt.-- &c.
609 † --ſubitò erumpunt clamore, frementeſq;
Exhortantur equos --
621 * --rurſúſq; Latini Clamorem tollunt.--
662 † --magnóq; ululante tumultu,

Fœminea exultant lunatis agmina peltis.
* Tollitur in cœlum clamor, cunctíq; Latini — 11.Æn.743
Convertêre oculos. --
† Aureus ex humeris sonat arcus, & aurea vati — 774
Cassida, tum croceam, chlamydémq; sinúsq; crepantes.
* Ergo ut missa manu sonitum dedit hasta per auras, — 799
Convertêre animos acres, oculósque tulêre
Cuncti ad Reginam Volsci. --
† Tunc verò immensus surgens ferit aurea clamor — 832
Sydera. --
* Vtque procul medio juvenum in clamore furentum — 838
Prospexit tristi mulctatam morte Camillam,
Ingemuítque, dedítque has imo pectore voces.
† Extemplò teli stridorem, auráśq; sonantes — 865
Audiit unà Aruns, hæsítque in corpore ferrum.
* Fœmineum clamorem ad cœli sydera tollunt. — 878
† Vociferans, Nunc ô nunquam frustrata vocatus. — 12 Æn.95
* Mugitus veluti cùm prima in prælia taurus — 103
Terrificos ciet. --
† Talibus incensa est juvenum sententia dictis, — 238
Iam magis, atq; magis, serpítq; per agmina murmur.
* --cunctæque volucres — 251
Convertunt clamoré fugam. --
† Tum verò augurium Rutuli clamore salutant. — 257
* Dixit, & adversos telum contorsit in hostes. — 261
Procurrens, sonitum dat stridula cornus, & auras
Certa secat, simul hoc, simul ingens clamor, & omnes
Turbati cunei, calefactáque corda tumultu.
† At pius Æneas dextram tendebat inermem, — 311
Nudato capite, atque suos clamore vocabat.
Quò ruitis? quæve ista repens discordia surgit?
O cohibete iras. --
* Has inter voces, media inter talia verba, — 318
Ecce viro stridens alis allapsa sagitta est.
† Ac velut Edoni Boreæ cùm spiritus alto — 365
Insonat Ægêo, sequitúrque ad littora ductus.
* --it tristis ad æthera clamor — 409
Bellantum juvenum, & duro sub Marte cadentum.
† Arma citi properate viro: quid statis? Iapis — 425
Conclamat, primúsq; animos accendit in hostes.
* Audiit, agnovítque sonum, & tremefacta refûgit: — 449
Ille vocat, campóq; atrum rapit agmen aperto.
† Antè volant, sonitúmq; ferunt ad littora venti. — 455

12. *Æn.* 462 † Tollitur in cœlum clamor, versíq; vicissim
Pulverulenta fugâ Rutuli dant terga per agros.
481 * Haud minùs Æneas tortos legit obvius orbes,
Vestigátq; virum, & disjecta per agmina magnâ
Voce vocat.--
521 † Ac veluti immissi diversis partibus ignes
Arentem in sylvam, & virgulta sonantia lauro:
Aut ubi decursu rapido, de montibus altis
Dant sonitum spumosi amnes, & in æquora currunt;
Quisque suum populatus iter.-- *&c.*
580 * Æneas, magnâque incusat voce Latinum.
591 † --tum murmure cæco
Intùs saxa sonant, vacuas it fumus ad auras.
599 * --& subitò mentem turbata dolore
Se caussam clamat, criménque, capútq; malorum,
Multáque per mœstum demens effata furorem.
606 † --tum cætera circum
Turba furit, resonant latè plangoribus ædes.
612 * Attulit hunc illi cæcis terroribus aura
Commistum clamorem, arrectásque impulit aures
Confusæ sonus urbis, & illætabile murmur:
Hei mihi quid tanto turbantur mœnia luctu,
Quísve ruit tantus diversâ clamor ab urbe? --
691 † --stridéntque hastilibus auræ,
Significátque manu, & magno simul incipit ore.
700 * --horrendúmque intonat armis.
712 † Invadunt Martem clypeis, atque ære sonoro,
Dat gemitum tellus, tum crebros ensibus ictus
Congeminant.--
722 * --concurrunt, gemitu nemus omne remugit.
724 † --clypeis, ingens fragor æthera complet.
730 * Et ferit, exclamant Troës, trepidique Latini.
756 † Tum verò exoritur clamor, ripæque, lacúsque
Responsant circa, & cœlum tonat omne tumultu.
919 * Cunctanti telum Æneas fatale coruscat
Sortitus fortunam oculis, & corpore toto
Eminùs intorquet: murali concita nunquam
Tormento sic saxa fremunt, nec fulmine tanti
Dissultant crepitus.--
928 † Consurgunt gemitu Rutuli, totúsque remugit
Mons circum, & vocem latè nemora alta remittunt.

v. Tonitrua, & Echo.

CLARVS, CLARISSIMVS, PRÆclarus, Præstans, Insignis, Lectus, Delectus, Potens atavis, Eximius, Egregius, Proceres, Primi, Notus.

* --hic melior, insignis & ore	4. *Geor.* 92.
Et rutilis clarus squammis.--	
† Pleïades, Hyadas, clarámque Lycaonis Arcton.	1. *Geor.* 138.
* --vos ô clarissima mundi	5
Lumina, labentem cœlo quæ ducitis annum.	
† Quid veniant: cunctis nam lecti navibus ibant.	1. *Æn.* 518
* Reginam thalamo cunctantem ad limina primi	4. *Æn.* 133
Pœnorum expectant.--	
† Turnus avis, atavísque potens.--	7. *Æn.* 76
* Murrhanum hic, atavos, & avorum antiqua sonantẽ	12. *Æn.* 529
Nomina, pérque Reges actum genus omne Latinos.	
† Restitit Æneas, clarâque in luce refulsit.	1. *Æn.* 588
* Tyndarida aspicio, dant clara incendia lucem.	2. *Æn.* 569
† Postera cùm primo stellas oriente fugârat	5. *Æn.* 42
Clara dies.--	
* Inde ubi clara dedit sonitum tuba; finibus omnes	139
† Nomen avi referens Priamus, tua clara Polite	564
Progenies, auctura Italos, quem Thracius albis,	
* --unde hæc tam clara repentè	9. *Æn.* 19
Tempestas.--	
† Cernimus Idæâ claram se condere sylvâ,	2 *Æn.* 696
Signantémque vias.-- (*Stellam.*)	
* Cùm Domus Assaraci Phthiam, clarásque Mycenas,	1. *Æn.* 284
† Famáque finitimos, & clari nomen Acestæ.	5. *Æn.* 106
* Vltima, quæ bello clari secreta frequentant.	6. *Æn.* 478
† Ascanius clari condet cognominis Albam.	8. *Æn.* 48
* Et circum argento clari delphines in orbem.	673
† Dixerat ille, & jam per mœnia clarior ignis	2. *Æn.* 705
Auditur, propiúsque æstus incendia volvunt.	
* Hunc atavi Reges, hunc claris dextera factis.	7. *Æn.* 474
† Tertius Eurytion, tuus, ô clarissime, frater.	5. *Æn.* 495
* Ipse Deûm tibi me claro demittit Olympo.	4. *Æn.* 268
† Dat clarum è puppi signum.---	3. *Æn.* 519
* Cui genus à proavis ingens, clarúmque paternæ	12. *Æn.* 225
Nomen erat virtutis, & ipse acerrimus armis.	
† Armáque, Trojanóque à sanguine clarus Acestes.	1. *Æn.* 550
* Hic pater omnipotens ter cœlo clarus ab alto	7. *Æn.* 141
Intonuit, radiísque ardentem lucis, & auro,	

9. Æn. 582 † Pictus acu chlamydem, & ferrugine clarus Iberâ,
Insignis facie genitor quem miserat Arcens.
10. Æn. 1 6 * Et Clarus, & Hæmon, Lyciâ comitantur ab altâ,
11. Æn. 773 † Ipse peregrinâ ferrugine clarus, & ostro.
4. Geor. 322 * -- quid me præclarâ stirpe Deorum
Invisum fatis genuisti? --
12. Æn. 347 † Antiqui proles bello præclara Dolonis.
4. Æn. 655 * Vrbem præclaram statui, mea mœnia vidi.
8. Æn. 480 † Gens bello præclara jugis insedit Hetruscis.
12. Æn. 19 * O præstans animi juvenis, quantùm ipse feroci
Virtute exuperas, tantò me impensiùs æquum est
Consulere. --
8. Æn. 58 † Præstantes virtute legit. --
11. Æn. 291 * Ambo animis, ambo insignes præstantibus armis.
3. Æn. 58 † Delectos populi proceres. --
6. Æn. 489 * At Danaum proceres, Agamemnoniæq; phalanges.
8. Æn. 587 † Inde alii Trojæ proceres. --
10. Æn. 213 * Tot lecti proceres ter denis navibus ibant.
12. Æn. 212 † -- fœdera firmant
Conspectu in medio procerum. --
6. Æn. 164 * Misenum Æolidem, quo non præstantior alter,
Ære ciere viros, Martémque accendere cantu.
12. Æn. 147 † Dat signum cœlo, quo non præstantius ullum.
8. Æn. 208 * Quatuor eximios præstanti corpore tauros
Avertit, totidem formâ superante juvencas.
1. Æn. 71 † Sunt mihi bis septem præstanti corpore Nymphæ.
5. Æn. 361 * Hôc juvenem egregium præstanti munere donat.
7. Æn. 483 † Cervus erat formâ præstanti, & cornibus ingens.
783 * Ipse inter primos præstanti corpore Turnus.

v. Egregius, Ignobilis.

COELVM, ARX COELI, DOMVS omnipotentis Olympi: Sedes superæ, sydereæ; Æther altus, summus: Ætheria plaga; Astra, Sydera, Olympus ætherius, Regia cœli, Axis cœli; Supera ardua, convexa.

4. Geor. 151 Dictæo cœli Regem pavêre sub antro.
7. Æn. 41 † Hîc pater omnipotens ter cœlo clarus ab alto
Intonuit. --
5. Æn. 527 * -- & cœlo tandem miseratus ab alto est.
8. Æn. 523 † Ni signum cœlo Cytherêa dedisset aperto.
7. Æn. 210 * Aurea nunc solio stellantis Regia cœli. Accipit

† Indigetem Æneam, scis ipsa, & scire fateris — 12. Æn. 794
Deberi cœlo, fatisque ad sydera tolli.
* -- quid me cœlum sperare jubebas? — 4. Geor. 325
† At pater Anchises oculos ad sydera lætus — 12. Æn. 687
Extulit, & cœlo palmas cum voce tetendit.
Iuppiter omnipotens. -- &c.
* Aggressi manibus magnum rescindere cœlum. — 1. Geor. 280
† Nos tua progenies, cœli quibus annuis arcem. — 1. Æn. 249
* Panditur intereà domus omnipotentis Olympi. — 10. Æn. 1
† Infit, eo dicente, Deûm domus alta silescit. — 101
* - solio tum Iuppiter aureo — 110
Surgit, cœlicolæ medium quem ad limina ducunt.
† Candidus insuetum miratur limen Olympi. — 5. Ecl. 56
* Hæ Iovis ad solium, sævíque in limine Regis — 12. Æn. 849
Apparent. -- (*Diræ*)
† Considunt tectis bipatentibus. -- (*Cœlicolæ.*) — 10. Æn. 5
* Tum breviter supera aspectans convexa, precatur. — 251
† Deserit Hesperiam, & cœli convexa per auras. — 7. Æn. 543
* Velocem intereà superis in sedibus Opim, — 11. Æn. 532
Vnam ex virginibus sociis, sacrâve catervâ
Compellabat, & has tristes Latonia voces.
† Conciliúmque vocat Divûm pater, atq; hominũ Rex — 10. Æn. 2
Sydeream in sedem, terras unde arduus omnes.
* Omnes cœlicolas, omnes supera alta tenentes. — 6. Æn. 788
† Cocytíque petit sedes, supera ardua linquens. — 7. Æn. 562
* Aggressi, superísque Iovem detrudere regnis. — 6. Æn. 584
† Iampridem nobis cœli te Regia, Cæsar, — 1. Geor. 503
Invidet. --
* Cui Rex ætherei breviter sic fatur Olympi. — 10. Æn. 524
† Observans oculis summo sedet altus Olympo. — 11. Æn. 726
* Ipse Deûm tibi me claro demittit Olympo. — 4. Æn. 268
† Iunonem intereà Rex omnipotentis Olympi — 12. Æn. 791
Alloquitur. --
* -- haud ille finit superi Regnator Olympi. — 2. Æn. 779
† -- hîc Cæsar, & omnis Iüli — 6. Æn. 790
Progenies magnum cœli ventura sub axem.
* (*Iupiter.*) -- sic vertice cœli — 1. Æn. 229
Constitit, & Libyæ defixit lumina regnis.
† Iuppiter, hunc illi Rex ætheris altus honorem. — 12. Æn. 144
* -- quæq; ætheris alti Relligio. -- — 101
† Et jam tempus erat cùm Iuppiter æthere ab alto — 1. Æn. 227
Despiciens mare velivolum, terrásque jacentes.
* Harum unam celerem demittit ab æthere summo. — 12. Æn. 453

1. *Æn.* 70	* -- tales effudit ad æthera voces.
9. *Æn.* 24	† Multa Deos orans, oneravitque æthera votis.
11. *Æn.* 556	* -- ita ad æthera fatur, Alma tibi -- &c.
1. *Æn.* 398	† Ætheriâ quos lapsa plagâ Iovis ales aperto Turbabat cœlo. -- (*Cygnos.*)
8. *Æn.* 638	* Ætheriâ tum fortè plagâ crinitus Apollo Desuper Ausonias acies, urbémque videbat, Nube sedens, atque his victorem affatur Iülum.
12. *Æn.* 892	† -- opta ardua pennis Astra sequi. --
5. *Ecl.* 51	* Dicemus, Daphnímque tuum super astra feremus: Daphnin ad astra feremus, amavit nos quoq; Daphnis.
7. *Æn.* 98	† Nomen in astra ferant, quorúmq; ex stirpe nepotes,
& :71	Omnia sub pedibus vertíque, regíque videbunt.
1. *Æn.* 291	* Imperium Oceano, famam qui terminet astris.
2. *Æn.* 153	† Sustulit exutas vinclis ad sydera palmas, Vos æterni ignes, & non violabile vestrum Testor numen, ait. -- (*Sinon.*)
7. *Æn.* 210	* Aurea nunc solio stellantis Regia cœli Accipit, & numerum Divorum altaribus auget.
5. *Ecl.* 43	† Daphnis ego in sylvis hinc usque ad sydera notus.
4. *Geor.* 221	* -- Deum námque ire per omnes Terrásque, tractúsque maris, cœlúmq; profundum.
6. *Æn.* 724	† Principiò cœlum, ac terras, campósq; liquentes, Lucentémque globum Lunæ, Titaniáque astra Spiritus intùs alit, totámque infusa per artus Mens agitat molem, & magno se corpore miscet.
10 *Æn.* 251	* Tum breviter supera aspectans convexa, precatur.

IN COELVM FERRI.

1. *Æn.* 263	† Sublimémque feres ad sydera cœli. (*Æneam.*)
12. *Æn.* 795	* Deberi cœlo, fatísque ad sydera tolli.
3. *Æn.* 158	† Iidem venturos tollemus ad astra nepotes.
5. *Æn.* 254	* (*Ganymedem.*) -- præpes ab Idâ Sublimem pedibus rapuit Iovis armiger uncis.
658	† Cùm Dea se paribus per cœlum sustulit alis, Ingentémque fugâ secuit sub nubibus arcum.
7. *Æn.* 408	* Protinus hinc fuscis tristis Dea tollitur alis.
9. *Æn.* 14	† Dixit, & in cœlum paribus se sustulit alis.
11. *Æn.* 865	* Opis ad ætherium pennis aufertur Olympum.
6. *Æn.* 719	† O pater, ánne aliquas ad cœlũ hinc ire putandũ est Sublimes animas? --
9. *Æn.* 641	* Macte novâ virtute puer, sic itur ad astra.
4. *Æn.* 322	† -- & quâ sydera adibam, Fama prior. --
6. *Æn.* 322	* Progenies magnum cœli ventura sub axem.

† Qualis ubi aut leporem, aut candenti corpore cygnū | 9. *Æn.* 563
Sustulit alta petens pedibus Iovis Armiger uncis.
* Et socii amissi petierunt æthera pennis. | 11. *Æn.* 271
† Hæc ubi dicta dedit, cælo se protinus alto | 10. *Æn* 563
Misit, agens hyemem. - -
* Sive animis, sive arte vales, opta ardua pennis | 12. *Æn.* 862
Astra sequi, clausúmque cavâ te condere terrâ.
(*Cæsar.*) Viámque affectat Olympo.
† Iustitia excedens terris vestigia fecit. | 4. *Geor* 562
* Promissi Dea facta potens, &c. | 2 *Geor.* 474

E Cælo descendere.

* Hoc tunc Ignipotens cœlo descendit ab alto. | 8. *Æn.* 423
† -- Deus æthere missus ab alto. | 4. *Æn.* 574
* -- Aëriam cœlo nam Iuppiter Irim Demisit. -- | 9. *Æn.* 83
† -- simul hæc effatus, ab alto | 644
Æthere se mittit, spirantes dimovet auras.
* Irim de cœlo misit Saturnia Iuno. | 5. *Æn.* 509
† Cùm levis æthereis delapsus Somnus ab astris. | 83
* -- at illa leves cœl demissa per auras | 11. *Æn.* 565
Insonuit, nigro circumdata turbine corpus.
† -- Sed quis Olympo Demissam voluit? &c. | 11. *Æn.* 634
* (*Iuno.*) Irim demisit Olympo, &c. | 4. *Æn.* 694
Ergò Iris croceis per cœlum roscida pennis,
Devolat, & supra caput adstitit. --
† Iam nova progenies cœlo demittitur alto. | 4. *Ecl.* 7.
* Vade, age, Nate, voca Zephyros, & labere pennis. | 4. *Æn.* 223
† Labere, Nympha, polo, finésque invise Latinos. | 12. *Æn.* 588
* Tum Regina Deûm cœlo delapsa. -- | 7. *Æn.* 620
† Visa dehinc cœlo facies delapsa parentis. | 5. *Æn.* 722
Imperio Iovis huc venio. --
* Primus ab ætherio vênit Saturnus Olympo. | 8. *Æn.* 319
† Iri decus cœli, quis te mihi nubibus actam | 9. *Æn.* 18.
Detulit in terras? --
* Illa autem attollit stridentes anguibus alas, | 7. *Æn.* 561
Cocytíque petit sedes, supera ardua linquens.

v. Volare.

COETVS, CHORVS, COPIA,
Concilium, Conventus, Convenire, Coïre.

ET vos, ô cœtum Tyrii celebrate faventes. | 1. *Æn.* 735
† Clara dies, socios in cœtum littore ab omni | 5. *Æn.* 43

Advocat Æneas, tumulíque ex aggere fatur.

1. Æn. 398	* Vt cœtu cinxêre polum, cantúsq; dedêre. (Cygni)
5 Æn. 107	† -- læto complerant littora cœtu Visuri Æneadas.
6. Ecl. 66	* Vtque viro Phœbi chorus assurrexerit omnis.
1. Geor. 346	† Omnis quam chorus, & socii comitentur ovantes.
4. Geor. 460	* At chorus æqualis Dryadum clamore supremos
5. Æn. 240	† Nereïdum, Phorcíque chorus, Panopæáque virgo.
8. Æn. 287	* Hic juvenum chorus, ille senum qui carmine laudes.
18	† Omnibus in templis matrum chorus, omnibus aræ.
10. Æn. 219	* Atque illi medio in spatio chorus ecce suarum Occurrit comitum: nymphæ, quas alma Cybele.
2. Æn. 564	† Respicio, & quæ sit me circum copia, lustro.
11 Æn. 834	* Incurrunt densi, simul omnis copia Teucrûm.
5. Æn. 734	† -- sed amœna piorum Concilia, Elysiúmq; colo.
3. Æn. 678	* Ætnæos fratres, cœlo capita alta ferentes, Concilium horrendum, quales cùm vertice celso.
6. Æn. 752	† Dixerat Anchises, natúmq;, unáque Sibyllam Conventus trahit in medios, turbámque sonantem.
5. Ecl. 1	* Cur non Mopse (boni quoniam convenimus ambo)
1. Æn. 360	† His commota fugam Dido, sociósque parabat: Conveniunt quibus aut odium crudele tyranni.
5. Æn. 293	* Vndique conveniunt Teucri, mistíque Sicani.
2. Æn. 795	† Sic demùm socios consumptâ nocte reviso, Atque hîc ingentem comitum affluxisse novorum Invenio, admirans numerum, matrésque, virósque, Collectam exilio pubem, miserabile vulgus, Vndique convenêre, animis, opibúsq; parati In quascunque velim pelago deducere terras.
11. Æn. 286	* Olli convenêre, fluúntq; ad regia plenis Tecta viis. - -
7. Æn. 546	† Dic in amicitiam coëant, & fœdera jungant.
8 Æn. 385	* Aspice qui coëant populi. - -
11. Æn. 292	† - coëant in fœdera dextræ.
4. Geor. 73	* Tum trepidæ inter se coëunt, pennísque coruscant, Et circa regem, atque ipsa ad prætoria densæ Miscentur, magnísque vocant clamoribus hostem.
9. Æn. 80	† Sed manus è castris properè coit omnis in unum.
10. Æn. 410	* Non aliter sociûm virtus coit omnis in unum.
11. Æn. 859	† Deprompsit pharetrâ, cornúque infensa tetendit, Et duxit longè, donec curvata coirent Inter se capita, & manibus jam tangeret æquis.
12 Æn. 708	* Ingentes genitor diversis partibus orbis Inter se coiisse viros, & decernere ferro.

* Tu mihi quodcunque hoc regni tu sceptra Iovémq; Concilias. -- (*Æolus Iunoni.*) 1. Æn. 78

† -- Mezentius arma Quæ sibi conciliet. -- 10. Æn. 150

COLOR, BICOLOR, COLORATUS, Concolor, Candor, Albus, Candens, Candidus, Nivalis, Niveus. Niger, Ater. Fuscus, Piceus, Obscurus. Rubor, Rubens, Rubeus, Ruber, Rubicundus. Purpureus, Puniceus, Roseus. Croceus, Flavus, Rutilus, Gilvus, Luteus, Luteolus, Croceus, Cœruleus, Cœrulus. Roscidus. Viridis, Viridans, Virens, Viridissimus, Glaucus. Pallor, Pallidus, Pallens. Versicolor.

CApreoli sparsis etiam nunc pellibus albo. 2. Ecl. 41.
* Strymoniámq; gruem, aut album dejecit olorē. 2. Æn. 580
† Flammarum longos â tergo albescere tractus. 1 Geor. 367
* Sanguine adhuc, campíque ingentes ossibus albent. 12. Æn. 36
† Turbine fumantem piceo, & candente favillâ. 3. Æn. 573
* Candentis vaccæ media inter cornua fundit. 4. Æn. 61
† Altera candenti perfecta nitens elephanto. 6. Æn. 895
* Qualis ubi aut leporem, aut candenti corpore cygnū 9. Æn. 563
† Illum autem (quamvis aries sit candidus ipse.) 2. Geor. 387
* Transadigit costas, & candida pectora rupit. 9. Æn. 432
† Candidior postquàm tondenti barba cadebat. 1. Ecl. 29
* Qui candore niveis anteirent, cursibus auras. 12. Æn. 84
† -- quantus, gaudétque nivali Vertice se attollens pater Appenninus ad auras. 702
* Quam dives pecoris, nivei quàm lactis abundans. 2. Ecl. 20
† Pascentem niveos herboso flumine Cygnos 2. Geor. 199
* Ceu quondam nivei liquida inter nubila cygni. 7. Æn 699
† Ille latus niveum molli fultus hyacintho, Ilice sub nigrâ pallentes ruminat herbas. 6. Ecl. 53
* Et quæ vos rarâ viridis tegit arbutus umbrâ. 7. Ecl. 46
† Hic viridis tenerâ prætexit arundine ripas Mincius. -- 12
* -- poteris requiescere nocte, Fronde super viridi -- 1. Ecl. 81
† Aut herbâ captum viridi, aut armenta sequutum. 6. Ecl. 59
* -- viridi fœtam Mavortis in antro Procubuisse lupam. -- 8. Æn. 630
† Euryalus formâ insignis, viridíq; juventâ. 5. Æn. 295
* Iam senior, sed cruda Deo, viridísque senectus. 6. Æn. 304

3. Geor. 144 † -- muscus ubi, & viridissima gramine ripa.
2. Ecl. 9 * Nunc virides etiam occultant spineta lacertos.
5. Æn. 245 † -- viridíque advelat tempora lauro.
539 * Sic fatus, cingit viridanti tempora lauro.
3.8 † Proximus ut viridante toro consederat herbæ.
4. Geor. 18 * At liquidi fontes, & stagna virentia musco
Adsint. --
6. Æn. 679 † -- Convalle virenti Inclusas animas --
7. Ecl. 59 * Phyllidis adventu nostræ nemus omne virebit.
1. Geor. 55 † Arborei fœtus alibi, atque injussa virescunt
Gramina. --
6. Æn. 638 * -- amœna vireta Fortunatorum nemorum. --
2. Geor. 13 † Populus, & glaucâ canentia fronde salictâ.
6. Æn. 416 * Informi limo, glaucâque exponit in ulvâ.
10 Æn. 205 † Quos patre Benaco velatus arundine glaucâ.
3. Geor. 82 * Spadices, glaucíque, color deterrimus albis,
Et gilvo. -- (*Equus.*)
4. Geor. 451 † Ardentes oculos intorsit lumine glauco. (*Proteus.*)
8. Æn. 33 * -- eum tenuis glauco velabat amictu
Carbasus. --
12. Æn. 885 † -caput glauco contexit amictu (*Dea fluvio data.*)
4. Æn 499 * Hæc effata, silet, pallor simul occupat ora.
12 Æn. 221 † Tabentésque genæ, & juvenili in corpore pallor.
3. Æn. 217 * -- & pallida semper Ora fame --
4. Æn. 644 † Interfusa genas, & pallida morte futurâ. (*Dido.*)
1. Geor. 277 * -- pallidus Orcus.
8. Æn. 244 † Infernas reseret sedes, & regna recludat Pallida.
1 Geor. 477 * -- & simulacra modis pallentia miris.
2. Ecl. 46 † -- tibi candida Naïs Pallentes violas carpens.
3. Geor. 357 * Tum sol pallentes haud unquam discutit umbras.
6. Æn. 275 † Pallentésque habitant morbi, tristísque senectus.
2. Ecl. 16 * Quamvis ille niger, quamvis tu candidus esses,
O formose puer, nimiùm ne crede colori:
Alba ligustra cadunt, vaccinia nigra leguntur.
4. Ecl. 42 † Nec varios discet mentiri lana colores:
Ipse sed in pratis aries jam suave rubenti
Murice, jam croceo mutabit vellera luto.
7. Ecl. 38 * Candidior cygnis, hederâ formosior albâ.
8. Ecl. 73. † Terna tibi hæc primùm triplici diversa colore
Licia circumdo. --
9. Ecl. 49 * Duceret apricis in collibus uva colorem.
3. Geor. 306 † Nec minor usus erit, quamvis Milesia magno

Vellera mutentur Tyrios incocta rubores.
* Continuóque greges villis lege mollibus albos : 4. Geor. 388
Illum autem, (quamvis aries sit candidus ipse)
Nigra subest udo tantùm cui lingua palato,
Rejice, ne maculis infuscet vellera pullis
Nascentum, plenóque alium circumspice campo :
† Continuò est ægris alius color, horrida vultum 4. Geor. 254
Deformat macies, tum corpora luce carentum.
* Vsque coloratis amnis devexus ab Indis. 293
† -Eam circum Milesia vellera Nymphæ 334
Carpebant, hyali saturo fucata colore.
* Tondentes campum latè, candore nivali. 3. Æn 538
† -- nigrantes terga juvencos. 5. Æn. 46
* Cæruleæ cui terga notæ, maculosus & auro. 87
Squammam incendebat fulgor; ceu nubibus arcus,
Mille trahit varios adverso sole colores.
† --quem Thracius albis 565
Portat equus bicolor maculis, vestigia primi
Alba pedis, frontémque ostentans arduus albam.
* Illa viam celerans per mille coloribus arcum. 609
† -- non vultus, non color unus. (*Sibylla*.) 6. Æn. 47
* -- ipse atri velleris agnam 249
Æneas matri Eumenidum, magnæque sorori.
† -- & rebus nox abstulit atra colorem. 274
* Fecit avem Circe, sparsitque coloribus alas. 7. Æn. 191
† Candida per sylvam cum fœtu concolor albo. 8. Æn. 82
* Illam inter cædes pallentem morte futurâ. 707
† Astur equo fidens, & versicoloribus armis. 10. Æn. 181
* Labitur exanguis, labuntur frigida letho 11. Æn. 818
Lumina : purpureus quondam color ora reliquit.
† -- cui plurimus ignem 12. Æn. 66
Subjecit rubor, & calefacta per ora cucurrit.
Indum sanguineo veluti violaverit ostro
Si quis ebur, vel mista rubent ubi lilia multâ
Alba rosâ, tales virgo dabat ore colores.
* Qui candore nives anteirent, cursibus auras. 84
† -- bis nigra videre Tartara -- 6. Æn. 134
* Iam mediam nigrâ carpebat nocte quietem. 7. Æn. 414
† -- (quid tum si fuscus Amyntas? 10. Ecl. 38
Et nigræ violæ sunt, & vaccinia nigra.)
* Nigranti piceâ, trabibúsque obscurus acernis. 9. Æn. 87
† Semper, & assiduâ postes fuligine nigri, 7. Ecl. 50

4. Æn. 120 * His ego nigrantem commistâ grandine nimbum.
11. Æn. 8 4 † -- & tenebris nigrescunt omnia circùm.
3. Geor. 221 * -- lavit ater corpora sanguis.
507 † -- it naribus ater Sanguis --
1. Æn. 165 * Desuper, horrentiq; atrum nemus immin t umbrâ.
1. Geor. 175 † -- aut atræ massam picis urbe reportat.
7. Æn. 408 * Protinus hinc fuscis tristis Dea tollitur alis.
8. Æn. 369 † Nox ruit, & fuscis tellurem amplectitur alis.
2. Geor. 309 *Ad cœlum piceâ crassus caligine nubé, Proruit atram.
9. Æn. 74 † Atque omnis facibus pubes accingitur atris.
Diripuêre focos, piceum fert fumida lumen Tæda --
1. Geor. 428 * Si nigrum obscuro comprenderit aëra cornu.
478 † (Simulacra.) Visa sub obscurum noctis.
6. Æn. 452 * -- agnovítque per umbram Obscuram --
4. Geor. 306 † Antè novis rubeant quàm prata coloribus, antè.
12. Æn. 77. * -- Puniceis invecta rotis Aurora rubebit.
3. Ecl. 63 † Munera sunt lauri, & suave rubens hyacinthus.
4. Ecl. 29 * Incultísque rubens pendebit sentibus uva.
1. Geor. 233 † -- Zona, una corusco Semper sole rubens --
2. Geor. 430 * Sanguineisque inculta rubent aviaria baccis.
10. Ecl. 27 † Sanguineis ebuli baccis, minióque rubentem.
4. Geor. 182 * Et glaucas sali es, casiámque, crocúmq; rubentem.
3. Æn. 521 † Iámque rubescebat stellis aurora fugatis.
8. Æn. 695 * Spargitur, arva novâ Neptunia cæde rubescunt.
1. Geor. 297 † At rubicunda Ceres medio succiditur æstu.
3. Geor. 306 * Nec minor usus erit, quamvis Milesia magno
Vellera mutentur, Tyrios incocta rubores.
1. Geor. 430 † At si virgineum suffuderit ore ruborem.
9. Æn. 50 * Portat equus, cristâq; tegit galea aurea rubrâ,
12. Æn. 89 † Ensémque, clypeúmq;, & rubræ cornua cristæ.
3. Geor. 559 * Præcipitem Oceani rubro lavit æquore currum.
8. Æn. 686 † Victor ab Auroræ populis, & littore rubro.
12. Æn. 247 * Námque volans rubrâ fulvus Iovis ales in æthrâ.
2. Geor. 95 † Purpureæ, Preciæq;. -- (Vites.)
4. Geor. 54 * Purpureósq; metunt flores. (Apes.)
9. Ecl. 40 † Hîc ver purpureum, varios hîc flumina circùm
Fundit humus flores, hîc candida populus antro.
4. Geor. 373 * In mare purpureum violentior influit amnis.
12. Æn. 602 † Purpureos moritura manu discindit amictus.
1. Geor. 405 * Et pro purpureo pœnas dat Scylla capillo.
1. Æn. 590 † -- luménque juventæ Purpureum. -- (de Ænea.)
9. Æn. 163 * Purpurei cristis Iuvenes, auróq; corusci.
2. Geor. 495 † Illum non populi fasces, non purpura Regû Flexit-

† --violæ ſublucet purpura nigræ. 4.Geor.275
* Puniceæve agitant pavidos formidine pennæ, 3. Geor.372
† Puniceis humilis quantùm ſaliunca roſetis. 5. Ecl. 17
* Puniceo ſtabis ſuras evinċta cothurno. 7. Ecl. 32
† Sæpè ego cùm flvais meſſorem induceret arvis. 1. Geor. 316
* Quàm niger humeċtat flaventia culta Galeſus. 4.Geor.126
† Molli paulatim flaveſcet campus ariſtâ. 4. Ecl. 28
* Summâ Arethuſa flavum caput extulit undâ. 4. Geor 352
† Non flavum Proſerpina vertice crinem 4. Æn. 698
Abſtulerat --
* Tu quoque flaventem primâ lanugine malas. 10.Æn.324
† Sin maculæ incipient rutilo immiſcerier igni. 1. Geor. 454
* -- hic melior, inſignis & ore. 4. Geor. 92
Et rutilis clarus ſquammis -
† (*Arma.*) Per ſudum rutilare vident, & pulſa tonare. 8. Æn. 529
* Aurora in roſeis fulgebat lutea bigis. 7. Æn. 26
† Mollia luteolâ pingit vaccinia calthâ. 2. Ecl. 50
* Invitent cro eis halantes floribus horti. 4.Geor.109
† Tithoni croceum linquens aurora cubile. 1.Geor.447
* -- tum croceam clamydémque, finúſq; crepantes. 11 Æn. 775
† Vobis piċta croco, & fulgenti murice veſtis. 9. Æn. 614
* Ipſius in vultu varios errare colores: 1. Geor.452
Cœruleus pluviam denuntiat: igneus, Euros.
† Cœruleâ glacie concretæ, atque imbribus atris. 236
* Cœruleis mœſtæ vittis, atrâq; cupreſſo. 3.Æn. 64
† Cœruleo per ſumma levis volat æquora curru. 5.Æn. 819
* Relligio, & quæ cœruleo ſunt numina Ponto. 12.Æn. 182
† Attollentem iras, & cærula colla tumentem. 2 Æn. 381
* Adnixi torquent ſpumas, & cærula verrunt. 3. Æn. 208
† Littus ad Auſonium tot per vada cœrula vexit. 7. Æn. 198
* -- qualis cùm cœrula nubes 8. Æn. 622
Solis inardeſcit radiis, longéque refulget.
† Et duræ quercus ſudabunt roſcida mella. 4. Ecl. 30
* -- parvam te roſcida mala 8. Ecl. 38
Vidi cum matre legentem. --
† Et ſaltus reficit jam roſcida Luna, 3.Geor. 337
* Ergò Iris croceis per cœlum roſcida pennis 4. Æn. 700
Mille trahens varios adverſo ſole colores.
† Ni roſeus feſſos jam gurgite Phœbus Iberô. 11. Æn. 913
* (*Venus.*) -- & avertens roſeâ cervice refulſit. 1. Æn. 402
† (*Venus.*) roſeóque hæc inſuper addidit ore. 2. Æn. 593
* -- roſeis Aurora quadrigis trajecerat axem. 6. Æn. 535

COMES, COMITARI, COMITANS, Comitatus, Socius, Sociare, Sociatus, Sodalis.

6. *Æn.* 158 EVentus animo secum : cui fidus Achates
It comes, & paribus curis vestigia figit.
2. *Æn.* 704 † Cedo equidem, nec nate tibi comes ire recuso.
710 * -- mihi parvus Iülus
Sit comes, & longè servet vestigia conjux.
9. *Æn.* 649 † Tum comitem Ascanio pater addidit, ibat Apollo.
2. *Æn.* 294 * Hos cape fatorum comites : his mœnia quære.
795 † Sic demum socios consumptâ nocte reviso.
Atque hîc ingentem comitum affluxisse novorum
Invenio admirans numerum, matrésque, virósque.
4. *Æn.* 543 * Quid tum ? sola fugâ nautas comitabor ovantes.
6. *Æn.* 863 † Quid pater, ille virum qui sic comitatur euntem.
11. *Æn.* 52 * Nos juvenem vano mœsti comitamur honore.
10. *Æn.* 164 † Quæ manus intereà Tuscis comitetur ab oris.
2. *Æn.* 580 * Iliadum turbâ, & Phrygiis comitata ministris.
40 † Primus ibi ante omnes, magnâ comitante catervâ.
3. *Æn.* 345 * Priamides multis Helenus comitantibus offert.
1. *Æn.* 312 † (*Æneas.*) Ipse uno graditur comitatus Achate.
4. *Æn.* 215 * Et nunc ille Paris cum semiviro comitatu.
7. *Æn.* 264 † Si jungi hospitio properat, sociúsque vocari.
3. *Æn.* 352 * Necnon & Teucri sociâ simul urbe fruuntur.
6. *Ecl.* 20 † Addit se socium, timidísque supervenit Ægle.
2. *Æn.* 613 * -- sociúmque furens à mœnibus agmen Vocat
5. *Æn.* 36 † Adventum, sociásque rates, occurrit Acestes.
11. *Æn.* 161 * -- Troûm socia arma secutum.
6. *Æn.* 169 † Dardanio Æneæ sese fortissimus Heros
Addiderat socium, non inferiora secutus.
9. *Æn.* 199 * Méne igitur socium summis adjungere rebus
Nise, fugis ? solum te in tanta pericula mittam ?
5. *Æn.* 712 † Hunc cape consiliis socium, & conjunge volentem.
8. *Ecl.* 70 * Carminibus Circe socios mutavit Vlyssî.
9. *Æn.* 694 † Germanam, nuper thalamo sociatus habebat.
10. *Æn.* 386 * Dum furit, incautum, crudeli morte sodalis.

v. Concilium

COMETA, STELLA FACEM *ducens, & Sidus volans: crinem ducens: Arundo.*

NOn aliàs cœlo ceciderunt plura sereno. 1. *Geor.* 487
Fulgura, nec diri toties arsêre Cometæ.
† Intonuit lævum, & de cœlo lapsa per umbras 2. *Æn.* 693
Stella facem ducens, multâ cum luce cucurrit.
Illam, summa super labentem culmina tecti
Cernimus Idæâ claram se condere sylvâ.
Signantémq; vias, tum longo limite sulcus
Dat lucem, & latè circum loca sulphure fumant.
* Seráq; terrifici cecinerunt omina vates: 5. *Æn.* 524
Námq; volans liquidis in nubibus arsit arundo.
Signavítque viam flammis, tenuésq; recessit
Consumpta in ventos; cœlo ceu sæpè refixa
Transcurrunt, crinémq; volantia sydera ducunt.
Attonitis hæsêre animis, superósque precati.
† Ardet apex capiti, cristísque à vertice flamma 10. *Æn.* 270
Funditur, & vastos umbo vomit aureus ignes?
Non secus ac liquidâ si quando nocte Cometæ
Sanguinei lugubrè rubent, aut Sirius ardor:
Ille sitim morbósque ferens mortalibus ægris
Nascitur, & lævo contristat lumine cœlum.

COMMITTO, CREDO, FIDO, CONFIDO.

DEbita quàm sulcis committas semina, quámque 1. *Geor.* 225
Invitæ properes anni spem credere terræ.
* Ausim vel tenui vitem committere sulco.
† Audet & ignoto sese committere ponto. 2. *Geor.* 289
* Hortati sumus, aut vitam committere ventis? 3. *Geor.* 78
† Num puero summam belli, num credere muros. 10. *Æn.* 70
* Diva tuam, quæ nunc dubiis committitur auris. 11. *Æn.* 560
† Ignorare jubes, méne huic confidere monstro? 5. *Æn.* 849
Æneam credam quid enim fallacibus austris.
* Vre foro cancros, altæ neu crede paludi. 4. *Ge.* 47
† O mea progenies, thalamis ne crede paratis. 7. *Æn.* 797
* Fidis equo? dimitte fugam, & te comminùs æquo 11. *Æn.* 706
Mecum crede solo, pugnæque accinge pedestri.
† Parcite oves nimiùm procedere, non bene ripæ 3. *Ecl.* 94
Creditur, ipse aries etiam nunc vellera siccat.

1. Æn. 452 † Ausus & afflictis meliùs confidere rebus.
2. Æn. 402 * Heu nihil invitis fas quemquam fidere Divis.
5. Æn. 800 † Fas omne est, Cytheréa, meis te fidere regnis.
7. Æn. 290 * Moliri jam tecta videt, jam fidere rebus.
9. Æn. 378 † Sed celerare fugam in sylvas, & fidere nocti.
2. Ecl. 17 O formose puer, nimiùm ne crede colori.

Committere pro Facere. Commissus.

5. Æn. 69 * Seu crudo fidit pugnam committere cæstu.
11. Æn. 589 † Tristis ubi infausto committitur omine pugna.
12. Æn. 60 * Vnum oro, desiste manum committere Teucris.
5. Æn. 114 † Et tuba commissos medio canit aggere ludos.
4. Geor. 454 * Magna lues commissa, tibi has miserabilis Orpheus,
1. Æn. 136 † Pòst mihi non simili pœnâ commissa luetis.
6. Æn. 569 * Distulit in seram commissa piacula mortem.

COMMVNITAS, COMMERCIVM.

4. Geor. 184 OMnibus una quies operum, labor omnibus unus.
153 † Solæ communes natos, consortia tecta,
Vrbis habent, magnísq; agitant sub legibus ævum:
Et patriam solæ, & certos novêre Penates.
Venturæq; hyemis memores æstate laborem
Experiuntur, & in medium quæsita reponunt.
212 * - rege incolumi, mens omnibus una est.
2. Æn. 709 † Quò res cunque cadent, unum & cõmune periclum:
Vna salus ambobus erit: mihi parvus Iülus.
788 * Iámque vale, & nati serva communis amorem.
3. Æn. 60 † Omnibus idem animus sceleratâ excedere terrâ.
4. Æn. 102 * Communem hunc ergo populum, paribúsq; regamus
Auspiciis: liceat Phrygio servire marito.
110 † --si Iuppiter unam
Esse velit Tyriis urbem, Trojâque profectis,
Misceríve probet populos, aut fœdera jungi.
1. Æn. 571 * Vultis, & his mecum pariter considere regnis,
Vrbem quam statuo, vestra est: subducite classem:
Tros, Tyriúsque mihi nullo discrimine agetur.
5. Æn. 616 † - (*Matribus Trojanis.*) Vox omnibus una.
6. Æn. 473 * --inimica refugit
In nemus umbriferum, conjux ubi pristinus illi.
158 † Eventus animo secum, cui fidus Achates
It comes, & paribus curis vestigia figit,
Multa inter sese vario sermone serebant.
1. Æn. 600 * Omnibus exhaustos jam casibus, omnium egenos

Vrbe, domo socias; grates persolvere dignas.
† Nusquam tuta fides, ejectum littore, egentem — 4. Æn. 373
Excepi, & regni demens in parte locavi.
* Respondet curis, æquátque Sichæus amorem. — 474
† --Simul his ardentem affatur amicum, — 9. Æn. 198
Méne igitur socium summis adjungere rebus,
Nise fugis?
* His amor unus erat, paritérq; in bella ruebant:
Tunc quoque communi portam statione tenebant. — 182
† Spondeo digna tuis ingentibus omnia cœptis.
Quæ tibi polliceor reduci rebúsque secundis, — 296
Hæc eadem, matríque tuæ, generíq; manebunt.
* -- venerande puer, jam pectore toto — 27
Accipio, & comitem casus amplector in omnes.
Nulla meis sine te quæretur gloria rebus;
Seu pacem, seu bella geram: tibi maxima rerum
Verborúmque fides.--
† Quæ cuique est fortuna hodie, quam quisq; secat spé — 10. Æn. 107
Tros, Rutulúsve fuat, nullo discrimine habebo, &c.
Fortunámq; ferent: Rex Iuppiter omnibus idem.
* Ecce autem complexa pedes in limine conjunx — 2. Æn. 672
Hærebat, parvúmque patri tendebat Iülum,
Si periturus abis, & nos rape in omnia tecum:
Sin aliquam expertus sumptis spem ponis in armis,
Hanc primùm tutare domum, cui parvus Iülus,
Cui pater, & conjunx quondam tua dicta relinquor?
† Gnatis parce tuis: belli commercia Turnus
Sustulit ille prior, jam tum Pallante perempto — 10. Æn. 532
* Turne per has ego te lacrymas, per si quis Amatæ — 12. Æn. 56
Tangit honos animum: spes tu nunc una senectæ,
Tu requies miseræ; decus, imperiúmq; Latini
Te penes: in te omnis domus inclinata recumbit:
Vnum oro, desiste manum committere Teucris:
Qui te cunque manent isto certamine casus,
Et me Turne manent: simul hæc invisa relinquam
Lumina.-
† --& fœderis æquas
Dicamus leges, sociósque in regna vocemus. — 11. Æn. 321

v. Fœdus, & Comes.

COMPARATIONUM SIGNA. Non secus, Haud secus, Non aliter, Haud minùs, Sic ita, Ceu, Instár, Ritu, More, In morem, Velut, Veluti, Tam, Sicut, Quàm, Similis, Qualis, Talis, Tantus, Ut, Uti, Modo, Ita, Pariter.

3.*Geor*.346	NOn secus ac patriis acer Romanus in armis:
10.*Æn*.272	* Non secus ac liquidâ si quando nocte Cometæ.
8.*Æn*.391	† Non secus atque olim tonitru cùm rupta corusco.
11.*Æn*.456	* Haud secus atque alto in luco, cùm fortè catervæ.
2.*Æn*.382	† Haud secus Androgeos visu tremefactus abibat.
1.Geor.201	* Non aliter quàm qui adverso vix flumine lembum.
4.*Geor*.176	† Non aliter (si parva licet componere magnis.)
1.*Æn*.399	* Haud aliter puppésque tuæ, pubésq; tuorum.
4.*Æn*.256	† Haud aliter terras inter, cœlúmq; volabat.
12.*Æn*.10	* Tum sic affatur regem, atque ita turbidus infit.
1.*Geor*.303	† Ceu pressæ cùm jam portum tetigêre carinæ.
4.*Geor*.499	* Dixit, & ex oculis subitò, ceu fumus in auras
	Commistus tenues, fûgit diversa: neque illum.
2.*Æn*.15	† Instar montis, equum divinâ Palladis arte
	Ædificant.--
3.*Æn*.637	* Argolici clypei, aut Phœbeæ lampadis instar.
11.*Æn*.610	† --Fundunt simul undique tela
	Crebra, nivis ritu.--
7.*Æn*.741	* Teutonico ritu soliti torquere cateias.
4.*Æn*.550	† Non licuit thalami expertem sine crimine vitam
	Degere more feræ? nec tales tangere curas?
10.*Æn*.603	* Dardanius, torrentis aquæ, vel turbinis atri
	More furens: tandem erumpunt,& castra relinquunt.
1.*Geor*.245	† Circum, pérque duas in morem fluminis Arctos.
11.*Æn*.616	* Fulminis in morem, aut tormento ponderis acti.
12.*Æn*.473	† Nigra velut, magnas domini cùm divitis ædes.
481	* Haud minùs Æneas tortos legis obvius orbes.
10.*Æn*.707	† Ac velut ille canum morsu de montibus altis.
2.*Æn*.304	* In segetem veluti cùm flamma furentibus Austris.
4.*Geor*.170	† Ac veluti lentis Cyclopes fulmina massis.
1.*Ecl*.42	* Nec tam præsentes alibi cognoscere Divos.
71	† Impius hæc tam culta novalia miles habebit?
8.*Æn*.22	* Sicut aquæ tremulum labris ubi lumen ahenis.
5.*Æn*.458	† Nec mora,nec requies,quàm multâ grandine nimbi

Culminibus crepitant; sic densis ictibus heros.
† Quàm multa in sylvis Autumni frigore primo — 6. Æn. 309
Lapsa cadunt folia: aut ad terram gurgite ab alto
Quàm multæ glomerantur aves, ubi frigidus annus.
* (*Hirundini.*) --similis, medios Iuturna per hostes — 12. Æn. 477
Fertur equis, rapidóque volans obit omnia cursu.
† Impediunt, texúntque fugas, & prælia ludo: — 5. Æn. 593
Delphinûm similes, qui per maria humida nando.
*(*Mercurius*)--toto præceps se corpore ad undas — 4. Æn. 253
Misit: avi similis, quæ circum littora, circum.
† Qualis in Eurotæ ripis, aut per juga Cynthi — 498
Exercet Diana choros, quam mille sequutæ. &c.
Talis erat Dido, talem se læta ferebat.
* Quale solet sylvis brumali frigore viscum — 6. Æn. 205
Fronde virere novâ, quod non sua seminat arbos:
Talis erat species auri frondentis opacâ Ilice.--
† Turbidus ingreditur campo, quàm magnus Orion, — 10. Æn. 763
Cùm pedes incedit medii per maxima Nerei. &c.
Talis se vastis infert Mezentius armis.
*(*Tartarus.*)- in præceps tantùm tenditq; sub umbras, — 6 Æn. 578
Quantus ad ætherium cœli suspectus Olympum.
† Æsculus in primis, quæ quantùm vertice ad auras — 2. Geor. 291
Æthereas, tantùm radice in Tartara tendit.
* Vitis ut arboribus decori est, ut vitibus uvæ. &c. — 5. Ecl. 32
Tu decus omne tuis.--
† --quos improbus advena bello — 12. Æn. 262
Territat invalidas ut aves. -
* Vt fera, quæ densâ venantum septa coronâ. — 9. Æn. 551
† Námque canebat, uti magnum per inane coactæ. — 6. Ecl. 31
* Námque videbat uti bellantes Pergama circum. — 1. Æn. 466
† Fluctus uti primo cœpit cùm albescere vento. — 7. Æn. 528
* Continuò puppes abrumpunt vincula ripis, — 9. Æn. 118
Delphinúmque modo, demersis æquora rostris
Ima petunt.--
† Sed magnùm stridens contorta phalarica vênit — 705
Fulminis acta modo, quam nec duo taurea terga.
* Vt binæ Regum facies, ita corpora gentis. — 4. Geor. 95
† Omnia ventorum concurrere prælia vidi, — 1. Geor. 318
Quæ gravidam latè segetem ab radicibus imis
Sublimè expulsam eruerent: ita turbine nigro
Ferret hyems, culmúmq; levem, stipulásq; volantes.
* Si superant fœtus, pariter frumenta sequentur. — 1. Geor. 189
† Phœnissa, & puero pariter, donísque movetur. — 1. Æn. 714

2. Æn 205 † Incumbunt pelago, paritérque ad littora tendunt.
729 * Suspensum, & pariter comitíque, oneríq; timentem.
560 † Eripite: ô socii, paritérque insurgite remis.
4. Æn. 190 * Gaudens, & pariter facta, atque infecta canebat.
5. Æn. 508 † Alta petens, paritérque oculos, telúmq; tetendit.
8. Æn. 545 * Evandrus pariter, pariter Trojana juventus.
6. Æn. 602 † Quos super atra silex jam jam lapsura, cadentíque
Imminet assimilis.--

CONCILIUM VOCARE, COGERE, habere: conciliare, sociare: coire.

1. Geor. 24 TVque adeò, quem mox quæ sint habitura Deorum
Concilia, incertum est, urbísne invisere Cæsar.
5. Æn. 75 * Ille è concilio multis cum millibus ibat.
6. Æn. 432 † Quæsitor Minos, urnam movet, ille silentum
Concilium vocat, vitásque, & crimina discit.
7. Æn. 611 * Has, ubi certa sedet patribus sententia pugnæ.
9. Æn. 227 † Concilium summis regni de rebus habebant,
Quid facerent, quísve Æneæ jam nuncius esset;
Stant longis adnixi hastis, & scuta tenentes
Castrorum & campi medio.--
11. Æn. 222 * Multa simul contrà variis sententia dictis.
231 † Deficit ingenti luctu Rex ipse Latinus. &c.
Ergo concilium magnum, primósque suorum
Imperio accitos alta intra limina cogit:
Olli convenêre, fluúntque ad Regia plenis
Tecta viis: sedet in mediis, & maximus ævo,
Et primus sceptris haud lætâ fronte Latinus.
Atque hîc legatos Ætolâ ex urbe remissos,
Quæ referant, fari jubet, & responsa reposcit
Ordine cuncta suo: tunc facta silentia linguis,
Et Venulus dicto parens, ita farier infit:
Vidimus, ô cives, Diomedem.-- &c.
301 * Præfatus Divos, solio Rex infit ab alto,
Ante equidem summâ de re statuisse Latini,
Et vellem, & fuerat melius: non tempore tali
Cogere concilium, cùm muros obsidet hostis.
335 † Consulite in medium, & rebus succurrite fessis.
343 * Rem nulli obscuram, nostræ nec vocis egentem
Consulis, ô bone Rex, cuncti se scire fatentur.
459 † Immò ait, ô cives, arrepto tempore Turnus,

Cogite concilium, & pacem laudate sedentes. 11.Æn.469

† Concilium ipse pater, & magna incœpta Latinus
Deserit, ac tristi turbatus tempore differt. 10,Æn,2

* Conciliúmq; vocat Divûm pater, atq; hominũ Rex,
Sydeream in sedem: terras unde arduus omnes,&c.
Considunt tectis bipatentibus, incipit ipse:
Cœlicolæ magni, quænam sententia vobis
Versa retrò? tantúmque animis certatis iniquis?
Iuppiter hæc paucis, at non Venus aurea contrà
Pauca refert.--

CONSILIVM, CONSVLTVM, Consulere, Consultus, Sententia, Mens, Voluntas.

Nec responsa potest consultus reddere vates. 3.Geor.491

† Nate Deä, quæ nunc animo sententia surgit? 1. Æn, 581

* Quo circa capere antè dolis, & cingere flammâ 672
Reginam meditor, ne quo se numine mutet.

† Quò facere id possis, nostram nunc accipe mentem. 675

* --quæ te, genitor, sententia vertit? 236

† --neque me sententia vertit. 254

* At Cytherêa novas artes, nova pectore versat 656
Consilia, ut faciem mutatus, & ora Cupido.

† --adero, & tua si mihi certa voluntas, 4.Æn.125
Connubio jungam stabili.--

* --sed vos (si fert ita corde voluntas) 6.Æn.675
Hoc superate jugum.--

† Consilia in melius referet, mecúmque fovebit. 2.Æn.280

* At Capys, & quorum melior sententia menti, 35
Aut pelago Danaûm insidias, suspectáque dona
Præcipitare jubent -- &c.

† Nam quod consilium, aut quæ jam fortuna dabatur? 656

* Hæc alternanti potior sententia visa est 4.Æn;287
Mnesthea, Sergestúmq; vocat,fortémq; Cloanthum,
Classem aptent taciti.-- &c.

† Pectoribus inhians spirantia consulit exta. 64

* Tum senior Nautes, unum Tritonia Pallas 5.Æn.704
Quem docuit, multáque insignem reddidit arte,
Hæc responsa dabat: vel quæ portenderet ira
Magna Deûm.-- &c.

† Nunc quoque mens eadem perstat mihi.-- 812

* Consiliis pare, quæ nunc pulcherrima Nautes 728

Dat senior: lectos juvenes fortissima corda:

5. *Æn.* 749 † Haud mora consiliis, nec jussa recusat Acestes.

6. *Æn.* 151 * Dum consulta petis, nostróque in limine pendes.

7. *Aen.* 216 † Consilio hanc omnes, animísque volentibus urbem
Afferimur, pulsi regnis. -

591 * Verùm ubi nulla datur cæcum exuperare potestas
Consilium, & sævæ nutu Iunonis eunt res.

611 † Has ubi certa sedet Patribus sententia pugnæ.

11. *Aen.* 122 * Multa simul contrà variis sententia dictis.

335 † Consulite in medium, & rebus succurrite fessis.

343 * Rem nulli obscuram, nostræ nec vocis egentem,
Consulis, ô bone Rex, cuncti se scire fatentur.

338 † Largus opum, & linguâ melior, sed frigida bello
Dextera, consiliis habitus non futilis autor.

v. Desiderium, & Hortari.

CONSOLATIO, SOLAMEN, Solatium, Solari, Mulcere dictis, Lenire.

9. *Ecl.* 18 PEnè simul tecum solatia rapta, Menalca.

6. *Ecl.* 46 * Pasiphaën nivei solatur amore juvenci.

1. *Geor.* 263 † Intereà longum cantu solata laborem.

5. *Aen.* 367 * Ensem, atque insignem galeam, solatia victo.

4. *Geor.* 464 † Ipse cavâ solans ægrum testudine amorem.

1. *Aen.* 196 * Dividit, & dictis mœrentia pectora mulcet.
O socii (neque enim ignari sumus antè malorum)
O passi graviora: dabit Deus his quoque finem.
Vos, & Scyllæam rabiem, penitúsque sonanteis
Accëstis scopulos, vos, & Cyclopea saxa
Experti; revocate animos, mœstúmq; timorem
Mittite; forsan & hæc olim meminisse juvabit.
Per varios casus, per tot discrimina rerum
Tendimus in Latium, sedes ubi fata quietas
Ostendunt, illic fas regna resurgere Trojæ:
Durate, & vosmet rebus servate secundis.

237 † Hoc equidem occasum Trojæ, tristésque ruinas
Solabar, fatis contraria fata rependens.

2 *Aen.* 147 * --dictísque ita fatur amicis,
Quisquis es, amissos hinc jam obliviscere Graios,
Noster eris, mihique hæc edissere vera roganti.

1. *Aen.* 560 † Tum breviter Dido, vultum demissa, profatur,
Solvite corde metum, Teucri, secludite curas.
Res dura, & regni novitas me talia cogunt

Moliri, & latè fines custode tueri.
Quis genus Æneadum, quis Trojæ nesciat urbem?
Virtutésque, virósque, aut tanti incendia belli?
Non obtusa adeò gestamus pectora Pœni,
Nec tam aversus equos Tyriâ Sol jungit ab urbe,
Seu vos Hesperiam magnam, Saturniáque arva,
Sive Ericis fines, Regémque optatis Acestem:
Auxilio tutos dimittam, opibúsque juvabo.
Vultis, & his mecum pariter considere regnis?
Vrbem quam statuo, vestra est: subducite classem.
Tros, Tyriúsque mihi nullo discrimine agetur:
Atque utinam Rex ipse Noto compulsus eodem
Afforet Æneas: equidem per littora certos
Dimittam & Libyæ lustrare extrema jubebo:
Si quibus ejectus sylvis, aut urbibus errat.
† Oscula libavit natæ, dehinc talia fatur: 1. Æn. 260
Parce metu, Cytherêa, manent immota tuorum
Fata tibi: cernes urbem, & promissa Lavinî
Mœnia. --
† -- atque ultrò verbis compellat amicis. 2. Æn. 337
Festinate viri, nam quæ tam sera moratur
Segnities? alii rapiunt incensa, ferúntque
Pergama, vos celsis nunc primùm à navibus itis.
† Tum sic affari, & curas his demere dictis: 775
Quid tantùm insano juvat indulgere labori,
O dulcis conjunx? Non hæc sine numine Divûm
Eveniunt. --
† Ad terram Hesperiam venies, ubi Lydius arva 781
Inter opima virûm leni fluit agmine Tybris:
Illic res lætæ, regnúmque, & regia conjunx
Parta tibi, lacrymas dilectæ pelle Creüsæ.
Non ego Myrmidonum sedes, Dolopúmve superbas
Aspiciam, aut Graiis servitum matribus ibo,
Dardanis, & divæ Veneris nurus.
Sed me magna Deûm genitrix his detinet oris,
Iámque vale, & nati serva communis amorem.
† -- qui sit fari, quo sanguine cretus, 3. Æn. 608
Hortamur: quæ deinde agitet fortuna fateri.
Ipse pater dextram Anchises, haud multa moratus
Dat juveni, atque animum præsenti pignore firmat.
Ille hæc depositâ tandem formidine, fatur,
Sum patria ex Ithaca. -- &c.
† -- ea sola voluptas, 660

Solaménque mali de collo fistula pendet.

4. Æn. 393 † At pius Æneas, quanquam lenire dolentem
Solando cupit, & dictis avertere curas:
Multa gemens. -- &c.

655 * Vrbem præclaram statui, mea mœnia vidi,
Vlta virum pœnas inin.i:o à fratre recepi.
Felix, heu nimiùm felix, si littora tantùm
Nunquam Dardaniæ tetigissent nostra carinæ.

5. Æn. 36 † -- veterum non immemor ille parentum
Gratatur reduces, & gazâ lætus agresti
Excipit, ac fessos opibus so atur amicis.

463 * Sed finem imposuit pugnæ, fessúmque Dareta
Eripuit mulcens dictis, ac talia fatur,
Infelix; quæ tanta animum dementia cepit?
Non vires alias, conversáque Numina sentis?

708 † Isque his Æneam solatus vocibus infit,
Nate Deâ, quò fata trahunt, retrahúntque sequamur,
Quicquid erit, superanda omnis fortuna ferendo est.

816 * His ubi læta Deæ permulsit pectora dictis.

770 † Quos bonus Æneas dictis solatur amicis.

6. Æn. 379 * Sed cape dicta memor duri solatia casûs:
Nam tua finitimi longè. -- &c.

383 † His dictis curæ emotæ, pulsúsque parumper
Corde dolor tristi, gaudet cognomine terra.

467 * Talibus Æneas ardentem, & torva tuentem
Lenibat dictis animum, lacrymásque ciebat:
Illa solo fixos oculos aversa tenebat.

2. Æn. 775 † Tum sic affari, & curas his demere dictis.

8. Æn. 36 * O sate gente Deûm, Trojanam ex hostibus urbem
Qui revehis nobis, æternáque Pergama servas.
Expectate solo Laurenti, arvísque Latinis,
Hic tibi certa domus, certi (ne absiste) Penates.
Non belli terrere minis; timor omnis, & iræ
Concessêre Deûm. --

394 † Tum Pater æterno fatur devinctus amore,
Quid causas petis ex alto? fiducia cessit
Quò tibi Diva mei? similis si cura fuisset,
Tum quoque fas nobis Teucros armare fuisset:
Nec pater omnipotens Trojam, nec fata vetabant
Stare, decémque alios Priamum superesse per annos.
Et nunc si bellare paras, atque hæc tibi mens est:
Quicquid in arte meâ possum promittere curæ,
Quod fieri ferro, liquidóve potest electro,
Quantùm ignes, animæque valent: absiste precando.

Viribus indubitare tuis --
* -- Quòd nequeam lacrymas perferre parentis. 9. Æn. 289
At tu, oro, solare inopem, & succurre relictæ.
† Hunccego te, Euryale, aspicio? túne ille senectæ 481
Sera meæ requies? potuisti linquere solam,
Crudelis? nec te sub tanta pericula missum
Affari extremùm miseræ data copia matri?
* -- tibi, quem noctes festina, diésq; 489
Vrgebam, & telâ curas solabar aniles. &c.
† Hoc solamen erat, bellis hôc victor abibat. 10. Æn. 859
* Tum socios, mœstíque metum solatur Iüli, 12. Æn. 110
Fata docens. --

CONSTANTIA, DVRATIO, FIXVM, Immotum, Firmum, Immobile.

Ergo non hyemes illam, non flabra, neque imbres, 2. Geor. 293
Convellunt: immota manet, multósq; per annos,
Multa virûm volvens durando secula vincit.
† Omine, quo firmans animum, sic incipit ipsa. 4. Geor. 386
* -- manent immota tuorum Fata tibi -- 1. Æn. 257
† Da deinde auxilium, pater, atque hæc omina firma. 2. Æn. 691
* Abnegat excisâ vitam producere Trojâ. 637
† Talia perstabat memorans, fixúsque manebat: 650
Nos contrà effusi lacrymis, conjúnxque Creüsa,
Ascaniúsque, omnísq; domus, ne vertere secum
Cuncta pater, fatóque urgenti incumbere vellet,
Abnegat, incœptóque, & sedibus hæret iisdem.
* Illa manent immota locis, neque ab ordine cedunt. 5. Æn. 446
† Num fletu ingemuit nostro, num lumina flexit? 4. Æn. 659
Nû lacrymas victus dedit, aut miseratus amantem est?
* Si mihi non animo fixum, immotúmque sederet. 816
† Talibus orabat, taléſque miserrima fletus 437
Fértque, refértque soror; sed nullis ille movetur
Fletibus, aut voces ullas tractabilis audit:
Fata obstant, placidásque viri Deus obstruit aures.
Ac veluti annosam valido cùm robore quercum
Alpini Boreæ nunc hinc, nunc flatibus illinc
Eruere inter se certant: it stridor, & altè
Consternunt terram, concusso stipite, frondes;
Ipsa hæret scopulis, & quantùm vertice ad auras
Æthereas, tantùm radice in tartara tendit.
Haud secùs assiduis hinc, atque hinc vocibus heros

Tunditur, & magno persentit pectore curas.
Mens immota manet, lacrymæ volvuntur inanes.
5. Æn. 437 † Stat gravis Entellus, nisúque immotus eodem.
848 * Méne salis placidi vultum fluctúsque quietos
Ignorare jubes, méne huic confidere monstro?
Talia dicta dabat, clavóque affixus, & hærens
Nusquam amittebat, oculósque sub astra tenebat.
6. Æn. 261 † Nunc animis opus, Ænea, nunc pectore firmo.
7. Æn. 314 * Atque immota manet fatis Lavinia conjux.
373 † His ubi nequicquam dictis experta, Latinum
Contrà stare videt. -- &c.
249 * Talibus Ilionei dictis, defixa Latinus,
Obtutu tenet ora, solóque immobilis hæret,
Intentos volvens oculos: nec purpura Regem
Picta movet, nec sceptra movent Priameïa tantùm.
585 † Certatim Regis circumstant tecta Latini.
Ille velut pelagi rupes immota, resistit.
Vt pelagi rupes magno veniente fragore,
Quæ sese, multis circùm latrantibus undis,
Mole tenet: scopuli nequicquam, & spumea circùm
Saxa fremunt, laterique illisa refunditur alga
Verùm ubi nulla datur cæcum exuperare potestas
Consilium, & sævæ nutu Iunonis eunt res.
9. Æn. 219 * Ille autem: Causas nequicquam nectis inanes:
Nec mea jam mutata loco sententia cedit.
Acceleremus, ait. -- &c.
281 † (*Euryalus.*) -- me nulla dies tam fortibus ausis
Dissimilem arguerit: tantùm fortúna secunda,
Aut adversa cadat. -- &c.
10. Æn. 693 * Ille velut rupes vastum quæ prodit in æquor,
Obvia ventorum furiis, expostáque ponto,
Vim cunctam, atque minas perfert, cœlíq;, marísq;.
Ipsa immota manet. --
6. Æn. 469 † Illa solo fixos oculos aversa tenebat.
Nec magis incœpto vultum sermone movetur,
Quàm si dura silex, aut stet Marpesia cautes.
12. Æn. 398 * Stabat acerba fremens, ingentem nixus in hastam
Æneas, magno juvenum, & mœrentis Iüli
Concursu, lacrymísque immobilis: ille retorto. *&c.*

v. Insuperabilis, & Fraus.

CONSVL.

IPse Quirinali trabeâ, cinctúque Gabino, — 7. *Æn.* 612
Insignis, reserat stridentia limina Consul,
Ipse vocat pugnas, sequitur tum cætera pubes.
† Vis & Tarquinios Reges, animámque superbam — 6. *Æn.* 817
Vltoris Bruti, fascésque videre receptos?
Consulis imperium hic primus, sævásque secures
Accipiet: natósq; pater, nova bella moventes
Ad pœnam pulchrâ pro libertate vocabit:
Infelix: utcunque ferent ea fata Nepotes.
Vincet amor patriæ, laudúmque immensa cupido,
* Si canimus sylvas, sylvæ sint Consule dignæ. — 4. *Ecl.* 3
† Téque adeò decus hoc ævi, te Consule, inibit. — 11

CONVIVIVM, EPVLÆ, DAPES, Pocula, Mensæ, Torus.

HIc tamen hac mecum poteris requiescere nocte, — 1. *Ecl.* 80
Fronde super viridi: sunt nobis mitia poma,
Castaneæ molles, & pressi copia lactis.
* Et multo in primis hilarans convivia Baccho. — 5. *Ecl.* 69
† Frigoribus parto agricolæ plerumque fruuntur, — 1. *Geor.* 301
Mutuáq; inter se læti convivia curant.
* -- Atqui non Massica Bacchi — 3. *Geor.* 527
Munera, non illis epulæ nocuêre repostæ.
Frondibus, & victu pascuntur simplicis herbæ,
Pocula sunt fontes liquidi, atque exercita cursu.
† -- seráque revertens — 4. *Geor*, 132
Nocte domum, dapibus mensas onerabat inemptis.
* Cyrene: manibus liquidos dant ordine fontes — 376
Germanæ, tonsísque ferunt mantilia villis:
Pars epulis onerant mensas, & plena reponunt
Pocula, Panchæis adolescunt ignibus aræ.
Et mater, Cape Mæonii Carchesia Bacchi,
Oceano libemus, ait; simul ipsa precatur,
Oceanúmque patrem rerum, Nympháśq; sorores,
Centum quæ sylvas, centum quæ flumina servant. *&c.*
† -- tu das epulis accumbere Divûm. — 1. *Æn.* 79
* Illi se prædæ accingunt, dapibúsque futuris: — 209
Tergora diripiunt costis, & viscera nudant:
Pars in frusta secant, verubúsque trementia figunt;
Littore ahena locant alii, flammásq; ministrant:

Tum victu revocant vires, fusique per herbam
Implentur veteris Bacchi, pinguisque ferinæ.
Postquàm exempta fames epulis, mensæque remotæ,
Amissos longo socios sermone requirunt.

1. Æn. 638 * At domus interior regali splendida luxu
Instruitur, mediisque parant convivia tectis.
Arte laboratæ vestes, ostróque superbo,
Ingens argentum mensis, cælatáque in auro
Fortia facta patrum, series longissima rerum.

698 † -- aulæis jam se Regina superbis
Aureâ composuit spondâ, mediamque locavit:
Jam pater Æneas, & jam Trojana juventus
Conveniunt, stratóq; super discumbitur ostro.
Dant famuli manibus lymphas, Cererémque canistris
Expediunt, tonsisque ferunt mantilia villis.
Quinquaginta intùs famulæ, quibus ordine longo
Cura penum struere, & flammis adolere Penates.
Centum aliæ, totidémq; pares ætate ministri,
Qui dapibus mensas onerent, & pocula ponant.
Necnon & Tyrii per limina læta frequentes
Convenêre, toris jussi discumbere pictis.

722 * Postquàm prima quies epulis, mensæque remotæ,
Crateras magnos statuunt, & vina coronant.
Fit strepitus tectis, vocémque per ampla volutant
Atria, dependent Lychni laquearibus aureis
Incensi, & noctem flammis funalia vincunt.
Hîc Regina gravem gemmis, auróq; poposcit,
Implevitque mero pateram, quam Belus, & omnes
A Belo soliti: tum facta silentia tectis.
Iuppiter (hospitibus nam te dare jura loquuntur)
Hunc lætum, Tyriisque diem, Trojäque profectis
Esse velis, nostrósq; hujus meminisse Minores.

735 † Dixit, & in mensà Laticum libavit honorem,
Primáque libato summo tenùs attigit ore.
Tum Bitiæ dedit increpitans, ille impiger hausit
Spumantem pateram, & pleno se proluit auro:
Pòst alii proceres. Citharâ crinitus Iopas
Personat auratâ, docuit quæ maximus Atlas. &c.

3. Æn. 221 * -- & divos, ipsúmque vocamus
In prædam, partémque Iovem: tunc littore curvo
Extruimúsq; toros, dapibúsq; epulamur opimis.

230 † Arboribus clausi circùm, atq; horrentibus umbris
Instruimus mensas, arísq; reponimus ignem.

† Nunc eadem labente die convivia quærit. 4. Æn. 77
* -- non ipsum absumere ferro 601
Ascanium? patriisq; epulandum apponere mensis?
† Quid memorem Lapithas, Ixiona, Pirithoúmque, 6. Æn. 601
Quos super atra silex jam jam lapsura cadentiq;
Imminet assimilis; lucent genialibus altis
Aurea fulcra toris, epulæq; ante ora paratæ
Regifico luxu, furiarum maxima juxta
Accubat, & manibus prohibet contingere mensas,
Exurgítq; facem attollens, atque intonat ore.
* Æneas, primíq; duces, & pulcher Iülus 7. Æn. 107
Corpora sub ramis deponunt arboris altæ,
Instituúntq; dapes, & adorea liba per herbas
Subjiciunt epulis (sic Iuppiter ipse monebat,)
Et Cereale solum pomis agrestibus augent.
Consumptis hîc fortè aliis, ut vertere morsus
Exiguam in Cererem penuria adegit edendi,
Et violare manu, malísque audacibus orbem
Fatalis crusti, patulis nec parcere quadris:
Heus etiam mensas consumimus, inquit Iülus.
† Nunc pateras libate Iovi, precibúsq; vocate 133
Anchisen genitorem, & vina reponite mensis.
* Certatim instaurant epulas, atque omine magno 146
Crateras læti statuunt, & vina coronant.
† Hæ sacris sedes epulis, hîc ariete cæso 175
Perpetuis soliti patres considere mensis.
*Illos porticibus Rex accipiebat in amplis: 3. Æn. 353
Aulaï in medio libabant pocula Bacchi,
Impositis auro dapibus, paterásque tenebant.
† Iámq; dies epulata novem gens omnis, & aris. 5. Æn. 762
* Instaurant epulas, & mensæ grata secundæ 8. Æn. 283
Dona ferunt, cumulántq; oneratis lancibus aras.
† -- & jam nunc sociorum assuescite mensis. 174
Hæc ubi dicta, dapes jubet, & sublata reponi
Pocula, gramineóq; viros locat ipse sedili,
Præcipuúmq; toro, & villosi pelle leonis
Accipit Æneam, solióq; invitat acerno:
Tum lecti juvenes certatim, aræque Sacerdos
Viscera tosta ferunt taurorum, onerántq; canistris
Dona laboratæ Cereris, Bacchúmque ministrant.
Vescitur Æneas, simul & Trojana juventus
Perpetui tergo bovis, & lustralibus extis.
Postquàm exempta fames, & amor compressus edendi,

Rex Evandrus ait. -- &c.

11. Æn. 738 † Expectare dapes, aut plenæ pocula mensæ.

v. Vinum.

CORONA, INFVLA, VITTA, Torques, Sertum. Coronare, Nectere, Cingere, Redimire, Ornare, Velare, Revincere, Advelare, Evincere, Implicare, Intexere, &c.

2. Geor. 70 FRaxinus, Herculeæque arbos umbrosa coronæ.

3. Æn. 525 * Tum Pater Anchises magnum cratera coronâ Induit, implevitque mero, Divósq; vocavit.

2. Geor. 372 † Te libans, Lenæe, vocat; socii cratera coronant.

1. Æn. 725 * Crateras magnos statuunt, & vina coronant.

4. Æn. 506 † Intendítque locum sertis, & fronde coronat Funereâ super exuvias. -- (Dido.)

1. Æn. 655 * -- collóque monile Baccatum, & duplicem gemmis, auróq; coronam.

5. Æn. 355 † Digna dabis, primam merui qui laude coronam.

308 * Omnibus hic erit unus honos: tres præmia primi Accipient, flavâque caput nectentur olivâ.

147 † Crateras læti statuunt, & vina coronant.

8. Æn. 505 * Ipse Oratores ad me, regníque coronam Cum sceptro misit, mandátq; insignia Tarchon.

9. Æn. 390 † Hinc,atq;hinc omnémq; aditum custode coronant.

380 * Quà rara est acies, interlucétque corona Non tam spissa viris. --

551 † Vt fera, quæ densâ venantum septa coronâ.

11. Æn. 475 * Buccina, tunc muros variâ cinxêre coronâ.

12. Æn. 744 † Vndique enim densâ Teucri inclusêre coronâ.

3. Geor. 487 * Linea dum niveâ circumdatur infula vittâ.

2. Æn. 429 † Confixi à sociis, nec te tua plurima, Panthu, Labentem pietas, nec Apollinis infula texit.

3. Geor. 166 * At primùm laxos tenui de vimine circlos Cervici subnecte, dehinc ubi libera colla Servitio assuêrint, ipsis è torquibus aptos.

6. Ecl. 16. † Serta procul tantùm capiti delapsa jacebant. Aggressi injiciunt ipsis ex vincula sertis.

1. Geor. 28 * -- cingens maternâ tempora myrto.

304 † Puppibus & læti nautæ imposuêre coronas.

349 * Quàm Cereri tortâ redimitus tempora quercu.

2. Geor. 392 † Et quodcunque Deus circum caput egit honestum.

3. Geor. 21 * Ipse caput tonsæ foliis ornatus olivæ,

Dona feram, &c.

Vel scena ut versis discedat frontibus: útque | 3. Geor. 24
Purpurea intexti tollant Aulæa Britanni.

Sæpè Deûm nexis ornatæ torquibus aræ. | 4. Geor. 176

Pastores hederâ crescentem ornate Poëtam. | 7. Ecl. 25

-- Baccare frontem Cingite. -- | 27

Vênit, & agresti capitis Sylvanus honore | 10. Ecl. 24
Florentes ferulas, & grandia lilia quassans.

Nos delubra Deûm miseri, quibus ultimus esset | 2. Æn. 248
Ille dies, festâ velamus fronde per urbem.

Rex Anius, rex idem hominum, Phœbíq; sacerdos, | 3. Æn. 80
Vittis, & sacrâ redimitus tempora lauro.

-- Vittásq; resolvit Sacrati capitis. -- | 370

Tum pater Anchises magnum cratera coronâ | 525
Induit, implevítque mero, Divósque vocavit.

Aggeritur tumulo tellus: stant manibus aræ | 63
Cæruleis mœstæ vittis, atrâq; cupresso.

-- mollíq; fluentem | 4. Æn. 147
Fronde premit crinem fingens, atq; implicat auro.

Velleribus niveis, & festâ fronde revinctum. | 459

-- túq; ipsa piâ tege tempora vittâ, | 637
Sacra Iovi Stygio, &c.

Ore favete omnes, & cingite tempora ramis.

Munera principiò ante oculos, circóq; locantur | 5. Æn. 109
In medio, sacri tripodes, viridésque coronæ,
Et palmæ, pretium victoribus, armáq;, & ostro.

Sic fatus (*Æneas*) velat maternâ tempora myrto: | 71
Hoc Helymus facit, hoc ævi maturus Acestes,
Hoc puer Ascanius: sequitur quos cætera pubes.

Cætera populeâ velatur fronde juventus. | 134

Tum satus Anchisâ, cunctis ex more vocatis, | 244
Victorem magnâ præconis voce Cloanthum
Declarat, viridíque advelat tempora lauro.

Serta mihi Phyllis legeret, cantaret Amyntas. | 10. Ecl. 41

Thure calent aræ, sertísque recentibus halant. | 1. Æn. 417

Pingue solum, & variis florentia limina sertis. | 4. Æn. 202

Puniceis ibant evincti tempora tænis. | 5. Æn. 269

-- flavâq; caput nectentur olivâ. | 309

Sic fatus, cingit viridanti tempora lauro, | 539
Et primùm ante omnes victorem appellat Acesten.

Victori velatum auro, vittísque juvencum. | 366

Quem modò navali Mnestheus certamine victor | 493
Consequitur: viridi Mnestheus evinctus olivâ,

5. Æn. 556 * Omnibus in morem tonsâ coma pressa coronâ.
6. Æn. 665 † Omnibus his niveâ cinguntur tempora vittâ.
672 * Atque umbrata gerunt civili tempora quercu.
7. Æn. 75 † Regaléſque accenſa comas, accenſa coronam
Insignem gemmis. --
135 * Sic deinde effatus, frondenti tempora ramo
Implicat, &c.
154 † Centum Oratores augusta ad mœnia Regis
Ire jubet, ramis velatos Palladis omnes.
417 * -- induit albos
Cum vitta crines, tùm ramum innectit olivæ.
488 † Mollibus intexens ornabat cornua sertis.
751 * Fronde super galeam, & fœlici comptus olivâ.
8. Æn. 33 † -- eum tenuis glauco velabat amictu
Carbasus, & crines umbrosa tegebat arundo.
273 * Quare agite, ô juvenes, tantarum in munere laudũ
Cingite fronde comas, & pocula porgite dextris.
276 † Dixerat, Herculeâ bicolor cùm populus umbrâ
Velavítque comas, foliíſq; innexa pependit.
285 * Tum Salii ad cantus, incenſa altaria circum
Populeis adſunt evincti tempora ramis.
680 † -- geminas cui tempora flammas
Læta vomunt, patriúmq; aperitur vertice ſydus.
683 * Arduus agmen agens, cui belli insigne superbum
Tempora navali fulgent rostrata coronâ.
9. Æn. 380 † Hinc atq; hinc, omnémq; aditum custode coronant.
163 * Purpurei cristis juvenes, auróque corusci.
678 † Armati ferro, & cristis capita alta corusci.
Quales aëriæ Liquentia flumina circum,
Conſurgunt geminæ quercus, intonſáq; cœlo
Attollunt capita, & sublimi vertice nutant.
10. Æn. 38 * Infula cui sacrâ redimibat tempora vittâ.
11. Æn. 101 † Velati ramis oleæ, veniâmque rogantes.

v. *Flos.*

CORPUS; CORPORIS PARTES, & Adjuncta.

CORPUS, *Corporeus, Cadaver.*

5. *Ecl.* 22 † Cùm complexa sui corpus miserabile nati.
1. Æn. 484 * Exanimúmq; auro corpus vendebat Achillis.
4. *Geor.* 415 † Diffudit odorem Quo totum nati corpus perduxit.
12. Æn. 935 * -- & me seu spoliatum lumine mavis,
10. Æn. 904 † Corpus humo patiare tegi -- Oro. --

* Igneus est ollis vigor, & cœlestis origo — 6. Æn. 731
Seminibus quantum non noxia corpora tardant,
Terreniq; hebetant artus, mor bundáque membra.
† Sunt mihi bis septem præstanti corpore Nymphæ. — 1. Æn. 71
† Nec funditus omnes Corporeæ excedunt pestes. -- — 6. Æn. 736
† (*Caci.*) -- pedibúsq; informe cadaver — 8. Æn. 265
Protrahitur, nequeunt expleri corda tuendo.
† Iámq; catervatim dat stragem, atq; aggerat ipsis — 3. Geor. 556
In stabulis turpi dilapsa cadavera tabo.

Valens, Sanus, Incolumis, Sospes, Superstes.
v. Morbus.

† Ille pedum melior motu, fretúsque juventâ: — 5. Æn. 430
Hic mẽbris, & mole valens -- (*de Darete & Entello.*)
† - nil illos Herculis arma, Nil validæ juvêre manus.- — 10. Æn. 319
† Conjugis ut magicis sanos avertere sensus. — 8. Ecl. 66
† Dum stabat regno incolumis, regnúmq; vigebat. — 2. Æn. 88
† Incolumem Pallanta mihi si fata reservant. — 8. Æn. 575
* Et Dauno possem incolumem servare parenti. — 10. Æn. 616
† Nec fraus te incolumem fallaci perferet Auno. — 11. Æn. 717
† Tandem trans fluvium incolumes vatémq;, virúmq; — 6. Æn. 415
† Observant, rege incolumi mens omnibus una est. — 4. Geor. 212
† Si, Turno extincto, socios sum accire paratus, — 12. Æn. 38
Cur non incolumi potiùs certamina tollo?
† Maxime Teucrorum ductor, quo sospite nunquam — 8. Æn. 470
Res equidem Trojæ victas, aut regna fatebor.
† - at non Evandre pudendis — 11. Æn. 55
Vulneribus pulsum aspicies: nec sospite dirum
Optabis nato funus pater: hei mihi! quantum, &c:
† Contrà ego vivendo vici mea fata, superstes — 160
Restarem ut genitor. --

CEREBRVM.

† Sanguine cernis adhuc, sparsóque infecta cerebro. — 5. Æn. 413
† - effractóq; illisit in ossa cerebro. Sternitur. - (*Bos.*) — 480
† Collapsos artus, atq; arma cruenta cerebro. — 9. Æn. 753
Ossáq; dispergit cerebro permista cruento. — 10. Æn. 416
Congeminat: vulnus calido rigat ora cerebro. — 11. Æn. 698
Olli per galeam fixo stetit hasta cerebro. — 12. Æn. 537

AVRIS, Auritus, Aures fidæ, hirtæ de tauro, demissæ, maternæ, placidæ, arrectæ.
v. Audire.

Cùm canerem, Cynthius aurẽ Vellit, & admonuit,- — 6. Ecl. 3
Epytidem vocat, & fidam sic fatur ad aurem. — 5. Æn. 547
Partem aliquam venti Divûm referatis ad aures. — 3. Ecl. 73

3. Geor. 55 * Pes etiam, & camuris hirtæ sub cornibus aures.
500 † -- & pede terram Crebra ferit, demissæ aures.
4. Geor. 349 * Iterùm maternas impulit aures Luctus Aristæi. --
3. Æn. 294 † Hic incredibilis rerum fama occupat aures.
4. Æn. 183 * Tot linguæ, totidem ora sonant, tot subrigit aures.
440 † Fata obstant, placidásque viri Deus obstruit aures.
9. Æn. 395 * Nec lōgum tempus, cùm clamor ad aures Pervenit. --
474 † Nuntia fama ruit, matrísque allabitur aures.
3. Geor. 84 * Stare loco nescit, micat auribus, & tremit artus.
1. Æn. 152 † Conspexêre silent, arrectísque auribus astant.
2. Æn. 303 * Ascensu supero, atque arrectis auribus asto.
1. Geor. 308 † Auritósque sequi lepores, tum figere damas.

FRONS, Tempora, Malæ, Genæ, Supercilium.

10. Æn. 211 * Frons hominem præfert, in Pristin desinit alvus.
2. Geor. 372 † Præcipuè dum fron tenera, imprudénsq; laborum.
6. Ecl. 22 * Sanguineis frontem moris, & tempora pingit.
5. Æn. 567 † -- frontémq; ostentans arduus albam. (*Equus.*)
7. Æn. 417 * Et frontem obscœnam rugit arat. -- (*Alecto.*)
9. Æn. 750 † Et mediam ferro gemina inter tempora frontem
Dividit, impubésq; immani vulnere malas.
10. Æn. 324 * Tu quoque flaventem primâ lanugine malas.
5. Æn. 435 † Dant sonitus, errátq; aures & tempora circum
Crebra manus, duræ crepitant sub vulnere malæ.
11. Æn. 3 7 * Adversi frontem mediam, mentúmque reducta.
8. Ecl. 34 † Hirsutúmque supercilium, promissáque barba.
1. Geor. 108 * Ecce supercilio clivosi tramitis undam Elicit. --
4. Geor. 299 † Tum vitulus bimâ curvans jam cornua fronte.
10. Æn. 349 * Fronte ferit terram, & crassum vomit ore cruorem.
5. Æn 173 † Nec lacrymis caruére genæ -- (*Gyæ juvenis.*)
12. Æn. 221 * Tabentésque genæ, & juvenili in corpore pallor.
4. Æn. 643 † -- maculísque trementes Interfusa genas -- (*Dido.*)
8. Æn. 1 0 * tum mihi prima genas vestibat flore juventa.
12. Æn. 65 † Flagrantes perfusa genas lacrymis Lavinia matris.
605 * Et roseas laniata genas, & flavos Lavinia crines.
6. Æn. 686 † Effusæq; genis lacrymæ, & vox excidit ore (*Anchisæ*)

DENTES, Morales, Dentalia.

8. Æn. 250 * Advocat Alcides, vastísque molaribus instat.
3. Geor. 255 † -- dentésq; Sabellicus exacuit sus.
5. Æn. 470 * Ore ejectantem, mistos cum sanguine dentes.
2. Geor. 378 † -- durique venenum Dentis. (*Gregis.*)
140 * Hæc loca non tauri spirantes naribus ignem
Invertêre, satis immanis dentibus hydri.
3. Geor. 514 † Discissos nudis laniabant dentibus artus.

-- vidi atro cùm membra fluentia tabo 3. Æn. 626
Manderet, & tepidi tremerent sub dentibus artus.
Dentibus infrendens gemitu-- (*Polyphemus.*) 664
--fulvum mandunt sub dentibus aurum, (*equi.*) 7. Æn. 279
Et malæ texêre lupi, cum dentibus albis. 11. Æn. 681
Binæ aures, duplici aptantur dentalia dorso. 1. *Geor* 172
-- & curvo Saturni dente relictam. (*falcem.*) 1. *Geor.* 406
Ipsa satis tellus cũ dente recluditur unco. (*vomere.*) 423
--tum dente tenaci Ancora fundabat naveis.-- 6. Æn. 3

LINGVA mala, Nigra, Aspera, Ventosa. Linguæ trisulcæ, Vibrantes, Variæ. v. Os, & Loqui in Dicere, & Tacere. *Palatum udum.*

Cingite, ne vati noceat mala lingua futuro. 7. *Ecl.* 27
Nigra subest udo tantùm cui lingua palato. 3. *Geor.* 388
Sanguis, & obsessas fauces premit aspera lingua. 508
Mulcere alternos, & corpora fingere linguâ. 8. *Æn.* 634
--an tibi Mavors Ventosâ in linguâ semper erit? 11. *Aen.* 389
Tentatura pedes olim, vincturáque linguam. 2. *Geor.* 94
Non mihi si linguæ centum sint, oráque centum, 2. *Geor.* 43&
Ferrea vox.-- Omnes scelerũ cõprehendere formas. 6. *Aen.* 625
Tot linguæ, totidem ora sonant. -- (*Fama.*) 4. *Aen.* 183
(*Asylæ.*) cœli cui sidera parent Et linguæ volucrũ. - 10 *Ae.* 176
Qui tripodas, Clarii lauros, qui sidera sentis, 3. *Aen.* 360
Et volucrum linguas, & præpetis omina pennæ.
Arduus ad solem, & linguis micat ore trisulcis. 3. *Geor.* 439
Sibila lambebant linguis vibrantibus ora. 2. *Geor.* 210
Quàm variæ linguis, habitu tam vestis, & auri. 8. *Aen.* 723
-- tunc facta silentiá linguis, &c. ita farier infit. 11. *Ae.* 241

NARES geminæ, Patulæ, Truncæ, Elatæ.

(*Tauro.*) -- huic geminæ nares, & spiritus oris. 4. Geor. 300
Atque hîc Priamidem, laniatum corpore toto 6. *Aen.* 494
Deïphobum vidit, lacerum crudeliter ora,
Ora manúsque ambas, populatáque tempora raptis
Auribus, & truncas inhonesto vulnere nares.
(*Canibus.*) - noto nares contingit odore. 7. *Aen.* 480
Suspiciens patulis captavit naribus auras Bucula. 1. *Geor.* 376
Hæc loca non tauri, spirantes naribus ignem. 2. *Geor.* 140
Collectũq; premens volvit sub naribus ignẽ. (*Equus.*) 3. Geor. 85
Ilia singultu tendunt: it naribus ater 507
Sanguis, & obsessas fauces premit aspera lingua.
Solis equi, lucémque elatis naribus efflant. 12. *Aen.* 115

FAVCES siccæ, obesæ, Tænariæ, pestiferæ, biviæ, angustæ.

9. Æn. 64 † Ex longo rabies, & siccæ sanguine fauces. (*Lupi.*)
3. Geor 497 * Tussis anhela sues, ac faucibus angit obesis.
2. Æn. 357 † - catulíq; relicti Faucibus expectant siccis.--
774 * Obstupui, steterúntq; comæ, & vox faucibus hæsit.
4. Æn. 280 † Arrectæq; horrore comæ, & vox faucibus hæsit.
7. Æn. 785 * Sustinet, Ætnæos efflantem faucibus ignes.
8. Æn. 252 † Faucibus ingentem fumum Cacus evomit.--
6. Æn. 417 * Cerberus hæc ingens latratu regna trifauci.

Impropriè.

4. Geor. 467 † Tænarias etiam fauces, alta ostia Ditis.
6. Æn. 201 * Inde ubi venêre ad fauces graveolentis Averni.
7. Æn. 569 † --Acheronte vorago Pestiferas aperit fauces.
6. Æn. 273 * Vestibulum ante ipsum, primísq; in faucibus Orci.
11. Æn. 516 † Vt bivias armato obsidam milite fauces.
525 * Angustæque ferunt fauces, aditúsque maligni.
6. Æn. 421 † Objicit, ille fame rabida tria guttura pandens.

GVTTVR, Iugulum, Iugulare. Guttur *rabidum, trajectum, pressum.*

1. Geor. 410 * Tum liquidas corvi presso ter gutture voces
Aut quater ingeminant--
423 † Et lætæ pecudes, & ovantes gutture corvi.
7. Æn. 533 * Sternitur, hæsit enim sub gutture vulnus, & udæ
Vocis iter, tenuémque inclusit sanguine vitam.
10. Æn. 347 † Sub mentum graviter pressâ, paritérq; loquentis
Vocem, animámq; rapit trajecto gutture- (*Dryopi.*)
8. Æn. 261 * Elisos oculos, & siccum sanguine guttur-- (*Caci.*)
10. Æn. 414 †- dextrâ fulgenti diripit ense Elatam in jugulum.-
4. Æn. 542 * Constitue, & sacrum jugulis demitte cruorem.
Dardanus, & nostræ secum ferat omina mortis. &c.
† Audiit exanimis, trepidóque exterrita cursu 672
Vnguibus ora soror fœdans, & pectora pugnis. &c.
* Idem ambas ferro dolor, atq; eadem hora tulisset. 679
† Ducitur infelix ævo confectus Acetes, 1. *Æn*. 86
Pectora nunc fœdans pugnis, nunc unguibus ora,
Sternitur, & toto projectus corpore terræ.
* Tollite me, Teucri, quascunque abducite terras. &c. 3. *Æn*. 601
Pro quo, si sceleris tanta est injuria nostri,
Spargite me in fluctus, vastóque immergite ponto. 2. *Æn*. 102
† Quidve moror? si omnes uno ordine habetis Achivos,
Idque audire sat est: jamdudum sumite pœnas.

v. Sperare.

DESIDERARE, CUPERE, OPTARE, Exoptare, Quærere, Velle, Aspirare; Ardere, Amor, Cupido, Voluptas, Cordi esse, Animus, Ardor, Libet, Placet.

MAlo me Galatea petit lasciva puella, 3. *Ecl*. 64
Et fugit ad salices, & se cupit antè videri.
* At pius Æneas (quanquam lenire dolorem 4. *Æn*. 393
Solando cupit, & dictis avertere curas.)
† --Námque super tibi erunt qui dicere laudes, 6. *Ecl*. 6
Vare, tuas cupiant, & tristia condere bella.
* - cuperem cùm vertere ab imo, 5. *Æn*. 810
Structa meis manibus perjuræ mœnia Trojæ.
† Solus ego in Pallanta feror, soli mihi Pallas 10. *Æn*. 442
Debetur, cuperem, ipse parens spectator adesset.

6. *Æn.* 717 † Iam pridem hanc prolem cupio enumerare meorũ,
Quò magis Italiâ tandem lætère repertâ
3. *Ecl.* 36. * Insanire libet quoniam tibi, pocula ponam.
10. *Ecl.* 59 † --libet Partho torquere Cydonia cornu
Spicula -
9 *Æn.* 514 * Ferre libet subter densâ testudine casus.
2. *Æn.* 659 † Si nihil ex tanta Superis placet urbe relinqui.
11. *Æn.* 332 * Ire placet, pacísque metu prætendere ramos.
434 † Quòd si me solum Teucri in certamina poscunt,
Idque placet, tantúmque bonis communibus obsto.
12. *Æn.* 259 * Hoc erat, hoc vobis, inquit, quod sæpè petivi.
8. *Æn.* 165 † Accessi, & cupidus Phenei sub mœnia duxi.
1. *Geor.* 46 * Nec tibi regnandi veniat tam dira cupido.
5. *Æn.* 137 † Intenti expectant signum, exultantiáq; haurit
Corda pavor pulsans, laudúmque arrecta cupido.
6. *Æn.* 135 * Quòd si tantus amor menti, si tanta cupido est.
373 † Vnde hæc, ô Palinure, tibi tam dira cupido?
721 * --quæ lucis miseris tam dira cupido?
823 † Vincit amor patriæ, laudúmque immensa cupido.
7. *Æn.* 263 * - nostri si tanta cupido est.
9. *Æn.* 354 † Sensit enim nimiâ cæde, atque cupidine ferri.
760 * Sed furor ardentem, cædísque insana cupido.
185 † Euryale? an sua cuique Deus fit dira cupido?
4. *Æn.* 194 * Regnorum immemores, turpíque cupidine captos.
7. *Æn.* 189 † Picus equûm domitor, quem capta cupidine conjunx
Fecit avem Circe.--
10. *Æn.* 93 * Aut ego tela dedi, fovíque cupidine bella.
1. *Ecl.* 40 † --ipsæ te Tityre pinus,
Ipsi te fontes, ipsa hæc arbusta vocabant.
2. *Geor.* 486 * Flumina amem, silvásq; inglorius: ô ubi campi.
476 † --ingenti perculsus amore,
Accipiant, cœlíque vias, & sidera monstrent, &c.
4. *Geor.* 177 * Cecropias innatus apes amor urget habendi.
205 † Tantus amor florum, & generandi gloria mellis.
3. *Geor* 241 * Sed me Parnassi deserta per ardua dulcis.
Raptat amor, juvat ire jugis, quà nulla priorum.
2. *Geor.* 46 † Non ego cuncta meis amplecti versibus opto.
2. *Æn.* 80 * Æolus hæc contrà: Tuus, ô regina quid optes
Explorare labor: mihi jussa capessere fas est.
96 † - ô Danaûm fortissime gentis
Tydide, méne Iliacis occumbere campis
Non potuisse.--
216 * Amissos longo socios sermone requirunt.

† Læ-

† Lætitiâque, metúque avidi conjungere dextras 1. Æn. 513
Ardebant. -
* --cur dextræ jungere dextram 407
Non datur? ac veras audire, & reddere voces?
† --jamdudum erumpere nubem 580
Ardebant: prior Æneam compellat Achates;
Nate Deâ, quæ nunc animo sententia surgit?
* Sed si tantus amor casus cognoscere nostros, 2. Æn. 10
Et breviter Trojæ supremum audire laborem,
Incipiam.--
† --genitor, quem tollere in altos 635
Optabam primùm montes, primúmq; petebam.
* Vndique visendi studio Trojana juventus 63
Circumfusa ruit, certántque illudere capto.
† Tum verò ardemus scitari, & quærere causas, 105
Ignari scelerum tantorum.--
* O lux Dardaniæ, spes ô fidissima Teucrûm, 281
Quæ tantæ tenuêre moræ? quibus Hector ab oris
Expectate venis?--
† --si vobis audentem extrema cupido 349
Certa sequi.--
* Obstupui, miróque incensum pectus amore 3. Æn. 298
Compellare virum, & casus cognoscere tantos.
† --melioribus opto Auspiciis.-- 498
* O mihi sola mei super Astyanactis imago. 488
Sic oculos, sic ille manus, sic ora ferebat,
Et nunc æquali tecum pubesceret ævo.
† --habes totâ quod mente petisti, 4. Æn. 100
Ardet amans Dido, traxitque per ossa furorem.
* Sed mihi vel tellus optem priùs ima dehiscat. 24
† Spumantémque dari pecora inter inertia votis 159
Optat aprum, aut fulvum descendere monte leonem.
* Tu conjunx, tibi fas animum tentare precando. 113
† --& tua si mihi certa voluntas, 125
Connubio jungam stabili, propriámque dicabo.
* --& istam 319
Oro (si quis adhuc precibus locus) exue mentem.
† Perficere est animus, finémque imponere curis. 639
* Talibus incensus dictis senioris amici. 5. Æn. 719
† Quam fugis? aut quis te nostris complexibus arcet. 741
* Edocet, & quæ nunc animo sententia constet. 748
† Quòd si tantus amor menti, si tanta cupido est 6. Æn. 135
Bis Stygios innare lacus, bis nigra videre

Tartara, & inſano juvat indulgere labori.

6. *Æn.* 675 † --ſed vos (ſi ſeit ita corde voluntas)

7. *Æn.* 449 * --cunctantem,& quærentem dicere plura Repulit--

1. *Æn.* 595 † Improviſus ait: coràm, quem quæritis adſum.

6. *Æn.* 330 * Tum demùm admiſſi ſtagna exoptata reviſunt.

684 † Iſque ubi tendentem adverſum per gramina vidit
Æneam, alacris palmas utráſque tetendit,
Effuſæque genis lacrymæ, & vox excidit ore.
Veniſti tandem, tuáque expectata parenti
Vicit iter durum pietas, &c.

697 * --da jungere dextram;
Da genitor, téque amplexu ne ſubtrahe noſtro.
Sic memorans, largo fletu ſimul ora rigabat:
Ter conatus ibi collo dare brachia circùm,
Ter fruſtrà comprenſa manus effûgit imago.

203 † Sedibus optatis geminâ ſuper arbore ſidunt.

7. *Æn.* 216 * Conſilio hanc omnes, animíſque volentibus urbem
Afferimur, pulſi regnis.

273 † Et reor, & ſi quid veri mens augurat, opto.

393 * Idem omnes ſimul ardor agit, nova quærere tecta.

8. *Æn.* 200 † Attulit & nobis aliquando optantibus ætas
Auxilium, adventúmque Dei.--

560 * O mihi præteritos referat ſi Iuppiter annos.

579 † Nunc, ô nunc liceat crudelem abrumpere vitam.

162 * --ſed cunctis altior ibat
Anchiſes, mihi mens juvenili ardebat amore
Compellare virum, & dextræ jungere dextram.

9. *Æn.* 6 † Turne quod optanti Divûm promittere nemo
Auderet, volvenda dies en attulit ultrò.

184 * Niſus ait: Diíne hunc ardorem mentibus addunt,
Euryale? an ſua cuique Deus ſit dira cupido?
Aut pugnam, aut aliquid jamdudum invadere magnum
Mens agitat mihi, nec placidâ contenta quiete eſt.

189 † --percipe porrò,
Quid dubitem, & quæ nunc animo ſententia ſurgat.

10. *Æn.* 503 * Turno tempus erit magno cùm optaverit emptum
Intactum Pallanta.--

875 † Sic pater ille Deûm faciat, ſic altus Apollo,
Incipias conferre manum.--

279 * Quod votis optaſtis adeſt, perfringere dextrâ.

18 † --mens omnibus una ſequendi.

240 * --certa eſt ſententia Turno.

846 † Tantáne me tenuit vivendi, nate, voluptas,

Vt pro me hostili paterer succedere dextræ
Quem genui?
† Confidant, si tantus amor, & mœnia condant. 11. *Æn.* 324
Sin alios fines, aliámque capessere gentem
Est animus, possúntque solo decedere nostro.
* --& si adeò dotalis regia cordi est. 369
† - totúmque incensa per agmen, 781
Fœmineo prædæ, & spoliorum ardebat amore.
* Sic omnes amor unus habet decernere ferro. 12. *Æn.* 282
† - avidus confundere fœdus. 285
* --atque animis pariter certantibus omnes. 574
† Qui sibi jam requiem pugnæ rebúsq; salutem 240
Sperabant: nunc arma volunt, fœdúsque precantur
Infectum.--
* Talibus incensa est Iuvenum sententia dictis. 238
† --subitâ spe fervidus ardet. 325
* Hoc erat, hoc votis, inquit, quod sæpe petivi; 259
Accipio, agnoscóque Deos.--
† Hîc mentem Æneæ genitrix pulcherrima misit, 554
Iret ut ad muros, urbíque adverteret agmen.
* --opta ardua pennis Astra sequi.-- 11. *Æn.* 892
† --nec equis aspirat Achillis. 12. *Æn.* 352

v. Amor, Petere.

DESPICERE, SPERNERE, ASPERNARI, Contemnere, Temnere, Posthabere, Fastidire, Non curare.

DEspectus tibi sum, nec quis sim, quæris, Alexi. 2. *Ecl.* 19
† Invenies alium si te hic fastidit Alexis. 73
* Nónne fuit satius tristeis Amaryllidis iras, 14
Atque superba pati fastidia? -- (*Amynta?*)
† Quid prodest, quòd me ipse animo non spernis, 3. *Ecl.* 74
* Cantando tu illum? non tu in triviis, indocte, solebas 25
Stridenti miserum stipulâ disperdere carmen?
† Posthabui tamen illorum mea seria ludo. 7. *Ecl.* 17
* O digno conjuncta viro, dum despicis omnes, 8. *Ecl.* 32
Dúmque tibi est odio mea fistula, dúmque capellæ,
Hirsutúmque supercilium, prolixáque barba.
† Nec Pelusiacæ curam aspernabere lentis. 1. *Geor.* 228
* --contemnere ventos Assuescant.-- 2. *Geor.* 260

3. *Geor* 393 † In nemora alta vocans, nec tu aspernata vocantem.
4. *Geor*. 104 * Contemnúntque favos, & frigida tecta relinquunt.
10. *Ecl*. 28 † Et quis erit modus? inquit, amor non talia curat.
2. *Ecl*. 56 * --nec munera curat Alexis.
8. *Ecl*. 103 † - nihil ille Deos, nil carmina curat.
10. *Ecl*. 28 * --amor non talia curat.
3. *Æn* 451 † Nec revocare situs, nec jungere carmina curat.
9. *Æn*. 218 * Prosequitur, magni nec mœnia curat Acestæ.
8. *Ecl*. 35 † Nec curare Deûm credis mortalia quemquam.
7. *Ecl*. 51 * Hic tantùm Boreæ curamus frigora, quantùm
Aut numerum lupus, aut torrentia flumina ripas.
9. *Æn*. 518 † --nec curant cæco contendere Marte.
1. *Geor*. 176 * Possum multa tibi veterum præcepta referre,
Ni refugis, tenuésque piget cognoscere curas.
12. *Æn*. 894 † Ille caput quassans, Non me tua fervida terrent
Dicta ferox, Dii me terrent. (*Turnus Aeneæ*.)
1. *Æn*. 27 * - - spretæque injuria formæ.
541 † Si genus humanum, & mortalia temnitis arma.
665 * Nate Patris summi, qui tela Typhoëa temnis.
16 † Posthabitâ coluisse Samo.--
4. *Æn* 677 * - comitémque sororem Sprevisti moriens.--
5. *Æn*. 847 † Cui vix attollens Palinurus lumina fatur:
Méne salis placidi vultum, fluctúsque quietos
Ignorare jubes?--
6. *Æn*. 620 * Discite justitiam moniti, & non temnere Divos.
7. *Æn*. 648 † Contemptor Divûm Mezentius agminaq; armat.
12. *Æn*. 52 * Longè illi Dea mater erit, quæ nube fugacem
Fœmineâ tegat, & vanis sese occulat umbris.
58 † Loricámque manu validâ lacerare revulsam,
Semiviri Phrygis, & fœdare in pulvere crines,
Vibratos calido ferro, myrrhâque madentes.
7. *Ecl*. 41 * Imò ego Sardoïs videar tibi amarior herbis,
Horridior rusco, projectâ vilior algâ.

DEVS, DIVVS, DEA, DIVA, NVMINA. Superi, Cœlicolæ, Cœlestes. Animi cœlestes, Immortales. Divinus.

9. *Æn*. 659 AGnovêre Deûm proceres, divináque tela.
12. *Æn*. 427 † Non hæc humanis opibus, non arte magistrâ:
Major agit Deus, atque opera ad majora remittit.
780 * Dixit, opémque Dei non cassa in vota vocavit.
678 † Quò Deus, & quò dura vocat Fortuna, sequamur

† Hinc me digressum vestris Deus appulit oris.	3. *Æn.* 715
* Nec dextræ erranti Deus absuit.	7. *Æn.* 498
† Námque erit ille mihi semper Deus; illius aram.	1. *Ecl.* 7
* Nec curare Deûm credis mortalia quemquam.	8. *Ecl.* 35
† --Deum námque ire per omnes,	4. *Geor.* 221
Terrásque, tractúsque maris, cœlúmque profundum:	
Hinc pecudes, armenta, viros, genus omne ferarum,	
Quemque sibi tenues nascentem arcessere vitas.	
* Nisus ait, Diíne hunc ardorem mentibus addunt	9. *Æn.* 184
Euryale? an sua cuique Deus fit dira cupido?	
† In primis venerare Deós, atque annua magnæ.	3. *Geor.* 358
* At sperate Deos, memores fandi, atque nefandi.	1. *Æn.* 542
† Multa Deos orans oneravítque æthera votis.	9. *Æn.* 24
* Dii meliora piis, errorémque hostibus illum.	3. *Geor.* 514
† Ille Deûm vitam accipiet, Divísque videbit	4. Ecl. 15
Permistos Heroas, & ipse videbitur illis.	
* Nec tam præsentes al bi cognoscere Divos.	1. Ecl. 42
† Discite Iustitiam moniti, & non temnere Divos.	6. *Æn.* 620
* --non hæc sine numine Divûm Eveniunt.--	2. *Æn.* 777
† Descendo; ac ducente Deo. (*Venere.*)	632
* Diíque, Deæque omnes, studium quibus arva tueri.	1. *Geor.* 21
† (Diana) Gradiénsque Deas supereminet omnes.	1. *Æn.* 498
* Extemplò Turni sic est affata Sororem	12. *Æn.* 138
Diva Deam.-- (*Iuno Iuturnam.*)	
† Hæc sat erit vestrum, Divæ, cecinisse Poëtam.	10. *Ecl.* 70
* Hîc mihi nescio quod trepido malè Numen amicũ	2. *Æn.* 735
Confusam eripuit mentem.--	
† Omina ni repetant Argis, Numénque reducant.	178
* Hanc pro Palladio moniti, pro Numine læso,	183
Effigiem statuêre, nefas quæ triste piaret.	
† Tango aras, mediósque ignes, & Numina testor.	12. *Æn.* 195
* Non vires alias, conversáque Numina sentis?	5. *Æn.* 466
† Dii tibi, si qua pios respectant Numina, &c.	1. *Æn.* 607
Præmia digna ferant.--	
* Spero equidem mediis (si quid pia Numina possunt)	4. *Æn.* 382
Supplicia hausurum scopulis. (*Dido Aeneæ.*)	
† Quod te per Superos, & conscia Numina veri.	2. *Æn.* 141
* Vos, æterni ignes, & non violabile vestrum	153
Testor numen, ait.-- (*Sinon*)	
† --& quisquam numen Iunonis adoret?	1. *Æn.* 48
* --orandáque Divæ Numina conclamant.--	6. *Æn.* 282
† --inimicáque Trojæ Numina magna Deûm.--	623
* --& sæva Iovis sic numina poscunt.	11. *Æn.* 901

8. Æn. 572 * At vos, ô Superi, & Divûm tu maxime Rector:
11. Æn. 19 † -- ubi primùm vellere signa Annuerint Superi.--
6. Æn. 780 * Et Pater ipse suo Superûm jam signat honore.
1. Æn. 4 † Vi Superûm, sævæ memorem Iunonis ob iram.
2. Æn. 659 * Si nihil ex tanta Superis placet urbe relinqui.
11. Æn. 784 † Conjicit, & Superos Aruns sic voce precatur.
2. Æn. 641 * Me si Cœlicolæ voluissent ducere vitam,
Has mihi servassent sedes. (*Anchises.*)
10. Æn. 6 † Cœlicolæ magni, quianam sententia vobis?
3. Æn. 41 * Cœlicolûm Regi mactabam in littore taurum.
6. Æn. 553 † --non ipsi excindere ferro Cœlicolæ valeant --
2. Æn. 591 * Alma parens confessa Deam, qualísque videri
Cœlicolis, & quanta solet.--
10. Æn. 96 † Talibus orabat Iuno, cunctíque fremebant
Cœlicolæ assensu vario.--
1. Æn. 307 * Quisquis es haud credo invisus Cœlestibus auras.
2. Æn. 141 † Quod te per Superos, & conscia Numina veri.
4. Æn. 379 * Scilicet is Superis labor est, ea cura quietos.
† Sollicitat, &c. Si quid pia Numina possunt.
7. Æn. 432 * Cœlestûm vis magna jubet.--
11. Æn. 51 † Nos juvenem exanimum, & nil jam Cœlestibus ullis
Debentem, vano mœsti comitamur honore.
8 Æn. 64 * Cæruleus Tybris, Cœlo gratissimus amnis.
† --quin aspera Iuno,
Quæ mare nunc, terrásque metu, Cœlúmq; fatigat.
9. Æn. 84 * Quod tua chara Parens domito te poscit Olympo,
10. Æn. 115 Annuit, & totum nutu tremefecit Olympum.
11. Æn. 276 † Fontésque, fluviósque voco, quæq; Ætheris alti
Relligio, & quæ cæruleo sunt Numina Ponto.
3. Æn 361 * Námque omnem cursum mihi prospera dixit
Relligio, & cuncti suaserunt numine Divi.
2. Æn. 536 † Dii (si qua est cœlo Pietas, quæ talia curet)
Persolvant grates dignas.-- (*Priamus*)
5. Æn. 638 * --si quid pietas antiqua labores
Respicit humanos, da, &c.
12. Æn. 877 † Immortalis ego? haud quicquam mihi dulce meorũ
Te sine frater erit?-- (*Iuturna Turno.*)
11. Æn 276 * (*Diomedes.*)- cùm ferro cœlestia corpora demens
Appetii, & Veneris violavi vulnere dextram.
4. Aen. 356 † Nunc etiam interpres Divûm, Iove missus ab ipso,
(Testor utrumque caput) celeres mandata per auras
Detulit.-- (*Iovem & Mercurium.*)
1. Aen. 15 * --tantæ-ne animis cœlestibus iræ?
329 † --Námque haud tibi vultus Mortalis.--

DII VARII GENTIUM, SUPERI, & Inferi, Lares, Genii, Penates, Manes, &c.

SEd tamen iste Deus qui sit, da Tityre nobis. — 1. *Ecl.* 19
* --cui tanta Deo permissa potestas? — 9 *Æn.* 93
† Musa, mihi causas memora, quo Numine læso. — 1. *Æn.* 8
* Quis Deus hanc, Musæ, quis nobis extudit artem? — 4. *Geor.* 315
† Aut quis te ignarum nostris Deus appulit oris? — 3. *Æn.* 338
* Quis Deus in fraudem, quæ dura potentia nostra — 10. *Æn.* 72
Egit? --
† --sequimur te sancte Deorum, Quisquis es-- — 4. *Æn.* 575
* Diique, Deæque omnes, studium quibus arva tueri, — 1. *Geor.* 21
Quique satis largum cœlo demittitis imbrem.
Túque adeò, quem mox, quæ sint habitura Deorum
Concilia incertum est, Vrbísne invisere Cæsar,
Terrarúmque velis curam, & te maximus orbis
Autorem frugum, tempestatúmque potentem
Accipiat, cingens maternâ tempora myrto:
An Deus immensi venias maris: ac tua Nautæ
Numina sola colant: tibi serviat ultima Thule, &c.
Anne novum tardis sydus te mensibus addas, &c.
Quicquid eris (nam te nec sperent Tartara Regem)
† Sic deinde effatus, frondenti tempora ramo — 7. *Æn.* 135
Implicat, & Geniúmque loci, primámq; Deorum
Tellurem, Nymphásque, & adhuc ignota precatur
Flumina: tum Noctem, Noctísque orientia signa,
Idæúmq; Iovem, Phrygiámque ex ordine matrem
Invocat, & duplices Cœlóque, Erebóq; parentes,
* --sin tot responsa sequuti, — 10. *Æn.* 33
Quæ Superi, Manésq; dabant--
† Vna superstitio Superis quæ reddita Divis. — 12 *Æn.* 817
* Flectere si nequeo Superos, Acheronta movebo. — 7. *Æn.* 312
† --per sydera juro, — 358
Per superos, & si qua fides tellure sub ima est.
* --Mare, Sydera juro, — 12. *Æn.* 197
Vímque Deûm infernam, & duri sacraria Ditis.
† Et varias audit voces, fruitúrque Deorum — 7. *Æn.* 90
Colloquio, atque imis Acheronta affatur Avernis.
* Ter centum tonat ore Deos, Erebúmque Chaósque, — 4. *Æn.* 510
Tergeminámque Hecaten, tria virginis ora Dianæ.
† Dii, quibus imperiũ est Animarũ, Vmbræq; silentes, — 6. *Æn.* 264
Et Chaos, & Phlegeton, loca nocte silentia latè.

5. *Æn.* 768 * Visa Maris facies, & non tolerabile Numen
Cocyti.--
12. *Æn.* 646 † Vsque adeóne mori miserum est? vos ô mihi Manes
Este boni, quoniam superis aversa voluntas:
Sancta ad vos anima, atque istius inscia culpæ
Descendam, magnorũ haud unquam indignus Avorũ.
4. Geor. 505 * Quo fletu Manes, quâ Numina voce moveret?
3. *Æn.* 63 † --stant Manibus aræ
Cæruleis mœstæ vittis, atrâque cupresso.
6. *Aen.* 506 * --& magnâ Manes ter voce vocavi.
3. *Æn.* 526 † --Divósque vocavit Stans celsâ in puppi.
Dii maris, & terræ, tempestatúmq; potentes,
Ferte viam vento facilem, & spirate secundi.
5. *Æn.* 235 * Dii quibus imperium pelagi, quorum æquora curro,
Vobis lætus ego, hôc candentem in littore taurum
Constituam, ante aras.--
9. *Æn.* 136 † --vos ite solutæ,
Ite Deæ pelagi, Genitrix jubet.--
101 * Mortalem eripiam formam, magníque jubebo
Æquoris esse Deas.--
10. *Æn.* 222 † Numen habere maris, Nympháſque è navibus esse
Iusserat.--
12. *Æn.* 181 * Fontésque, fluviósque voco, quæq; ætheris alti
Relligio, & quæ cæruleo sunt Numina ponto.
2. Geor. 493 † Fortunatus, & ille Deos qui novit agrestes,
Panáque, Sylvanúmq; senem, Nympháſq; sorores.
1. *Geor.* 10 * Et vos agrestum præsentia numina Fauni,
Ferte simul Faunique pedem, Dryadésque puellæ.
2. *Ecl.* 60 † Quẽ fugis ah demens, habitarunt Dii quoque silvas.
8. *Aen.* 31 * Huic Deus ipse loci, fluvio Tyberinus amœno,
Populeas inter senior se attollere frondes Visus.--
352 † Quis Deus (incertum est) habitat Deus.--
3. *Æn.* 697 * Numina magna loci jussi veneramur.--
8. *Æn.* 713 † Cæsar, Diis Italis votum immortale sacrabat.
5. *Æn.* 94 * Hoc magis inceptos genitor instaurat honores
Incertus Geniúmne loci, famulúmne Parentis
Esse putet.--
7. *Æn.* 136 † --geniúmque loci, primámque Deorum
Tellurem, Nympháſque, & adhuc ignota precatur
Flumina.--
4. *Æn.* 680 * --patriósque vocavi Voce Deos.--
6. *Æn.* 68 † Errantésque Deos, agitatáque Numina Trojæ.
1. *Geor.* 498 * Dii patrii indigetes, & Romule, Vestáq; mater,

† Dii patrii servate Domum, servate nepotem. 2. Æn. 702.
Vestrum hoc augurium, vestróque in numine Troja est.
* Dii patrii, quorum semper sub numine Troja est. 9. Æn. 247
† Non infœlicis patriæ, veterúmque Deorum, 786
Et magni Æneæ segnes, miserétq; pudétque.
* --dum conderet urbem, Inferrétq; Deos Latio.-- 1. Æn. 6
† Arma, Deósque parant comites.-- 2. Æn. 181
* Excessêre omnes adytis, arísque relictis 352
Dii, quibus imperium hoc steterat.--
† Tu genitor, cape Sacra manu, patriósq; Penates. 717
* --adhibete Penates 5. Æn. 63
Et patrios epulis, & quos colit hospes Acestes.
† O patria, ô rapti nequicquam ex hoste Penates. 632
* Quem secum patrios aiunt portare Penates. 4. Æn. 598
† Vósque ait, ô fidi Trojæ salvete Penates. 7. Æn. 12
* Quinquaginta intus famulæ, quibus ordine longo 1. Æn. 707
Cura penum struere, & flammis adolere Penates.
† Non nos aut ferro Libycos populare Penates 1. Æn. 531
Venimus, aut raptas ad littora vertere prædas.
* Anna (fatebor enim) miseri post fata Sichæi 4. Æn. 20
Conjugis, & sparsos fraternâ cæde Penates.
† --corámque parentem 8. Æn. 122
Alloquere, ac nostris succede Penatibus hospes.
* Hesternúmque Larem, parvósq; Penates 541
Lætus adit.--
† Excipit Ascanius: per magnos, Nise, Penates, 9. Æn. 258
Assaracíque Larẽ, & canæ penetralia Vestæ Obtestor.
* --feror exul in altum, 3. Æn. 11
Cum sociis, Natóque, Penatibus, & magnis Diis.
† Hinc Augustus agens Italos in prælia Cæsar 8. Æn. 678
Cum Patribus, populóque, Penatibus, & magnis Diis.
* Hoc habet: hæc melior magnis data victima Divis. 12. Æn. 256
† - omnia secum 3. Geor. 343
Armentarius Afer agit, tectúmque, Larémque.
* Hæc memorans, cinerem, & sopitos suscitat ignes, 5. Æn. 743
Pergameúmque Larem, & canæ penetralia Vestæ.
† Numina magna vocat, meritósque indicit honores. 1. Æn. 264
* Apparent diræ facies, inimicáque Trojæ 2. Æn. 622
Numina magna Deûm.--
† --nos magna precari Numina.-- 3. Æn. 633
* Numina magna loci veneramur, & inde. 677
† Campum ad certamen magnæ sub mœnibus urbis 12. Æn. 116
Dimensi Rutulíque viri, Teucríque parabant,

In medióque focos, & Diis Communibus aras.
8. Æn. 275 * Communémq; vocare Deum, & dare vina volentes.
v. Iuppiter, Mars, &c. Iuno, Pallas, &c.. Æneas, Hercules, &c. Fatum.

DIANA, HECATE, LUCINA, Trivia, Delia, Luna, Latonia, Latona, Phœbi soror.

4. Æn. 510 STant aræ circùm, & crines effusa Sacerdos
Ter centum tonat ore Deos, Erebúmque, Chaósq;,
Tergeminámque Hecaten, tria virginis ora Dianæ.
7. Æn. 305 * --concessit in iras
Ipse Deûm antiquam genitor Calydona Dianæ.
6. Æn. 245 † Ignibus imponit sacris libamina prima,
Voce vocans Hecaten, cœlóque Erebóq; potentem.
4. Æn. 609 * Nocturnísque Hecate triviis, ululata per urbes.
6. Æn. 117 † Alma precor miserere potes námq; omnia, nec te
Nequicquam lucis Hecate præfecit Avernis.
564 * Sed me cùm lucis Hecate præfecit Avernis
Ipsa Deûm pœnas docuit, pérque omnia duxit.
4. Ecl. 10 † Casta fave Lucina, tuus jam regnat Apollo.
4. Geor. 339 * Cydippéque, & flava Lycorias, altera virgo,
Altera tum primos Lucinæ experta labores.
3. Geor. 60 † Ætas Lucinam, justósque pati Hymenæos
Desinit ante decem, post quatuor incipit annos.
7. Æn. 775 * At Trivia Hippolytum, secretis alma recondit
Sedibus.--
6. Æn. 13 † Iam subeunt Triviæ lucos, atque aurea tecta.
3. Ecl. 67 * Notior ut jam sit canibus non Delia nostris.
7. Ecl. 29 † Setosi caput hoc apri tibi, Delia, parvus,
Et ramosa Mycon vivacis cornua cervi.
Si proprium hoc fuerit, lævi de marmore tota
Puniceo stabis suras evincta cothurno.
9. Æn. 440 * suspiciens altam Lunam sic voce precatur:
Tu Dea, tu præsens nostro succurre labori,
Astrorum decus, & nemorum Latonia custos.
10. Æn. 214 † Iámque dies cœlo concesserat, almáque curru
Noctivago Phœbe medium pulsabat Olympum.
12. Æn. 197 * Hæc eadem, Ænea, terram, mare, sydera juro,
Latonæque genus duplex, Ianúmq; bifrontem.
11. Æn. 557 † Alma tibi hanc, nemorum cultrix Latonia virgo,
Ipse pater famulam voveo: tua prima per auras,

Tela tenens supplex hostem fugit, accipe testor
Diva tuam, quæ nunc dubiis committitur auris.
† Hic Dea se primum rapido pulcherrima nisu — 11. Æn. 861
Sistit, & Aruntem tumulo speculatur ab alto.
*O quam te memorem virgo: námq; haud tibi vultus — 1. Æn. 326
Mortalis, nec vox hominem sonat, ô Dea certè:
An Phœbi soror, an Nympharum sanguinis una?
† Nec tibi desertæ in dumis coluisse Dianam — 11. Æn. 842
Profuit, aut nostras humeros gessisse pharetras.
* Qualis in Eurotæ ripis, aut per juga Cynthi — 1. Aen. 502
Exercet Diana choros, quam mille sequutæ
Hinc, atque hinc glomerantur Oreades; illa pharetram
Fert humero, gradiénsque Deas supereminet omnes.
† Constiterant Sylva alta Iovis, lucúsque Dianæ. — 3. Æn. 681
* Eductum Egeriæ lucis Hymettia circum — 7. Æn. 764
Littora, pinguis ubi, & placabilis ara Dianæ.
† Cui non dictus Hylas puer, & Latonia Delos. — 3. Geor. 6
* Multæ illam frustra, Tyrrhena per oppida Matres — 11. Æn. 581
Optavêre nurum, solâ contenta Dianâ
Æternum telorum, & virginitatis amorem
Intemerata colit.--
† --graditur bellum ad crudele Camilla, — 535
O virgo, & nostris nequicquam cingitur armis.
Cara mihi ante alias: neque enim novus iste Dianæ
Venit amor, subitâq; animum dulcedine movit.
* Aureus ex humero sonat arcus, & arma Dianæ. — 652
† Huc, periture, veni; capias ut digna Camillæ — 856
Præmia, túne etiam telis moriere Dianæ?
Dixit, & auratâ volucrem Threïssa sagittam
Deprompsit pharetrâ, cornúque infensa tetendit,
Et duxit longè donec curvata coïrent
Inter se capita, & manibus jam tangeret æquis
Lævâ aciem ferri, dextrâ nervóque papillam.
* At Triviæ custos jamdudum in montibus Opis — 836
Alta sedet summis, spectátque interrita pugnas.
† Velocem intereà superis in sedibus Opim, — 532
Vnam ex virginibus sociis sacrâque catervâ
Compellabat, & has tristes Latonia voces
Ore dabat: graditur bellum ad crudele Camilla.
* Vnde etiam Triviæ templo, lucísque sacratis — 7. Æn. 778
Cornipedes arcentur equi, quod littore currum,
Et juvenem monstris pavidi effudêre marinis.
† At Metabus magnâ propiùs jam urgente catervâ, — 11. Æn. 554

Dat sese fluvio, atque hastam cum virgine victor
Gramineo, donum Triviæ, de cespite vellit.

6. Æn. 35 * Deiphobe Glauci, Phœbi, Triviæque Sacerdos.
69 † Tum Phœbo, & Triviæ solido de marmore templa
Instituam, festósque dies de nomine Phœbi.

DICERE, LOQVI, ALLOQVI, Eloqui, Obloqui; Compellare: Nominare: Respondere, Subjicere: Pandere, Dare, Effari, Fari, Renarrare, Referre, Orare, Memorare, Interfari; Ordiri. Effundere voces, Vocibus uti: Fundere loquelas: Expedire. Dicta, Sermo, Colloquium, Verba. Ait, Inquit, Infit. Sic incipit ore. Ore loqui: Ora resolvere: Silentia rumpere: Vocem rumpere: Verbis vulgare: Ore edere: Voce suâ prodere. Voces spargere: Populos sermone replere. Voces pectore referre, effundere. Dictis aggredi. Vox excidit ore.

1. Ecl. 19 SEd tamen iste Deus, qui sit, da Tityre nobis.
2. Ecl. 4 * ibi hæc incondita solus
Montibus, & silvis studio jactabat inani.
4. Geor. 270 † Est etiam flos in pratis, cui nomen Amello
Fecêre agricolæ, facilis quærentibus herba.
443 * In sese redit, atque hominis tandem ore loquutus.
450 † Tantùm effatus: --sic fatis ora resolvit.
530 * --námque ultrò affata timentem,
Nate, licet.--
1. Æn. 8 † Musa, mihi causas memora.--
64 * Ad quem tum Iuno supplex his vocibus usa est,
Æole, námque tibi.-- &c.
196 † --& dictis mœrentia pectora mulcet.
255 * Oscula libavit natæ, dehinc talia fatur:
Parce metu, Cytherêa.-- &c.
260 † --fabor enim, quando hæc te cura remordet,
Longiùs & volvens fatorum arcana movebo,
Hæc ait: & Maiâ genitum demisit ab alto.
40 * Cùm Iuno æternum servans sub pectore vulnus,
Hæc secum: Méne incœpto desistere victam?
285 † --Venus medio sic interfata dolore est.
324 * Sic Venus, at Veneris contrà sic filius orsus:
Nulla tuarum audita mihi, neque visa sororum,

O quàm te memorem virgo?

† Tum Venus, haud equidem tali me dignor honore. 1. Æn. 334

* Postquam introgressi, & coram data copia fandi, 519
Maximus Ilioneus placido sic pectore cœpit:
O Regina, novum --

† Talibus Ilioneus: cuncti simul ore fremebant 558
Dardanidæ. --

* Tum breviter Dido, vultum demissa, profatur: 560
Solvite corde metum. -- &c.

† His animum arrecti dictis. -- &c. 578

* Vix ea fatus erat, cùm circumfusa repentè 585
Scindit se nubes. -- &c.

† Tum sic Reginam alloquitur; cunctisq; repentè 593
Improvisus, ait, coràm quem quæritis, adsum.

* O sola infandos Trojæ miserata labores. 596

† --sic fatus, amicum,
Ilionéa petit dextrâ, lævâque Serestum. -- &c.
Obstupuit primo aspectu Sidonia Dido:
Casu deinde viri tanto, & sic ore loquuta est.

* Sic memorat, simul Ænean in regia ducit 630
Tecta. -- &c.

† Ergo his aligerum dictis affatur Amorem, 662
Nate, meæ vires, mea magna potentia solus.

* Multa super Priamo rogitans, super Hectore multa: 749
Nunc quibus Auroræ venisset filius armis,
Nunc quales Diomedis equi, nunc quantus Achilles.

† --hortamur fari: quo sanguine cretus, 2. Æn. 74
Quidve ferat, memoret. -- &c.

* --(haud ignota loquor.) 91

† --hinc spargere voces In vulgum ambiguas-- 98

* --tectúsque recusat Prodere voce suâ quemquam. - 126

† Composito rumpit vocem, & me destinat aræ. 129

* --dictísque ita fatur amicis: 148
Quisquis es, amissos hinc jam obliviscere Graios.

† --Si vera feram, si magna rependam. 161

* --ita digerit omnia Calchas. 182

† Talia perstabat memorans, fixúsque manebat. 650

* --tantúmque nefas patrio excidit ore? 658

† Eloquar, an sileam? - 3. Æn. 39

* Quæ postquàm vates sic ore effatus amico est. 465

† Et pater Anchises, bellum, ô terra hospita portas? 539

* Dejecit vultum, & demissâ voce loquuta est. 320

† Sic pater Æneas intentis omnibus unus 716

Fata renarrabat Divûm, cursúsque docebat.

3. *Æn.* 312 † Hector ubi est? dixit, lacrymásq; effudit, & omnem
Implevit clamore locum, vix pauca furenti
Subjicio.--

344 * Talia fundebat lacrymans, longósque ciebat.

4. *Æn.* 276 † - tali Cyllenius ore loquutus,
Mortales visus medio sermone reliquit.

5. *Æn.* 5[?]7 * Epytidem vocat, & fidam sic fatur ad aurem,
Vade, age.--

10. *Æn.* 5 † --incipit ipse, Cœlicolæ magni.--

16 * Iuppiter hæc paucis, at non Venus aurea contrà
Pauca refert.--
O pater, ô hominum, Divûmq; æternæ potestas.--&c.

63 † - quid me altâ silentia cogis
Rumpere, & obductum verbis vulgare dolorem?

96 * Talibus orabat Iuno.-- &c.

1[?]0 † Tum pater omnipotens, rerum cui summa potestas,
Infit; eo dicente, Deûm domus alta silescit.

116 * Hic finis fandi.--

793 † Non equidem, nec te juvenis memorande silebo.

11. *Æn.* 123 * --sic ore vicissim
Orsa refert, O famâ ingens, ingentior armis.

4. *Æn.* 54 † His dictis incensum animum inflammavit amore.

76 * Incipit effari, mediâque in voce resistit.

155 † Hæc passim Dea fœda virûm diffundit in ora.

1[?]9 * Hæc tum multiplici populos sermone replebat.

222 † Tum sic Mercurium alloquitur, ac talia mandat:
Vade, age, Nate, voca Zephyros, & labere pennis,
Dardaniúmque ducem.-- &c. (*Aeneam.*)
Alloquere, & celereis defer mea dicta per auras:
Non illum nobis genitrix pulcherrima talem.

333 * Tandem pauca refert: ego te quæ plurima fando
Enumerare voles, nunquam Regina negabo.

335 † Pro re pauca loquar.--

237 * Naviget: hæc summa est, hic nostri nuncius esto,
Dixerat: ille patri magni parére parabat
Imperio.--

298 † - eadem impia fama furenti Detulit.--

304 * Tandem his Æneam compellat vocibus ultrò.

266 † Continuò invadit: Tu nunc Carthaginis altæ
Fundamenta locas.--

268 * Ipse Deûm tibi me claro demittit Olympo,
Ipse hæc ferre jubet.-- &c.

* --tali Cyllenius ore loquutus, 4. Æn.276
Mortales visus medio sermone reliquit.
† Heu quid agat, quo nunc Reginam ambire furentem 283
Audeat affatu? & quæ prima exordia sumat?
* --& sic accensa profatur; 365
Nec tibi Diva parens.--
† I soror, atque hostem supplex affare superbum. 424
* Tum breviter Barcen nutricem affata Sichæi. 632
† Tum lævâ taurum cornu tenet, atque ita fatur, 5. Æn. 383
Nate Deâ, si nemo audet.-- &c.
* Ille sub hæc: Non laudis amor, nec gloria cessit. 394
† Tum senior tales referebat pectore voces. 409
* Ille super tales effundit pectore voces. 481
† Hæc memorans, validi infensum vi corripit ignem. 641
* Talibus incensus dictis senioris amici, 719
† Anchisæ, subitò taleis effundere voces, 723
Nate, mihi vitâ quondam, dum vita manebat,
Chare magis. - &c.
* Phorbanti similis, fudítque has ore loquelas, 842
Iaside Palinure, ferunt ipsa æquora classem.
† Cui vix attollens Palinurus lumina fatur, 847
Méne salis placidi.-- &c.
* --& talia fata Conticuit.-- &c. (*Sibylla.*) 6. Æn. 54
† --finem dedit ore loquendi. 76
* Vt primùm cessit furor, & rabida ora quierunt, 103
Incipit Æneas heros: Non ulla laborum
O virgo nova mî facies.-- 160
† Multa inter sese vario sermone serebant.
* Sit mihi fas audita loqui, sit numine vestro, 266
Pandere res altâ terrâ, & caligine mersas.
† --dixit, presśoque obmutuit ore. 155
* Olli sic breviter fata est longæva Sacerdos: 321
Anchisâ generate.-- &c.
† Sic prior alloquitur: Quis te, Palinure Deorum. 341
* Ille autem: Neque te Phœbi cortina fefellit. 14
† Talia fatus erat, cœpit cùm talia Vates, 372
Vnde hæc, ô Palinure, tibi tam dira cupido?
* Sic prior aggreditur dictis, atq; increpat ultrò: 387
Fare, age, quid venias.--
† Quæ contrà breviter fata est Amphrysia vates: 398
Nullæ hîc insidiæ taleis, absiste moveri.
* Nec plura his. Ille admirans venerabile donum. 408

6. Æn. 535 † Hac vice sermonum roseis aurora quadrigis.
538 * Sed comes admonuit, brevitérque affata Sibylla est.
544 † Deiphobus contrà: Ne sævi, magna Sacerdos.
Tantùm effatus, & in verbo vestigia torsit.
560 * Quæ scelerum facies, ô virgo effare? quibúsve.
601 † Quid memorem Lapithas? --
625 * Non mihi si linguæ centum sint, oráque centum,
Ferrea vox, omnes scelerum comprendere formas,
Omnia pœnarum percurrere nomina possem.
Hæc ubi dicta dedit Phœbi longæva Sacerdos:
Sed jam age, carpe viam, & susceptum perfice munus,
Acceleremus, ait. --
644 † Pars pedibus plaudunt choreas, & carmina dicunt.
646 * Obloquitur numeris, septem discrimina vocum.
662 † Quíq; pii vates, & Phœbo digna loquuti.
666 * Quos circumfusos sic est affata Sibylla,
Musæum ante omnes. --
669 † Dicite felices animæ, túq; optime vates,
Quæ regio. --
671 * Atque hîc responsum paucis ita reddidit heros.
685 † Effusæque genis lacrymæ, & vox excidit ore:
Venisti tandem, tuáq; expectata parenti,
Vicit iter durum pietas: datur ora tueri
Nate tua, & notas audire, & reddere voces.
695 * Ille autem: Tua me genitor, tua tristis imago
Sæpiùs occurrens, hæc limina tendere adegit.
841 † Quis te, magne Cato, tacitū, aut te Cosse relinquat?
Quis Gracchi genus. --
97 * His ubi tum natum Anchises, unáque Sibyllam
Prosequitur dictis, portâque emittit eburnâ.
7. Æn. 90 † Et varias audit voces, fruitúrq; Deorum
Colloquio, atque imis Acheronta affatur Avernis.
135 * Sic deinde effatus, frondenti tempora ramo. &c.
195 † -- Teucros ad sese in tecta vocavit,
Atque hæc ingressis placido prior edidit ore:
Dicite Dardanidæ (neque enim nescimus & urbem)
Quid petitis? -- &c.
212 * Dixerat; & dicta Ilioneus sic voce sequutus,
Rex, genus egregium Fauni. -- &c.
116 † Heus etiam mensas consumimus, inquit Iülus.
Nec plura alludens: ea vox audita laborum
Prima tulit finem, primámque loquentis ab ore
Eripuit pater, ac stupefactus numine pressit.

Continuò, salve fatis mihi debita tellus,
Vósq; ait. --
† Tandem lætus ait, Dii nostra incœpta secundent. 7. Æn. 259
* (*Iuno.*) -- stetit acri fixa dolore, 291
Tum quassans caput, hæc effudit pectore dicta:
Heu stirpem invisam, & fatis contraria nostris.
† Molliùs, & solito matrum de more loquuta est. 357
* His ubi nequicquam dictis experta Latinum, 373
Contrà stare videt. --
† Et juveni ante oculos his se cum vocibus offert: 420
Turne, tot incassum fusos patière labores?
* Ipsa palàm fari omnipotens Saturnia jussit. 418
† Hic juvenis vatem irridens, sic orsa vicissim 435
Ore refert. -- *&c.*
* Talibus Alecto dictis exarsit in iras. 445
† -- & quærentem dicere plura 450
Reppulit, & geminos erexit crinibus angues.
Verberáq; insonuit, rabidóque hæc addidit ore,
En ego victa situ. --
* Sic effata, facem juveni conjecit. -- 455
† Iunonem victrix affatur voce superbâ: 544
En perfecta tibi bello discordia tristi.
* Tum contrà Iuno. Terrorum, & fraudis abundè est 552
† -- taleis dederat Saturnia voces. 560
* - nec plura loquutus, 599
Sepsit se tectis, rerúmque reliquit habenas.
† Nec tu carminibus nostris indictus abibis. 733
* Tum sic affari, & curas his demere dictis, 8. Æn. 35
O sate gente Deûm. -
† Dixit, deinde lacu Fluvius se condidit alto. 66
* Sic memorat, gemináſque legit de classe biremes. 79
† -- raptóq; volat telo obvius ipse, 111
Et procul è tumulo: juvenes quæ causa subegit.
Ignotas tentare vias? quò tenditis? inquit.
Qui genus? unde domo? pacémne huc fertis, an arma?
Tum pater Æneas, puppi sic fatur ab altâ,
Paciferæq; manu ramum prætendit olivæ.
Trojugenas, ac tela vides inimica Latinis.
* Tum Regem Æneas dictis affatur amicis, 126
Optime Grajugenûm, cui me fortuna precari,
Et vittâ comtos voluit prætendere ramos.
† Haud incerta cano, nunc quâ ratione quod instat 49
Expedias victor, paucis adverte docebo.

8. Æn. 122 † Egredere, ô quicunque es, corámq; parentem
Alloquere, ac nostris succede Penatibus hospes.
152 * Dixerat Æneas, ille os, oculósque loquentis
Iamdudum, & totum lustrabat lumine corpus,
Tum sic pauca refert: Vt te fortissime Teucrûm
Accipio, agnoscóque libens, ut verba parentis,
Et vocem Anchisæ magni, vultúmq; recordor.
175 † Hæc ubi dicta, dapes jubet, & sublata reponi
Pocula, gramineóq; viros locat ipse sedili.
185 * Pax, Evandrus ait. Non hæc solemnia. &c.
276 † Dixerat, Herculeâ bicolor cùm populus umbrâ.
309 * -- varióque viam sermone levabat.
337 † Vix ea dicta, dehinc progressus, monstrat & aram.
359 * Talibus inter se dictis, ad tecta subibant
Pauperis Evandri. --
371 † Vulcanum alloquitur, thalamóq; hæc conjugis aureo
Incipit, & dictis divinum aspirat amorem.
364 * Tum pater æterno fatur devictus amore.
404 † -- ea verba loquutus, Optatos dedit amplexus. --
4 9 * Tollite cuncta, inquit, cœptósq; auferte labores.
443 † Præcipitate moras, nec plura effatus: at illi
Ocyùs incubuêre omnes. --
468 * Congressi jungunt dextras, mediísq; residunt
Ædibus, & licito tandem sermone fruuntur.
Rex prior hæc. --
470 † Maxime Teucrorum ductor, quo sospite nunquam,
Res equidem Trojæ victas, aut regna fatebor. &c.
520 * Vix ea fatus erat, defixíq; ora tenebant.
532 † Tum memorat; ne verò hospes, ne quære profectò
Quem casum portenta ferant. --
541 * Hæc ubi dicta dedit, solio se tollit ab alto.
611 † Talibus affata est dictis, séq; obtulit ultrò.
En perfecta mei promissâ conjugis arte.
9. Æn. 5 * Ad quem sic roseo Thaumantias ore loquuta est:
Turne, quod optanti Divûm promittere nemò.
16 † -- duplicésq; ad sydera palmas
Sustulit, ac tali fugientem est voce sequutus.
Iri, decus cœli. -- &c.
21 * -- & sic effatus, ad undam Processit. --
51 † Ecquis erit mecum, juvenes, qui primus in hostem?
En ait, & jaculum intorquens emittit in auras.
82 * Ipsa Deûm fertur genitrix Berecynthia magnum
Vocibus his affata Iovem: Da, nate, petenti.

* Filius, huic contrà, torquet qui sydera mundi; 9. Æn. 93
O genitrix, quò fata vocas? --
† Vltrò animos tollit dictis, atque increpat ultrò. 127
* -- simul his ardentem affatur amicum, 198
Méne igitur socium summis adjungere rebus,
Nise fugis? --
† Nisus ad hæc, equidem de te nil tale verebar. 207
* Ille autem, caussas nequicquam nectis inanes. 219
† -- ac Nisum dicere jussit. 233
Tum sic Hyrtacides; audite ô mentibus æquis,
Æneadæ, neve hæc nostris spectentur ab annis.
* -- sic memorans, humeros, dextrásq; tenebat. 250
† -- contrà quem talia fatur 280
Euryalus: me nulla dies tam fortibus ausis
Dissimilem arguerit. --
* Sic ait illacrymans, humero simul exuit ensem. 303
† - prior Hyrtacides sic ore loquutus: 319
Euryale, audendum dextrâ, nunc ipsa vocat res:
Sic memorat, vocémq; premit. --
* -- breviter cùm talia Nisus: 353
Absistamus, ait, nam lux inimica propinquat.
† -- conclamat ab agmine Volscens, 375
State viri: quæ causa viæ? quíve estis in armis?
* increpat his victor, Nostrásne evadere demens 560
Sperasti te posse manus? --
† Talia jactantem dictis, ac dira canentem 621
Non tulit Ascanius. --
* -- i, verbis virtutem illude superbis: 634
Bis capti Phryges hæc Rutulis responsa remittunt.
† Nube sedens, atque his victorem affatur Iülum, 640
Macte novâ virtute puer, sic itur ad astra.
* -- simul hæc effatus, ab alto 644
Æthere se mittit. --
† Atque his ardentem dictis affatur Iülum. 652
* -- sic orsus Apollo, 6.6
Mortales medio aspectus sermone reliquit.
† Emicat, & mortis fraternæ fervidus irâ. 736
Effatur, Non hæc dotalis regia Amatæ.
* Olli subridens, sedato pectore Turnus, 740
Incipe, si qua animo virtus, & consere dextram.
† Sic ait, & sublatum altè consurgit in ensem. 749
* Et Mnestheus: quò deinde fugam, quò tenditis? inquit 781
† Talibus accensi firmantur, & agmine denso 788
Consistunt. --

10. Æn. 62 † - tum regia Iunô
Acta furore gravi, Quid me alta silentia cogis
Rumpere, & obductum verbis vulgare dolorem?
101 * Infit eo dicente, Deûm alta silescit.
149 † Regem adit, & Regi memorat noménq;, genúsq;.
215 * Quarum quæ fandi doctissima Cymodocæa,
Pone sequens dextrâ puppim tenet, ipsáq; dorso
Eminet, ac lævâ tacitis subremigat undis.
Tum sic ignarum alloquitur: Vigilásne Deûm gens?
256 † Tantùm effatus, & intereà revoluta ruebat. &c.
278 * Vltrò animos tollit dictis, atque increpat ultrò.
285 † Hæc ait, & secum versat, quos ducere contrà.
298 * -- quæ talia postquàm
Effatus Tarchon, socii consurgere tonsis.
332 † -- fidum Æneas affatur Achaten:
Suggere tela mihi. -- &c.
347 * -- pariterq; loquentis
Vocem, animámq; rapit trajecto gutture. --
368 † Nunc prece, nunc dictis virtutem accendit amaris.
379 * Hæc ait, & medius densos prorumpit in hostes.
448 † Talibus & dictis it contra dicta Tyranni.
185 * Non ego te, Ligurum ductor fortissime bello,
Transierim. --
459 † -- magnúmq; ita ad æthera fatur,
Per patris hospitium, & mensas, quas advena adisti,
Te precor, Alcide. --
466 * Tum genitor natum dictis affatur amicis.
480 † In Pallanta diu librans jacit, atq; ita fatur,
Aspice, num mage sit nostrum penetrabile telum.
Dixerat. -- &c.
490 * Quem Turnus super assistens sic ore profatur,
Arcades hæc, inquit, memores mea dicta referte.
523 † Et genua amplectens effatur talia supplex:
Per patrios Manes, & spes surgentis Iüli,
Te precor, hanc animam serves, natóq;, patríq;.
530 * Dixerat: Æneas, contrà cui talia reddit.
547 † Dixerat ille aliquid magnum, vímq; affore verbo
Crediderat, cœlóque animum fortasse ferebat.
554 * Tum caput orantis nequicquam, & multa parantis
Dicere, deturbat terræ, truncúmq; repentè
Provolvens, super hæc inimico pectore fatur:
Istic nunc metuende jace, non te optime mater. &c.
580 † -- cui Liger:

Non Diomedis equos, non currum cernis Achillis?
† -- vesano talia latè 10.Æn. 583
Dicta volant Ligeri: sed non, & Troïus heros
Dicta parat contrà. --
* Quem pius Æneas dictis affatur amaris: 591
Lucage, nulla tuos currus.
† -- hæc ita fatus Arripuit bijugos. 594
* Pluribus oranti Æneas, haud talia dudum 598
Dicta dabas. --
† Iunonem intereà compellat Iuppiter ultrò: 606
O germana mihi. --
* Cui Iuno summissa: Quid, ô pulcherrime conjunx, 611
Sollicitas ægram, & tua tristia dicta timentem?
† Cui Rex ætherei breviter sic fatur Olympi. 621
* Hæc ubi dicta dedit, cœlo se protinùs alto 633
Misit. --
† dat inania verba, Dat sine mente sonum. -- 639
* Ad quem subridens mistâ Mezentius irâ: 742
Nũc morere: ast de me Divûm pater, atq; hominũ Rex
Viderit; hoc dicens eduxit corpore telum.
† -- & Lausum increpitat, Lausóque minatur; 815
Quò moriture ruis? majoráque viribus audes?
* -- alloquitur mœrentem, & talibus infit. 860
† Tantùm effatus, & infestâ subit obvius hastâ. 877
Ille autem: Quid me erepto, sævissime, nato,
Terres? --
* Et super hæc: Vbi nunc Mezentius acer? & illa 897
Effera vis animi? Contrà Tyrrhenus: Vt auras
Suspiciens hausit cœlum, mentémq; recepit.
Hostis amare, quid increpitas? mortémq; minaris?
† Hæc loquitur, jugulóque. -- &c. 907
* -- sic incipiens hortatur ovanteis: 12
Magnas res effecta viri, timor omnis abesto.
† -- nec plura effatus, ad altos Tendebat muros. -- 98
* Prosequitur veniâ, & verbis hæc insuper addit. 107
† Dixerat Æneas: olli obstupuêre silentes. 120
* Dixerat hæc, unóque omnes eadem ore fremebant. 130
† Legati responsa ferunt: nihil omnibus actum. 217
* Postquàm introgressi, & coràm data copia fandi. 248
Munera præferimus nomen, patriámque docemus.
† Auditis, ille hæc placido sic reddidit ore, 251
O fortunatæ gentes. -- &c.
* Vix ea legati, variúsque per ora cucurrit 296

Ausonidum turbata fremor. --

10.Æn 300 † Vt primùm placati animi,& trepida ora quierunt.
Præfatus Divos solio Rex infit ab alto.
Antè equidem summâ de re statuisse, Latini,
Et vellem & fuerat melius. -- &c.

314 * Nunc adeò quæ sit dubiæ sententia menti,
Expediam, & paucis (animos adhibete) docebo.

330 † Prætereà, quæ dicta ferant, & fœdera firment,
Centum Oratores primâ de gente Latinos
Ire placet. -- &c.

342 * Surgit: & his onerat dictis, atque aggerat iras.
Rem nulli obscuram, nostræ nec vocis egentem
Consulis, ô bone Rex: cuncti se scire fatentur,
Quid fortuna ferat populi: sed dicere mussant:
Det libertatem fandi, flatúsque remittat.

11.Æn 248 † Dicam equidé,licet arma mihi, mortémq; minetur.

376 * Talibus exarsit dictis violentia Turni:
Dat gemitum, rumpítq; has imo pectore voces.
Larga quidem semper, Drance, tibi copia fandi.

380 † -- sed non replenda est curia verbis.

461 * -- nec plura locutus,
Corripuit sese, & tectis citus extulit altis.

501 † -- tum talia fatur:
Turne, sui meritò si qua est fiducia forti.

507 * Turnus ad hæc, oculos horrendâ in virgine fixus,
O decus Italiæ virgo, quas dicere grates,
Quásve referre parem. --

573 † Vnam ex virginibus sociis, sacrâq; catervâ
Compellat, & has tristeis Latonia voces
Ore dabat: graditur bellum ad crudele Camilla.

520 * Sic ait, & paribus Messapum in prælia dictis
Hortatur, sociósque duces, & pergit in hostem.

556 † Quam dextrâ ingenti librans,ita ad æthera fatur,
Alma tibi hanc nemorum cultrix. --

685 * Trajicit, & super hæc inimico pectore fatur.

705 † Incipit hæc: Quid tam egregium,si fœmina forti
Fidis equo? --

741 * Hæc effatus,equum in medios moriturus & ipse
Concitat. --

820 † Tum sic expirans Accam ex æqualibus unam
Alloquitur, fida ante alias, quæ sola Camillæ,
Quicum partiri curas, atque hæc ita fatur.

827 * Iámq; vale. Simul his dictis linquebat habenas.

* Tum sic affatur Regem, atque ita turbidus infit 12. *Æn.* 10
Nulla mora in Turno, nihil est, quod dicta retractent
Ignavi Æneadæ. --
† Olli sedato respondit corde Latinus, 18
O præstans animi juvenis. --
* -- haudquaquam dictis violentia Turni 45
Flectitur, exuperat magis ægrescítque medendo:
Vt primùm fari potuit, sic incipit ore.
† Nuncius hæc Idmon Phrygio mea dicta Tyranno 75
Haud placitura refer. --
* Hæc ubi dicta dedit, rapidúsque in tecta recessit. 81
† Ardet in arma magis, paucísque affatur Amatam. 71
* Extemplò Turni sic est affata sororem 138
Diva Deam. --
† Sic prior Æneas sequitur, sic deinde Latinus. 195
* Talibus inter se firmabant fœdera dictis. 212
† Rumorésque serit varios, ac talia fatur. 228
* Talibus incensa est juvenum sententia dictis. 238
Iam magis, atq; magis serpítq; per agmina murmur.
† Has inter voces, media inter talia verba. 318
* Nec sese Æneæ jactavit vulnere quisquam. 323
† Fulgentem tinxit jugulo, atque hæc insuper addit, 358
En agros, & quam bello, Trojane petisti.
* Hæc ubi dicta dedit, portis sese extulit. -- *&c.* 441
† celso medius stans aggere fatur. 564
* Talibus occurrit dictis: hàc, Turne, sequamur. 625
† Vix ea fatus erat, medios volat ecce per hostes. 650
* Significátque manu, & magno simul incipit ore. 692
† Iunonem intereà Rex omnipotentis Olympi 791
Alloquitur, fulvâ pugnas de nube tuentem,
Quæ jam finis erit conjunx? Quid denique restat?
* Vlteriùs tentare veto, sic Iuppiter orsus. 806
Sic Dea submisso contrà Saturnia vultu.
Ista quidem, quia. -- *&c.*
† Aut vocem mutare viros, aut vertere vestes. 825
* Sermonem Ausonii patrium, moré sq; tenebunt. 888
† -- & sævo sic pectore fatur. 834
* Ille caput quassans: Non me tua fervida terrent 894
Dicta ferox. Dii me terrent, & Iuppiter hostis.
Nec plura effatus. -- *&c.*
† Sufficiunt vires, nec vox, aut verba sequuntur. 912
* Nec visu facilis, nec dictu affabilis ulli. 3. *Æn.* 621

v. *Os, Vox, Silere, Fama.*

DIES, LVX, AVRORA, SOL, Lumen.

7. *Ecl.* 43 SI mihi non hæc lux toto jam longior anno est.
1. *Geor.* 208 † Libra diê, somníq; pares ubi fecerit horas,
Et medium luci, atque umbris jam dividet orbem.
268 * Quippe etiam festis quædam exercere diebus,
Fas, & jura sinunt: rivos deducere nulla
Relligio vetuit, &c. --
276 † Ipsa dies alios, alio dedit ordine Luna
Fœlices operum. --
312 * Atque ubi jam breviórq; dies, & mollior æstas.
434 † Totus & ille dies, & qui nascentur ab illo,
Exactum ad mensem, pluviâ, ventísque carebunt.
458 * At si eùm referétq; diem, condétq; relatum.
2. *Geor.* 528 † Ipse dies agitat festos, fusúsque per herbam.
4. *Geor.* 552 * Post ubi nona suos Aurora ostenderit ortus.
465 † Te veniente die, te decedente canebat.
1. *Æn.* 143 * Collectásque fugat nubes, solémque reducit.
305 † Vt primùm lux alma data est, exire, locósque
Explorare novos. --
731 * Hunc lætum Tyriísque diem, Trojâque profectis
Esse velis, nostrósque hujus meminisse Minores.
2. *Æn.* 248 † -- quibus ultimus esset Ille dies. --
324 * Venit summa dies, & ineluctabile tempus.
668 † -- vocat lux ultima victos.
3. *Æn.* 117 * Tertia lux classem Cretæis sistet in oris.
198 † Involvêre diem nimbi, & nox humida cœlum
Abstulit. --
201 * Ipse diem, noctémque negat discernere cœlo,
203 † Tres adeò incertos cæcâ caligine soles,
Erramus pelago, totidem sine sydere noctes.
Quarto terra die primùm se attollere visa.
556 * Iámque dies, altérq; dies processit. --
4. *Æn.* 77 † Nunc eadem labente die convivia quærit.
169 * Ille dies primus lethi, primúsque malorum
Causa fuit, neq; enim specie, famâve movetur.
5. *Æn.* 64 † Præterea si nona diem mortalibus almum
Aurora extulerit, radiísque retexerit orbem.
104 * Expectata dies aderat, nonámque serenâ
Auroram Phaëtontis equi jam luce vehebant.
49 † Iámq; dies (ni fallor) adest, quem semper acerbum,
Semper honoratum (sic dii voluistis) habebo.

* Complexi

† Complexi inter se noctémque, diémq; morantur.	5. Æn. 766
* Instituam, festósque dies de nomine Phœbi.	6. Æn. 70
† Ecce autem primi sub lumina solis, & ortus:	255
* Treis notus hybernas immensa per æquora noctes,	355
Vexit me violentus aquâ, vix lumine quarto	
Prospexi Italiam, summâ sublimis ab undâ.	
† Vt tristeis sine sole domos, , loca turbida adires?	534
* Donec longa dies perfecto temporis orbe	745
Concretam exemit labem, &c. --	
† Et lux cùm primùm terris se crastina reddet.	8. Æn. 170
* Ex illo celebratus honos, lætíque minores	268
Servavêre diem: primúsque Potitius author.	
† Turne, quod optanti Divûm promittere nemo	9. Æn. 6
Auderet, volvenda dies en attulit ultrò.	
* Ergò aderat promissa dies, & tempora Parcæ	107
Debita complerant, &c. --	
† Hìc primùm nova lux oculis effulsit, &c.	110
* Crastina lux, mea si non irrita dicta putâris,	244
Ingentes Rutulæ spectabit cædis acervos.	
† -- & intereà revoluta ruebat	256
Maturâ jam luce dies, noctémque fugarat.	
* Nulla dies unquam memori vos eximet ævo.	447
† Hæc te prima dies bello dedit, hæc eadem aufert.	10. Æn. 508
* Dum pluit in terris ut possint, Sole reducto,	807
Exercere diem: (*agricolæ latent.*)	
† Tertia lux gelidam cœlo dimoverat umbram.	11. Æn. 210
* Multa dies, variúsque labor mutabilis ævi	425
Rettulit in melius, &c. --	
† Advênit, qui vestra dies muliebribus armis	687
Verba redargueret. --	

v. Nox, & Ortus diei.

DIS, PATER, PLVTO, REX, Timendus, Iupiter Stygius, Charon, Portitor Orci, Navita.

ODit & ipse pater Pluton, odêre Sorores	7. Æn. 327
Tartareæ Monstrum. -- (*Alecto.*)	
* Hîc specus horrendum & sævi spiracula Ditis	568
Monstratur, ruptóq; ingens Acheronte vorago	
Pestiferas aperit fauces. --	
† Tænarias etiam fauces alta ostia Ditis.	4. Geor. 466
* (*Crinem.*) --Hunc ego Diti	4. Æn. 702

Quisquis es, armatus, qui nostra ad flumina tendis,
Fare age, quid venias, jam istinc, & cõprime gressum.
v. Infernus.

DISCORDIA, DISSENSUS, CERtamen, Seditio, Lis, Bellum, Pugna, Prælia, Dissidere, Variare.

Barbarus has segetes? en quò discordia cives — 1. Ecl. 72
Perduxit miseros? --
* Et certamen erat Corydon cum Thyrside magnum. — 7. Ecl. 16
† Flexit, & infidos agitans discordia fratres. — 2. Geor. 496
* Agricolas, quibus ipsa procul, discordibus armis, — 459
Fundit humo facilem victum justissima tellus.
† Sin autem ad pugnam exierint, nam sæpè duobus — 4. Geor. 67
Regibus incessit magno discordia motu.
* Amisso (*rege apes*) rupêre fidẽ, constructáque mella — 213
Diripuêre ipsæ, & crates solvêre favorum.
† Ac veluti magno in populo cùm sæpè coorta est — 1. Æn. 148
Seditio, sævitq; animis ignobile vulgus,
Iámq; faces, & saxa volant: Furor arma ministrat.
* Scinditur incertum studia in contraria vulgus. — 2 Æn. 39
† Apparent, primi clypeos, mentitáque tela — 422
Agnoscunt, atque ora sono discordia signant.
* Vestibulum ante ipsum, primísq; in faucibus Orci. — 6. Æn. 273
† Ferreíq; Eumenidum thalami, & discordia demens, — 280
Vipereum crinem vittis innexa cruentis.
* Illæ autem, paribus quas fulgere cernis in armis, — 826
Concordes animæ nunc, & dum nocte premuntur,
Heu quantum inter se bellum, si lumina vitæ
Attigerint, quantas acies, stragémque ciebunt!
† En perfecta tibi bello discordia tristi, — 7 Æn. 545
Dic in amicitiam coëant, & fœdera jungant.
* Et scissã gaudens vadit Discordia pallã, — 8. Æn. 702
Quam cum sanguineo sequitur Bellona flagello,
† Omnia ventorum concurrere prælia vidi. — 1. Geor. 318
* -- nec tum horrida miscent Prælia -- — 2. Geor. 282
† Illi alternantes multâ vi prælia miscent. — 3. Geor. 220
* Atque canum? quid quæ imbelles dant prælia cervi. — 265
† Prima leves ineunt si quando prælia Parthi. — 4. Geor. 314
* -- vix primi prælia tentant Portarum vigiles. -- — 2. Æn. 334
† Non nostrum inter vos tantas componere lites. — 3. Ecl. 108
* Quod nisi me quacunque novas incidere lites. — 9. Ecl. 14

12. Æn. 898 † Limes agro positus, litem ut discerneret arvis.
9. Æn. 688 * Tum magis increscunt animis discordibus iræ.
10. Æn. 105 † Quandoquidem Ausonios conjungi fœdere Teucris,
Haud licitum est, nec vestra capit discordia finem.
9 * Quæ contra vetitum discordia? quis metus aut hos,
Aut hos arma sequi, ferrúmq; lacessere suasit.
531 † - belli commercia Turnus
Sustulit ista prior, jam tum Pallante perempto.
355 * -- magno discordes æthere venti.
Prælia ceu tollunt animis, & viribus æquis.
11. Æn. 3 0 † Seditione potens. -- (*Drances.*)
12. Æn. 158 * Aut tu bella cie, conceptúmq; excute fœdus.
242 † -- nunc arma volunt, fœdúsq; precantur
Infectum, & Turni sortem miserantur iniquam.
313 * Quò ruitis? quæve ista repens discordia surgit?
O cohibete iras: ictum jam fœdus & omnes
Compositæ leges, mihi jus concurrere soli.
583 † Exoritur trepidos inter discordia cives,
Vrbem alii reserare jubent & pandere portas
Dardanidis, ipsúmque trahunt in mœnia regem.
Arma ferunt alii, & pergunt defendere muros.
222 * Quem simul ac Iuturna soror crebrescere vidit
Sermonem, & vulgi variare labantia corda.
914 † -- tum pectore sensus Vertuntur varii. --
11. Æn. 455 * Dissensu vario magnus se tollit ad auras, (*Clamor.*)
Haud secus atque alto in luco cùm fortè catervæ
Consedêre avium, piscosóve amne Padusæ. (*Cyg i.*)
10. Æn. 96 † -- cunctiq; fremebant
Cœlicolæ assensu vario: ceu flamina prima, *&c.*
12. Æn 217 * Iamdudum & vario misceri pectora motu.
7. Æn. 569 † Omnem equidem sceptris terram quæ libera nostris
Diffidet, externam reor. --
11 Æn. 295 * Vix hæc legati, variúsq; per ora cucurrit
Ausonidum turbata fremor, ceu saxa morantur
Cùm rapidos amnes, clauso fit gurgite murmur.

v. Ambiguus, Certare: Pax, Consilium, & Constantia.

DIVES, DIVITIÆ, FORTVNÆ, Ditissimus, Abundans, Prædives.

2. Ecl. 20 QVàm dives pecoris nivei. quàm lactis abundans,
Mille meæ Siculis errant in montibus agnæ,

Lac mihi non æstate novum, non frigore desit.
† Dives equûm, dives pictaï vestis & auri. 9. Æn. 26
* Regifico luxu, Furiarum maxima juxta Accubat. -- 6. Æn. 605
† Aut qui divitiis soli incubuêre repertis. 610
* Nigra velut magnas domini cùm divitis ædes 12. Æn. 473
Pervolat, & pennis alta atria lustrat hirundo.
† Sed neque Medorum Sylvæ, ditissima terra: 2. Geor. 140
Nec pulcher Ganges, atque auro turbidus Hermus,
Laudibus Italiæ certent, non Bactra, neque Indi:
Sed gravidæ fruges, & Bacchi Massicus humor
Implevêre, tenent oleæque, armentáque læta.
* Dives opum variarum, at latis otia fundis. 468
† Huic conjux Sichæus erat ditissimus agri 1. Æn. 347
Phœnicum. -- (Didoni.)
* Multa virûm solido argento perfecta relinquunt, 9. Æn. 357
Armáque, crateráfque simul, pulchrósque tapetas,
Euryalus phaleras Rhamnetis, & aurea bullis
Cingula, Tyburti Remulo ditissimus olim
Quæ mittit dona, hospitio cùm jungeret absens.
† Persequitur fortémq; Numam, fulvúmq; Camertem, 10. Æn. 562
Magnanimo Volscente satum, ditissimus agri
Qui fuit Ausonidum, & tacitis regnavit Amyclis.
* Fortè recensebat numerum, carósque nepotes, 6. Æn. 681
Fatáque, fortunásq; virûm, morésq;, manúsq;.
† Iam verò in tectis prædivitis urbe Latini. 11. Æn. 213
v. Opes.

DOLOR, DOLERE, INGEMERE, Gemere.

ET cùm vidisti puero donata, dolebas: 3. Ecl. 14
Et si non aliquà nocuisses, mortuus esses.
* Daphni, tuum Pœnos etiam ingemuisse leones 5. Ecl. 27
Interitum, montésque feri, sylvæque loquuntur.
† Aut doluit miserans inopem, aut invidit habenti. 2. Geor. 498
* Non umbra altorum nemorum, non mollia possunt 3. Geor. 521
Prata movere animum: non qui per saxa volutus.
† Quin etiam ima dolor balantum lapsus ad ossa 458
Cùm furit. --
* Nec dum etiam causæ irarum, sævíq; dolores, 1. Æn. 25
Exciderant animo, manet altâ mente repostum.
† Spem vultu simulat, premit altum corde dolorem. 28
* -- Venus medio sic interfata dolore est. 385

1. *Æn.* 668 † -- & nostro doluisti sæpè dolore.
2. *Æn.* 3 * Infandum, regina, jubes renovare dolorem.
594 † Nate, quis indomitas tantus dolor excitat iras?
4 *Æn.* 419 * Hunc ego si potui tantum sperare dolorem,
Et perferre, soror potero. -- *Dido.*
693 † Tum Iuno omnipotens longum miserata dolorem,
Difficilésque obitus, Irim demisit Olympo,
Quæ luctantem animam, nexósque resolveret artus.
5. *Æn.* 5 * -- duri magno sed amore dolores Polluto. --
172 † Tum verò exarsit juveni dolor ossibus ingens,
Nec lacrymis caruêre genæ. --
608 * Multa movens, necdum antiquum saturata dolorem.
879 † Multa gemens, casúque animum concussus amici.
6. *Æn.* 382 * His dictis curæ emotæ, pulsúsque parumper
Corde dolor tristi, gaudet cognomine terra.
7. *Æn.* 291 † -- stetit (*Iuno*) acri fixa dolore,
Tum quassans caput, hæc effudit pectore dicta.
8. *Æn.* 500 * Flos veterum virtúsq; virûm, quos justus in hostem
Fert dolor. -
9. *Æn.* 66 † Ignescunt iræ, & duri dolor ossibus ardet.
138 * - nec solos tangit Atridas Iste dolor. --
217 † Nec matri miseræ tanti sim causa doloris.
10. *Æn.* 63 * -- Quid me alta silentia cogis
Rumpere, & obductum verbis vulgare dolorem?
11. *Æn.* 150 † Proc imbit super atq; hæret lacrymánsq;, geménsq;,
Et via vix tandem voci laxata dolore est.
159 * Fœlix morte tuâ, neque in hunc servata dolorem.
709 † Dixit, at illa furens, acríque incensa dolore.
12. *Æn.* 54 * Ille oculis postquàm sævi monimenta doloris,
Exuviásq; hausit, furiis accensus, & irâ
411 † Hîc Venus indigno nati concussa dolore.
421 * -- subitóque omnis de corpore fûgit
Quippe dolor. --
598 † Infelix pugnæ juvenem in certamine credit
Extinctum, & subito mentem turbata dolore,
Se causam clamat, criménque, capútq; malorum:
Multáque per mœstum demens effata furorem,
Purpureos moritura manu discindit amictus,
Et nodum informis lethi trabe nectit ab altâ.
Quam cladem miseræ postquàm accepêre Latinæ,
Filia prima manu flavos Lavinia crines,
Et roseas laniata genas: tum cætera circùm
Turba furit, resonant latè plangoribus ædes:

Hinc totam infœlix vulgatur fama per urbem :
Demittunt mentes, it scissâ veste Latinus
Conjugis attonitus fatis, urbisque ruinâ :
Canitiem immundo perfusam pulvere turpans. 12. Æn. 801
† Nec te tantus edat tacitum dolor, & mihi curæ,
Sæpè tuo dulci tristes ex ore recursent. 502
* Regina & subito mentem turbata dolore. 880
† Nunc certè possem tantos finire dolores.

v. Lacrymæ.

DOLUS, FRAUS, ASTU, INSIDIÆ, Ars Pelasga, Mens simulata, Ars Ligurum vanorum, Fictum pectus; Fallere.

NOn ego te vidi Damonis, pessime, caprum, 3. *Ecl.* 17
Excipere insidiis, multùm latrante Lyciscâ?
* Nec lupus insidias pecori, nec retia cervis, 5. *Ecl.* 60
Ulla dolum meditantur. --
† Verùm ubi nulla fugam reperit fallacia. -- 4. *Geor.* 443
* Scis Proteu, scis ipse, neque est te fallere cuiquam. 447
† Multa malus simulans, vanâ spe lusit amantem. 1. *Æn.* 351
* At Cytherea novas artes, nova pectore versat 656
Consilia, ut faciem mutatus, & ora Cupido,
Pro dulci Ascanio veniat. -
† Quocirca capere antè dolis, & cingere flammâ 672
Reginam meditor. --
* Ne quâ scire dolos, mediúsve occurrere possit, 681
Tu faciem illius, noctem non amplius unam,
Falle dolo, & notos pueri puer indue vultus.
† Sive dolo, seu jam Trojæ sic fata ferebant. 2. *Æn.* 34
* Creditis avectos hostes? aut ulla putatis 43
Dona carere dolis Danaûm, sic notus Ulysses?
† -- fidens animi, atque in utrumque paratus, 61
Seu versare dolos, seu certæ occumbere morti.
† Accipe nunc Danaûm insidias, & crimine ab uno 65
Disce omnes. -
† Ignari scelerum tantorum, artísque Pelasgæ, 106
Prosequitur pavitans, & ficto pectore fatur
* -- ille dolis instructus, & arte Pelasgâ. 152
† Talibus insidiis, perjuríque arte Sinonis, 195
Credita res, captíque dolis: lacrymísque coacti,
Quos neque Tydides. --

2. Æn. 251 † Involvens umbrâ magnâ, terrámque, polúmque,
Myrmidonúmque dolos. --
264 * - & ipse doli fabricator Epéus.
309 † Tum verò manifesta fides, Danaúmque patescunt
Insidiæ. --
389 * Mutemus clypeos, Danaûmque insignia nobis
Aptemus: dolus an virtus, quis in hoste requirat?
420 † Illi etiam si quos obscurâ nocte per umbram
Fudimus insidiis, totâque agitavimus urbe,
Apparent: primi clypeos, mentitáque tela
Agnoscunt, atque ora sono discordia signant.
4. Æn. 195 * Olli (sensit enim simulatâ mente locutam
Quò regnum Italiæ Libycas averteret oras)
Sic contrà est ingressa Venus. --
127 † -- non aversata, petenti.
Annuit, atque dolis risit Cytherea repertis.
6. Æn. 56 * Castigátque, audítque dolos, subigítque fateri.
4. Æn. 296 † At regina dolos (Quis fallere possit amantem?)
Præsensit: motúsque excepit prima futuros,
Omnia tuta timens. --
563 * Illa dolos, dirúmq; nefas in pectore versat.
5. Æn. 342 † Ereptúmque dolo reddi sibi poscit honorem.
588 * Vt quondam Cretâ fertur Labyrinthus in altâ
Parietibus textum cæcis iter, ancipitémque
Mille viis habuisse dolum, quà signa sequendi
Falleret indeprensus, & irremeabilis error.
Haud aliter Teucrûm nati vestigia cursu
Impediunt, texúntque fugas, & prælia ludo.
6. Æn. 27 † Hic, labor ille domûs, & inextricabilis error.
Magnum reginæ sed enim miseratus amorem
Dædalus ipse dolos tecti, ambagésque resolvit,
Cæca regens filo vestigia. --
609 * Pulsatúsve parens, & fraus innexa clienti.
7. Æn. 552 † -- Terrorum, & fraudis abundè est.
8. Æn. 205 * At furiis Caci mens effera, ne quid inausum,
Aut intentatum scelerísve, dolíve fuisset.
Quatuor à stabulis præstanti corpore tauros
Avertit, totidem formâ superante juvencas,
Atque hos, ne qua forent pedibus vestigia rectis,
Caudâ in speluncam tractos, versísque viarum
Indiciis raptos saxo occultabat opaco;
Quærentem nulla ad speluncam signa ferebant.
9. Æn. 391 † Quáve sequar, rursum perplexum iter omne revolvẽs

Fallacis sylvæ, simul & vestigia retrò
Observata legit, dumísque silentibus errat.
* -- ac videt Euryalum, quem jam manus omnis | 9. Æn. 396
Fraude loci, & noctis subitò turbante tumultu.
† Ille astu subit, ac tremebunda supervolat hasta. | 10 Æn. 522
* Consilio versare dolos ingressus & astu. | 11. Æn. 704
† Est curvo anfractu vallis accommoda fraudi, | 522
Armorúmque dolis, quam densis frondibus atrum
Vrget utrimque latus, tenuis quà semita ducit,
Angustæque ferunt fauces, aditúsque maligni:
Hanc super in speculis, summóque in vertice montis
Planities ignota jacet, tutique receptus.
* At juvenis vicisse dolo ratus, avolat ipse, | 712
(Haud mora) conversisque fugax aufertur habenis.
Quadrupedémque citum ferrata calce fatigat.
Vane Ligur, frustráque animis elate superbis:
Nequicquam patrias tentasti lubricus artes:
Nec fraus te incolumem fallaci perferet Auno.
Hæc fatur Virgo, & pernicibus ignea plantis
Transit equum cursu, frænísque adversa prehensis
Congreditur pœnásque inimico à sanguine sumit.
† -- sine me hæc haud mollia fatu, | 12. Æn. 25
Sublatis aperire dolis, simul hæc animo hauri.
* -- circúmque atræ formidinis ora, | 335
Iræque, insidiæque, Dei comitatus, aguntur.

DOMVS, LIMEN, ÆDES, TECTVM, *Sedes, Penates, Foci, Lares, Atria, Tugurium, Casa.*

Pauperis & tugurî, congestum cespite culmen, | 1. Ecl. 70
Post aliquot mea regna videns, mirabor aristas.
† Est mihi námque domi pater, est injusta noverca: | 3. Ecl. 33
* Depulsos à lacte domi quæ clauderet agnos. | 7. Ecl. 15
† Si non ingentem foribus domus alta superbis | 2, Geor. 461
Mane salutantum totis vomit ædibus undam:
Nec varios inhiant pulchrâ testudine postes.
* Exilióque domos, & dulcia limina mutant. | 511
† Armentarius Afer agit tectúmque, Larémque. | 3. Geor. 344
* Pergameúmque Larem, & canæ penetralia Vestæ. | 5. Æn 744
† - hesternúmq; Larem, parvósq; Penates Lætus adit. | 8. Æn. 543
* Excipit Ascanius: per magnos, Nise, Penates, | 9. Æn. 258
Assaracique Larem, & canæ penetralia Vestæ.

4. *Geor.* 42 * Sæpè etiam effossis (si vera est fama) latebris
Sub terra fodêre Larem. (*Apes.*)

2. *Geor.* 524 † Casta pudicitiam servat domus.-- [gere, ait.-

4. *Geor.* 358 * Duc age, duc ad nos, fas illi limina Divûm, Tan-

445 † Nam quis te, Iuvenum confidentissime, nostras
Iussit adire domos ?--

481 * Quin ipse stupuêre domus, atque intima lethi
Tartara.--

1. *Æn.* 281 † Sic placitum: veniet lustris labentibus ætas,
Cùm domus Assaraci Phthiam, clarásq; Mycenas
Servitio premet, & victis dominabitur Argis.

626 * Quare agite, ô tectis juvenes succedite nostris.

636 † At domus interior regali splendida luxu
Instruitur; mediisque parant convivia tectis.

6 6 * Quippe domum timet ambiguã, Tyriósq; bilingues.

706 † Nec non, & Tyrii per limina læta frequentes
Convenêre.--

725 * Fit strepitus tectis, vocémque per ampla volutant
Atria, dependent lychni laquearibus aureis.

2. *Æn.* 241 † O patria, ô Divûm domus Ilium, & inclyta bello
Mœnia Dardanidûm.--

299 * Et magis, atq; magis (quanquam secreta parentis
Anchisæ domus, arboribúsque obtecta recessit)
Clarescunt sonitus.--

310 † --jam Deïphobi dedit ampla ruinam
Vulcano superante domus, jam proximus ardet
Vcalegon.-- (*Domus Vcalegontis.*)

445 * Dardanidæ contra, turres, ac tecta domorum
Culmina convellunt.--

448 † Auratásque trabes, veterum decora alta parentum,
Devolvunt.--

483 * Apparet domus intus, & atria longa patescunt:
Apparent Priami & veterum penetralia regum,
Armatósq; vident stantes in limine primo.
At domus interior gemitu, miseróq; tumultu
Miscetur: penitúsque cavæ plangoribus ædes
Fœmineis ululant: ferit aurea sydera clamor.
Tùm pavidæ tectis matres ingentibus errant,
Amplexæq; tenent postes, atque oscula figunt.

504 † Barbarico postes auro, spoliisq; superbi Procubuêre.

528 * Porticibus longis fugit, & vacua atria lustrat.

562 † --subiit deserta Creüsa,
Et direpta domus, & parvi casus Iüli.

† Conjugiúmque, domúmque, patres, natósq; videbit? 2. *Æn.* 58
* At ubi jam patriæ perventum ad limina sedis, 634
Antiquásq; domos. --
† Hanc primùm tutare domum, cui parvus Iülus, 677
Cui pater, & conjunx quondam tua dicta relinquor!
Talia vociferans gemitu tectum omne replebat.
* Dii Patrii servate domum, servate nepotem. 702
† Inde domum, si fortè domum, si fortè tulisset, 756
Me refero: irruerant Danaï & tectum omne tenebant.
* Me si Cœlicolæ voluissent ducere vitam, 641
Has mihi servassent sedes, satis una supérque.
† Procedo ad Priami sedes, arcémque reviso. 760
* Iungimus hospitio dextras, & tecta subimus. 3. *Æn.* 83.
† Da propriam, Tymbræe, domum: da mœnia fessis. 85
* Hic domus Æneæ cunctis dominabitur oris, 97
Et nati natorum, & qui nascentur ab illis.
† -- Phineïa postquàm 212
Clausa domus, mensásq; metu liquêre priores.
* Illos porticibus Rex accipiebat in amplis, 353
Aulaï in medio libabant pocula Bacchi.
† Grajugenûmq; domos, suspectáq; linquimus arva. 550
* Hic me dum trepidi crudelia limina linquunt, 636
Immemores socii vasto Cyclopis in antro
Deseruêre: domus sanie, dapibúsque cruentis
Intus opaca, ingens: ipse arduus altáque pulsat.
† Cùm vitam in sylvis inter deserta ferarum 646
Lustra domósque traho. --
* Interiora domûs irrumpit limina, & altos 4. *Æn.* 645
Conscendit furibunda rogos -
† - it clamor ad alta Atria. -- 665
Lamentis gemitúq;, & fœmineo ululatu
Tecta fremunt. --
* -- hic quærite Trojã Hîc domus est, inquit, vobis. -- 5. *Æn.* 637
† -- Ditis tamen antè Infernas accede domos. -- 731
* Hortor amare focos, arcémq attollere tectis. 15
† Intereà Æneas urbem designat aratro, 755
Sortitúrque domos: hoc Ilium & hæc loca Trojæ
Esse jubet. --
* Hîc labor ille domûs, & inextricabilis error. 6. *Æn.* 27
† -- nec enim antè dehiscent 52
Attonitæ magna ora domûs.
* Ostia jámq; domûs patuêre ingentia centum 80
Sponte suâ, vatísque ferunt responsa sub auras.

6. Æn. 268 † Ibant obscuri solâ sub nocte per umbram,
Pérq; domos Ditis vacuas, & inania regna.
525 * Intra tecta vocat Menelaum, & limina pandit,
Scilicet id magnum sperans fore munus amanti.
533 † -- an quæ te fortuna fatigat,
Vt tristeis sine Sole domos, loca turbida adires?
673 * Nulli certa domus: lucis habitamus opacis.
7. Æn. 52 † Sola domum, & tantas servabat filia sedes.
121 * Hîc domus, hæc patria est: genitor mihi talia námq;
(Nunc repeto) Anchises fatorum arcana reliquit.
Tum sperare domos defessus, ibique memento
Prima locare manu, moliríq; aggere tecta.
170 † Tectum augustum, ingens, centû sublime columnis,
Vrbe fuit summâ, Laurentis regia Pici,
Horrendum sylvis, & relligione parentum.
Hinc sceptra accipere, & primos attollere fasces
Regibus omen erat. --
183 * Multáque præterea sacris in postibus arma:
Captivi pendent currus, curvæque secures. *&c.*
192 † Tali intus templo Divûm, patriâq; Latinus,
Sede sedens, Teucros ad sese in tecta vocavit.
229 * Diis sedem exiguam patriis, littúsque rogamus.
348 † Quo furibunda domum mõstro permisceat omnem.
393 * Idem omnes simul ardor agit, nova quærere tecta:
Deseruêre domos; ventis dant colla, comásque.
407 † Consiliúmque, omnémque domum vertisse Latini.
491 * Errabat sylvis, rursúsq; ad limina nota,
Ipse domum serâ quamvis se nocte ferebat.
500 † Saucius at quadrupes nota intra tecta refûgit,
Successítque gemens stabulis, questúq; cruentus,
Atque imploranti similis, tectum omne replevit.
589 * -- nec plura loquutus,
Sepsit se tectis, rerúmq; reliquit habenas.
8. Æn. 114 † Qui genus? unde domo? pacémne huc fertis an arma?
122 * Alloquere, ac nostris succede penatibus hospes.
39 Hæc tibi certa domus, certi (ne absiste) Penates.
6 Hic mihi magna domus celsis caput urbibus exit.
98 † Cùm muros, arcémq; procul, & rara domorum
Tecta vident. --
235 * Dirarum nidis domus opportuna volucrum.
241 † At specus & Caci detecta apparuit ingens
Regia, & umbrosæ penitùs patuêre cavernæ.
252 * Faucibus ingentem fumum, mirabile dictu,

Evomit, involvítque domum caligine cæcâ.
† Panditur extemplò foribus domus atra revulsis. 8. Æn. 262
* Et domus Herculei custos Pinaria sacri. 270
† Vulcani domus, & Vulcaniâ nomina tellus. 421
* Nulla dies unquam memori vos eximet ævo: 9. Æn. 447
Dum domus Æneæ Capitoli immobile saxum
Accolet, imperiúmque pater Romanus habebit.
† Panditur intereà domus omnipotentis Olympi. 10. Æn. 1
* Considunt tectis bipatentibus: incipit ipse. 5
† Est Amathus, est celsa mihi Paphos, atq; Cythera 51
Idaliæque domus. -
* Infit, eo dicente, Deûm domus alta silescit. 101
† --nunc conjugis esto 280
Quisque suæ, tectíque memor: nunc magna referto.
* Est domus alta, jacent penitùs defossa talenta. 526
† Et jam fama volans tanti prænuncia luctûs, 11. Æn. 139
Evandrum, Evandriq; domos, & mœnia complet.
* Atq; hæc pompa domum me, non Pallanta referret. 163
† Iam verò in tectis prædivitis urbe Latini 213
Præcipuus fragor. --
* Ergo consilium magnum, primósq; suorum 234
Imperio accitos alta intra limina cogit:
Olli convenêre, fluúntque ad regia plenis
Tecta viis; sedet in mediis & maximus ævo.
† --& Evandri totam cum stirpe videbit 394
Procubuisse domum, atque exutos Arcadas armis.
* (*Turnus.*) --nec plura loquutus 461
Corripuit sese, & tectis citus extulit altis.
† Tu requies miseræ: decus, imperium ; Latini 12. Æn. 58
Te penes, in te omnis domus inclinata recumbit.
* Exin quæ in mediis ingenti adnixa columnæ 92
Ædibus adstabat, validam vi corripit hastam.
† Nigra velut magnas domini cùm divitis ædes 473
Pervolat, & pennis alta atria lustrat hirundo.
* - Piscosæ cui circum flumina Lernæ 619
Ars fuerat, paupérque domus, nec nota potentum.
† Hîc tibi mortis erant metæ: domus alta sub Ida: 546
Lyrnessi domus alta: solo Laurente sepulcrum.
* Turba furit, resonant latè plangoribus ædes. 607
† Exscindíve domos (id rebus defuit unum) 643
Perpetiar?--
* -infandum accendere bellum, 804
Deformare domum, & luctu miscere hymenæos.

v. Hospitium, & Tectum.

DVLCIS. v. Sapor.

EBRIETAS.

6. Ecl. 14 Silenum pueri somno vidêre jacentem,
Inflatū hesterno venas, ut sēper, Iaccho:
Serta procul tantùm capiti delapsa jacebant,
Et gravis attritâ pendebat cantharus ansâ.

2. Geor 385 † --atque inter pocula læti,
Mollibus in pratis unctos saliêre per utres.

1. Æn. 723 * Crateras magnos statuunt, & vina coronant,
Fit strepitus tectis, vocémque per ampla volutant
Atria.--

742 † Tum Bitiæ dedit increpitans, ille impiger hausit
Spumantem pateram, & pleno se proluit auro.

2. Æn. 265 * Invadunt urbem somno, vinóque sepultam.

3. Æn. 630 † Nam simul expletus dapibus, vinóque sepultus,
Cervicem inflexam posuit, jacuítque per antrum
Immensum, saniem eructans, ac frusta cruento
Per somnum commista mero: nos magna precati
Numina, sortitíque vices, unà undique circum
Fundimur, & telo lumen terebramus acuto.

6. Æn. 513 * Námq; ut supremam falsa inter gaudia noctem
Egerimus, nosti, & nimiùm meminisse necesse est.

9. Æn. 164 † --fusíque per herbam
Indulgent vino, & vertunt crateras ahenos.

188 * Lumina rara micant, somno, vinóque soluti
Procubuêre silent latè loca.-

236 † --Rutuli somno, vinóq; sepulti Conticuêre.--

316 * --passim vino, somnóq; per herbam
Corpora fusa vident: arrectos littore currus;
Inter lora, rotásque viros, simul arma jacere,
Vina simul,--

324 † (*Nisus*) --simul ense superbum
Rhamnetem aggreditur, qui fortè tapetibus altis
Extructus, toto proflabat pectore somnum.

335 * illâ qui plurima nocte
Luserat, insignis facie, multóque jacebat
Membra Deo victus.--

345 † - Rhœcum vigilantem, & cuncta videntem:
Sed magnum, metuens, se post cratēra tegebat.

† Purpuream vomit ille animam, & cũ sanguine mista 9. Æn. 349
Vina refert moriens.--
v. Bacchus, Vinum, & Bibere.

ECHO, SONARE, RESONARE, Reboare, Reclamare, Resultare, Referre, Insonare, Consonare, Intonare. Responsare: Vocem remittere, Ingeminare: Dissultare.

Formosam resonare doces Amaryllida sylvas. 1. Ecl. 5
† --jam voces ad sydera jactant 5. Ecl. 62
Intonsi montes, ipsæ jam carmina rupes,
Ipsa sonant arbusta; Deus, Deus, ille Menalcas.
* - te nostræ, Vare, myricæ, 6. Ecl. 10
Te nemus omne canet.--
† --ut littus, Hyla, Hyla, omne sonaret. 44
* Ille canit, pulsæ referunt ad sydera valles. 84
† --éque sacrâ resonant examina quercu. 7. Ecl. 13
* Non canimus surdis, respondent omnia sylvæ. 10. Ecl. 8
† Iam mihi per rupes videor, lucósq; sonantes Ire.- 58
* Et vox assensu nemorum ingeminata remugit. 3. Geor. 45
† Asper acerba sonans: quo tota exterrita sylvis 150
Diffugiunt armenta: furit mugitibus æther
Concussus, silvæque, & sicci ripa Tanagri.
* Cum gemitu: reboant silvæque, & magnus Olympus? 224
† - . quem super ingens 261
Porta tonat cœli, & scopulis illisa reclamant
Æquora, nec miseri possunt revocare parentes.
* Balatu pecorum, & crebris mugitibus amnes, 555
Arentésque sonant ripæ, colléque supini.
† - aut ubi concava pulsu 4. Geor. 49
Saxa sonant, vocísque offensa resultat imago.
* Speluncísque lacus clausos, lucósq; sonantes. 364
† Eurydicen toto referebant flumine ripæ. 527
* --stetit illa tremens, uteróq; recusso 2. Æn. 52
Insonuêre cavæ, gemitúmque dedêre cavernæ.
† - curvísque immugiit Ætna cavernis 3. Æn. 674
* Tum plausu, fremitúq; virûm, studiísq; faventum 5. Æn. 148
Consonat omne nemus, vocémq; inclusa volutant
Littora, pulsati colles clamore resultant.
† Procumbunt piceæ, sonat icta securibus ilex. 6. Æn. 182

7. Æn. 513 * - cornúque recurvo
Tartaream intendit vocem, quâ protinus omne
Contremuit nemus, & silvæ intonuêre profundæ.
701 † --sonat amnis, & Asia longè Pulsa palus.--
8. Æn. 215 * Discessu mugire boves, atque omne querelis
Impleri nemus, & colles clamore relinqui.
239 † --impulsu, quo maximus insonat æther.
Dissultant ripæ, refluítque exterritus amnis.
305 * Consonat omne nemus strepitu, colléśq; resultant.
12. Æn. 756 † Tum verò exoritur clamor, ripæque, lacúsque
Responsant circa, & cœlum tonat omne tumultu.
928 * Consurgunt gemitu Rutuli, totúsque remugit
Mons circum, & latè nemora alta remittunt.

EGREGIUS, EXIMIUS, EXCELLENS, *Maximus virûm, Præstans, Princeps.*

6. Æn. 769 Sylvius Æneas pariter pietate, vel armis
Egregius, si unquam regnādam acceperit Albam.
11. Æn. 416 † Ille mihi ante alios, fortunatúsque laborum,
Egregiúsque animi.-- (*Mezentius.*)
2. Geor. 155 * Adde tot egregias urbes, operúmque laborem.
8. Æn. 290 † Vt bello egregias idem disjecerit urbes
11. Æn. 24 * Ite, ait, egregias animas quæ sanguine nobis
Hanc patriam peperêre suo, decorate supremis.
1. Æn. 444 † Monstrârat caput acris equi: sic nam fore bello
Egregiam, & facilem victu per secula gentem.
4. Æn. 93 * Egregiam verò laudem, & spolia ampla refertis.
7. Æn. 257 † Auspiciis: hinc progeniem virtute futuram
Egregiam, & totam quæ viribus occupet orbem.
5. Æn. 297 * Regius egregiâ Priami de stirpe Diores.
6. Æn. 523 † Egregia intereà conjunx arma omnia tectis.
11. Æn. 432 * Est & Volscorum egregiâ de gente Camilla.
10. Æn. 434 † --huic Pallas instat, & urget:
Huic contrà Lausus, nec multùm discrepat ætas,
Egregii formâ.--
6. Æn. 581 * Stabat in egregiis Arcentis filius armis.
4. Æn. 150 † Æneas, tantum egregio decus enitet ore.
11. Æn. 355 * Quin gnatam egregio genero, digníśq; hymenæis
5. Æn. 361 † Hoc juvenem egregium præstanti munere donat.
6. Æn. 861 * Egregium formâ juvenem, & fulgentibus armis.
7. Æn. 313 † Rex genus egregium Fauni.--

† Hunc decus egregium formæ movet, atq; juventæ. 7. Æn. 473
* Egregium Veneris genus. & Rex ipse Latinus. 555
† Egregium Autorem latus inter, & ilia figit. 10. Æn. 718
* Iasiúsque pater, genus à quo Principe nostrum. 3. Æn. 168
† Se quoq; Principibus permistum agnovit Achivis. 1. Æn. 488
* Cùm Princeps, medióque Gyas in gurgite victor. 5. Æn. 160
† Princeps ante omnes densum Palinurus agebat 833
Agmen: ad hunc alii cursum contendere jussi.
* Princeps ardentem conjecit lampada Turnus. 9. Æn. 535
† Troës agunt: Princeps turmas inducit Asylas. 11. Æn. 620
* Quattuor eximios præstanti corpore tauros. 4. Geor. 538
† Ipse etiam eximiæ laudis succensus amore. 7. Æn. 496
* Occiso Therone, virûm qui maximus ultrò 10. Æn. 312
Æneam petit: huic gladio, pérq; ærea scuta.
† Cygnum excellentem pedibus rapit improbus uncis. 12 Æn. 250
v. Clarus, & Inclytus.

ELYSIUM CAMPI ELYSII, LATI, Loci læti, Vireta amœna, Nemora fortunata, Sedes beatæ, Domus placidæ, Læta arva.

QVamvis Elysios miretur Græcia campos. 1. *Geor.* 38
* Hic locus est, partes ubi se via findit in ambas 6. Æn. 540
Dextera, quæ Ditis magni sub mœnia tendit:
Hac iter Elysium nobis. (*Anchises Æneæ.*)
† Quisque suos patimur Manes, exinde per amplum 743
Mittitur Elysium, & pauci læta arva tenemus.
* Congressus pete, nate, meos: non me impia námq; 5. Æn. 733
Tartara habent, tristésq; umbræ, sed amœna piorum
Concilia, Elysiúmque colo: huc casta Sibylla
Nigrarum multo pecudum te sanguine ducet.
† - sic totâ passim regione vagantur 6. Æn. 886
Aëris in campis latis, atque omnia lustrant.
* (*Musæus Sibyllæ.*) --campósq; nitenteis 677
Desuper ostentat: dehinc summa cacumina linquit,
At pater Anchises penitùs convalle virenti
Inclusas animas, superúmque ad lumen ituras.
† Devenêre locos lætos, & amœna vireta 638
Fortunatorum nemorum, sedésque beatas.
Largior hîc campos æther & lumine vestit
Purpureo; Solémque suum, sua sydera nôrunt:
Pars in gramineis exercent membra palæstris

Contendunt ludo, & fulvâ luctantur arenâ.
Pars pedibus plaudunt choreas, & carmina dicunt.
Necnon Threïcius longâ cum veste Sacerdos
Obloquitur numeris septem discrimina vocum.
6. Æn 656 * Conspicit ecce alios dextrâ, lævâq; per herbam
Vescentes, lætúmque choro Pæana canentes,
Inter odoratum lauri nemus, unde supernè
Plurimus Eridani per silvam volvitur amnis.
Hîc manus ob patriam pugnando vulnera passi,
Quíque Sacerdotes casti, dum vita manebat,
Quíque pii vates, & Phœbo digna loquuti:
Inventas aut qui vitam excoluêre per arteis,
Quíque sui memores alios fecêre merendo:
Omnibus his niveâ cinguntur tempora vittâ,
Quos circumfusos sic est affata Sibylla,
Musæum ante omnes: Medium nam plurima turba
Hunc habet, atque humeris extantem suspicit altis:
Dicite felices animæ.-- &c.
703 † Intereà videt Æneas in valle reductâ
Seclusum nemus, & virgulta sonantia sylvis,
Lethæúmque domos placidas, qui prænatat amnem.
7. Æn. 673 * Nulli certa domus: lucis habitamus opacis,
Riparúmque toros, & prata recentia rivis
Incolimus.-- (*Musæus Sibyllæ.*)

v. Cœlum, & Olympus.

ENSIS, FERRUM, MUCRO, *Gladius, Cuspis.*

1. Geor. 508 ET curvæ rigidum falces curvantur in ensem.
333 † --stat ferri acies mucrone corusco,
Stricta, parata neci.--
2. Æn. 449 * --Alii strictis mucronibus imas Obsedere fores.--
552 † Implicuítque comam lævâ, dextrâq; coruscum
Extulit, ac lateri capulo tenus abdidit ensem.
613 * Prima tenet, sociúmque furens à navibus agmen
Ferro accincta vocat.--
671 † Hîc ferro accingor rursùs, clypeóque sinistram
Insertabam aptans, méque extra tecta ferebam.
3. Æn. 222 * Irruimus ferro: Divos, ipsúmque vocamus.
236 † Haud secùs, ac jussi faciunt, tectósq; per herbam
Disponunt enses, & scuta latentia condunt.
240 * --invadunt socii, & nova prælia tentant.

Obſcœnas pelagi ferro fœdare volucres
* --atque illi ſtellatus iaſpide fulvâ Enſis erat.-- 4. Æn. 261
† Quin morere, ut merita es, ferróq; averte dolorem. 547
* --dixit, vaginâque eripit enſem 579
Fulmineum, ſtrictóque ferit retinacula ferro.
† (*Dido*) - enſémque recludit 646
Dardanium, non hos quæſitum munus in uſus.
* Dixerat: atque illam media inter talia ferro 663
Collapſam aſpiciunt comites, enſémq; cruore
Spumantem, ſparsâſque manus.--
† Idem ambas ferro dolor, atq; eadem hora tuliſſet. 679
* Enſem: atque inſignem galeam ſolatia victo. 5. Æn. 367
† Túque invade viam, vaginâque eripe ferrum. 6. Æn. 260
* Corripit hîc ſubitâ trepidus formidine ferrum. 290
† Infelix Dido, verus mihi nuncius ergo 456
Venerat extinctam, ferróque extrema ſequutam.
* Egregia intereà conjunx, arma omnia tectis 525
Emovet, & fidum capiti ſubduxerat enſem.
† Sed ferro ancipiti decernunt, atráque latè 7. Æn. 525
Horreſcit ſtrictis ſeges enſibus, atráque fulgent.
* Vomeris, huc, & falcis honos, huc omnis aratri 635
Ceſſit amor: recoquunt patrios fornacibus enſes.
† Loricam induitur, fidóq; accingitur enſe. 640
* Quem neque fas igni cuiquam, nec ſternere ferro: 692
Jampridem reſides populos, deſuetáque bello
Agmina in arma vocat ſubitò, ferrúmq; retractat.
† Lævas cetra tegit, falcati comminùs enſes. 732
* Æratæque micant peltæ, micat æreus enſis. 743
† Sed non Dardaniæ medicari cuſpidis ictum 756
Evaluit. -
* Tum lateri, atq; humeris, Tegeæum ſubligat enſem. 8. Æn. 459
† --neque finitimus Mezentius unquam 569
Huic capiti inſultans tot ferro ſæva dediſſet
Funera, tam multis viduaſſet civibus urbem.
* Miratúrque, intérque manus, & brachia verſat, 619
Fatiferúmque enſem, loricam ex ære rigentem.
† Sic ait illacrymans, humero ſimul exuit enſem 9. Æn. 303
Auratum, mirâ quem fecerat arte Lycaon
Gnoſius, atq; habilem vaginâ aptârat eburnâ.
* Sic memorat, vocémq; premit: ſimul enſe ſuperbum 324
Rhamnetem aggreditur.--
† Pectore in adverſo totum cui comminùs enſem 347
Condidit aſſurgenti, & multâ morte recepit.

9. Æn. 423 † - simul ense recluso Ibat in Euryalum.--
427 * Me, me, adsum qui feci, in me convertite ferrum.
431 † Talia dicta dabat, sed viribus ensis adactus
Transadigit costas, & candida pectora rumpit.
441 * - instat non segniùs, ac rotat ensem
Fulmineum, donec Rutuli clamantis in ore
Condidit adverso, & moriens animam abstulit hosti.
548 † Ense levis nudo, parmâq; inglorius albâ.
749 * Sic ait: & sublatum altè consurgit in ensem,
Et mediam ferro gemina inter tempora frontem
Dividit, impubésque immani vulnere malas.
769 † Vibranti gladio connixus ab aggere dexter
Occupat, huic uno dejectum comminùs ictu
Cum galeâ longè jacuit caput.--
10. Æn. 313 * --huic gladio, pérque ærea scuta,
Per tunicam squallentem auro, latus haurit apertum.
387 † --Atque ensem tumido in pulmone recondit.
394 * Nam tibi, Tymbre, caput Evandrius abstulit ensis.
414 † Strymonio dextram fulgenti diripit ense
Elatam in jugulum.--
475 * Vaginâque cavâ fulgentem d ripit ensem.
513 † Proxima quæque metit gladio, latúmq; per agmen
Ardens limitem agit ferro.--
535 * Sic fatus galeam lævâ tenet, atque reflexâ
Cervice orantis capulo tenus abdidit ensem.
545 † Dardanides contrà furit, Anxuris ense sinistram,
Et totum clypei ferro dejecerat orbem.
568 * -- Iovis cum fulmina contrà
Tot paribus streperet clypeis, tot stringeret enses.
577 † --strictum rotat acer Lucagus ensem.
601 * Tum latebras animæ pectus mucrone recludit.
651 † Talia vociferans sequitur, strictúmq; coruscat
Mucronem.--
681 * An sese mucrone ob tantum dedecus amens
Induat, & crudum per costas exigat ensem.
715 † Non ulli est animus stricto concurrere ferro.
786 *-- ociùs ensem Æneas viso Tyrrheni sanguine lætus
Eripit à femore, & trepidanti fervidus instat.
896 † Advolat Æneas vaginâque eripit ensem.
907 * --jugulóque haud inscius accipit ensem,
Vndantíque animam diffundit in arma cruore.
11. Æn. 10 † --clypeúmque ex ære sinistræ
Subligat, atque ensem collo suspendit eburnum.

† Tempora nudus adhuc, laterique accinxerat ensem. 11. Æn. 419
* --sed Buten adversum cuspide figit, 6 ,1
Loricam, galeámque inter.--
† Ense pedes nudo, puráque interrita parmâ. 711
* Circumdat loricam humeris, simul aptat habendo 12. Æn. 88
Ensémque, clypeúmque, & rubræ cornua cristæ:
Ensem: quem Dauno ignipotens Deus ipse parenti
Fecerat, & Stygiâ candentem tinxerat undâ.
† Tum pius Æneas stricto sic ense precatur. 175
* Pars gladios stringunt manibus, pars missile ferrum 278
Corripiunt, cæcíque ruunt.--
† --aut corpora saltu 287
Subjiciunt in equos, & strictis ensibus adsunt.
* Impressóque genu nitens, terræ applicat ipsum, 303
Sic rigido latus ense ferit.--
† Ense sequens nudo superimminet.- 309
* --& pede collo 356
Impresso, dextrâ mucronem extorquet, & alto
Fulgentem tinxit jugulo.--
† Ibat, & auxilium ducto mucrone petebat. 378
* Abstulit ense caput, truncúmque reliquit arenâ. 383
† Ense secent lato vulnus, telíque latebram 389
Rescindunt penitùs--
* - ferit ense gravem Tymbræus Osirim- 458
† - & quà fata celerrima, crudo 507
Transadigit costas, & crates pectoris ense.
* Hinc mucrone ferit, currúque abscissa duorum 511
Suspendit capita, & rorantia sanguine portat.
† --circum hos utrimque phalanges 662
Stant densæ, strictísque seges mucronibus horret
Ferrea.--
* --tum crebris ensibus ictus 713
Congeminant: sors, & virtus miscentur in unum.
† --& corpore toto 728
Altè sublatum consurgit Turnus in ensem,
Et ferit: exclamant Troës, trepidíque Latini,
Arrectæque amborum acies; at perfidus ensis
Frangitur, in medióque ardentem deserit ictu.
* Nomine quemq; vocans, notúmq; efflagitat ensem. 759
† --fratríque ensem Dea Daunia reddit. 785
* Hic gladio fidens, hic acer, & arduus hastâ. 789
† Aut ensem (quid enim sine te Iuturna valeret?) 798
Ereptum reddi Turno, & vim crescere victis?

12. Æn. 950 † --Ferrum adverso sub pectore condit.

v. Arma, Clypeus, Scutum.

EQVES; EQVVS, QVADRVPES, Quadrupedans, Sonipes; Alipes, Cornipes, Ferus: Equestris: Quadriga, Currus: Cursus: Equitatus, Equitare: Equinus, Equa: Pedestris.

8. Ecl. 27 IVngentur jam gryphes equis, ævóque sequenti.

1. Geor. 12 * (*Neptune.*) - túque, ô cui prima frementem
Fudit equum magno tellus percussa tridenti.

3. Geor. 7 † Hippodaméque, humeróq; Pelops insignis eburno
Acer equis?

75 * Continuò pecoris generosi pullus, in arvis
Altiùs ingreditur, & mollia crura reponit:
Primus & ire viam, & fluvios tentare minaces
Audet, & ignoto sese committere ponto,
Nec vanos horret strepitus (illi ardua cervix,
Argutúmque caput, brevis alvus, obesáque terga,
Luxuriátque toris animosum pectus, honesti
Spadices, glaucíque color deterrimus albis,
Et gilvo;) tùm si qua sonum procul arma dedêre,
Stare loco nescit: micat auribus, & tremit artus:
Collectúmque premens volvit sub naribus ignem:
Densa juba, & dextro jactata recumbit in armo.
At duplex agitur per lumbos spina, cavátque
Tellurem, & solido graviter sonat ungula cornu.

89 † Talis Amyclæi domitus Pollucis habenis
Cyllarus, & quorum Graii meminêre Poëtæ,
Martis equi bijuges, & magni currus Achillis:
Talis & ipse jubam cervice effudit equinã,
Conjugis adventu pernix Saturnus, & altum
Pelion hinnitu fugiens implevit acuto.

94 * Hũc quoq;, ubi aut morbo gravis, aut jã segnior annis
Deficit, abde domo, nec turpi ignosce senectæ.

103 † Et quis cuique dolor victo, quæ gloria palmæ.
Nonne vides, cùm præcipiti certamine campum
Corripuêre, ruúntque effusi carcere currus.

108 * Et proni dant lora: volat vi fervidus axis,
Iámque humiles, jámque elati sublimè videntur
Aëra per vacuum ferri, atq; assurgere in auras:
Nec mora, nec requies: at fulvæ nimbus arenæ

Tollitur, humeſcunt ſpumis, flatúq; ſequentum:
Tantus amor laudum, tantæ eſt victoria curæ.
Primus Erichthonius currus, & quattuor auſus
Iungere equos, rapidiſque rotis inſiſtere victor.
Fræna Pelethronii Lapithæ, gyróſque dedêre,
Impoſiti dorſo, atq; equitem docuêre ſub armis
Inſultare ſolo, & greſſus glomerare ſuperbos
Æquus uterque labor, æquè juvenémq; magiſtri
Exquirunt, calidúmq; animis, & curſibus acrem.
† Primus equi labor eſt, animos, atq; arma videre 183
Bellantum, lituóſque pati, tractúq; gementem
Ferre rotam, & ſtabulo frænos audire ſonantes,
Tum magis, atq; magis blandis gaudere magiſtri
Laudibus, & plauſæ ſonitum cervicis amare.
* At, tribus exactis, ubi quarta acceſſerit ætas, 191
Carpere mox gyrum incipiat, gradibúſq; ſonare
Compoſitis, ſinuétque alterna volumina crurum:
Sitque laboranti ſimilis, tum curſibus auras
Provocet: ac per aperta volans, ceu liber habenis
Æquora, vix ſummâ veſtigia ponat arenâ.
† Labitur infelix ſtudiorum, atq; immemor herbæ 499
Victor equus, fontéſq; avertitur, & pede terram
Crebra ferit, demiſſæ aures.-- &c.
* --vel qualis equos Threïſſa fatigat 1. Æn. 315
Harpalice, volucrémque fugâ prævertitur Hebrum.
† Effodêre loco ſignum, quod regia Iuno 442
Monſtrârat, caput acris equi: ſic nam fore bello
Egregiam, & facilem victu per ſecula gentem.
* Ardenteis avertit equos in caſtra, priuſquàm 471
Pabula guſtaſſent Trojæ, Xanthúmque bibiſſent.
Infelix puer, atq; impar congreſſus Achilli
Fertur equis, curruque hæret reſupinus inani,
Lora tenens tamen.--
† Vnà ingens Periphas, & equorum agitator Achillis. 2. Æn. 476
* In latus, inque feri curvam compagibus alvum. 51
† Addit equos, addítque duces.-- 5. Æn. 470
* Quattuor hic, primum omen, equos in gramine vidi 537
Tondentes campum latè, candore nivali.
Et pater Anchiſes, Bellum ô terra hoſpita portas:
Bello armantur equi: bellum hæc armenta minantur,
Sed tamen iidem olim curru ſuccedere ſueti
Quadrupedes, & fræna jugo concordia ferre?
Spes eſt pacis, ait.--

3. *Æn.* 703 † Arduus inde Agragas ostentat maxima longè
Mœnia, magnanimûm quondam generator equorum.

4. *Æn.* 134 * --ostróque insignis, & auro
Stat sonipes, ac fræna ferox spumantia mandit.

156 † At puer Ascanius mediis in vallibus acri
Gaudet equo, jámque hos cursu, jam præterit illos.

515 * Quæritur, & nascentis equi de fronte revulsus,
Et mutri præreptus amor.--

5. *Æn.* 549 † --cursúsq; instruxit equorum.

553 * Incedunt pueri: paritérque ante ora parentum
Frænatis lucent in equis.--

560 † Tres equitum numero turmæ, terníq; vagantur
Ductores.--

565 * --quem Thracius albis
Portat equus bicolor maculis, vestigia primi
Alba pedis, frontémq; ostentans arduus albam.

570 † Extremus; formâq; ante omnes pulcher Iülus
Sidonio est invectus equo: quem candida Dido
Esse sui dederat monimentum, & pignus amoris.
Cætera Trinacriis pubes senioris Acestæ
Fertur equis.--

577 * Postquàm omnem læti consessum, oculósq; suorum
Lustravêre in equis, signum clamore paratis
Epytides longè dedit, insonuítque flagello.
Olli discurrêre pares, &c *v. Certamen equestre.*

667 † Primus & Ascanius, cursus ut lætus equestres
Ducebat: sic acer equo turbata petivit
Castra, nec exanimes possunt retinere Magistri.

739 * Et me sævus equis Oriens afflavit anhelis.

817 † Iungit equos curru genitor, spumantiáque addit
Fræna feris, manibúsq; omnes effundit habenas,
Cæruleo per summa levis volat æquora curru:

6. *Æn.* 587 * Quatuor hic invectus equis, & lampada quassans.

590 † Demens qui nimbos, & non imitabile fulmen
Ære, & cornipedum cursu simulârat equorum.

652 * --passímque soluti
Per campos pascuntur equi: quæ gratia currûm,
Armorûmque fuit vivis, quæ cura nitentes
Pascere equos, eadem sequitur tellure repostos.

879 † --non illi quisquam se impunè tulisset
Obvius armato, seu cùm pedes iret in hostem,
Seu spumantis equi foderet calcaribus armos.

7. *Æn.* 162 * --Ante urbem, & primævo flore Iuventus.

Exer-

Exercentur equis, domitántq; in pulvere currus.
† Cùm provectus equo lõgævi regis ad aures Nũtius. 7. *Æn.* 166
* *Picus equûm domitor, quem capta cupidine conjunx* 189
Aureâ percussum virgâ, versúmque venenis
Fecit avem Circe.--
† Hæc effatus, equos, numero pater eligit omni; 274
Stabant tercentum nitidi in præsepibus altis.
Omnibus extemplò Teucris jubet ordine duci
Instratos ostro alipedes, pictísq; tapetis;
Aurea pectoribus demissa monilia pendent:
Tecti auro, fulvum mandunt sub dentibus aurum.
Absenti Æneæ currum, geminósq; jugales
Semine ab ætherio, spirantes naribus ignem,
Illorum de gente, patri quos Dædala Circe
Supposità de matre, nothos furata creavit.
Talibus Æneadæ donis, dictísque Latini,
Sublimes in equis redeunt, pacémq; reportant.
* --ille frementeis Ad juga cogit equos.-- 638
† Pars pedes ire parat campis, pars arduus altis 624
Pulverulentus equis furit: omnes arma requirunt.
* Lausus equûm domitor, debellatórq; ferarum. 651
† Post hos insignem palmâ per gramina currum, 655
Victorésq; ostentat equos satus Hercule pulchro,
Pulcher Aventinus.--
* At Messapus equûm domitor, Neptunia proles, 691
Quem neque fas igni cuiquam, nec sternere ferro,
Jampridem resides populos, desuetáq; bello
Agmina in arma vocat.--
† Curru jungit Halesus equos, Turnóq; feroces 724
Mille rapit populos.--
* Vnde etiam Triviæ templo, lucísq; sacratis 778
Cornipedes arcentur equi: quòd littore currum
Et juvenem monstris pavidi effudêre marinis.
Filius ardenteis haud seciùs æquore campi
Exercebat equos, currúque in bella ruebat.
† Hos super advênit Volscâ de gente Camilla, 803
Agmen agens equitum, & florentes ære catervas
Bellatrix.--
* Arcadas huic equites bis centum robora pubis 8. *Æn.* 518
Lecta dabo, totidémque suo tibi nomine Pallas.
† Dantur equi Teucris Tyrrhena petentibus arva. 531
* Iámq; adeò exierat portis equitatus apertis. 585
† --it clamor, & agmine facto 595

Quadrupedante putrem sonitu quatit ungula campum.

6. Æn. 607 * Huc pater Æneas, & bello lecta Iuventus
Succedunt, fessíque, & equos, & corpora curant.

642 † Haud procul inde, citæ Metiũ in diversa quadrigæ
Distulerant (at tu dictis, Albane, maneres)
Raptabátque viri mendacis viscera Tullus
Per sylvam, & sparsi rorabant sanguine vepres.
* Quid dubitas? nũc tẽpus equos, nũc poscere currus.

9. Æn. 25 12 † Iámque omnis campis exercitus ibat apertis,
Dives equûm, dives pictaï vestis, & auri.

8. Æn. 47 * Turnus ut antevolans tardum præcesserat agmen,
Viginti lectis equitum comitatus, & urbi
Improvisus adest, maculis quem Thracius albis
Portat equus, cristâque tegit galea aurea rubrâ.

57 † --huc turbidus, atque huc
Lustrat equo muros, aditúmque per avia quærit.

123 * Obstupuêre animis Rutuli, conterritus ipse
Turbatis Messapus equis: cunctatur & amnis
Rauca sonans.--

9. Æn. 269 † Vidisti quo Turnus equo, quibus ibat in armis
Aureus.--

330 * Armigerúmque Rhemi premit, aurigámq; sub ipsis
Nactus equis, ferróque secat pendentia colla.

253 †- & religatos ritè videbat Carpere gramen equos.-

367 * Intereà præmissi equites ex urbe Latinâ Ibant.--

379 † Objiciunt equites sese ad divortia nota.

9. Æn. 394 * Audit equos, audit strepitus, & signa sequentum.

605 † Venatu invigilant pueri, sylvásque fatigant,
Flectere ludus equos, & spicula tendere cornu.

778 * Semper equos, atque arma virûm, pugnásq; canebat.

10. Æn. 20 † Cernis ut insultent Rutuli: Turnúsq; feratur
Per medios insignis equos, tumidúsq; secundo
Marte ruat? --

181 * Astur equo fidens, & versicoloribus armis.

238 † Iam loca jussa tenet, forti permixtus Hetrusco,
Arcas eques.-

352 *--subit, & Neptunia proles Insignis Messap⁹ equis.-

364 † Arcadas insuetos acies inferre pedestres,
Vt vidit Pallas Latio dare terga sequaci.
Aspera queis natura loci dimittere quando
Suasit equos, unum quod rebus restat egenis.

440 * Turnum qui volucri curru medium secat agmen.

570 † -quin ecce Nyphæi

Quadrijuges in equos, adversáque pectora tendit:
At, illi longè gradientem, & dira frementem
Ut vidêre metu versi, retróque ruentes,
Effundúntque ducem, rapiúntque ad littora currus.
Intereà bijugis infert se Lucagus albis
In medios, fratérq; Liger: Sed frater habenis
Flectit equos.--
† Non Diomedis equos, non currum cernis Achillis? 10. Æn. 581
* Lucage nulla tuos currus fuga segnis equorum 592
Prodidit, aut vanæ vertêre ex hostibus umbræ:
Ipse rotis saliens juga deseris. Hæc ita fatus
Arripuit bijugos.--
† --& quanquam vis alto vulnere tardat, 857
Haud dejectus equum duci jubet? hoc decus illi.
* Ter circùm astantem lævos equitavit in orbes, 885
Tela manu jaciens.--
† --jam tandem erumpit, & inter 890
Bellatoris equi cava tempora conjicit hastam.
Tollit se arrectum quadrupes, & calcibus auras
Verberat, effusúmque equitem super ipse secutus
Implicat, erectóque incumbit cernuus armo.
* Addit equos, & tela quibus spoliaverat hostem. 11. Æn. 80
† Post bellator equus positis insignibus Æthon, 89
It lacrymans, guttísque humectat grandibus ora.
* --ter mœstum funeris ignem 189
Lustravêre in equis, ululatúsque ore dedêre.
† Qualis ubi abruptis fûgit præsepia vinclis, 492
Tandem liber equus, campóque potitus aperto,
Aut ille in pastus, armentáque tendit equarum,
Aut assuetus aquæ perfundi flumine noto
Emicat, arrectísque fremit cervicibus altè
Luxurians, ludúntque jubæ per colla, per armos.
Obvia cui Volscorum acie comitante Camilla
Occurrit, portísque ab equo regina sub ipsis
Desiluit: quam tota cohors imitata relictis
Ad terram defluxit equis.--
* Soláque Tyrrhenos equites ire obvia contrà. 504
† Æneas, &c. equitum levia improbus arma 511
Præmisit, quaterent campos.--
* Tu Tyrrhenum equitem collatis excipe signis.
† Hic natum in dumis, intérq; horrentia lustra 518
Armentalis equæ mammis, & lacte ferino 570
Nutribat, teneris immulgens ubera labris.

11. *Æn*.597 * At manus intereà muris Trojana propinquat,
Hetruſcíque duces equitúmq; exercitus omnis,
Compoſiti numero in turmas: fremit æquore toto
Inſultans ſonipes, & preſſis pugnat habenis,
Hùc obverſus, & hùc. -

607 † Adventúſque virûm, fremitúſq; ardeſcit equorum.
Iámque intrà jactum teli progreſſus uterque
Subſtiterat: ſubitò erumpunt clamore, frementéſq;
Exhortantur equos. --

613 * Connixi incurrunt haſtis, primíq; ruinam
Dant ſonitu ingenti, præfractáq; quadrupedantum
Pectora pectoribus rumpunt.--

618 † Extemplò turbatæ acies, versíq; Latini
Rejiciunt parmas, & equos ad mœnia vertunt.

623 * Hi fugiunt penitúſque datis referuntur habenis.

635 † Semianimes volvuntur equi, pugna aſpera ſurgit.

637 * Haſtam intorſit equo, ferrúmq; ſub aure reliquit,
Quo ſonipes ictu furit arduus, altáq; jactat
Vulneris impatiens, arrecto pectore crura.

670 † Tú Lyrem, Paganúmq; ſuper: quorum alter habenas
Suffoſſo revolutus equo dum colligit, alter.

678 * (*Orphitus.*) -& equo venator Iapyge fertur.

715 † Incipit hæc: Quid tam egregium, ſi fœmina forti
Fidis equo? dimitte fugam, & te comminùs æquo
Mecum crede ſolo, pugnæq; accinge pedeſtri.

709 * Dixit: At illa furens, acríq; incenſa dolore
Tradit equum comiti. paribúſq; aſſiſtit in armis.

722 † At juvenis viciſſe dolo ratus, advolat ipſe,
(Haud mora) conversíſq; fugax aufertur habenis,
Quadrupedémq; citum ferratâ calce fatigat.

718 * Hæc fatur virgo, & pernicibus ignea plantis,
Tranſit equum curſu, fræníſq; adverſa prehenſis
Congreditur.--

728 † Ergo inter cædes, cedentiáq; agmina, Tarchon
Fertur equo, variíſq; inſtigat vocibus alas.

741 * Hæc effatus, equum in medios moriturus & ipſe
Concitat, & Venulo adverſum ſe turbidus infert.
Direptúmq; ab equo dextrâ complectitur hoſtem.

755 † Hàc juvenis furtim celeres detorquet habenas.

769 * Spumantémq; agitabat equum, quem pellis ahenis
In plumam ſquammis, auro conſerta tegebat.

880 † Disjectíq; duces, deſolatíq; manipli
Tuta petunt, & equis averſi ad mœnia tendunt.

*Quadrupedúmq; putrem cursu quatit ungula campũ. 11. Æn. 875
† Adventúmq; pedum, flatúsq; audivit equorum. 910
* Ni roseus fessos jam gurgite Phœbus Ibero 912
Tingat equos.--
† Poscit equos, gaudétque tuens ante ora frementes, 12. Æn. 82
Pilumno quos ipsa decus dedit Orithyia,
Qui candore nives anteirent, cursibus auras.
Circumstant properi aurigæ, manibúsq; lacessunt
Pectora plausa cavis, & colla comantia pectunt.
* --cùm primùm alto se gurgite tollunt 114
Solis equi, lucémq; elatis naribus efflant.
† Intereà Reges, ingenti mole Latinus
Quadrijugo vehitur curru, cui tempora circùm 156
Aurati bis sex radii fulgentia cingunt,
Solis avi specimen: bigis it Turnus in albis.
* Infrænant alii currus, aut corpora saltu 287
Subjiciunt in equos, & strictis ensibus adsunt.
† Adverso proterret equo: ruit ille recedens.- 291
* Desuper altus equo graviter ferit - 295
† Poscit equos, atque arma simul, saltúq; superbus 326
Emicat in currum, & manibus molitur habenas.
* --atque furentes 331
Bella movens immittit equos: illi æquore aperto
Ante Notos, Zephyrúmq; volant, gemit ultima pulsu,
Thraca pedum, circúmq; atræ formidinis ora,
Talis equos alacer media inter prælia Turnus
Fumantes sudore quatit (miserabile) cæsis
Hostibus insultans; spargit rapida ungula rores
Sanguineos, mistâq; cruor calcatur arenâ.
† Vel conferre manum, vel equo prævertere ventos. 345
* - nec equis aspirat Achillis. 352
† Sistit equos bijugos, & curru desilit, atque. 355
* Et sternacis equi lapsum cervice Timeten. 364
† Objecit sese ad currum, & spumantia fræno 372
Ora citatorum dextrâ contorsit equorum.
* --jam pulvere cœlum 408
Stare vident, subeunt equites, & spicula castris
Densa cadunt mediis.-- *Insequitur.*
† Nec pede congressos, nec equo, nec tela ferentes-- 465
* Hoc concussa metu mentem Iuturna virago 468
Aurigam Turni media inter lora Metiscum
Excutit, & longè lapsum temone relinquit.
Ipsa subit manibúsq; undanteis flectit habenas.--

477 †(*Hirundini.*) --similis, medios Iuturna per hostes
Fertur equis, rapidóque volans obit omnia curru.
12. Æn. 484 * Alipedúmque fugam cursu tentavit equorum,
Aversos toties currus Iuturna retorsit.
494 † Tùm verò assurgunt iræ, insidiisq; subactus
Diversos ubi sensit equos, currúmque referri.
509 * Turnus equo dejectum Amycum, fratrémq; Diorem
Congressus pedes, hunc venientem cuspide longâ.
532 † --hunc lora, & juga subter
Provolvêre rotæ: crebro super ungula pulsu
Incita, nec domini memorum proculcat equorum.
616 * Iam minùs, atq; minùs successu lætus equorum.
622 † --adductisq; amens subsistit habenis,
Aurigæ, currúmq; & equos, & lora regebat.
650 * --medios volat ecce per hostes
Vectus equo spumante Sages.--
664 † --tu currum deserto in gramine versas.
681 * Dixit, & è curru saltum dedit ocyus arvis,
Pérque hos, per tela ruit.--
735 † Fama est præcipitem, cùm prima in prælia junctos
Conscendebat equos, patrio mucrone relicto
Dùm trepidat, ferrum aurigæ rapuisse Metisci.
1. Geor. 58 * Castorea, Eliadum palmas Epeiros equarum.
11. Æn. 494 † Aut equus in pastus, armentáque tendit equarum.
571 * Armentalis equæ mammis, & lacte ferino.

EQUUS TROJANUS.

Instar montis, Votum, Donum Minervæ, Robur sacrum, cavum: Simulacrum: Machina fatalis, Lignum, Effigies, Moles immensa, Monstrum infælix.

2. Æn. 15 † Instar montis equum, divinâ Palladis arte,
Ædificant, sectâq; intexunt abiete costas:
Votum pro reditu simulant, (*Græci.*)
31 * Pars stupet innuptæ donum exitiale Minervæ:
Et molem mirantur equi.--
183 † Nam si vestra manus violasset dona Minervæ,
Tum magnũ exitium (quod Dii prius omen in ipsum
Convertant) Priami imperio, Phrygibúsq; futurum.
Sin manibus vestris vestram ascendisset in urbem,
Vltrò Asiam magno Pelopeia ad mœnia bello
Venturam; & nostros ea fata manere Nepotes.
230 * --scelus expendisse merentem
Laocoonta ferunt, sacrum qui cuspide robur

Læserit, & tergo sceleratam intorserit hastam.
Ducendum ad sedes simulacrum, orandáq; Divæ
Numina, conclamant.--
* --scandit fatalis machina muros, 2. Æn. 237
Fœta armis, circum pueri, innuptæq; puellæ
Sacra canunt, funémq; manu contingere gaudent:
Illa subit, mediæque minans illabitur urbi.
† Aut hoc inclusi ligno occultantur Achivi, 45.
Aut hæc in nostros fabricata est machina muros,
Inspectura domos, venturáq; desuper urbi:
Aut aliquis latet error. Equo ne credite Teucri.
* Præcipuè cùm jam hic trabibus contextus acernis 112
Staret equus, toto sonuerunt æthere nimbi.
†-- pars ingentē formidine turpi, &c. Scandunt.-- 400
* Quò molē hanc immanis equi statuêre? quis author? 151
Quidve petunt? quæ relligio? quæ machina belli?
† Hanc pro Palladio moniti, pro Numine læso 183
Effigiem statuêre, nefas quæ triste piaret.
Hanc tamen immensam Calchas attollere molem
Roboribus textis, cœlóq; educere jussit,
Nec recipi portis, aut duci in mœnia possit:
Neu populum antiquâ sub relligione tueri.
Nam si vestra manus violasset dona Minervæ,
Tùm magnum exitiū imperio, Phrygibúsq; futurum.
* Et monstrum infœlix sacratâ sistimus arce. 245
† Inclusos Danaos, & pinea furtim 258
Laxat claustra Sinon, illos patefactus ad auras
Reddit equus, lætíque cavo se robore promunt.
* Arduus armatos mediis in mœnibus adstans 388
Fundit equus.--
† Cùm fatalis equus saltu per ardua vênit 6. Æn. 515
Pergama, & armatum peditem gravis attulit alvo.
* --cæsis summæ custodibus arcis 9. Æn. 151
Ne timeant, nec equi cæcâ condentur in alvo.

EXILIVM, EXVL, PROFVGVS, Extorris, Patriâ pulsus & Excussus: Advena, Externus: Exulare: Relegare; Patriam fugere, Dulces relinquere terras, Errare, Pererrare aliorum fines.

NOs patriæ fines, & dulcia linquimus arva, 1. Ecl. 3
Nos patriam fugimus.--

1. *Ecl.* 62 † Antè pererratis amborum finibus exul.

11 * --undique totis Vsque adeò turbatur agris.--

65 † At nos hinc alii sitientes ibimus Afros:
Pars Scythiam, & rapidum Cretæ veniemus Oaxem,
Et penitùs toto divisos orbe Britannos,
Et nunquam patrios longo post tempore fines, &c.

1. *Geor.* 511 * Exilióque domos, & dulcia limina linquunt:
Atque alio patriam quærunt sub sole jacentem.

3. *Geor* 212 † Atque ideò tauros procul, atq; in sola relegant
Pascua, post montem oppositum, & trans flumina lata.

3. *Geor.* 225 * (*Taurus.*) --sed alter
Victus abit, longéque ignotis exulat oris
Multa gemens, ignominiam, plagásq; superbi
Victoris, tùm quos amisit inultus amores,
Et stabula aspectans regnis excessit avitis.

1. *Æn.* 1 † Arma, virúmq; cano, Trojæ qui primus ab oris
Italiam, fato profugus, Lavináq; venit Littora.--

303 * --ne fati nescia Dido, Finibus arceret.--

35[?] † Tum celerare fugam, patriáq; excedere suadet.

383 * Ipse ignotus, egens, Libyæ deserta peragro,
Europâ, atq; Asiâ pulsus.--

2. *Æn.* 637 † Abnegat excisâ vitam producere Trojâ,
Exiliúmque pati.--

780 * Longa tibi exilia, & vastum maris æquor arandum,
Ad terram Hesperiam venies, &c.

796 † Atq; hîc ingentem comitum affluxisse novorum
Invenio, admirans numerum, matrésque, virósque,
Collectam exilio pubem, miserabile vulgus.
Vndique convenêre, animis, opibúsq; parati
In quascunque velim pelago deducere terras.

3. *Æn.* 4 * Diversa exilia, & desertas quærere terras,
Auguriis agimur Divûm, classémq; sub ipsa:
Incerti quò fata ferant, ubi sistere detur.
Littora tum patriæ lacrymans, portúsq; relinquo,
Et campos ubi Troja fuit: feror exul in altum
Cum sociis, natóque, Penatibus, & magnis Diis.

4. *Æn.* 211 † Fœmina quæ nostris errans in finibus, urbem
Exiguam pretio posuit, &c.

281 * Ardet abire fugâ, dulcésq; relinquere terras.

311 † Crudelis: quid si non arva aliena, domósque
Ignotas peteres? & Troja antiqua maneret?

375 * Nusquam tuta fides: ejectum littore, egentem
Excepi, & regni demens in parte locavi.

† I, sequere Italiam ventis, pete regna per undas, &c. 4. Æn. 381
* Finibus extorris, complexu avulsus Iüli, 616
Auxilium imploret.--
† Septima post Trojæ excidium jam vertitur æstas 5. Æn. 626
Cùm freta, cùm terras omnes, tot inhospita saxa
Syderáq; emensæ ferimur.--
* --da (non indebita posco 6. Æn. 66
Regna meis fatis) Latio considere Teucros,
Errantésq; Deos, agitatáque numina Trojæ.
† Ille meum comitatus iter, maria omnia mecum, 112
Atque omnes pelagíq; minas, cœlique ferebat
Invalidus, vires ultra, sortémq; senectæ.
* Sed te qui vivum casus, age, fare vicissim, 531
Attulerint: pelagíne venis erroribus actus?
An monitu Divûm? an quæ te fortuna fatigat?
† Quas ego te terras, & quanta per æquora vectum 692
Accipio! quantis jactatum, nate, periclis!
* Consilio hanc omnes, animísq; volentibus urbem 7. Æn. 216
Afferimur, pulsi regnis.--
† Diluvio ex illo tot vasta per æquora vecti 228
Diis sedem exiguam patriis, littúsq; rogamus
Innocuum, & cunctis undámque, aurámq; patentem.
* Quinetiam patriâ excussos infesta per undas 299
Ausa sequi, & profugis toto me opponere ponto.
† Exulibúsne datur ducenda Lavinia Teucris. 359
* Si gener externî petitur de gente Latinis, 367
Idque sedet, Faunique premunt te jussa parentis,
Omnem equidem sceptris terram quæ libera nostris
Dissidet, externam reor.--
† --externúsque in regnum quæritur hæres. 424
* *Hippolytum.* - nemoríque relegat. 775
Solus ubi in sylvis Italis, ignobilis ævum Exiget.-
† Quos illi bello profugos egêre superbo. 8. Æn. 118
* Primus ab æthereo vênit Saturnus Olympo, 319
Arma Iovis fugiens, & regnis exul ademptis.
† Me pulsum patriâ, pelagique extrema sequentem. 333
* Æneas sanè ignotis jactetur in undis. 10. Æn. 42
† Imminet Ida super profugis gratissima Teucris. 158
* Venerat antiquis Coriti de finibus Acron, 719
Graius homo, infectos linquens profugus hymenæos.
† Morte tuâ vivens: heu nunc misero mihi demum 850
Exilium infelix nunc altè vulnus adactum;
Pulsus ob invidiam solio, sceptrísq; paternis,

11. Æn. 541 * Infantem fugiens media inter prælia belli
Sustulit exilio comitem.--
539 † Pulsus ob invidiam regno, virésq; superbas.
261 * Militiâ ex illâ diversum ad littus adacti,
Atrides Protei, Menelaus adusq; columnas
Exulat, Ætnæos vidit Cyclopas Vlysses.
567 † Nõ illum tectis ullæ, non mœnibus urbes Accepêre.--
12. Æn. 236 * Nos patriâ amissâ dominis parêre superbis
Cogemur, qui nunc lenti consedimus arvis.
261 † --quos improbus advena bello
Territat invalidas ut aves.--

FACES, FVNALIA, TÆDÆ.

8. Ecl. 29 MOpse, novas incide faces: tibi ducitur uxor.
1. Geor. 292 † Pervigilat, ferróque faces inspicat acuto.
1. Æn. 150 * Iámque faces, & saxa volant, furor arma ministrat.
4. Æn. 566 † Iam mare turbari trabibus, sævásque videbis
Collucere faces, jam fervere littora flammis.
604 * Quem metui moritura? faces in castra tulissem,
Implessémque foros flammis.--
5. Æn. 637 † Ardentes dare visa faces: hic quærite Trojam.
640 * Neptuno, Deus ipse faces, animúmque ministrat.
661 † --frondem, ac virgulta, facésque
Conjiciunt: furit immissis Vulcanus habenis.
6. Æn. 593 * --non ille faces, nec fumea tædis Lumina.--
7. Æn. 337 † Funereásque inferre faces--
11. Æn. 142 * Arcades ad portas ruere, & de more vetusto,
Funereas rapuêre faces: lucet via longo
Ordine flammarum, & latè discriminat agros.
12. Æn. 575 † Ferte faces properè, fœdúsque reposcite flammis.
656 * Iámque faces ad tecta volant.-
4. Æn. 626 † Qui face Dardanios, ferróque sequare colonos.
7. Æn. 319 * Et Bellona manet te pronuba, nec face tantùm
Cisseis prægnans igneis enixa jugales,
Funestæque iterùm recidiva in Pergama tædæ.
10. Æn. 704 † In lucem genitori Amyco dedit, & face prægnans
Cisseis regina Parim creat urbe paternâ.
77 * Quid face Trojanos atrâ vim ferre Latinis.
2. Æn. 694 † Stella facem ducens multâ cum luce cucurrit.

† Aversi tennêre facem, congesta cremantur.	6. Æn. 224
* Exurgítq; facem attollens, atq; intonat ore.	607
† Sic effata, facem juveni conjecit, & atro Lumine fumantes fixit sub pectore tædas.	7. Æn. 456
* Armatam facibus matrem, & serpentibus atris.	4. Æn. 472
† --dependent lychni laquearibus aureis Incensi, & noctem flammis funalia vincunt.	1. Æn. 727
* Atque omnis facibus pubes accingitur atris: Diripuêre focos, piceum fert fumida lumen Tæda, & commistam Vulcanus ad astra favillam.	9. Æn. 74
† Hic focus, & tædæ pingues, hic plurimus ignis.	7. Ecl. 49
* -tædas sylva alta ministrat, Pascuntúrq; ignes nocturni, & lumina fundunt.	2. Geor. 431
† - nec conjugis unquam Prætendi tædas.--	4. Æn. 338
* Quò thalamum eripiat Teucris tædásq; moretur.	7. Æn. 388
† Admonuit sacris ratibus depellere tædas.	9. Æn. 109
* Ardentes tædas alii ad fastigia jactant.	568
† Erectâ ingenti, tædis, atque ilice sectâ. (Pyrâ.)	4. Æn. 505
* Principio pinguem tædis, & robore secto, Ingentem struxêre Pyram.--	6. Æn. 214
† Præterea castis adolet dum altaria tædis.	7. Æn. 71

FACIES, OS, VVLTVS.

TAm multæ scelerum facies.-	1. Geor. 505
* Vt binæ regum facies, ita corpora gentis.	4. Geor. 94
† Nec pingues unam in faciem nascuntur olivæ.	2. Geor. 89
* Ipsa ingens arbos, faciémque simillima lauro.	131
† Et faciem tauro propior, quæque ardua tota.	3. Geor. 62
* Curvata in montis faciem circumstetit unda.	4. Geor. 360
† Quæ scelerum facies? ô virgo effare. --	6. Æn. 560
* Consilia ut faciem mutatus, & ora Cupido.	1. Æn. 662
† Tu faciem illius, noctem non amplius unam, Falle dolo, & notos pueri puer indue vultus.	687
* Non tibi Tyndaridis facies invisa Lacænæ.	2. Æn. 601
† Apparent diræ facies, inimicáque Trojæ	622
* Veráne te facies, verus mihi nuncius affers, Nate Deâ? vivísne aut si lux alma recessit.	3. Æn. 310
† Ne qua inter sanctos ignes in honore Deorum Hostilis facies occurrat, & omnia turbet.	406
* Prima hominis facies, & pulchro pectore virgo.	426
† Et simul his dictis faciem ostentabat.-- (Nisus.)	5. Æn. 357
* Conjecit, faciémq; Deæ, vestémq; reponit.	619

5. Æn. 721 † Visa dehinc cœlo facies delapsa parentis.
768 * Visa maris facies, & non tolerabile numen.
822 † Tum variæ comitum facies, immania cete.
6. Æn. 104 * O virgo, nova mî facies, inopináve surgit.
7. Æn. 19 † Quos hominum ex facie Dea sæva potentibus herbis,
Induerat Circe in vultus, ac terga ferarum.
Tartareæ monstrum: tot sese vertit in ora:
Tam sævæ facies, tot pullulat atra colubris.
415 * Alecto torvam faciem, & furialia membra
Exuit, in vultus sese transformat aniles.
452 † Diriguêre oculi, tot Erinnys sibilat hydris,
Tantáque se facies aperit, tum flammea torquens.
8. Æn. 194 * Semihominis Caci, facies quam dira tegebat.
298 † Nec te ullæ facies, non terruit ipse Typhœus.
9. Æn. 121 * Reddant se totidem facies, pontóq; ferantur.
336 † Luserat insignis facie multóque jacebat.
583 * Insignis facie genitor quem miserat Arcens.
734 † Agnoscant faciem invisam, atq; immania membra.
10. Æn. 234 * Quærimus: hanc genitrix faciem miserata refecit.
636 † Tum Dea nube cavâ tenuem sine viribus umbram
In faciem Æneæ, Dardaniis ornat telis.
12. Æn. 416 * Hoc Venus obscuro faciem circumdata nimbo.
623 † Atque huic, in faciem soror ut conversa Metisci.
784 * Rursus in aurigæ faciem mutata Metisci.
865 † Hanc versa in faciem Turni se pestis ad ora.
891 * Verte omnes tete in facies. --

v. Os, Vultus, Forma.

FAMA, NOMEN, SERMO, RUMOR.
Nuncius, Murmur, Perhibent, Aiunt, Fertur, Ferunt, Vulgari.

5. Ecl. 43 DAphnis ego in sylvis, hinc usque ad sydera notus.
76 * Dū juga montis aper, fluvios dū piscis amabit,
Semper honos noménque tuum, laudésq; manebunt.
9. Ecl. 11 † Audieras, & fama fuit. -
27 * Vare, tuum nomen, superet modò Mantua nobis,
Cantantes sublime ferent ad sydera cygni.
3. Geor. 3 † Cætera, quæ vacuas tenuissent carmine mentes,
Omnia jam vulgata. Quis aut Eurysthea durum,
Aut illaudati nescit Busiridis aras?
Cui non dictus Hylas puer, & Latonia Delos?

Hippodaméque? humeróq; Pelops insignis eburno
Acer equis? tentanda via est, quâ me quoque possim
Tollere humo, victórque virûm volitare per ora.
* Mox tamen ardenteis accingar dicere pugnas — 3. Geor. 46
Cæsaris, & nomen famâ tot ferre per annos,
Tithoni primâ quot abest ab origine Cæsar.
† --altiùs omnem — 4. Geor. 286
Expediam, primâ repetens ab origine, famam.
* Imperium Oceano, famam qui terminet astris. — 1. Æn. 286
† --famâ super æthera notus, — 378
* Belláque jam famâ totum vulgata per orbem. — 4 .6
† Solve metus, feret hæc aliquam tibi fama salutem. — 462
* Illic (ut perhibent) aut intempesta silet nox — 1. Geor. 247
† Septem illum totos perhibent ex ordine menses. — 4. Geor. 57
* Electrâ (ut Graii perhibent) Atlantide cretus. — 8 Æn 145
† Quem secum patrios aiunt portare Penates. — 4. Æn. 598
* Quam Iuno fertur magis omnibus unam. — 1. Æn. 15
† scelus expendisse merentem Laocoonta ferunt. — 2. Æn. 229
* Dissiluisse ferunt, cùm protinùs utraque tellus. — 3. Æn. 415
† Námque ferunt famâ Hippolytum -- — 7. Æn. 765
* Quis genus Æneadum, quis Trojæ nesciat urbem, — 1. Aen. 564
Virtutémque, virósque, aut tanti incendia belli?
† Votum pro reditu simulant, ea fama vagatur. — 2. Æn. 17
* Est in conspectu Tenedos notissima famâ Insula.- — 21
† Fando aliquid si fortè tuas pervenit ad aures — 81
Belidæ nomen Palamedis, & inclyta famâ Gloria.-
* Non ita, námque etsi nullum memorabile nomen — 583
Fœmineâ in pœnâ est, nec habet victoria laudem.
† Illustres animas, nostrúmque in nomen ituras. — 6. Æn. 758
* Externi veniunt generi, qui sanguine nostrum — 7. Æn. 98
Nomen in astra ferant.--
† Gessimus, & nos aliquod noménque, decúsque; — 89
* --hinc spargere voces In vulgum ambiguas.-. — 98
† Fama volat, pulsum regnis cessisse paternis — 3. Æn. 121
Idomenêa ducem.--
* Hic incredibilis rerum fama occupat aures. — 294
† Hinc sinus Herculei (si vera est fama) Tarenti — 551
Cernitur. -
* Fama est Enceladi semiustum fulmine corpus — 578
Vrgeri mole hac. - (Ætnæ.)
† --neque enim specie, famâve movetur. — 4. Æn. 170
* Extemplò Libyæ magnas it fama per urbes: — 173
Fama malum, quo non aliud velocius ullum,

Mobilitate viget, viréſq; acquirit eundo:
Parva metu primò, mox ſeſe attollit in auras,
Ingreditúrq; ſolo, & caput inter nubila condit.

4. Æn. 178 † Illam Terra parens ira irritata Deorum,
Extremam (ut perhibent) Cæo, Enceladóq; ſororem,
Progenuit, pedibus celerem, & pernicibus alis,
Monſtrũ horrẽdũ ingẽs, cui quot ſunt corpore plumæ,
Tot vigiles oculi ſubter, mirabile dictu,
Tot linguæ, totidem ora ſonant, tot ſubrigit aures.

148 * Nocte volat cœli medio, terræque per umbram
Stridet, nec dulci declinat lumina ſomno.
Luce, ſedet cuſtos aut ſummi culmine tecti,
Turribus aut altis, & magnas territat urbes.

188 † Tam ficti, pravíque tenax quàm nuncia veri.
Hæc tum multiplici populos ſermone replebat
Gaudens & pariter facta, atq; infecta canebat,
Veniſſe Æneam Trojano à ſanguine cretum,
Cui ſe pulchra viro dignetur jungere Dido.
Nunc hyemem inter ſe luxu, quàm longa, fovere,
Regnorum immemores, turpíque cupidine captos:
Hæc paſſim Dea fœda virûm diffundit in ora.

203 * -- & rumore accenſus amaro.

18 † -- famámq; fovemus inanem.

221 * --& oblitos famæ melioris amanteis.

298 † -- eadem impia fama furenti
Dettulit armari claſſem, claſſémque parari.

321 * (*Dido Æneæ.*) -- te propter eundem
Extinctus pudor, & quà ſolâ ſydera adibam,
Fama prior.--

387 † Audiam, & hæc Manes veniet mihi fama ſub imos.

666 * --it clamor ad alta
Atria: concuſſam bacchatur fama per urbem.

203 † Iſque amens animi, & rumore incenſus amaro.

8. Æn. 90 * Ergo iter incœptum celerant rumore ſecundo.

7. Æn. 549 † Finitimas in bella feram rumoribus urbes.

12. Æn. 228 * Rumoréſq; ſerit varios, ac talia fatur.

5. Æn. 306 † Famáque finitimos, & clari nomen Aceſtæ
Excierat.--

302 * Multi prætereà, quos fama obſcura recondit.

392 † - ubi fama per omnem
Trinacriam? & ſpolia illa tuis pendentia tectis.

7. Æn. 14. * Dædalus, ut fama eſt, fugiens Minoïa regna.

† Et famam extingui veterum sic posse malorum. 6. Æn. 527.
* -- mihi fama supremâ 502
Nocte tulit fessum vastâ te cæde Pelasgûm.
† Incenditque animum famæ venientis amore. 889
* Tu quoque littoribus nostris Æneïa nutrix, 7. Æn. 1.
Æternam moriens famam Caieta dedisti;
Et nunc servat honos sedem tuus, ossáque nomen
Hesperiâ in magnâ (si qua est ea gloria) signat.
† Námque fore illustrem famâ, fatísque canebant. 79
* Sed circum latè volitans jam fama per urbes 194
Ausonias tulerat. --
† Diditur hic subitò Trojana per agmina rumor, 144
Advenisse diem, quo debita mœnia condant.
* Atque equidem memini (fama est obscurior annis.) 205
† Et meministis enim Divæ, & memorare potestis: 650
Ad nos vix tenuis famæ perlabitur aura.
* Non erimus regno indecores: nec vestra feretur 231
Fama levis, tantique abolescet gratia facti.
† Ufens insignem famâ, & felicibus armis. 744
* Hoc Latio restare canunt; qui sanguine nostrum 271
Nomen in astra ferant.
† --ne noster honos, infractâve cedat Fama loco. 332
* -- neque enim leve nomen Amatæ 581
Nobilis, & famâ multis memoratur in oris.
† -- & latè Latio increbrescere nomen. 8. Æn. 14
* Fama volat, parvam subitò vulgata per urbem. 554
† Intereà pavidam volitans pennata per urbem 9. Æn. 473
Nuncia fama ruit, matrísque allabitur aures.
* Dicite, prisca fides facto, sed fama perennis. 79
† -- sed famam extendere factis, Hoc virtutis opus. 10. Æn. 468
* Nec jam fama mali tanti, sed certior autor 510
Advolat Æneæ, tenui discrimine lethi
Esse suos, tempus versis succurrere Teucris.
† Ferte ratem, sævísque vadis immittite Syrtis, 678
Quò neque me Rutuli, neque conscia fama sequatur.
* Idem ego, Nate, tuum maculavi crimine nomen. 851
† -- ô famâ ingens, ingentior armis, 11. Æn. 124
Vir Trojane: quibus cœlo te laudibus æquem?
* Et jam fama volans tanti prænuncia luctûs, 139
Quæ modò victorem Latio Pallanta ferebat.
† Multa virûm meritis sustentat fama trophæis. 224
* Aut si fama movet, si tantum pectore robur 368
Concipis, & si adeò dotalis Regia cordi est:

Aude, atque adversum fidens fer pectus in hostem.

11. Æn. 511 † -- (ut fama fidem, missiq; reportant Exploratores.)-

688 * -- nomen tamen haud leve partum,
Manibus hoc referes, telo cecidisse Camillæ.

846 † -- neque hoc sine nomine lethum
Per gentes erit, aut famam patieris inultæ.

890 * Intereà Turnum in sylvis sævissimus implet
Nuncius, & juveni ingentem fert Acca tumultum:
Omnia corripuisse, metum jam ad mœnia ferri.

12. Æn. 222 † Quem simul ac Iuturna soror crebrescere vidit
Sermonem, & vulgi variare labantia corda.

225 * -- clarúmque paternæ Nomen erat virtutis. --

21/ † In medias dat sese acies haud nescia rerum,
Rumorésque serit varios, ac talia fatur.

254 * Ille quidem ad superos, quorum se devovet aris,
Succedet famâ, vivúsq; per ora feretur.

239 † Iam magis, atq; magis, serpítq; per agmina murmur.

608 * Hinc totam infelix vulgatur fama per urbem,
v. Audire.

FAMES; PROLVVIES, ET RABIES *ventris; Amor, & Rabies edendi, Ingluvies: Impastus.*

4. Geor. 259 IGnavæque fame, & contracto frigore pigræ,

3. Geor. 444 † Stagna colit, ripísq; habitans hic piscibus atram
Improbus ingluviem, ranísque loquacibus explet.

1. Geor. 19 * Concussáq; famem in sylvis solabere quercu.

4. Geor. 318 † Amissis (ut fama) apibus, morbóque, faméq;.

1. Æn. 214 * Implentur veteris Bacchi, pinguísq; ferinæ.

216 † Postquam exempta fames epulis, mensæq; remotæ.

722 * Postquàm prima quies epulis, mensæque remotæ.

3. Æn. 219 † Virginei volucrum vultus, fœdissima ventris
Proluvies, uncæq; manus, & pallida semper
Ora fame. --

3. Æn. 59 * quid non mortalia pectora cogis Auri sacra fames?

255 † Sed non antè datam cingetis mœnibus urbem,
Quàm vos dira fames, nostræq; injuria cædis
Ambesas subigat malis absumere mensas.

2. Æn. 355 * Sic animis juvenum furor additus, inde lupi ceu
Raptores atrâ in nebulâ, quos improba ventris
Exegit cæcos rabies, catulíque relicti
Faucibus expectant siccis. --

† Vnda ferct, pisceśq; impasti vulnera lambent. 10. Æn. 560

* Sola novum, dictúque nefas Harpyia Celæno 3. Ecl. 365
Prodigium canit, & tristeis denunciat iras,
Obscœnámq; famem. --

† Nec tu mensarum morsus horresce futuros. 394

* Cùm subitò è sylvis, macie confecta supremâ 590
Ignoti nova forma viri miserandáque cultu
Procedit, suppléxq; manus ad littora tendit.
Respicimus: dira illuvies, immissáque barba.

† Victum infelicem baccas, lapidosaque corna 649
Dant rami, & vulsis pascunt radicibus herbæ.

* Et metus, & malesuada fames, & turpis egestas. 6. Æn. 276

† Cui vates horrere videns jam colla colubris, 419
Melle soporatam, & medicatis frugibus offam
Objicit: ille fame rabidâ tria guttura pandens
Corripit objectam, atque immania terga resolvit
Fusus humi, totóque ingens extenditur antro:
Occupat Æneas aditum, custode sepulto.

* -- lucent genialibus altis 603
Aurea fulcra toris, epulæq; ante ora paratæ
Regifico luxu: furiarum maxima juxtà
Accubat, & manibus prohibet contingere mensas.

† Consumptis hìc fortè aliis, ut vertere morsus, 7. Æn. 112
Exiguam in Cererem penuria adegit edendi,
Et violare manu, malísque audacibus orbem
Fatalis crusti, patulis nec parcere quadris,
Heus etiam mensas consumimus, inquit Iülus.

* Cùm te, Nate, fames ignota ad littora vectum 124
Accisis coget dapibus consumere mensas.

† Hæc erat illa fames: hæc nos suprema manebant, 128
Exitiis positura modum. --

* Postquàm exempta fames & amor cõpressus edendi. 8. Ecl. 184

† Ac veluti pleno lupus insidiatus ovili, 9. Æn. 59
Cùm fremit ad caulas ventos perpessus, & imbres.
Nocte super mediâ, tuti sub matribus agni
Balatum exercent: ille asper, & improbus irâ
Sævit in absentes: collecta fatigat edendi,
Ex longo rabies, & siccæ sanguine fauces.

* Impastus ceu plena leo per ovilia turbans, 339
(Suadet enim vesana fames,) mandítq;, trahítq;
Molle pecus, mutúmq; metu: fremit ore cruento,
Nec minor Euryali cædes. --

† Impastus stabula alta leo ceu sæpè peragrans, 10. Æn. 723

(Suadet enim veſana fames ; ſi fortè fugacem
Conſpexit capream, aut ſurgentem in cornua cervum:

3. Geor. 566 † Tempore contactos artus ſacer ignis edebat.
12. Æn. 801 * Nec te tantus edat tacitam dolor. --
5. Æn. 768 † Ilicet ignis edax ſumma ad veſtigia vento
Volvitur. --

v, Paſcere.

FAS, NEFAS, NEFANDUS, *Nefandum, Infandus.*

6. Æn. 266 SI mihi fas audita loqui, ſi numine veſtro.
12. Æn. 27 * Me natam nulli veterûm ſociare procorum
Fas erat: ídq; omnes Diíq;, homineſque canebant.
11. Æn. 180 † -- non vitæ gaudia quæro, Nec fas. --
3. Æn. 55 * -- fas omne abrumpit.
1. Æn. 204 † -- Illic fas regna reſurgere Trojæ.
4. Æn. 350 * -- & nos fas extera quærere regna.
5. Æn. 800 † Fas omne eſt, Cytherea, meis te fidere regnis.
6. Æn. 63 * Vos quoque Pergameæ jam fas eſt parcere genti.
562 † Nulli fas caſto ſceleratum inſiſtere limen.
4. Geor. 358 * Duc, age, duc ad nos, fas illi limina Divûm Tangere. --
8. Æn. 396 † Tum quoque fas nobis Teucros armare fuiſſet.
6. Æn. 26 * Minotaurus ineſt, Veneris monimenta nefandæ.
1. Æn. 543 † At ſperate Deos memores fandi, atque nefandi. --
3. Æn. 653 * Addixi, ſatis eſt gentem effugiſſe nefandam.
644 † Infandi Cyclopes, & altis montibus errant.
2. Æn. 3 * Infandum regina jubes renovare dolorem.
155 † -- vos aræ, enſéſque nefandi, Quos fugi. --
4. Æn. 497 * -- abolere nefandi, Cuncta viri. --
5. Æn. 785 † -- excediſſe nefandis Vrbem odiis ſatis eſt. --
10. Æn. 84 * Nos aliquid Rutulos contra juviſſe nefandum eſt.
8. Æn. 502 † Nulli fas Italo tantam ſubjungere gentem.
1. Geor. 127 * Nec ſignare quidem, aut partiri limite campum
Fas erat. --
505 † Quippe ubi fas verſum, atq; nefas, tot bella per orbẽ.
2. Æn. 157 * Fas mihi Graiorum ſacrata reſolvere jura,
Fas odiſſe viros, atque omnia ferre ſub auras,
Si qua tegunt, teneor patriæ nec legibus ullis.
184 † Effigiem ſtatuêre, nefas quæ triſte piaret.
581 * Extinxiſſe nefas tamen, & ſumpſiſſe merentis
Laudabor pœnas. --

v. Peccatum.

FATVM, SORS, FORTVNA, FORS, Fortuna: Fatalis, Fatidicus, Fatifer.

Aliæ secla suis dixerunt currite fusis, | 4. *Ecl.* 46
Concordes stabili fatorum numine Parcæ.
† Tu decus omne tuis, postquàm te fata tulerunt. | 5. *Ecl.* 34
* -- quoniam sors omnia versat. | 9. *Ecl.* 5
† -- aut rerum fato prudentia major. | 1. *Geor.* 416
* -- sic omnia fatis | 199
In pejus ruere, ac retrò sublapsa referri.
† Felix qui potuit rerum cognoscere causas, | 2. *Geor.* 490
Atque metus omneis, & inexorabile fatum
Subjecit pedibus, strepitúmq; Acherontis avari.
* Sunt quibus ad portas cecidit custodia sorti. | 4. *Geor.* 165
† Si qua fata sinant. -- | 1. *Æn.* 18
* -- sic volvere Parcas. | 22
† Hoc equidem occasum Trojæ, tristeísque ruinas | 237
Solabor, fatis contraria fata rependens.
* Parce metu Cytherea, manent immota tuorum | 256
Fata tibi. --
† Partibus æquabat justis, aut certè trahebat. | 508
* Longiùs, & volvens fatorum arcana movebo. | 261
† Sed mihi sorte datum imperium. -- | 139
* -- ne fati nescia Dido Finibus arceret. -- | 298
† -- fracti bello, fatísq; repulsi Ductores Danaûm. -- | 2. *Æn.* 13
* Sive dolo, seu Trojæ sic fata ferebant. | 34
† Et si fata Deûm, si mens non læva fuisset. | 54
* -- me sors si qua tulisset. | 94
† Quos illi fors ad pœnas ob nostra reposcent. | 139
* Laocoon ductus, Neptuno sorte Sacerdos. | 201
† -- cui fata parent, quem poscat Apollo. | 121
* Fatale aggressi sacrato avellere templo Palladiū. -- | 165
† -- & nostros ea fata manere nepotes. | 194
* Tunc etiam fatis aperit Cassandra futuris | 246
Ora, Dei jussu. --
† -- fatísque Deûm defensus iniquis. | 257
* Hos cape fatorum comites, his mœnia quære. | 194
† -- & si fata fuissent Vt caderem, meruisse manu. -- | 433
* Forsitan & Priami fuerint quæ fata, requiras. | 506
† Hic finis Priami fatorum, hic exitus illum | 554
Sorte tulit: Trojam incensam, & prolapsa videntem
Pergama. --

2. Æn. 652 † -- ne vertere secum
Cuncta pater fatóque urgenti incumbere vellet,
Abnegat Anchises. --

3. Æn. 5 * Auguriis agimur Divûm, classémque sub ipsa
Antandro, & Phrygiæ molimur montibus Idæ,
Incerti quò fata ferant, ubi sistere detur.

9 † Et pater Anchises fatis vela dare jubebat.

17 * Mœnia prima loco, fatis ingressus iniquis.

443 † Insanam vatem aspicies, quæ rupe sub imâ
Fata canit. --

337 * Sed tibi qui cursum venti, quæ fata dedêre.

375 † -- sic fata Deûm Rex
Sortitur, volvítque vices: hic vertitur ordo.

395 * Fata viam invenient, aderítque vocatus Apollo.

494 † --nos alia ex aliis in fata vocamur.

716 * Sic pater Æneas intentis omnibus unus
Fata enarrabat Divûm, cursúsque docebat.

4. Æn. 13 † -- heu! quibus ille
Iactatus fatis? quæ bella exhausta canebat?

110 * - factum fortuna sequatur: Sed fatis incerta feror. -

225 † -- fatisq; datas non respicit urbes.

340 * Me si fata meis paterentur ducere vitam
Auspiciis, & sponte meas componere curas.

355 † Quem regno Hesperiæ fraudo, & fatalibus arvis.

440 * Fata obstant, placidásque viri Deus obstruit aures.

450 † Tum verò infelix fatis exterrita Dido Mortẽ orat. --

677 * -- comiténne sororem
Sprevisti moriens? eadem me ad fata vocasses.

346 † Italiam Lyciæ jussêre capessere sort[illegible]

696 * Nam quia nec fato, meritâ nec morte peribat.

5. Æn. 654 † At matres primò ancipites, oculísque malignis
Ambiguæ spectare rates, miserum inter amorem
Præsentis terræ, fatísque vocantia regna.

704 * Tum senior Nautes, unum Tritonia Pallas,
Quem docuit, multâque insignem reddidit arte,
Hæc responsa dabat, vel quæ portenderet ira
Magna Deûm, vel quæ fatorum posceret ordo:
Isq; his Æneam solatus vocibus infit:
Nate Deâ, quò fata trahunt, retrahúntq; sequamur:
Quidquid erit, superanda omnis fortuna ferendo est.

725 † --- Nate Iliacis exercite fatis.

783 * Quam nec longa dies, pietas nec mitigat ulla,
Nec Iovis imperio, fatísve infracta quiescit.

† Si concessa peto, si dant ea mœnia Parcæ. 5. Æn. 708
* -- stat ductis sortibus urna. 6. Æn. 22
† Ventum erat ad limen, cùm virgo poscere fata. 45
* -- da (non indebita posco 66
Regna meis fatis) Latio considere Teucros.
† Hic ego námque tuas sortes, arcanáq; fata 72
Dicta meæ genti ponam, lectósque sacrabo,
Alma viros, foliis tantùm ne carmina manda.
* -- námque ipse volens, facilísque sequetur, 146
Si te fata vocant; aliter non viribus ullis.
† Desine fata Deûm flecti sperare pre ando. 376
* Fata obstant, tristíque palus innabilis undâ. 438
† Rursus & in veterem fato revoluta figuram. 449
* Quem fugis? extremũ fato, quod te alloquor, hoc est. 466
† Sed me fata mea, & scelus exitiale Lacænæ 511
His mersêre malis. --
* Cùm fatalis equus saltu super ardua vênit 515
Pergama. --
† I, decus, i, nostrum, melioribus utere fatis. 546
* Fatáque, fortunásque virûm, moréсque, manúsque. 683
† -- animæ quibus altera fato Corpora debentur. -- 713
* Illustreis animas, nostrúmque in nomen ituras, 758
Expediam dictis, & te tua fata docebo,
† utcunque ferent ea fata Minores. 822
* Ostendent terris hunc tantùm fata, nec ultrà 869
Esse sinent. --
† Heu miserande puer, si quà fata aspera rumpas, 882
Tu Marcellus eris. -
* Filius huic fato Divûm proléſq; virilis Nulla fuit. 7. Æn. 50
† Námq; fore illustrem famâ, fatísq; canebant 79
Ipsam. -- (*Laviniam.*)
* -- Oracula Fauni Fatidici genitoris adit. -- 81
† Et violare manu, malísque audacibus orbem 9. Æn. 114
Fatalis crusti. --
* Continuò salve fatis mihi debita tellus. 120
† -- genitor mihi talia námque 122
(Nunc repeto) Anchises fatorum arcana reliquit.
* -- quibus actus uterque 223
Europæ, atque Asiæ fatis concurrerit orbis.
† Fata per Æneæ juro, dextrámque potentem. 234
* Sed nos fata Deûm vestras exquirere terras 239
Imperiis egêre suis: hinc Dardanus ortus
Huc repetit, jussísque ingentibus urget Apollo,

9. Æn. 254 † Et veteris Fauni volvit sub pectore sortem:
Hunc illum fatis externâ à sede profectum
Portendi generum, paribúsque in regna vocari
Auspiciis. --
7. Æn. 269 * Non patrio ex adyto sortes, non plurima cœlo
Monstra sinunt: generos externis affore ab oris,
Hoc Latio restare canunt: qui sanguine nostrum
Nomen in astra ferant, hinc illum poscere fata,
Et reor, & si quid veri mens augurat, opto.
293 † Heu stirpem invisam, & fatis contraria nostris
Fata Phrygum. --
594 * Frangimur heu fatis, inquit, ferimúrque procellâ.
12. Æn. 390 † Ille ut depositi proferret fata parentis,
Scire potestates herbarum, usúmq; medendi Maluit. --
8. Æn. 12 * -- & fatis Regem se dicere posci Edoceat. --
133 † Conjunxêre tibi, & fatis egêre volentem.
291 * --ut duros mille labores
Rege sub Euristheo fatis Junonis iniquæ Pertulerit.-
333 † Fortuna omnipotens, & ineluctabile fatum
His posuêre locis. --
398 * Nec pater omnipotens Trojam, nec fata vetabant.
621 † Fatiferúmque ensem, loricam ex ære rigentem.
477 * - quam sors inopina salutem
Ostentat, fatis huc te poscentibus offers.
498 † -- retinet longævus aruspex Fata canens.--
511 * -- tu cujus, & annis
Et generi fatum indulget; quem numina poscunt.
575 † Incolumem Pallanta mihi, si fata reservant.
731 * Attollens humero, famámque, & fata nepotum.
9. Æn. 94 † O genitrix, quò fata vocas? aut quid petis istis?
133 * -- nil me fatalia terrent,
Si qua Phryges præ se jactant responsa Deorum:
Sat fatis, Veneríq. datum est, tetigêre quòd arva
Fertilis Ausoniæ Troës: sunt & mea contrà
Fata mihi, --
270 † -- cristásque rubenteis Excipiam sorti.--
204 * Magnanimum Ænean, & fata extrema sequutus.
10. Æn. 34 † cur nunc tua quisquam
Flectere jussa potest? aut cur nova condere fata?
198 * Fatidicæ Mantûs. --
59 † -- hæc intentata manebat Sors rerum. --
67 * Italiam petiit fatis autoribus, esto,
Cassandræ impulsus furiis. (*Juno Veneri.*)

† Seu fatis Italûm castra obsidione tenentur.	10. *Æn.* 109
* Fata viam invenient, --	113
† -- tum libera fatis	154
Classem conscendit jussis gens Lydia Divûm.	
* Fata canens sylvis genitor celarat Halæsum.	417
† Mox illos sua fata manent majore sub hoste;	438
* -- sorti pater æquus utrique est.	450
† -- etiam sua Turnum	471
Fata vocant, metásque dati pervenit ad ævi.	
* Ire prior Pallas, si quà fors adjuvet ausum.	458
† Nescia mens hominum fati, sortísque futuræ.	501
* Tolle fugâ Turnum, atque instantibus eripe fatis.	624
† -- te quoque fata	740
Prospectant paria, atque eadem mox arva tenebis.	
* -- Sed, non felicibus æquè	11. *Æn.* 32
Tùm comes auspiciis.--	
† Nos alias hinc ad lacrymas eadem horrida belli	96
Fata vocant. --	
* Nec vêni, nisi fata locum, sedémq; dedissent.	112
† Quin, & fatales murorum attollere moles.	130
* Contrà ego vivendo vici mea fata, superstes.	160
† -- sors ista senectæ Debita erat nostræ. --	165
* Fatalem Æneam manifesto numine ferri.	232
† -- & versis lugeret Græcia fatis.	287
* Verùm age, quandoquidem fatis urgetur acerbis.	587
† Haud Ligurum extremus, dum fallere fata sinebant.	701
* -- tum fatis debitus Aruns.	759
† -- neque enim Turno mora libera mortis.	12. *Æn.* 74
* Tum socios, mœstíque metum solatur Iüli,	110
Fata docens. --	
† Quà visa est fortuna pati, Parcæque sinebant	147
Cedere res Latio Turnum: & tua mœnia texi.	
Nunc juvenem imparibus video concurrere fatis:	
Parcarúmque dies, & vis inimica propinquat.	
* Fatalísque manus, infensa Hetruria Turno.	231
† Et Turni sortem miseratus iniquam.	243
* -- & quà fata celerrima, crudo	507
Transadigit costas, & crates pectoris ense.	
† -- it scissâ veste Latinus	609
Conjugis attonitus fatis, urbísq; ruinâ.	
* -- quoniam Superis aversa voluntas.	647
† Iam jam fata, soror, superant: absiste morari,	676
Quò Deus, & quò dura vocat fortuna, sequamur.	

12.Æn.725 * Iuppiter ipse duas æquato examine lances
Sustinet, & fata imponit diversa duorum.
794 † Indigetem Æneam scis ipsa, & scire fateris
Deberi cœlo, fatísque ad sydera tolli.
819 * -- nulla fati quod lege tenetur
Pro Latio obtestor. --
932 † Vtere sorte tuâ. --
919 * Cunctanti telum Æneas fatale coruscat.
v. Fortuna.

FELIX, LÆVVS, SECVNDVS, *Dexter, Fortunatus, Beatus : Infelix, Infaustus, Miser, & Miserandus, Miserabilis : Infandus, Nefandus : Sinister, Perditus : non Felix, non Æquus, Infestus.*

4.Geor.490 FElix qui potuit rerum cognoscere causas.
3. Æn. 321 † O felix una ante alias Priameia virgo.
480 * Vale, ait, ô felix nati pietate.
4. Æn.657 † Felix, heu nimiùm felix, si littora tantùm
Nunquam Dardaniæ tetigissent nostra carinæ.
6.Æn.781 * En hujus nate auspiciis illa inclyta Roma,
Felix prole virûm. --
9. Æn. 335 † (*Serranus.*) - felix si protinus illum
Æquasset nocti ludum, in lucémque tulisset.
11. Æn.158 * - túque, ô sanctissima conjux,
Felix morte tuâ, neque in hunc servata dolorem.
428 † Non erit auxilio nobis Ætolus: & Arpi?
At Messapus erit, felíxque Tolumnius. --
7.Æn.741 * Vfens insignem famâ, & felicibus armis.
11.Æn.31 † Armiger antè fuit, sed non felicibus æquè
Tum comes auspiciis caro datus ibat alumno
12.Æn.821 * Cùm jam connubiis pacem felicibus (esto)
Component. --
9.Æn.772 † -- inde ferarum
Vastatorem Amycum, quo non felicior alter, &c.
2.Geor.126 * Media fert tristes succos, tardúmq; saporem
Felicis mali, quo non præstantius ullum.
458 † O fortunatos nimiùm sua si bona nôrint
Agricolas, quibus ipsa procul discordibus armis
Fundit humo facilem victum justissima tellus.
11.Æn.257 * O fortunatæ gentes, Saturnia regna,

Antiqui Ausonii, quæ vos fortuna quietos.

† (Chorinæus.) -- ter socios purâ circumtulit undâ, | 6. Æn, 229
Spargens rore levi, & ramo felicis olivæ.
* Ite meæ quondam felix pecus, ite capellæ. | 1. Ecl. 75
† Septima post decimam felix, & ponere vites. | 1. Geor. 184
* Térque novas circum felix eat hostia fruges. | 344
† In tenui labor: at tenuis non gloria, si quem | 4. Geor. 6
Numina læva sinunt, audítque vocatus Apollo.
* Vix ea fatus erat senior subitóque fragore | 2. Æn. 692
Intonuit lævum, & de cœlo lapsa per umbras, &c.
† Audiit, & cœli genitor de parte serenâ | 9. Æn. 630
Intonuit lævum. --
* Salve vera Iovis proles, decus addite Divis, | 8. Æn. 301
† Et nos, & tua dexter adi pede sacra secundo.
* - & sydera cœlo Dextra feras. -- | 4. Æn. 578
† Omnia quæ Phœbo quondam meditante beatus | 6. Ecl. 82
Audiit Eurotas, jussítque ediscere Lauros.
* -- ô térque, quatérque beati. | 1. Æn. 94
† Fortunatorum nemorum, sedésque beatas. | 6. Æn. 693
* -- tantùm, Fortuna secunda Aut adversa cadat. | 9. Æn. 282
† Flectit equos, currúque volans dat lora secundo. | 1. Æn. 156
* Durate & vosmet rebus servate secundis. | 117
† Labitur alta secans, fluctúque, æstúque secundo. | 10 Æn. 687
* Versatur, missúsque secundo defluit amni. | 8. Geor. 447
† -- tumidúsque secundo Marte ruat. -- | 10. Æn. 21
* Quæ tibi polliceor reduci, rebúsque secundis. | 9. Æn. 301
† Euryale infelix, quâ te regione reliqui. | 390
* Tantùm infelicem nimiùm dilexit amicum. | 3. Æn. 613
† Sum patriâ ex Ithacâ, comes infelicis Vlyssi. | 6. Ecl. 47
* Ah virgo infelix! quæ te dementia cepit? | 52
† Infelix puer, atque impar congressus Achilli. | 1. Æn. 475
* Infelix, qui non sponsæ præcepta furentis | 2. Æn. 345
Audierat. (Cassandræ Chorœbus.
† Quærenti, & tectis urbis sine fine furenti | 771
Infelix simulacrum, atque ipsius umbra Creüsæ
Visa mihi ante oculos. --
* Infelix Dido longúmque bibebat amorem. | 1 Æn. 748
† Præcipuè infelix pesti devota futuræ. | 712
* Vritur infelix Dido, totáque vagatur Vrbe furés. -- | 4. Æn. 68
† Tum verò infelix fatis exterrita Dido | 450
Mortem orat, tædet cœli convexa tueri.
* At non infelix animi Phœnissa, nec unquam | 529
Solvitur in sõnos, oculisve, aut pectore noctẽ Accipit. --

6. Æn. 456 † Infelix Dido; verus mihi nuntius ergò
Venerat extinctam, ferróque extrema secutam.
5. Æn. 3 * Mœnia respiciens, quæ jam infelicis Elisæ
Collucent flammis. --
204 † Infelix saxis in procurrentibus hæsit.
328 * Finem adventabant, lævi cùm sanguine Nisus
Labitur infelix. --
625 † Infelix, cui te exitio Fortuna reservat?
6. Æn. 617 * -- sedet, æternúmque sedebit
Infelix Theseus, Phlegyásque miserrimus omnes.
821 † (*Brutus.*) - natósq; Pater, nova bella moventes,
Ad pœnam pulchrâ pro libertate vocabit Infelix. --
7. Æn. 376 * Tum verò infelix ingentibus excita monstris.
10. Æn. 730 † Sternitur infelix Acron, & calcibus atram.
5. Ecl. 3 * Infelix, ô semper ovis pecus. --
6. Ecl. 79 † Quas illi philomela dapes, quæ dona parârit,
Infelix sua tecta super volitaverit alis.
3. Geor 491 * Labitur infelix studiorum, atque immemor herbæ
Victor equus, fontésq; avertitur, &c.
5. Ecl. 37 † Infelix lolium, & steriles dominantur avenæ.
11. Æn. 196 * Ipsorum clypeos, & non felicia tela.
9. Æn. 786 † Nos infelicis patriæ, &c. miserétque, pudétque.
2. Geor. 196 * Et qualem infelix amisit Mantua campum.
314 † Infelix superat foliis oleaster amaris.
2 Æn. 244 * Et monstrum infelix sacratâ sistimus arce.
7. Æn. 401 † Si qua piis animis manet infelicis Amatæ.
3. Æn. 245 * Vna in præcelsâ consedit rupe Celæno,
Infelix Vates, rupítque hanc pectore vocem.
6. Æn. 520 † Tùm me confectum curis, somnóque gravatum
Infelix habuit thalamus. --
1. Æn. 528 * Troës te miseri ventis maria omnia vecti
Oremus, prohibe infandos à puppibus ignes.
634 † Non ignara mali, miseris succurrere disco.
3. Geor. 65 * Optima quæque dies miseris Mortalibus ævi.
545 † Ipsis est aër avibus non æquus, & illæ
Præcipites altâ vitam sub nube relinquunt.
12. Æn. 154 * Perge decet, forsan miseros meliora sequentur.
10. Æn. 829 † Hoc tamen infelix miseram solabere mortem: (*Lausus.*)
Æneæ magni dextrâ cadis. --
2. Ecl. 58 * Eheu! quid volui misero mihi! floribus Austrum
Perditus, & liquidis immisi fontibus apros.
9. Ecl. 28 † Mantua væ, miseræ nimiùm vicina Cremonæ.
5. Æn. 670 * Quis furor iste novus? quò nunc, quò tenditis, inquit

Heu miseræ cives. (*Ascanius Mulieribus.*)

† Quam cladem miseræ postquàm accepêre Latinæ. 12 *Æn.*669

* Primitiæ Iuvenis, miseræ, belliq; propinqui. 11. *Æn.* 155

† Rursus in arma feror, mortémq; miserrimus opto. 2. *Æn.* 655

* Infelix Theseus: Phlegiásque miserrimus omnes. 6. *Æn.* 618

† Eruerint Danai, quæque ipsa miserrima vidi. 2. *Æn.* 5

* --oritúrque miserrima cædes. 411

† Dum sequeris Clytium infelix, nova gaudia, Cydon, 10 *Æn.* 325
Dardaniâ stratus dextrâ, securus amorum
Qui Iuvenum tibi semper erant, miserande jaceres.

* Quid tibi nunc miserande puer, pro laudibus illis. 825

† Ast ipsam miserandus avem contingere ferro 5. *Æn.* 509
Non valuit.-- (*Mnestheus.*)

* Téne, inquit, miserande puer, cùm læta veniret 11. *Æn.* 42
Invidit Fortuna mihi? ne regna videres? &c.

† Magna lues commissa: tibi has miserabilis Orpheus 4. *Geor.* 454
Haudquaquam ob meritum pœnas, ni fata resistant,
Suscitat, & raptâ graviter pro conjuge sævit.

* (*Philomela.*) – ramóq; sedens miserabile carmen 54
Integrat, & mœstis latè loca questibus implet.

† Collectam exilio pubem, miserabile vulgus. 2. *Æn.* 798

* Cùm complexa sui corpus miserabile nati, 5. *Ecl.* 22
Atque Deos, atque astra vocat crudelia Mater.

† Labere Nympha polo, finésq; invise Latinos 11 *Æn.* 588
Tristis ubi infausto committitur omine pugna.

* Cujus ob auxilium infaustum, moréśq; sinistros: 11. *Æn.* 588
Lumina tot cecidisse ducum, totámq; videmus
Consedisse urbem luctu.--

† Quósque secans infaustum interluit Allia nomen. 7. *Æn.* 717

* Quin agite, & mecum infaustas exurite puppes. 5. *Æn.* 717

† Sæpe malum hoc nobis (si mens non læva fuisset) 1. *Ecl.* 16
De cœlo tactas memini prædicere quercus.

* Et si fata Deûm, si mens non læva fuisset, 2. *Æn.* 54
Impulerat ferro Argolicas fœdare latebras.

† Iámque dies infanda aderat, mihi sacra parari, &c. 132

* Mincius infestâ ducebat in æquora pinu. 10. *Æn.* 206

† --serpénsq; innoxius imo Successit tumulo.- 5. *Æn.* 92

* - tactúq; innoxia molli Lambere flamma comas.- 2. *Æn.* 683

† --ipsorum clypeos, & non felicia tela. 11. *Æn.* 196

* Sin aliquem infandum casum Fortuna minaris, 8. *Æn.* 578
Nunc, ô nunc liceat crudelem abrumpere vitam.

† Infandum Regina jubes renovare dolorem. 2. *Æn.* 3

* Infandi Cyclopes, & altis montibus errant. 3. *Æn.* 644

8. Æn. 483 † Quid memorem infandas cædes? quid facta tyranni.
2. Æn. 155 * --vos aræ, ensésque nefandi Quos fugi.--
4. Æn. 497 † --abolere nefandi Cuncta viri monimenta jubet.--
12. Æn. 571 * Hoc caput, ô cives, hæc belli summa nefandi.
3. Æn. 653 † --satis est gentem effugisse nefandam.
6. Æn. 215 * Ingentem struxêre pyram, cui frondibus atris
Intexunt latera, & ferales ante cupressos
Constituunt.--
4. Æn. 462 † Visáq; culminibus ferali carmine bubo
Sæpè queri, & longas in fletum ducere voces.
7. Æn. 321 * Quin idem Veneri partus suus, & Paris alter,
Funestæq; iterum recidiva in Pergama tædæ.
1. Geor. 441 † Ille ubi nascentem maculis violaverit ortum.
Suspecti tibi sint imbres: námq; urget ab alto
Arboribúsq; satísq; Notus, pecorique sinister.
1. Ecl 18 * Sæpè sinistra cavâ prædixit ab ilice cornix.
9. Ecl. 14 † Quod nisi me quacunque novas incidere lites
Antè sinistra cavâ monuisset ab ilice cornix,
Nec tuus hic Mœris, nec viveret ipse Menalcas.
10. Æn. 108 * Tros, Rutulúsve fuat, nullo discrimine habebo,
Seu fatis Italum castra obsidione tenentur,
Sive errore malo Trojæ, monitisq; sinistris.

FERRE, SVFFERRE, PERFERRE, *Tolerare, Pati, Portare, Sustinere, Gestare, Gerere: Gestamen.*

2. Geor. 476 MVsæ sacra fero ingenti perculsus amore.
4. Geor. 497 † Iámq; vale, feror ingenti circundata nocte.
8. Ecl. 9 * En erit, ut liceat totum mihi ferre per orbem
Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno.
3. Geor. 21 † Ipse caput tonsæ foliis ornatus olivæ Dona feram.--
1. Æn. 259 *-sublimēq; feres ad sidera cœli Magnan. Æneam.--
9. Ecl. 22 † Cùm te ad delicias ferres, Amaryllida, nostras.
5. Æn. 710 * Quicquid erit, superanda omnis fortuna ferendo est.
2. Æn. 725 † Pone subit conjux, ferimur per opaca locorum.
491 * Instat vi patriâ Pyrrhus: nec claustra, nec ipsi
Custodes sufferre valent, labat ariete crebro Ianua.--
10 Æn 695 † Vim cunctam, atque minas perfert cœlíq; maríque.
2. Geor. 43 * Nec res hunc teneræ possunt perferre laborem.
5. Æn. 617 † --tædet pelagi perferre laborem.
769 * Ire volunt omnémque fugæ perferre laborem
6. Æn. 437 † Nunc & pauperiem, & duros perferre labores.
4. Æn. 419 * --tantum potui sperare dolorem,

Et perferre soror, potero.--
† I erge modò, atq; hinc te Reginæ ad limina perfer. 1. *Æn.* 389
* Effuge, & hæc Turno mandata novissima perfer. 11. *Æn.* 825
† --perfertur nuntius hostem Fervere cæde novâ.- 9. *Æn.* 692
* Incensas perfert naves Eumelus.-- 5. *Æn.* 665
† Hasta sub exertam donec perlata papillam Hæsit.- 11. *Æn.* 803
* Fert ingens toto connixus corpore saxum. 10. *Æn.* 127
† Cui tolerare colo vitam, tenuique Minervâ. 8. *Æn.* 409
* Pallanta adjungam: sub te tolerare Magistro 515
Militiam, & grave Martis opus, tua cernere facta.
† Visa maris facies, & non tolerabile numen. 5. *Æn.* 768
* Atque superba pati fastidia? Nónne fuit satius-- 2. *Ecl.* 14
† --lituósq; pati, tractúque gementem Ferre rotam.- 3. *Geor.* 183
* Vitam oro: patiar quemvis durare laborem. 8. *Æn.* 578
† Corpus humo patiare tegi.-- 10. *Æn.* 904
* Quisque suos patimur manes.- 6. *Ae.* 743
† Qualia multa mari nautæ patiuntur in alto. 7. *Æn.* 200
* Per gentes erit, aut famam patieris inultæ. 11. *Æn.* 847
† Non rastros patietur humus, non vinea falcem. 4. *Ecl.* 40
* Et patiens operum, parvóq; assueta Iuventus. 2. *Geor.* 472
† Tātáne tā patiens nullo certamine tolli Dona sines?- 5. *Æn.* 390
* At Phœbi nondum patiens immanis in antro. 6. *Aen.* 77
† Ille manûm patiens. (*Cervus mansuetus.*) 7. *Aen.* 490
* Et facilem pecori, & patientem vomeris unci. 2. *Geor.* 223
† --& dona cupido Regia portabat Tyriis.-- 1. *Aen.* 695
* Munera quæ patriis ad me portatis ab oris. 11. *Æn.* 281
† Multa patri portanda dabat mandata, sed auræ. 9. *Æn.* 312
* Quem secum patrios aiunt portare Penates, 4. *Æn.* 598
† Et pater Anchises, bellum ô terra hospita portas. 3. *Æn.* 139
* --portantur avari Pygmalionis opes pelago.-- 1. *Æn.* 363
† Maximus Atlas, Ætherios humero qui sustinet orbes. 8. *Æn.* 137
* Iuppiter ipse duas æquato examine lāces Sustinet.-- 12. *Æn.* 725
† Vndáque jam tergo ferratos sustinet orbes. 3. *Geor.* 361
* Virginibus Tyriis mos est gestare pharetram. 1. *Æn.* 339
† (*Sceptrum.*) --patribúsque dedit gestare Latinis. 12 *Æn.* 211
* Non obtusa adeò gestamus pectora Pœni. 1. *Æn.* 567
† --pars spicula gestat Bina manu.- 7. *Æn.* 687
* Ære cavo clypeum, magni gestamen Abantis. 3. *Æn.* 286
† Hoc Priami gestamen erat, cùm jura vocatis. 7. *Æn.* 246
* Quò ferrum? quídve hæc geritis tela irrita dextris? 11. *Æn.* 735
† Quos fugi, vittæque Deûm, quas hostia gessi. 2. *Æn.* 156
* Profuit, aut nostras humero gessisse pharetras. 11. *Æn.* 844
† Bella manu, lethúmque gero.-- 7. *Æn.* 455

FERTILIS, FOECUNDUS, FERAX. *Abundans, Uber, Uberrimus, Plenus, Pinguis, Exuberare, Lætus, Gravidus, Gravescere, Gravis, Dives, Inundans, Opimus, Plurimus, Largus, Densus. Copia, Luxus, Luxuria, luxuries.*

4. Geor. 291 — ET viridem Ægyptum nigrâ fœcundat arenâ.
1. Geor. 67 — † At si non fuerit tellus fœcunda.--
2. Geor. 325 — * Tum pater omnipotens fœcundis imbribus æther.
446 — † Viminibus salices fœcundæ; frondibus ulmi.
6. Æn. 598 — * ..fœcundáque pœnis Viscera.-- (*Tityi.*)
7. Æn. 338 — † Mille nocendi artes: fœcundum concute pectus.
2. Geor. 191 — * Sufficiet Baccho vites: hîc fertilis uvæ.
251 — † Humida majores herbas alit, ipsáque justo
Lætior. ah nimiùm ne sit mihi fertilis illa.
4. Geor. 129 — * Iugera ruris erant: nec fertilis illa juvencis.
139 — † Ergo apibus fœtis, atque examine multo
Primus abundare, & spumantia cogere pressis
Mella favis: illi tiliæ, atque uberrima pinus,
Quótque in flore novo pomis se fertilis arbos
Induerat, totidem Autumno matura tenebat.
9. Æn. 135 — * --tetigere quòd arva Fertilis Ausoniæ.--
2. Geor. 222 — † Illa ferax oleæ est - Talem dives arat Capua.--
79 — * --deinde feraces Plantæ immittuntur.--
4. Geor. 114 — † Ipse labore manum duro terat, ipse feraces
Figat humo plantas, & amicos irriget imbres.
3. Æn. 106 — * Centum urbes habitant magnas, uberrima regna.
2. Geor. 275 — † Densa sere: in denso non segnior ubere Bacchus.
1. Æn. 531 — * Terra antiqua potens armis, atque ubere glebæ.
& 3. Æn. 164 — † Oenotrii coluêre viri.-- (*i. Italia.*)
3. Æn. 95 — * --tellus eadem vos ubere læto Accipiet reduces.--
2. Ecl. 21 — † Quàm dives pecoris, quàm lactis abundans:
Lac mihi non æstate novum, non frigore desit.
3. Geor. 484 — * Rursus abundabat fluidus liquor, omniáq; in se.
7. Æn. 552 — † Tum contrà Iuno: terrorum, & fraudis abundè est.
3. Ecl. 30 — * Bis venit ad mulctram, binos alit ubere fœtus.
4. Ecl. 39 — † --omnis feret omnia tellus.
21 — * Ipsæ lacte domum referent distenta capellæ Ubera.
1. Ecl. 81 — † -sunt nobis mitia poma,
Castaneæ molles, & pressi copia lactis.
7. Ecl. 45 — * --tibi lilia plenis
Ecce ferunt Nymphæ calathis.--

* Densior hinc soboles, hinc largi copia lactis. 3. *Geor.* 308
† Serpylla, & graviter spirantis copia thymbræ. 4. *Geor.* 31
* Postquam introgressi, & coram data copia fandi. 1. *Æn.* 520
† Necnon & socii, quæ cuique est copia, læti
Dona ferunt, onerántq; aras, mactántq; juvencos. 5. *Æn.* 100
* Larga quidem semper, Drance, tibi copia fandi. 11. *Æn.* 378
† Ab Iove principium, Musæ, Iovis omnia plena. 3. *Ecl.* 60
* Hûc pater, ô Lenæe, tuis hîc omnia plena
Muneribus; tibi pampineo gravidus Autumno,
Floret agèr; spumat plenis vindemia labris. 2. *Geor.* 4
† Et dulces animas plena ad præsepia reddunt. 3. *Geor.* 495
*Pars epulis onerant mensas, & plena reponũt Pocula. 4. *Geor.* 378
† Quæ regio in terris nostri non plena laboris. 1. *Æn.* 460
* Farre pio, & plenâ supplex veneratur acerrâ. 5. *Æn.* 745
† Impastus ceu plena leo per ovilia turbans. 9. *Æn.* 339
* Crura thymo plenæ referunt se. (*Apes.*) 4. *Geor.* 181
† Expectare dapes, & plenæ pocula mensæ. 11. *Æn.* 738
* Alter Amazoniam pharetram, plenámq; sagittis 5. *Æn.* 311
† Pabuláq; in foribus plenis appone canistris. 4. *Geor.* 280
* Vela facit tamen, & plenis subit ostia velis. 5. *Æn.* 281
† Tu Marcellus eris, manibus date lilia plenis. 6. *Æn.* 883
* Iam matura viro, jam plenis nubilis annis. 7. *Æn.* 53
† Olli convenêre, fluúntque ad regia plenis
Tecta viis.-- 11. *Æn.* 236
* Procedit legio Ausonidum, pilatáq; plenis
Agmina se fundunt portis.-- 12. *Æn.* 121
† --plenóque alium circumspice campo. 3. *Geor.* 390
* Exupero præpingue solum stagnantis Elori. 3. *Æn.* 668
† Pinguis itẽ quæ sit tellus, hoc deniq; pacto Discim⁹. 2. *Geor.* 248
* Pingue solum Fortes invertant tauri. 1. *Geor.* 64
† Vt gregibus tauri, segetes ut pinguibus arvis. 5. *Ecl.* 33
* Eheu, quàm pingui macer est mihi taurus in arvo. 3. *Ecl.* 101
† Forsitan & pingues hortos quæ cura colendi. 4. *Geor.* 118
* Luxuriem segetum tenerâ depascit in herbâ. 1. *Geor.* 112
† Contemplator item cùm se nux plurima sylvis
Induet in florem, & ramos curvabit olenteis:
Si superent fœtus, pariter frumenta sequentur,
Magnáque cum magno veniet tritura calore.
At si luxuriâ foliorum exuberat umbra,
Nequicquam pingues paleæ teret area culmos. 1. *Geor.* 187
* Luxuriátque toris animosum pectus. (*Equi.*) 3. *Geor.* 81
† Luxurians, ludúntque jubæ per colla, per armos. 11. *Æn.* 497
* Nec requies, quin aut pomis exuberet annus. 3. *Geor.* 510

Aut fœtu pecorum, aut Cereali mergite culmi,
Proventúque oneret sulcos, atque horrea vincat,
Et varios ponit fœtus Autumnus, & altè.

7. Æn. 462 * Ira super, magno veluti cùm flamma sonore
Virgea suggeritur costis undantis aheni,
Exultántque æstu latices: furit intùs aquæ vis,
Fumidus atque altè spumis exuberat amnis.

1. Geor. 115 † Præsertim incertis si mensibus amnis abundans
Exit, & obducto latè tenet omnia limo.

1 * Quid faciat lætas segetes.--

101 † - hyberno lætissima pulvere farra,
Lætus ager: nullo tantum se Mœsia cultu
Iactat: & ipsa suas mirantur Gargara messes.

7. Ecl. 48 * --jam læto turgent in palmite gemmæ.

60 † Iuppiter & læto descendet plurimus imbri.

2. Geor 524 * --ubera vaccæ
Lactea demittunt, pinguésq; in gramine læto. (*Hœdi*)

3. Æn. 95 † Prima tulit tellus, eadem vos ubere læto Accipiet.

2. Geor. 112 * Littora myrtetis lætissima.--

429 † Nec minùs intereà fœtu nemus omne gravescit.

3. Geor. 525 * Quid labor, aut bene facta juvãt? quid vomere terras
Invertisse graveis?--

1. Ecl. 50 † Non insueta graves tentabunt pabula fœtas.

1. Geor. 42 * Sufficit humorem, & gravidas cum vomere fruges.

1. Geor. 111 † Quid, qui ne gravidis procumbat culmus aristis.

1. Geor. 155 * Arcebis gravido pecori, armentáq; pasces.

317 † Ducunt, & gravido superant vix ubere limen.

2. Geor. 150 * Bis gravidæ pecudes, bis pomis utilis arbos.

4. Geor. 231 † Bis gravidos cogunt fœtus, duo tempora messis.

6. Æn. 195 * --ubi pinguem dives opacat Ramus humum.--

11. Æn. 382 & 10. Æn. 24 † - & inundant sanguine fossæ.

1. Æn. 280 * --hinc densi rursus inundant Troës.--

6. Æn. 604 † --epulæq; ante ora paratæ Regifico luxu..--

2. Geor. 102 * --& tumidis, Bumaste, racemis.

324 † Vere tument terræ, & genitalia semina poscunt.

6. Æn. 49 * Et rabie fera corda tument, majórque videri.

3. Geor. 421 † Tollentémq; minas, & sibila colla tumentẽ Dejice.--

2. Geor. 479 * --quã vi maria alta tumescunt Objicibus ruptis.--

1. Geor. 465 † Sæpe monet, fraudémq; & operta tumescere bella.

11. Æn. 393 * Iliaco tumidum qui crescere Tybrim sanguine.--

10. Æn. 21 † (*Turnus.*) --Tumidúsq; secundo Marte ruat.--

1. Æn. 621 * Auxilio Beli genitor tum Belus opimam
Vastabat Cyprum, & victor ditione tenebat.

† Ad terram Hesperiam venies, ubi Lydius arva	2. Æn. 781
Inter opima virûm, leni fluit agmine Tybris.	
* Extruimúsque toros, dapibúsq; epulamur opimis.	3. Æn 224
† Aspice ut insignis spoliis Marcellus opimis.	6. Æn. 855
* Hîc focus, & tædæ pingues, hîc plurimus ignis	7. Ecl. 49
Semper, & assiduâ postes fuligine nigri.	
† Indicio est tractu surgens oleaster eodem	2. Geor. 182
Plurimus, & strati baccis sylvestr bus agri.	
At quæ pinguis humus, dulcíque uligine læta,	
Quique frequens herbis, & fertilis ubere campus.	
* Forma bovis, cui turpe caput, cui plurima cervix.	3. Geor. 52
† --plurima cogitur unda.	4. Geor. 419
* Luctus, ubiq; pavor, & plurima mortis imago.	2 Æn. 369
† Iámq; ascendebat collẽ, qui plurimus urbi Imminet.	1. Æn. 419
* Felix prole virûm, qualis Berecynthia mater	6. Æn. 784
Læta Deûm partu, centum complexa nepotes,	
Omnes Cœlicolas, omnes supera alta tenentes.	
† Densior hinc soboles, hinc largi copia lactis,	3. Geor. 308
* Errantes hederas passim cum baccare tellus,	4. Ecl. 19
Mistáque ridenti colocasia fundet acantho.	
† Ipsa tibi blandos fundent cunabula flores.	23
* --varios hîc flumina circũ Fundit humus flores.--	9. Ecl. 40

FIDES, DEXTERA, DEXTRA, Fiducia, Fidere, Confidere, Diffidere, Spondere: Credere, Credulus: Fidus, Fidelis: Fraus, Fallere, Deludere, Perfidus, Infidus: Incredibilis.

O Formose puer nimiùm ne crede colori.	2. Ecl. 17
† --non bene ripæ Creditur.--	3. Ecl. 94
* Credimus? an qui amant ipsi sibi somnia fingunt?	8. Ecl. 108
† Nec curare Deum credis mortalia quemquam.	35
* --me quoque dicunt	9. Ecl. 33
Vatem pastores, sed non ego credulus illis.	
† Haud equidem credo, quia sit divinitùs illis.	1. Geor. 415
* Tantáne vos generis tenuit fiducia vestri?	1. Æn. 132
† Cana fides, & Vesta, Remo cum fratre Quirinus	291
Iura dabunt.-	
* Ausus & afflictis meliùs confidere rebus.	451
† --fidens animi, atq; in utrumq; paratus.	2. Æn. 61
* Quídve ferat memoret, quæ sit fiducia capto.	75
† Per, si qua est, quæ restat adhuc Mortalibus usquã	142

Intemerata fides, oro miserere laborum
Tantorum miserere animi non digna ferentis.

2. Æn. 160 † Tu modò promissis maneas, servatáq; serves
Troja fidem.--

308 * Tum verò manifesta fides, Danaûmq; patescunt
Insidiæ.--

402 † Heu nihil invitis fas quemquam fidere Divis.

540 * At non ille, satum quo te mentiris Achilles,
Talis in hoste fuit Priamo, sed jura, fidémq;
Supplicis erubuit.--

280 † O lux Dardaniæ? spes ô fidissima Teucrûm.

43 * Creditis avectos hostes? aut ulla putatis
Dona carere dolis Danaûm? sic notus Vlysses?

48 † Aut aliquis latet error. Equo ne credite Teucri,
Quidquid id est, timeo Danaos, & dona ferentes.

371 * Androgeos offert nobis, socia agmina credens.

376 † Dixit, & extemplò (neque enim responsa dabantur
Fida satis) sensit medios delapsus in hostes.

3. Æn. 51 * --cùm jam diffideret armis
Dardaniæ, cingíque urbem obsidione videret.

374 † Nate deâ: Nam te majoribus ire per altum
Auspiciis manifesta fides, sic fata Deûm rex.

434 * Si qua fides, animum si veris implet Apollo.

610 † Ipse pater dextram Anchises, haud multa moratus
Dat juveni, atque animum præsenti pignore firmat.

4. Æn. 12 * Credo equidem (nec vana fides) genus esse Deorum.

307 † --nec te data dextera quondam,
Nec moritura tenet, crudeli funere Dido?

314 * Méne fugis? per ego has lacrymas, dextrâq; tuam, te
Oro.-- (*Dido Aeneam.*)

3. Æn. 294 † Hîc incredibilis rerum fama occupat aures.

4. Æn. 373 * Nusquam tuta fides, ejectum littore, egentem
Excepi.--

597 † --en dextra, fidésq;
Quem secum patrios aiunt portare Penates.

552 * Non servata fides cineri promissa Sichæo?

5. Æn. 17 † Magnanime Ænea, non si mihi Iuppiter author
Spondeat, hoc sperem Italiam contingere cœlo.

604 * Hîc primùm fortuna fidem mutata novavit,
Dum variis tumulo referunt solennia ludis.

547 † Epytiden vocat, & fidam sic fatur ad aurem.

800 * Fas omne est, Cytherea, meis te fidere regnis,
Vnde genus ducis.--

† Méne salis placidi vultum, fluctúsq; quietos 5. Æn. 848
Ignorare jubes? méne huic confidere monstro?
Æneam credam quid enim fallacibus Austris,
Et cœli toties deceptu fraude sereni?
* Dic age, námque mihi fallax haud antè repertus, 6. Æn. 343
Hoc uno responso animum delusit Apollo:
Qui fore te ponto incolumem, finésq; canebat
Venturum Ausonios. En hæc promissa fides est?
Ille autem, Neque te Phœbi cortina fefellit.
† Funeris heu tibi causa fui: per sydera juro, 458
Per Superos, & si qua fides tellure sub ima est.
Invitus, regina, tuo de littore cessi.
* Impia, nec veriti dominorum fallere dextras, 613
Inclusi pœnam expectant.-- (in Inferno)
† Heu! pietas, heu prisca fides, invictáq; bello 878
Dextera.--
* Fata per Æneæ juro, dextrámq; potentem 7. Æn. 235
Sive fide, seu quis bello est expertus, & armis.
† Pars mihi pacis erit dextram tetigisse Tyranni. 266
* Quid tua facta fides, quid cura antiqua tuorum, 365
Et consanguineo toties data dextera Turno.
Accipe, daque fidem, sunt nobis fortia bello Pectora.. 8. Æn. 150
† - mihi mens juvenili ardebat amore 163
Compellare virum, & dextræ conjungere dextram.
* Ergo, & quam petitis, juncta est mihi fœdere dextra. 169
† Tum pater æterno fatur devictus amore: 394
Quid caussas petis ex alto? fiducia cessit
Quò tibi, Diva, mei?
* Dicite: prisca fides facto, sed fama perennis. 9. Æn. 79
† At non audaci cessit fiducia Turno. 126
* Nec duplici squammâ lorica fidelis, & auro. 706
† Fœmineum: quibus hæc medii fiducia valli, 147
Fossarúmq; moræ, lethi discrimina parva
Dant animos.--
* Cernis quæ Rutulos habeat fiducia rerum. 187
† --quæcunque mihi fortuna, fidésq; est, 260
In vestris pono gremiis: revocate parentem.
* --tibi maxima rerum, Verborúmq; fides.-- 279
† Spondeo digna tuis ingentibus omnia cœptis. 295
* Tyrrhenámve fidem aut gentes agitare quietas, 10. Æn. 71
Quis Deus in fraudem?
† Edocet: Humanis quæ sit fiducia rebus. 152
* Astat equo fidens, & versicoloribus armis. 181

10.Æn.276 † Haud tamen audaci Turno fiducia cessit,
Littora præripere, & venienteis pellere terrâ.
372 *Fidite ne pedibus: ferro rumpenda per hostes Est via.
761 † Hîc mortis duræ casum, tuáq; optima facta,
Si qua fidem tanto est operi latura vetustas.
11.Æn. 511 * Æneas, ut fama fidem, misique reportant
Exploratores, equitum levia improbus arma.
55 † Hæc mea magna fides: at non, Evandre, pudendis
Vulneribus pulsum aspicies. --
164 * Nec vos arguerim, Teucri, nec fœdera, nec quas
Iunximus hospitio dextras. --
502 † Turne: sui merito si qua est fiducia forti,
Audeo, & Æneadum promitto occurrere turmæ.

v. Credere, Pax, ubi de Fœdere: Eludere, Dolus.

FINIS, TERMINUS, EXITUS, *Modus, Limes: Extremus, Ultimus: Finire, Desinere, Terminare.*

1. Ecl. 11 CLaudite jam rivos pueri, sat prata biberunt.
9. Ecl. 66 * Desine plura puer, & quod nunc instat agamus.
10. Ecl. 1 † Extremum hunc, Arethusa, mihi concede laborem.
2. Geor. 541 * Sed nos immensum spatiis confecimus æquor:
Et jam tempus equûm fumantia solvere colla.
4. Geor. 116 † Atque equidem, extremo ni jam sub fine laborum
Vela traham, & terris festinem advertere proram.
8. Ecl. 11 * A te principium, tibi desinet. --
12. Æn. 897 † Saxum antiquum, ingens, campo qui fortè jacebat
Limes agro positus, litem ut discerneret arvis.
4. Geor. 206 * Ergo ipsas quamvis angustus terminus ævi.
4. Æn. 614 † Et si fata Iovis poscunt, hîc terminus hæret.
1. Æn. 287 * Imperium Oceano, famam qui terminet astris.
847 † Verùm hæc ipse equidem spatiis disclusus iniquis
Prætereo, atque aliis pòst commemoranda relinquo.
185 * -- rursus easdem
Vesper ubi è pastu tandem decedere campis
Admonuit, tum tecta petunt. --
198 † O passi graviora, dabit Deus his quoque finem.
227 * Et jam finis erat, cùm Iuppiter æthere summo
Despiciens mare velivolum. -- Constitit. --
239 † Nunc eadem fortuna viros tot casibus actos
Insequitur: quem das finem, Rex magne, laborum?

† Res dura, & regni novitas me talia cogunt 1. Æn. 562
Moliri, & late fines custode tueri.
* Sive Erycis fines, Regémque optatis Acestem. 569
† Finibus expulsum patriis. -- 619
* Nos delubra Deûm miseri, quibus ultimus esset 148
Ille dies, festâ velamus fronde per urbem.
† Quo res sūma loco, Pantheu? quam prēdimus arcē? 222
Vix ea fatus eram, gemitu cùm talia reddit:
Vēnit summa dies, & ineluctabile tempus
Dardaniæ, fuimus Troēs, fuit Ilium, & ingens
Gloria Teucrorum. --
* Hic finis Priami fatorum, hic exitus illum 554
Sorte tulit. --
† Quærenti, & tectis urbis sine fine furenti. 771
* Perficere est animus, finémque imponere curis. 4. Æn 639
† Solus jámque ipso superest in fine Cloanthus. 5. Æn. 225
* Inde ubi clara dedit sonitum tuba, finibus omnes 139
Haud mora, prosiluêre suis. --
† Iámque ferè spatio extremo, fessique sub ipsam 327
Finem adventabant. --
* Sed finem imposuit pugnæ, fessúmque Dareta 462
Eripuit. -- (*Æneas*.)
† At pater Æneas nondum certamine misso. 545
* Hic Erycis fines fraterni, atque hospes Acestes. 630
† Hac Trojana tenus fuerit fortuna sequuta. 6 Æn. 62
* - finem dedit ore loquendi. 76
† -- dixit, (*Sibylla*.) pressoq; obmutuit ore. 155
* His demùm exactis, perfecto munere Divæ, 637
Devenêre locos lætos. -- &c.
† -- ea vox audita laborum Prima tulit finem. -- 7. Æn. 117
* Hæc erat illa fames: ea nos suprema manebant 127
Exitiis positura modum. --
† Sed quis erit modus? aut quo nunc certamine tanto. 4. Æn. 98
* Et Sol crescentes decedens duplicat umbras: 2. Ecl. 67
Me tamen urit amor. Quis enim modus adsit amori?
† Et quis erit modus? inquit: amor non talia curat. 10. Ecl. 27
* Nec minùs intereà extremam Saturnia bello 7. Æn. 572
Imponit Regina manum: ruit omni in urbem.
† -- nec plura loquutus 599
Sepsit se tectis, rerúmque reliquit habenas.
* Sit satis, Æneïde, telis impunè Numanum 9. Æn. 653
Oppetiisse tuis. &c.
† Vltimus ille dies bello gentíque fuisset. 759

10. *Æn*. 106 † -- nec vestra capit discordia finem.
116 * Hic finis fandi, solio tum Iuppiter aureo Surgit. --
582 † -- nunc belli finis, & ævi His dabitur terris. --
11. *Æn*. 116 * Si bellum finire manu, si pellere Teucros
Apparat, his decuit mecum concurrere telis.
12. *Æn*. 793 † Quæ jam finis erit, conjunx? quid denique restat?
803 * Ventum ad supremum est: terris agitare, vel undis
Trojanos potuisti. -- &c. Vlterius tentare veto --
879 † Quò vitam dedit æternam? cur mortis adempta est
Conditio? possem tantos finire dolores. -- &c.

v. Principium, Incipere.

FISTVLA, AVENA, CALAMVS, *Tibia, Cicuta, Stipula, Arundo.*

1. *Ecl.* 2 SYlvestrem tenui musam meditaris avenâ.
10 * Ludere quæ vellem calamo permisit agresti.
2. *Ecl.* 32 † Pan primus calamos cerâ conjungere plures
Instituit, Pan, curat oves, oviúmque magistros.
36 * Est mihi disparibus septem compacta cicutis
Fistula, Damœtas dono mihi quam dedit olim,
Et dixit moriens, te nunc habet ista secundum.
3. *Ecl* 22 † Quem mea carminibus meruisset fistula caprum?
12 * -- cùm Daphnidis arcum
Fregisti, & calamos, quæ tu perverse Menalca. &c.
25 † Cantando tu illum? aut unquam tibi fistula cerâ
Iuncta fuit? non tu in triviis, indocte, solebas
Stridenti miserum stipulâ disperdere carmen?
5. *Ecl.* 2 * Tu calamos inflare leves, ego dicere versus.
48 † Nec calamis solùm æquiparas, sed voce magistrum.
85 * Hac te nos fragili donabimus antè cicuta.
6. *Ecl.* 8 † Agrestem tenui meditabor arundine musam.
9. *Ecl.* 69 * Hos tibi dant calămos (en accipe) Musæ,
Ascræo quos antè seni, quibus ille solebat
Cantando rigidas deducere montibus ornos.
7. *Ecl.* 23 † -- aut si non possumus omnes,
Hîc arguta sacrâ pendebit fistula pinu.
8. *Ecl.* 24. * Panáque, qui primus calamos non passus inertes.
33 † Dúmque tibi est odio mea fistula, dúmq; capellæ.
21 * Incipe Mænalios mecum mea tibia versus.
61 † Desine Mænalios, jam desine tibia versus.
10. *Ecl.* 33 * -- ô mihi tum quàm molliter ossa quiescant,

Vestra meos olim si fistula dicat amores.
† Lanigeræ comitantur oves, ea sola voluptas, 3. Æn. 660
Solaménque mali, de collo fistula pendet.
* Aut ubi curva choros induxit tibia Bacchi. 11. Æn. 737

FLOS, FLORERE, FLORENS, Floreus, Sertum.

FLos apprima tenax. - - 2. Geor. 134
† Est etiam flos in pratis, cui nomen Amello. 4. Geor. 271
* Purpureus veluti cùm flos succisus aratro, 9. Æn. 435
Languescit moriens, lassóve papavera collo.
† Qui legitis flores, & humi nascentia fraga. 3 Ecl. 92
* Dic quibus in terris inscripti nomina Regum 106
Nascantur flores, & Phyllida solus habeto.
† Hîc ver purpureum, varios hîc flumina circum 9. Ecl. 40
Fundit humus flores: hîc candida populus antro.
* Purpureósq; metunt flores, & flumina libant. 4. Geor. 54
† Purpureósque jacit flores, ac talia fatur. 5. Æn. 79
* Tu Marcellus eris, manibus date lilia plenis. 6. Æn. 883
Purpureos spargam flores, animámque nepotis
His saltem accumulem donis. - -
† Eheu, quid volui misero mihi? floribus Austrum 2. Ecl. 58
Perditus, & liquidis immisi fontibus apros.
* Vt Linus hæc illi divino carmine pastor, 6. Ecl. 67
Floribus, atque apio crines ornatus amaro.
† - neque oves, hœdíque petulci Floribus insultent. - 4. Geor. 10
* - - fucóq;, & floribus oras Explent - - (Apes.) 38
† Invitent croceis halantes floribus horti. 4. Geor. 108
* Complebúntque foros, & floribus horrea texent. 250
† Idaliæ lucos, ubi mollis amaracus illum 1. Æn. 693
Floribus, & dulci aspirans complectitur umbrâ.
* Ac veluti in pratis ubi apes æstate serenâ 6. Æn. 707
Floribus insidunt variis, & candida circum
Lilia funduntur, strepit omnis murmure campus.
† (Apes.) - - ultróque animam sub fasce dedêre, 4. Geor. 204
Tantus amor florum, & generandi gloria mellis.
* Hyblæis apibus florem depasta salicti. 1. Ecl. 55
† Huc ades, ô formose puer, tibi lilia plenis, 2. Ecl. 45
Ecce ferunt Nymphæ calathis: tibi candida Naïs
Pallentes violas, & summa papavera carpens,
Narcissum, & florem jungit bene olentis anethi.
* Contemplator item, cùm se nux plurima sylvis 1. Geor. 187

Induet in florem, & ramos curvabit olentes.

11. *Æn.* 67 † Hîc juvenem agresti sublimem in stramine ponunt:
Qualem virgineo demessum pollice florem,
Seu mollis violæ, seu languentis hyacinthi,
Cui neque fulgor adhuc, nec dum sua forma recessit,
Non jam mater alit tellus, viréśque ministrat.

2. *Geor.* 71 * ornúsque incanuit albo Flore pyri. --

4. *Geor.* 142 † Quótque in flore novo pomis se fertilis arbos
Induerat, totidem autumno matura tenebat.

7. *Æn.* 162 * Ante urbem pueri, & primævo flore juventus
Exercentur equis, domitántque in pulvere currus.

12. *Æn.* 412 † Dictamnum genitrix Cretæâ carpit ab Ida,
Puberibus caulem foliis, & flore comantem
Purpureo; non illa feris incognita capris.

8. *Æn.* 160 * Tum mihi prima genas vestibat flore juventa.

499 † Fata canens: ô Mæoniæ delecta juventus,
Flos veterum, virtúsque virûm, quos justus in hostem
Fert dolor. --

7. *Æn.* 643 * Complêrint campos acies, quibus Itala jam tum
Floruerit terra alma viris, quibus arserit armis.

8. *Ecl.* 53 † Mala ferant quercus, narcisso floreat alnus.

2. *Geor.* 5 * - tibi pampineo gravidus Autumno Floret ager.

2. *Ecl.* 69 † Florentem cytisum sequitur lasciva capella.

1. *Ecl.* 78 * -- non, me pascente, capellæ
Florentem cytisum, & salices carpetis amaras.

7. *Ecl.* 4 † Ambo florentes ætatibus, Arcades ambo.

9 *Ecl.* 19 * Quis caneret Nymphas? quis humũ florẽtibus herbis

10. *Ecl.* 24 † Vênit & agresti capitis Sylvanus honore,
Florentes ferulas, & grandia lilia quassans.

3. *Geor.* 125 * Florentésque secant herbas, fluviósque ministrant.

4. *Geor.* 563 † Illo Virgilium me tempore dulcis alebat
Parthenope, studiis florentem ignobilis otî.

8. *Æn.* 480 * Gens bello præclara, jugis insedit Hetruscis,
Hanc multos florentem annos Rex deinde superbo
Imperio, & sævis tenuit Mezentius armis.

7. *Æn.* 805 † Agmen agens equitum, & florentes ære catervas.

4 *Æn.* 202 * Pingue solum, & variis florentia limina sertis.

1. *Æn.* 434 † Quali ape æstate novâ per florea rura
Exercet sub sole labor, cùm genti adultos.

10. *Ecl.* 41 * -- serta *Phyllis* legeret, cantaret Amyntas.

5. *Ecl.* 16 † Serta procul tantùm capiti delapsa jacebant.

1. *Æn.* 417 * Thure calent aræ, sertísque recentibus halant.

4. *Æn.* 506 † Intendítq; locum sertis, & fronde coronat.

v. Coronare.

FLVCTVS, VNDA, MONS AQVÆ, *Pontus ingens, Moles, Fluctuare.*

Fluctus ut in medio cœpit cùm albeſcere ponto — 1. *Geor.* 138
Longiùs, ex altóq; ſinum trahit, útq; volutus
Ad terras immane ſonat per ſaxa, nec ipſo
Monte minor procumbit: at ima exæſtuat unda
Vorticibus, nigrámq; altè ſubjectat arenam.
† -- & vaſtos volvunt ad littora fluctus. — 1. *Æn.* 86
* -- ſtridens Aquilone procella, — 102
Velum adverſa ferit, fluctúſq; ad littora tollit.
Franguntur remi: tum prora avertit, & undis
Dat latus, inſequitur cumulo præruptus aquæ mons:
Hi ſummo in fluctu pendent: his unda dehiſcens
Terram inter fluctus aperit, furit æſtus arenis.
Treis Notus abreptas in ſaxa latentia torquet,
Saxa vocat Itali, mediis quæ in fluctibus aras.
† Ipſius ante oculos ingens à vertice pontus — 114
In puppim ferit, excutitur, pronúſque magiſter
Volvitur in caput; aſt illam ter fluctus ibidem
Torquet agens circũ & rapidus vorat æquore vortex.
* Disjectam Æneas toto videt æquore claſſem, — 128
Fluctibus oppreſſos Troas, cœlíq; ruinâ.
† -- & tantas audetis tollere moles? — 134
Quos ego: ſed motos præſtat componere fluctus.
* Sic ait, & dicto citiùs tumida æquora placat. — 146
† Erramus, vento huc, & vaſtis fluctibus acti. — 312
* Cùm ſubitò aſſurgens fluctu nimboſus Orion — 534
In vada cæca tulit, penitúſq; procacibus Auſtris,
Perque undas, ſuperante ſalo, pérq; invia ſaxa
Diſpulit, huc pauci veſtris adnavimus oris.
† Vnus abeſt medio in fluctu quem vidimus ipſi. — 583
* -- te jam ſeptima portat — 755
Omnibus errantem terris, & fluctibus æſtas.
† Pectora quorum inter fluctus arrecta, jubæque — 2. *Æn.* 206
Sanguineas exuperant undas. -- (*De draconibus.*)
* -- atque imo barathri ter gurgite vaſtos — 3. *Æn.* 421
Sorbet in abruptum fluctus, rurſúſque ſub auras
Erigit alternos, & ſydera verberat undâ.
† Tum procul è fluctu Trinacria cernitur Ætna. — 554
Et gemitum ingentem pelagi, pulſatáq; ſaxa
Audimus longè, fractáſque ad littora voces,
Exultántq; vada, atque æſtu miſcentur arenæ.

3. Æn. 564 * Tollitur in cœlum curvato gurgite, & iidem
Subductâ ad Manes imos descendimus undâ:
Ter scopuli clamorem inter cava saxa dedêre.
Ter spumam elisam, & rorantia vidimus astra.
604 † - si sceleris tanta est injuria nostri,
Spargite me in fluctus, vastóque immittite ponto.
662 * Postquàm altos tetigit fluctus, & ad æquora vênit,
Luminis effossi fluidum lavit inde cruorem,
Dentibus infrendens gemitu, graditúrque per æquor
Iam medium, necdum fluctus latera ardua tinxit.
671 † Nec potis Ionios fluctus æquare sequendo,
Clamorem immensum tollit. -- (*Polyphemus.*)
4. Æn. 532 * Sævit amor, magnóq; irarum fluctuat æstu.
628 † Littora littoribus contraria, fluctibus undas
Imprecor. --
5. Æn. 124 * Est procul in pelago saxum spumantia contra
Littora, quod tumidis submersum tunditur olim
Fluctibus, hyberni condunt ubi frigora Cori
182 † Et salsos rident revomentem pectore fluctus.
237 * -- extáq; salsos
Projiciam in fluctus, & vina liquentia fundam:
Dixit, eúmque imis sub fluctibus audiit omnis
Nereïdum, Phorcíque chorus, --
6. Æn. 174 † Inter saxa virum spumosa immerserat unda;
355 * Treis Notus hybernas immensa per æquora noctes
Vexit me violentus aquâ. --
362 † Nunc me fluctus habet, versántque in littore venti.
7. Æn. 526 * -- æráque fulgent:
Fluctus uti primo cœpit cùm albescere vento;
Paulatim sese tollit mare, & altiùs undas
Erigit, inde imo consurgit ad æthera fundo.
587 † Vt pelagi rupes magno veniente fragore,
Quæ sese multis circum latrantibus undis,
Mole tenet: scopuli nequicquam, & spumea circùm
Saxa fremunt, laterique illisa refunditur alga.
718 * Quàm multi Libyco volvuntur marmore fluctus.
8. Æn. 671 † Hæc inter tumidi latè maris ibat imago
Aurea, sed fluctu spumabant cærula cano.
677 * Fervere Leucaten, auróque effulgere fluctus.
10. Æn. 207 † It gravis Auletes, centenâque arbore fluctum
Verberat assurgens, spumant vada marmore verso.
222 * -- innabant pariter, fluctúsque secabant.
303 † Námque inflicta vadis, dorso dum pendet iniquo,

Anceps, sustentata diu, fluctúsq; fatigat.
† Fluctibus an jaciat mediis, & littora nando — 10.Æn. 683
Curva petat, Teucrúmque iterum se reddat in arma:
Labitur alta secans, fluctúque, æstúque secundo.
* Hæc memorans, animo nunc huc, nunc fluctuat illuc. — 680
† Ac veluti Edoni Boreæ cùm spiritus alto — 12.Æn. 365
Insonat Ægæo, sequitúrq; ad littora fluctus.
* Irarum tantos volvis sub pectore fluctus. — 831

v. Ambiguus, & Navigare.

FLUMEN, FLUVIUS, AMNIS, Fluenta, Rivus: Torrens: Palus, Stagnum, Lacus: Fluvialis.

Aut Ararim Parthus bibet, aut Germania Tigrim, — 1. Ecl. 63
† Fortunate senex, hic inter flumina nota, — 52
Et fontes sacros frigus captabis opacum.
* Tityre, pascentes à flumine reice capellas, — 3. Ecl. 96
Ipse, ubi tempus erit, omnes in fonte lavabo.
† Claudite jam rivos pueri, sat prata biberunt. — 111
* Non ulli pastos illis egêre diebus — 5. Ecl. 24
Frigida, Daphni, boves ad flumina: nulla neq; amnem
Libavit quadrupes, -- *&c.*
† -- quale per æstum — 46
Dulcis aquæ saliente sitim restinguere rivo.
* Dum juga montis aper fluvios dum piscis amabit. — 76
† Nec percussa juvant fluctu tam littora, nec quæ — 83
Saxosas inter decurrunt flumina valles.
* Hic tantùm Boreæ curamus frigora, quantum — 7. Ecl. 51
Aut numerum lupus, aut torrentia flumina ripas.
† -- rivóque fluenti, Tránsq; caput jace. -- — 8. Ecl. 101
* propter aquæ rivum viridi procumbit in ulvâ — 87
† -- varios hîc flumina circum Fundit humus flores. -- 9. Ecl. 40
* -- insani feriant, sine, littora fluctus. — 43
† Et formosus oves ad flumina pavit Adonis. — 10. Ecl. 18
* Sic tibi, cùm fluctus subter labêre Sicanos, — 4
Doris amara suam non intermisceat undam.
† Deinde satis fluvium inducit, rivósq; sequentes, — 1. Geor. 106
Et cùm exustus ager morientibus æstuat herbis,
Ecce supercilio clivosi tramitis undam
Elicit, illa cadens raucum per lævia murmur
Saxa ciet, scatebrísque arentia temperat arva.
* -- rivos deducere nulla Relligio vetuit. — 269

1. *Geor.* 325 † -- implentur fossæ, & cava flumina crescunt
Cum sonitu, fervétque fretis spirantibus æquor.
479 * (Infandum) sistunt amnes, terræq; dehiscunt.
481 † Proluit insano contorquens vertice sylvas
Fluviorum Rex Eridanus, campósque per omnes
Cum stabulis armenta tulit. -- &c.
2. *Geor.* 110 * Fluminibus salices, crassíque paludibus alni
Nascuntur. -- &c.
451 † Necnon & torrentem undam levis innatat alnus.
137 * Nec pulcher Ganges, atque auro turbidus Hermus,
Laudibus Italiæ certent. --
156 † Fluminàq; antiquos subter labentia muros.
165 * Hæc eadem argenti rivos, æríſque metalla
Ostendit venis, atque auro plurima fluxit.
187 † -- huc summis liquuntur rupibus amnes,
Felicémque trahunt limum. -- *&c.*
199 * Pascentem niveos herboso flumine cygnos:
Non liquidi gregibus fontes, non gramina desunt.
485 † Rura mihi, & rigui placeant in vallibus amnes.
Flumina amem, sylvásque inglorius, ô, ubi campi.
3. *Geor.* 14 * Propter aquam, tardis ingens ubi flexibus errat
Mincius & tenerâ prætexit arundine ripas.
28 † Centum quadrijugos agitabo ad flumina currus.
38 * Atque hîc undantem bello, magnúmque fluentem
Nilum. --
77 † Primus & ire viam, & fluvios tentare minaces
Audet. -- &c. (*Equus.*)
143 * -- fluviósq; innare rapaces,
Saltibus in vacuis pascant, & plena secundùm
Flumina, muscus ubi, & viridissima gramine ripa.
213 † - atque in sola relegant
Pascua post montem oppositum, & trans flumina lata.
254 * Non scopuli, rupésque cavæ, atq; objecta retardant
Flumina, correptósque undâ torquentia montes,
271 † (*Equæ.* -- superant montes, & flumina tranant.
303 * -- & fluvios præbere recenteis. (*Pecori.*)
351 † Turbidus, & torquens flaventes Ister arenas.
446 * Dulcibus idcircò fluviis pecus omne magistri
Perfundunt, udísque aries in gurgite villis
Mersatur, missúsque secundo defluit amni.
522 † -- non qui per saxa volutus
Purior electro campum petit amnis -- &c.
530 * Pocula sunt fontes liquidi, atque exercita cursu

Flumina, nec somnos abrumpit cura salubres.

† At liquidi fontes, & stagna virentia musco 4. *Geor.* 12
Adsint, & tenuis fugiens per gramina rivus.

* -- & flumina libant Summa leves. -- (*Apes.*) 54

† Quóque modo potis gauderent intyba rivis, 120
Et virides apio ripæ. - &c.

* Quâ niger humectat flaventia culta Galesus. 126

† -Oceani spretos pede reppulit amnes. 233

* Pastores, & curva legunt prope flumina Mellæ. 278

† Accolit effuso stagnantem flumine Nilum. &c. 288
Et viridem Ægyptum nigrâ fœcundat arenâ,
Et diversa ruens septem discurrit in ora,
Vsque coloratis amnis devexus ab Indis.

* At mater sonitum thalamo sub fluminis alti Sensit.- 333

† -- simul alta jubet discedere latè 359
Flumina, quà juvenis gressus inferret: at illum
Curvata in montis faciem circumstetit unda,
Accepítque sinu vasto, misítque sub amnem.
Iámq; domum mirans genitricis, & humida regna,
Speluncísque lacus clausos, lucósq; sonantes,
Ibat, & ingenti motu stupefactus aquarum,
Omnia sub magnâ, labentia flumina terrâ,
Spectabat diversa locis, Phasimque, Lycúmque,
Et caput unde altus primùm se erumpit Enipeus,
Vnde pater Tyberinus, & unde Aniena fluenta,
Saxosúmque sonans Hypanis, Mysúsque Caïcus,
Et gemina auratus taurino cornua vultu
Eridanus, quo non alius per pinguia culta
In mare purpureum violentior influit amnis.

* Centum quæ sylvas, centum quæ flumina servant. 383

† -- arebant herbæ, & cava flumina siccis 427
Faucibus ad limum radii tepefacta coquebant.

* Omnia transformat sese in miracula rerum, 441
Ignémq;, horribilémque feram, fluviúmq; liquentem.

† Solus Hyperboreas glacies, Tanaímq; nivalem. 518

* Tum quoque marmoreâ caput à cervice revulsum, 523
Gurgite cú medio portans Oeagrius Hebrus Volveret.-

† Eurydicen toto referebant flumine ripæ. 527

* -- Cæsar dum magnus ad altum 560
Fulminat Euphratem bello. --

† Antenor potuit fontem superare Timavi 1. *Æn.* 244
Vnde per ora novem vasto cum murmure montis
It mare præruptum, & pelago premit arva sonanti.

1. Æn. 606 † In freta dum fluvii current, dum montibus umbræ.
2. Æn. 303 * -- aut rapidus montano flumine torrens
Sternit agros, sternit sata lata, boúmq; labores,
Præcipitésque trahit sylvas: stupet inscius alto
Accipiens sonitum, saxi de vertice pastor.
496 † Non sic aggeribus ruptis cùm spumeus amnis
Exiit, oppositásque evicit gurgite moles,
Fertur in arva furens cumulo, campósque per omneis
Cum stabulis armenta trahit. --
716 * Attrectare nefas, donec me flumine vivo
Abluero. -- (*Æneas de Penatibus.*)
781 † Ad terram Hesperiam venies, ubi Lydius arva
Inter opima virûm leni fluit agmine Tybris.
3. Æn. 500 * Si quando Tybrim, vicináque Tybridis arva
Intrare. --
694 † -- Alphæum fama est hunc Elidis amnem
Occultas egisse vias, subter mare, qui nunc
Ore, Arethusa, tuo Siculis confunditur undis.
4. Æn. 164 * -- ruunt de montibus amnes,
250 † Nix humeros infusa tegit, tum flumina mento
Præcipitant senis. -- (*Atlantis.*)
633 * Nulláne jam Trojæ dicentur mœnia? nusquam
Hectoreos amnes, Xanthum, & Simoënta videbo?
143 † Qualis ubi hybernam Lyciam, Xanthíq; fluenta
Deserit, ac Delum maternam invisit Apollo.
635 * Dic corpus properet fluviali spargere lymphâ.
797 † -- liceat Laurentem attingere Tybrim.
803 * -- (Xanthum, Simoëntáque testor)
806 † Millia multa daret letho, gemeréntq; repleti
Amnes: nec reperire viam, atque evolvere posset
In mare se Xanthus. --
6. Æn. 85 * -- bella, horrida bella,
Et Tybrim multo spumantem sanguine cerno:
Non Simoïs tibi, nec Xanthus, nec Dorica castra
Defuerint. --
11. Æn. 450 † Instructos acie Tyberino à flumine Teucros.
495 * Aut assuetus aquæ perfundi flumine noto.
6. Æn. 327 † Nec ripas datur horrendas, nec rauca fluenta
Transportare. --
368 * -- (neque enim credo sine numine Divûm
Flumina tanta paras, Stygiámque innare paludem.)
374 † Tu Stygias inhumatus aquas, amnémq; severum
Eumenidum aspicies? ripámve injussus abibis?

† Ergo iter inceptum peragunt fluvióq; propinquant, 6. Æn. 374
Navita quos jam inde, ut Stygiâ prospexit ab undâ
Per tacitum nemus ire, pedemque advertere ripæ,
Sic prior aggreditur dictis, atque increpat ultrò:
Quisquis es armatus, qui nostra ad flumina tendis.
* -- gemuit sub pondere cymba 413
Sutilis, & multam accepit rimosa paludem:
Tandem trans fluvium incolumes, vatémq;, virúmq;
Informi limo glaucâque exponit in ulvâ.
† Evadítq; celer ripam irremeabilis undæ. 425
* -- undè supernè 6,8
Plurimus Eridani per sylvam volvitur amnis.
† (*Anchises.*) -- illius ergò 676
Venimus, & magnos Erebi tranavimus amnes.
* -- lucis habitamus opacis, 673
Riparúmq; toros, & prata recentia rivis
Incolimus. --
† Lethæúmq;, domos placidas qui prænatat, amnem. 705
* Horrescit visu subito, caussámque requirit 710
Inscius Æneas, quæ sint ea flumina porrò,
Quíve viri tanto complêrint agmine ripas.
† Et septem gemini turbant trepida ostia Nili. 800
* -- vel quæ, Tyberine, videbis 873
Funera, cùm tumulum præterlabêre recentem.
† -- & adhuc ignotis precatur Flumina. -- 7. Æn. 137
* Fluminis intrastis ripas, portúque sedetis. 101
† -- optato conduntur Tybridis alveô. 303
* -- classes invecta Tybridis undam. 436
† Prospicit: hunc inter fluvio Tyberinus amœno, 30
Vorticibus rapidis, & multâ flavus arenâ,
In mare prorumpit: variæ circúmque, supráq;
Assuetæ ripis volucres, & fluminis alveô
Æthera mulcebant cantu, lucóq; volabant.
Flectere iter sociis, terræque advertere proras
Imperat, & lætus fluvio succedit opaco.
* -- fluvio cùm fortè secundo 464
Deflueret, ripâq; æstus viridante levaret.
† Audiit, & Triviæ longè lacus, audiit amnis 516
Sulfureâ Nar albus aquâ, fontésque Velini.
* Tyrrhenúq; e boves in flumine lavit Iberas. 663
† -- gelidúmque Anienem, & roscida rivis 667
Hernica saxa colunt. --
* -- sonat amnis, & Asia longè. 701

7. Æn. 714 † - Forulósque, & flumen Himellæ,
Qui Tyberim, Fabarímq; bibunt: quos frigida misit
Nursia, & Hortinæ classes, populíque Latini:
Quósque secans infaustum interluit Allia nomen.
Quàm multi Libyco volvuntur murmure fluctus.

566 * Urget utrimque latus nemoris, medióq; fragosus
Dat sonitum saxis, & torto vortice torrens.

72 † - Sidicináque juxtà
Æquora, quíque Cales linquunt, amnísq; vadosi
Accola Vulturni.--

759 * Te nemus Angitiæ, vitreâ te Fucinus undâ,
Te liquidi flevêre lacus.--

797 † Qui saltus Tyberine tuos, sacrúmq; Numici
Littus arant.--

8. Æn. 31 * Huic Deus ipse loci fluvio Tyberinus amœno
Populeas inter senior se attollere frondes
Visus: eum tenuis glauco velabat amictu
Carbasus, & crines umbrosa tegebat arundo.

57 † Ipse ego te ripis, & recto flumine ducam,
Adversum remis superes subvectus ut amnem.

62 * --ego sum pleno quem flumine cernis
Stringentem ripas, & pinguia culta secantem,
Cæruleus Tybris, cœlo gratissimus amnis,
Hîc mihi magna domus celsis caput urbibus exit.
Dixit, deinde lacu Fluvius se condidit alto Ima petẽs.-

69 † --ritè cavis undam de flumine palmis
Sustulit, ac taleis effudit ad æthera voces:
Nymphæ Laurẽtes, Nymphæ, genus amnibus unde est,
Túque, ô Tybri, tuo genitor cum flumine sancto,
Accipite Æneam.--

77 * Corniger Hesperidum fluvius regnator aquarum,
Adsis ô tandem, & propiùs tua numina firmes.

86 † Tybris ea fluvium, quàm longa est, nocte tumentem
Leniit, & tacitâ refluens ita substitit undâ,
Mitis ut in morem stagni, placidæq; paludis
Sterneret æquor aquis, remo ut luctamen abesset.

125 * Progressi, subeunt luco, fluviúmq; relinquunt.

204 † --vallémque boves, amnémq; tenebant?

331 * A quo pòst Itali fluvium cognomine Tybrim
Diximus, amisit verum vetus Albula nomen.

538 † --quàm multa sub undas
Scuta virûm, galeásque, & fortia corpora volves,
Tybri pater?--

† --pars

† --pars cætera pronâ 8. Æn. 548
Fertur aquâ, segnísq; secundo defluit amni.
* Vt procul è gelido secretum flumine vidit. 610
† Et fluvium vinclis innaret Clælia ruptis. 651
* --totúmq; instructo Marte videres 677
Fervere Leucaten, auróque effulgere fluctus.
† Contra autem magno mœrentem corpore Nilum, 711
Pandentémq; sinus, & totâ veste vocantem
Cæruleum in gremium, latebrosáq; flumina victos.
* - Euphrates ibat jam mollior undis, 726
Extremíque hominum Morini, Rhenúsq; bicornis,
Indomitique Dahæ, & pontem indignatus Araxes.
† Ceu septem surgens sedatis amnibus altus 9. Æn. 30
Per tacitum Ganges, aut pingui flumine Nilus,
Cùm refluit campis, & jam se condidit alveo.
* --cunctatur & amnis 124
Rauca sonans, revocátq; pedem Tyberinus ab alto.
† --tepidúmq; recenti 455
Cæde locum, & plenos spumanti sanguine rivos.
* --natos ad flumina primùm 603
Deferimus, sævóq; gelu duramus, & undis.
† Quales aëriæ Liquentia flumina circùm. 679
* Volvitur ille vomens calidum de pectore flumen. 414
† Aggeribus septam circùm, & fluvialibus undis. 70
* Sive Padi ripis, Athesin seu propter amœnum 679
Consurgunt geminæ quercus.--
† Et fluvium petere, ac partem quæ cingitur amni. 790
* Fulmineus Mnestheus, tum toto corpore sudor 812
Liquitur, & piceum (nec respirare potestas)
Flumen agit: fessos quatit æger anhelitus artus.
Tum demum præceps saltu sese omnibus armis
In fluvium dedit: ille suo cum gurgite flavo
Accepit venientem, ac mollibus extulit undis,
Et lætum sociis ablutâ cæde remisit.
† --ubi pinguia culta 10. Æn. 142
Exercéntq; viri, Pactolúsque irrigat auro.
* Fatidicæ Mantûs, & Thusci filius amnis. 199
† At parte ex alia quà saxa rotantia latè 362
Intulerat torrens, arbustáque diruta ripis.
* Talia per campos edebat funera ductor 602
Dardanius, torrentis aquæ, vel turbinis atri
More furens, tandem erumpunt, & castra relinquunt.
† --& tutâ latet arce viator 805

Aut amnis ripis, aut alti fornice saxi

10. Æn. 833 † Intereà genitor, Tyberini ad fluminis undam
Vulnera siccabat lymphis, corpúsque levabat
Arboris acclivis trunco.--

11. Æn. 273 * Fluminibúsque vagantur aves.--

296 † Vix ea Legati: variúsque per ora cucurrit
Ausonidum turbata fremor, ceu saxa morantur
Cùm rapidos amnes, clauso fit gurgite murmur,
Vicinæque fremunt ripæ crepitantibus undis.

393 * --Iliaco tumidum qui crescere Tybrim
Sanguine, &c. videbit.--

456 † Haud secus atque alto in luco cùm fortè catervæ
Consedêre avium, piscosóve amne Padusæ,
Dant sonitum rauci per stagna loquacia cycni.

547 * Ecce fugæ medio summis Amasenus abundans
Spumabat ripis, tantus se nubibus imber
Ruperat.--

562 † --sonuêre undæ rapidum super amnem.

564 * At Metabus magnâ propius jam urgente catervâ
Dat sese fluvio.

12. Æn. 35 † --recalent nostro Tyberina fluenta
Sanguine adhuc, campíque ingentes ossibus albent.

133 * Extemplò Turni sic est affata sororem,
Diva Deam; stagnis quæ, fluminibúsq; sonoris
Præsidet.- Nympha decus fluviorum.--

331 † Qualis apud gelidi cùm flumina concitus Hebri
Sanguineus Mavors clypeo increpat.--

417 * --hôc fuscum labris splendentibus amnem Inficit.--

518 † --piscosæ cui circum flumina Lernæ Ars fuerat.--

528 * Aut ubi decursu rapido de montibus altis
Dant sonitum spumosi amnes, & in æquora currunt,
Quisque suum populatus iter.--

749 † Inclusum veluti si quando flumine nactus
Cervum, &c. venator instat.--

886 * Multa gemens, & se fluvio Dea condidit alto.

9. Æn. 70 † Aggeribus septam circum, & fluvialibus undis.

2 Geor. 415 * Vimina per sylvam, & ripis fluvialis arundo.

v. Letheus, & Styx, Tit. Infernus.

FONS, SACER, PVRVS, SANCTVS, Irriguus, Muscosus, Gelidus, Liquidus. Fontis caput. Fontis stagna, vada.

IPsi te fontes, ipsa hæc arbusta vocabant.	1. *Ecl.* 40
† --aut viridi fontes induceret umbrâ.	9. *Ecl.* 20
* His adjungit Hylam, nautæ quo fonte relictum	6. *Ecl.* 43
Clamassent: ut littus, Hyla, Hyla, omne sonaret.	
† Consulit Albuneâ, nemorum quæ maxima sacro	7. *Æn.* 83
Fonte sonat, sævámq exhalat opaca Mephitin.	
* Pectebátque ferum, puróque in fonte lavabat.	489
† Ingredior, sanctos ausus recludere fontes.	2. *Geor.* 175
* --dulcésq; à fontibus undæ.	243
† --dum amnes ulli rumpuntur fontibus.--	3. *Geor.* 428
* --& latices simulatos fontis Averni.	4. *Æn.* 512
† Adjuro Stygii caput implacabile fontis.	12. *Æn.* 816
* Floreat, irriguúmq; bibant violaria fontem.	4. *Geor* 32
† Gramineos, alii fontémque, ignémq; ferebant.	1. *Æn* 1:9
* Fortunate senex, hîc inter flumina nota,	1. *Ecl.* 52
Et fontes sacros frigus captabis opacum.	
† Muscosi fontes, & somno mollior herba.	7. *Ecl.* 45
* Hîc gelidi fontes, hîc mollia prata Lycori.	10. *Ecl* 42
† Non liquidi gregibus fontes, non gramina desunt.	2. *Geor.* 200
* Germanæ manibus liquidos dant ordine fontes.	4. *Geor.* 376
† Fontésque, fluviósq; voco, quæq; ætheris alti.	12. *Æn.* 181
* Perditus, & liquidis immisi fontibus apros.	3. *Ecl.* 59
† Spargite humum foliis, inducite fontibus umbras.	5. *Ecl* 40
* Excutere, & sanctos restinguere fontibus ignes.	2. *Æn.* 686
† -hæc fontis stagna Numici, Hunc Tybrim fluvium.-	7. *Æn.* 150
* Tyrrhenum ad Tybrim, & fontis vada sacra Numici.	242

v. Fluvius.

FORMOSVS, FORMOSISSIMVS, Pulcher, Pulcherrimus, Decorus: Deformis, Informis, Horrendus, Turpis.

FOrmosam resonare doces Amaryllida sylvas.	1. *Ecl.* 5
* Formosum pastor Corydon ardebat Alexin.	2. *Ecl.* 1
† O formose puer, nimiùm ne crede colori.	
* Nec sum adeò informis, nuper me in littore vidi.	

Cùm placidum ventis ftaret mare : non ego Daphnin,
Iudice te metuam , fi nunquam fallit imago.

3. *Æn.* 658 † Mõftrũ horrẽdũm, informe,ingens,cui lumẽ adẽptũ.
8. *Æn.* 264 * ‐pedibúfq; informe cadaver Protrahitur. -
3. *Geor.* 353 † Nullæ herbæ campo apparent , aut arbore frondes,
Sed jacet aggeribus niveis informis , & alto
Terra gelu latè , feptẽmq; affurgit in ulnas.
247 * Tam multa informes urfi , ftragémq; dedêre.
4. *Geor.* 91 † Alter erit maculis auro fqualentibus ardens
(Nam duo funt genera) hic melior infignis & ore,
Et rutilis clarus fquammis : ille horridus alter
Defidiâ , latámque trahens inglorius alvum.
Vt binæ regum facies , ita corpora gentis :
Nàmque aliæ turpes horrent , cui pulvere ab alto
Cùm venit , & terram ficco fpuit ore viator
Aridus : elucent aliæ , & fulgore corufcant,
Ardentes auro , & paribus lita corpora guttis.
4. *Æn.* 478 * Quos circum limus niger , & deformis arundo.
4. *Geor.* 254 † --horrida vultum Deformat macies.--
3. *Geor.* 52 * Forma bovis , cui turpe caput , cui plurima cervix.
441 † Turpis oves tentat fcabies , ubi frigidus imber.
2. *Geor.* 60 * Et turpes avibus fert uva racemos.
3. *Geor* 290 † Molle pecus , fcabiémq; ferat , turpéfq; podagras.
6. *Ecl.* 49 * At non tam turpes pecudum ulla fecuta eft
Concubitus.- -
12 *Æn.* 611 † Canitiem immundo perfufam pulvere turpans.
5. *Æn.* 356 *--& udo Turpia mẽbra fimo:rifit pater optim⁹ olli.
3. *Ecl.* 79 † Et longum , formofe , vale , vale , inquit , Iola.
56 * Et nunc omnis ager , nunc omnis parturit arbos:
Nunc frondent fylvæ , nunc formofiffimus annus:
4. *Ecl.* 57 † --quamvis pater adfit Lino formofus Apollo.--
5. *Ecl.* 42 * Daphnis ego in fylvis , hinc ufque ad fydera notus.
Formofi pecoris cuftos , formofior ipfe.
6. *Ecl.* 21 † Ægle Naïadum pulcherrima.--
7. *Ecl.* 65 * Fraxinus in fylvis , pulcherrima , pinus in hortis.
62 † Formofæ myrtus Veneri gratiffima.--
55 * Omnia nunc rident : at fi formofus Alexis
Montibus his abeat , videas & flumina ficca.
7 † Nerine Galatea , thymo mihi dulcior Hyblæ ,
Candidior Cygnis , ederâ formofior albâ.
10. *Ecl.* 18 * Et formofus oves ad flumina pavit Adonis.
2. *Geor.* 141 † Nec pulcher Ganges , atq; auro turbidus Hermus,
467 * Nec varios inhiant pulchrâ teftudine poftes.

† Pascitur in magnâ sylvâ formosa juvenca. 3 *Geor*. 219
* Scilicet & rerum facta est pulcherrima Roma. 538
† Objectant, pulchrámq; petunt per vulnera mortem. 4. *Geor*. 217
* Exigat, & pulchrâ faciat te prole parentem. 1. *Æn*. 79
† Nascetur pulchrâ Trojanus origine Cæsar. 290
* Regina ad templum formâ pulcherrima Dido. 500
† Præcipitant, pulchrúmq; mori succurrit in armis. 2. *Æn*. 317
* Prima hominis facies, & pulchro pectore virgo. 3. *Æn*. 426
† Cui se pulchra viro dignetur jungere Dido. 4. *Æn*. 192
* Nec pulchro ut Latio careat, regnúmq; relinquat. 432
† Fundamenta locas, pulchrámq; uxorius urbem. 266
* Ipsa tenens dextrâ pateram pulcherrima Dido. 60
† Non illum nobis genitrix pulcherrima talem 227
Promisit.-- (*Iuppiter de Venere.*)
* Incedunt: ipse ante alios pulcherrimus omnes 141
Infert se socium Æneas.--
† Tutatur favor Euryalum, lacrymæq; decoræ, 5. *Æn*. 345
Gratior & pulchro veniens in corpore virtus.
* Haud equidem pretio inductus, pulchróq;. juvenco. 399
† Consiliis pare, quæ nunc pulcherrima Nautes, 728
Dat senior, lectos Iuvenes, fortissima corda.
* Hoc sibi pulchra suum ferri Proserpina munus 6. *Æn*. 142
Instituit, primo avulso non deficit alter.
† Ad pœnam pulchrâ pro libertate vocabit. 821
* Hic genus antiquum, Teucri pulcherrima proles. 548
† -- petit ante alios pulcherrimus omnes Turnus.-- 7. *Æn*. 55
*-- Phrygios, qui flumine pulchro Consedère.-- 475
† Victores ostentat equos satus Hercule pulchro. 661
* Filius huic juxta Lausus, quo pulchrior alter 6. 4
Non fuit, excepto Laurentis corpore Turni.
† Ibat & Hippolyti proles pulcherrima bello. 766
* (*Tybris*.) --quocunque solo pulcherrimus exit. 8 *Æn*. 75
† Præmia posse rear solvi? pulcherrima primùm 9. *Æn*. 253
Dii, moresque dabunt vestri, tum cætera reddet.
* Et juxta comes Euryalus, quo pulchrior alter 179
Non fuit Æneadum, Trojana nec induit arma.
† Armáque, craterásque simul, pulchrósque tapetas. 358
* Volvitur Euryalus letho, pulchrósq; per artus 433
It cruor.--
† Inferat, & pulchram properet per vulnera mortem? 401
*- sequitur pulcherrimus Astur, Astur equo fidens.- 10. *Æn*. 180
† Pulcherrime conjunx.-- (*Iuno Iovi*) 611
* Conjugium optatum, & pulchrum Calydona viderê. 1. *Æn* 270

11. Æn. 642 * Certantes, pulchrámq; petunt per vulnera mortem.
847 † Hic Dea se primùm rapido pulcherrima nisu.
12. Æn. 270 * Hasta volans, ut fortè novem pulcherrima fratrum
Corpora constiterant contrà.--
554 † Hic mentem Æneæ genitrix pulcherrima misit.
v. Egregius, & Venustus.

FORTIS, FORTISSIMVS, GENEROSVS, Præstans virtute, Magnanimus, Robustus, Præstans animi, Potens, Valens, Ingens armis, Durus bello, &c.

3. Geor. 20 ET patriam Epeirum referat, fortésq; Mycenas.
2. Geor. 296 * Tum fortes latè ramos, & brachia tendens.
1. Geor. 65 † Fortes invertant tauri, glebásq; jacentes.
3. Geor. 50 * Pascit equos: seu quis fortes ad aratra juvencos.
268 † Hîc labor, hinc laudem fortes sperate coloni.
1. Ecl. 226 * Fata Lyci, fortémq; Gyam, fortémq; Cloanthum.
4. Æn. 11 † Quem sese ore ferens! quàm forti pectore, & armis!
2. Geor. 83 * Prætereà genus haud unum, nec fortibus ulmis.
530 † Corporáque agresti nudat prædura palæstrâ,
Hanc olim veteres vitam coluêre Sabini,
4. Ecl. 41 * Robustus quoque jam tauris juga solvet arator.
2. Geor. 264 † Et labefacta movens robustus jugera fossor.
2. Æn. 638 * --vos, ô quibus integer ævi
Sanguis, ait, solidæque suo stant robore vires,
Vos agitate fugam.--
5. Æn. 431 † Hic membris, & mole valens.--
7. Æn. 234 * Fata per Æneæ juro, dextrámq; potentem.
2. Geor. 170 † Scipiadas duros bello, & te maxime Cæsar,
Hanc Remus, & frater: sic fortis Etruria crevit.
3. Geor. 61 * Cætera nec fœturæ habilis, nec fortis aratris.
1. Æn. 105 † Scuta virûm, galeásq; & fortia corpora volvit.
124 * Iam validam Ilionei navem, jam fortis Achatæ.
644 † - cælatáque in auro
Fortia facta patrum, series longissima rerum.
2. Æn. 348 * Incipio super his, Iuvenes fortissima frustrà
Pectora, si vobis audentem extrema cupido.
5. Æn. 348 † Dat senior: lectos Iuvenes, fortissima corda,
Defer in Italiam gens dura, & aspera cultu
Debellanda tibi Latio est. - (*Anchises Æneæ.*)
6. Æn. 169 * Dardanio Æneæ sese fortissimus heros,

Addiderat socium.-- (*Misenus*)
† Archippi regis missu fortissimus Vmbro.-- 7. *Æn.* 751
* --ô Danaûm fortissime gentis Tydide.-- 1. *Æn.* 100
† Entelle quondam heroüm fortissime, frustrà. 5 *Æn.* 389
* --ut te fortissime Teucrûm Accipio.-- 8. *Æn.* 159
† Ingredere, ô Teucrûm, atq; Italû fortissime ductor. 513
* Non ego te Ligurum ductor fortissime bello 10. *Æn.* 185
Transierim, Cycne.--
† Occumbes pariter, neque enim fortissime, credo 865
Iussa aliena pati, & dominos dignabere Teucros.
* Dextera nec tua te, Graiûm fortissime Creteu, 10. *Æn.* 533
Eripuit Turno: nec Dii texêre Cupentum.
† Ascanius, fortémq; manu fudisse Numanum 9 *Æn.* 592
* Ille Talon, Tanaímq; neci, fortémq; Cethegum, 12. *Æn.* 513
Tres uno congressu, & mœstum mittit Onyten.
† Mnesthea, Sergestúmq; vocat, fortémq; Serestum. 561
* Hunc Tybrim fluvium, hic fortes habitare Latinos. 7. *Æn.* 151
† --Pelidæ tunc ego forti 5. *Æn.* 808
Congressum Æneam nec Diis, nec viribus æquis.
* Iam loca jussa tenet forti permistus Hetrusco 10 *Æn.* 238
Arcas eques, medias illis opponere turmas.
† Turne, sui merito si qua est fiducia forti, 11. *Æn.* 502
Audeo, & Æneadum promitto occurrere turmæ.
*--quid tam egregium, si fœmina forti Fidis equo? - 700
† Accipe, dáque fidem, sunt nobis fortia bello 8. *Æn.* 150
Pectora, sunt animi, & rebus spectata Iuventus.
* Invidet imperium, feræque ad fortia vires. 509
† O præstans animi juvenis, quantùm ipse feroci 12. *Æn.* 19
Virtute exuperas, tantò, &c.--
* Quorum de numero qui sese in bella sequantur 8. *Æn.* 547
Præstantes virtute legit.--
† Quanquam ô! si solitæ quicquam virtutis adesset, 11. *Æn.* 415
Ille mihi ante alios, fortunatúsque laborum,
Egregiúq; animi, qui, ne quid tale videret,
Procubuit moriens, & humum semel ore momordit.
*--ô famâ ingens, ingentior armis Vir Trojane.-- 124
† Quo fugitis socii? per vos, & fortia facta, 10. *Æn.* 369
Per ducis Evandri nomen, devictáq; bella,
Spémq; meam, patriæ quæ nunc subit æmula laudis.
Fidite ne pedibus: ferro rumpenda per hostes
Est via, quà globus ille virûm densissimus urget.
* Multa virûm volitans dat fortia corpora letho. 12. *Æn.* 328
† Et genus Assaraci Mnestheus, & fortis Asylas. 227

6. Æn. 181	† Euryalus. Me nulla dies tam fortibus ausis, Dissimilem arguerit, tantùm fortuna secunda, Aut adversa cadat.-
364	* Hæc rapit, atq; humeris nequicquam fortibus aptat.
10. Æn. 734	† Obvius, adversóq; occurrit, séque viro vir Contulit, haud furto melior, sed fortibus armis.
139	* Te quoque magnanimæ viderunt, Ismare, gentes Vulnera dirigere, & calamos armare veneno, Mæoniâ generose domo.--
172	† Sexcentos illi dederat Populonia mater Expertos belli Iuvenes: ast Ilva trecentos Insula, inexhaustis Chalybum generosa metallis.
3. Geor. 74	* Continuò pecoris generosi pullus in arvis Altiùs ingreditur, & mollia crura reponit, &c.
4. Geor. 4	† Magnanimósque duces.- *(de Apibus.)*
6. Æn. 649	* Magnanimi heroës nati melioribus annis.
11. Æn. 144	† Magnanimi Iovis ingratum ascendere cubile.
10. Æn. 562	* Persequitur, fortémq; Numam, fulvũq; Camerten Magnanimo Volscente satum.--
3. Æn. 704	† Agragas, magnanimûm quondam generator equorũ.
5. Æn. 407	* Magnanimúsq; Anchisiades, & pondus, & ipsa.

v. Æneas, Heroës, Miles, Potens, Validus, Valens, in Possum.

FORTVNA, FORTVNATVS, *Fors, & Casus.*

1. Ecl. 47	FOrtunate senex, ergo tua rura manebunt.
52	* Fortunate senex, hîc inter flumina nota, Et fontes sacros, frigus captabis opacum.
4. Geor. 208	† At genus immortale manet, multósq; per annos Stat fortuna domûs, & avi numerantur avorum.
2. Æn. 73	* - neque me Argolicâ de gente negabo, Hoc primùm: nec si miserum fortuna Sinonem Finxit, vanum etiam, mendacémq; improba finget.
377	† Forte suâ Libycis tempestas appulit oris.
94	* Nec tacui demens, & me fors si qua tulisset.
39	† Quos illi fors ad pœnas ob nostra reposcent Effugia, & culpam hanc miserorum morte piabunt.
5. Æn. 231	* Et fors æquatis cepissent præmia rostris.
2. Æn. 387	† O socii, quà prima, inquit, fortuna salutis Monstrat iter, quáq; ostendit se dextra, sequamur, Mutemus clypeos, Danaûmq; insignia nobis.

Aptemus: dolus, an virtus, quis in hoste requirat? 2. Æn. 396
† Vadimus immisti Danais, haud numine nostro. 3. Æn. 53
* Ille ut opes fractæ Teucrûm, & fortuna recessit. 317
† Heu quis te casus dejectam conjuge tanto
Excipit? aut quæ digna satis fortuna revisit? 493
* Vivite felices, quibus est fortuna peracta
Iam sua: nos alia ex aliis in fata vocamur. 608
† - qui sit fari, quo sanguine cretus,
Hortamur: quæ deinde agitet fortuna, fateri. 4. Æn. 613
* Vixi, & quem dederat cursum fortuna, peregi. 5. Æn. 356
† Ni me, quæ Salium, fortuna inimica tulisset. 604
* Hîc primùm fortuna fidem mutata novavit. 6. Æn. 96
† Quàm tua te fortuna sinet, via prima salutis,
Quod minimè reris, Graiâ pandetur ab urbe. 531
* Sed te qui vivum casus: age fare vicissim,
Attulerint: pelagine venis erroribus actus?
An monitu Divûm? an quæ te fortuna fatigat?
Vt tristeis sine sole domos, loca turbida, adires?
† -- omnémq; suorum 681
Fortè recensebat numerum charósq; nepotes,
Fatáque, fortunásque virûm, moré sque, manúsque.
* Sed fortuna fuit, tectis hic Turnus in altis. 7. Æn. 413
† Cede locis: ego si qua super fortuna laborum est, 5 9
Ipsa regam.-- (*Iuno Alecto*)
* --aut si qua id fortuna vetabit. 9. Æn. 214
† -- si fortunâ permittitis uti. 240
* Si verò capere Italiam, sceptrísque potiri 267
Contigerit victori, & prædæ ducere sortem.
† Nil super imperio moveor, speravimus ista 10. Æn. 42
Dum fortuna fuit: vincant quos vincere mavis.
* Quæ cuique est fortuna hodie: quam quisq; secat spē? 107
Tros, Rutulúsve fuat, nullo discrimine habebo.
† -- sua cuique exorsa laborem, 111
Fortunámq; ferent, &c. (*Iuppiter.*)
* Da nunc, Tybri pater, ferro quod missile libro 421
Fortunam: atque viam duri per pectus Halæsi. 11. Æn. 128
† Et te, si qua viam dederit fortuna, Latino
Iungemus regi, &c. 108
* Quænam vos tanto fortuna indigna, Latini,
Implicuit bello, qui nos fugiatis amicos? 179
† -- meritis vacat hic tibi solus Fortunæq; locus.-- 344
* --cuncti se scire fatentur
Quid fortuna ferat populi: sed dicere mussant.

11. *Æn.* 760 † --& multâ prior arte Camillam
Circuit, & quæ sit fortuna facillima tentat.
12. *Æn.* 32 * Ex illo qui me casus, quæ Turne sequantur
Bella vides. -
61 † Qui te cunque manent isto certamine casus,
Et me, Turne, manent.--
321 * Quis tantam Rutulis laudem, casúsne, Deúsne
Attulerit.--
435 † Disce puer virtutem ex me, verúmq; laborem,
Fortunam ex aliis. (*Æneas Ascanio.*)
637 * Nam quid ago? aut quæ jam spondet fortuna salutẽ?
677 † Quò Deus, & quò dura vocat fortuna, sequamur.
693 * Parcite jam Rutuli, & vos tela inhibete Latini:
Quæcunque est fortuna, mea est: me veriùs unum,
Pro nobis fœdus luere, & decernere ferro.
919 † Cunctanti telum Æneas fatale coruscat,
Sortitus fortunam oculis, & corpore toto Intorquet.-
Maph. 20 * Heu miserum, quàm præcipites labentia casus,
Sæcla agitant; quanto volvuntur fata tumultu?
Epigr. v. 1. † O Fortuna potens, quàm variabilis:
Tantùm juris atrox, quæ tibi vendicas,
Evertísque bonos, erigis improbos, &c.
9. *Æn.* 723 * Et quo sit Fortuna loco, qui casus agat res:
2. *Æn.* 350 † --quæ sit rebus Fortuna videtis.
656 * Nam quod consilium, aut quæ jam fortuna dabatur?
6. *Æn.* 614 † --ne quære doceri,
Quam pœnam, aut quæ forma viros, Fortunáve mersit.
8. *Æn.* 333 * Me pulsum patriâ, pelagíq; extrema sequentem,
Fortuna omnipotens, & ineluctabile fatum
His posuêre locis.--
10. *Æn.* 49 † Et quamcunque viam dederit Fortuna, sequatur.
5. *Æn.* 22 * --superat quoniam Fortuna, sequamur,
Quóque vocat, vertamus iter.--
604 † Hîc primùm Fortuna fidem mutata novavit.
11. *Æn.* 413 * Funditùs occidimus, nec habet Fortuna regressum.
425 † Multa dies variúsque labor mutabilis ævi
Rettulit in melius; multos alterna revisens
Lusit, & in solido rursus Fortuna locavit.
4. *Æn.* 603 * Verùm anceps pugnæ fuerat Fortuna.--
2. *Æn.* 384 † Ignaróque loci passim, & formidine captos
Sternimus, aspirat primo Fortuna labori.
4. *Æn.* 109 * Si modò, quod memoras, factum Fortuna sequatur.
8. *Æn.* 15 † Quid struat his cœptis, quem, si Fortuna sequatur,

Eventum pugnæ cupiat, manifestiùs isti.

* Audentes fortuna juvat.-- (*Turnus suis.*)	10 Æn 284
† Dat tibi præterea Fortunæ parva prioris Munera, relliquias Troja ex ardente receptas.	7. Æn. 243
* --& quæ sit fortuna facillima, tentat.	11. Æn. 760
† --me nulla dies tam fortibus ausis Dissimilem arguerit: tantùm Fortuna secunda, Aut adversa cadat.-- (*Euryalus Niso*)	9. Æn. 281
*--Sed queis Fortuna negarat In patriam reditus.--	10. Æn. 435
† Ille ut opes fractæ Teucrûm, & Fortuna recessit.	3. Æn. 53
* Téne, inquit, miserande puer, cùm læta veniret, Invidit Fortuna mihi, ne regna videres Nostra, neque ad sedes victor veherêre paternas?	11. Æn. 42
† Sin aliquem infandum casum, Fortuna, minaris, Nunc, ô nunc liceat crudelem abrumpere vitam.	8. Æn. 579
* --primam merui qui laude coronam, Ni me, quæ Salium Fortuna inimica tulisset.	5. Æn. 355
† Infelix, cui te exitio Fortuna reservat?	627
* Hac Trojana tenus fuerit Fortuna sequuta.	6. Æn.. 62
† Optime Grajugenûm, cui me Fortuna precari, Et vittâ comptos voluit prætendere ramos,	8 Æn. 127
* O fortunatæ gentes, Saturnia regna, Antiqui Ausonii, quæ vos Fortuna quietos Sollicitat? suadétque ignota lacessere bella?	11. Æn. 252
† Accidit hæc etiam fessis Fortuna Latinis, Quæ totam luctu concussit funditùs urbem.	12. Æn. 593
* Me quoque per multos similis Fortuna labores Iactatum, hac demum voluit consistere terrâ.	1. Æn. 632
† Heu! quis te casus dejectam conjuge tanto Excipit? aut quæ digna satis Fortuna revisit?	3. Æn. 317
* Nomen Achæmenides, Trojâ genitore Adamasto Paupere (mansissétq; utinam Fortuna) profectus.	614
† Quidquid erit, superanda omnis Fortuna ferendo est.	5. Æn. 710
* Devenêre locos lætos, & amœna vireta Fortunatorum nemorum, sedésq; beatas.	6. Æn. 638
† O fortunatos nimiùm sua si bona norint, Agricolas.-	2. Geor. 458
* Cesserit Ausonio si fors victoria Turno.	12. Æn. 183
† Quæ fors prima dedit, sanguis novus imbuit arma.	7. Æn. 554
* -si quà Fors adjuvet ausum.	10. Æn. 301
† --Fors, & virtus miscentur in unum.	12. Æn. 714
† --ad mortem si te (fors dicta refutet) Prodiderim, natam, & connubia nostra petentem.	41
* --& Turni sortem miseratus iniquam.	243

932 † Vtere forte tuâ..- (*Turnus Æneæ.*)
5. *Ecl.* 5 * - quoniam fors omnia versat.
10. *Æn.* 39 † --hæc intentata manebat Sors rerum.--
11. *Æn.* 165 * --sors ista senectæ Debita erat nostræ.--
v. Fatum, Parcæ, Felix.

FORTE, FORS, FORSAN,
Forsitan, & Fortasse.

1. *Æn.* 107 † --forsan & hæc olim meminisse juvabit.
4. *Æn.* 19 * Huic uni forsan potui succumbere culpæ.
12. *Æn.* 153 † Perge, decet: forsan miseros meliora sequentur:
2. *Geor.* 2. 8 * Forsitan, & scrobibus quæ sint fastigia, quæras.
5. *Æn.* 232 † Et fors æquatis cepissent præmia rostris.
2. *Æn.* 506 * Forsitan & Priami fuerint quæ fata, requiras.
10. *Æn.* 548 † Crediderat, cœlóque animum fortasse ferebat.
6. *Ecl.* 58 * Si quà fortè ferant oculis sese obvia nostris.
7. *Ecl.* 1 † Fortè sub argutâ consederat ilice Daphnis.
1. *Geor.* 211 * Remigiis subigit, si brachia fortè remisit.
1. *Æn.* 326 † Vidisti si quàm hîc errantem fortè sororum.
389 * Nos Trojâ antiquâ (si vestras fortè per aures Trojæ nomen iit) diversa per æquora vectos, Forte suâ Libycis tempestas appulit oris.

FRÆNARE, INFRÆNARE,
Coërcere, Cohibere, Retinere: Infrænis, Effrenus: Frænum, Habenæ, Lora, Lupatum, Retinaculum.

3. *Geor.* 252 AC neque eos jam fræna virûm, nec verbera sæva.
6. *Æn.* 100 † --ea fræna furenti Concutit, & stimulos.--
8. *Æn.* 168 * Frænáq; bina meus, quæ nunc habet aurea Pallas.
10. *Æn.* 253 † Turrigeræq; urbes, bijugíque ad fræna leones.
11. *Æn.* 195 * Frænáque, ferventésque rotas, pars munera nota.
12. *Æn.* 568 † Ni frænum accipere, & victi parere fatentur.
1. *Æn.* 523 * Iustitiáque dedit gentes frænare superbas.
4. *Geor.* 136 † Rumperet, & glacie cursus frænaret aquarum.
1. *Æn.* 54 * Imperio premit, ac vinclis, & carcere frænat.
2. *Geor.* 364 † Palmes agit laxis per purum immissus habenis.
5. *Æn.* 59 * Frænatis lucent in equis.--
662 † Conjiciunt, furit immissis Vulcanus habenis.
6. *Æn.* 805 * Nec qui pampineis victor juga flectit habenis.

Liber agens celso Nisæ de vertice tigres.

† --sed frater habenis flectit equos. -- 10. Æn. 576

* Sic fatur lacrymans, classíque immittit habenas. 9. Æn. 1

† Hi fugiunt, penitúsq; datis referuntur habenis. 11. Æn. 623

* Sic ait, adductísq; amens subsultit habenis. 12. Æn. 622

† Ipse ter adducta circum caput egit habenâ. 9. Æn. 587

* Et fundam tereti circum caput egit habenâ. 11. Æn. 579

† Ingentes tollent animos, prensíque negabunt 3. Geor 207
Verbera lenta pati, & duris parere lupatis.

* Ut cùm carceribus sese effudêre quadrigæ, 1. Geor. 512
Addunt in spatia, & frustrà retinacula tendens,
Fertur equis auriga, neque audit currus habenas.

† Et proni dant lora, volat vi fervidus axis. 3. Geor. 107

* Flectit equos, currúque volans dat lora secundo. 1. Æn. 156.

† Pulvere, pérque pedes trajectus lora tumentes. 2. Æn. 273

* Nec sic immissis aurigæ undantia lora 5. Æn. 145
Concussêre jugis, proníque in verbera pendent.

† Inter lora rotásque viros, simul arma jacere. 9. Æn. 318

* Aurigam Turni media inter lora Metiscum 12. Æn. 469
Ipsa subit, manibúsque undantes flectit habenas.

† Aurigæ, currúmq;, & equos, & lora regebat. 624

* Cocyti, tardäque palus innabilis undâ 3. Geor. 479
Alligat, & novies Styx interfusa coërcet. & 6. Æ. 438

† Messapus primas acies, postrema coërcent 9. Æn. 27
Tyrrhidæ juvenes. --

* At Scyllam cæcis cohibet spelunca latebris. 3. Æn. 424

† Nec muris cohibet patr is media Ardea Turnum. 9. Æn. 738

* O cohibete iras: ictum jam fœdus, & omnes 12. Æn. 314
Compositæ leges, mihi jus concurrere soli.

† Infrænant alii currus, aut corpora saltu 287
Subjiciunt in equos, & strictis ensibus adsunt.

* Et Numidæ infræni cingunt, & inhospita Syrtis. 4. Æn. 41

† Illum infrænis equi lapsu tellure jacentem. 10. Æn. 750

* Gens effræna virûm Riphæo tunditur Euro. 3. Geor. 382

v. Equum, Capistrum; Libertas.

FRATER, FRATERNUS; GERMANUS.

Frater ut Æneas pelago tuus - --jactetur. -- 1. Æn. 666

† - an mea Pygmalion dũ mœnia frater Destruet. - 4. Æn. 325

* Tertius Eurytion, tuus, ô clarissime, frater. 5. Æn. 495

† --morere, & fratrem ne desere frater. 10. Æn. 600

* Quid nunc te tua, Turne, potest germana juvare? 12. Æn. 872

12. Æn. 881 * Nunc certè & misero fratri comes ire per umbras
Immortalis ego? haud quicquam mihi dulce meorum
Te sine, frater, erit. --
2. Geor. 510 † -gaudent perfusi sanguine fratrum.
10. Æn. 328 * Ni fratrum stipata cohors foret obvia, Phorci
Progenies, septem numero, septenáque tela
Conjiciunt. -- (in Æneam.)
12. Æn. 270 † Hasta volans, ut fortè novem pulcherrima fratrum
Corpora constiterant contrà quos fida creârat
Vna tot Arcadio conjux Tyrrhena Gylippo:
Horum unum ad medium: teritur quà sutilis alvo
Balteus, & laterum juncturas fibula mordet:
Egregium formâ juvenem, & fulgentibus armis,
Transadigit costas, fulvâque extendit arenâ.
At fratres animosa phalanx, accensáque luctu
Pars gladios stringunt manibus, pars missile ferrum
Corripiunt, cæcíque ruunt, quos agmina contra.
1. Geor. 280 * Et conjuratos cœlum rescindere fratres.
2. Geor. 496 † Flexit, & infidos agitans discordia fratres.
3. Geor. 678 * Ætnæos fratres cœlo capita alta ferentes,
Concilium horrendum. -- (Cyclopes magnos.)
6. Æn. 608 † Hìc quibus invisi fratres dum vita manebat.
7. Æn. 335 * Tu potes unanimes armare in prælia fratres.
670 † Tum gemini fratres Tyburtia mœnia linquunt.
9. Æn. 695 * -- sternit, fratrésque superbos,
Et primùm Antiphaten (is enim se primus agebat)
Thebana de matre nothum Sarpedonis alti.
1. Geor. 396 † Nec fratris radiis obnoxia surgere Luna.
10. Æn. 113 * Fata viam invenient, Stygii per flumina fratris.
330 † Hinc frater subit Alcanor, fratrémque ruentem
Sustentat dextrâ, trajecto missa lacerto. &c.
Tum Numitor, jaculo fratris de corpore rapto,
Æneam petit, sed non & figere contrà,
12. Æn. 636 * An fratris miseri lethum ut crudele videres?
3. Geor. 518 † Mœrentem abjungens fraternâ morte juvencum.
4. Æn. 21 * -- post sparsos fraternâ cæde Penates
5. Æn. 23 † -- nec littora longè Fida reor fraterna Erycis. --
630 * Hìc Erycis fines fraterni atq; hospes Acestes.
9. Æn. 7 5 † Turbati citò Æneadæ: tum Pandarus ingens
Emicat, & mortis fraternæ fervidus irâ.
1. Æn. 346 * - sed regna Tyri germanus habebat Pygmalion. -
5. Æn. 412 † Hæc germanus Erix quondam tuus arma gerebat.
v. Natus.

FRIGVS, GELV, GLACIES, NIX, Hyems, Pruina, Bruma: Frigidus, Gelidus, Nivalis, Glacialis, Niveus. Vmbra.

† -- Frigus captabis opacum. 1. *Ecl.* 53
* Nunc etiam pecudes umbras, & frigora captant. 2. *Ecl.* 8
† Lac mihi non æstate novum, non frigore defit. 22
* Ante focum, si frigus erit: si messis, in umbra. 5. *Ecl.* 70
† Hic focus & tædæ pingues, hîc plurimus ignis 7. *Ecl.* 49
Semper & assiduâ postes fuligine nigri.
Hic tantùm Boreæ curamus frigora. --
* Tu procul à patria (nec sit mihi credere) tantùm 10. *Ecl.* 46
Alpinas, ah! dura nives, & frigora Rheni,
Me sine sola vides: ah! te ne frigora lædant:
Ah! tibi ne teneras glacies secet aspera plantas.
† -- non me ulla vetabunt
Frigora, Parthenios canibus circumdare saltus. 56
* Nec, si frigoribus mediis Hebrúmque bibamus, 65
Sithoniásque nives hyemis subeamus aquosæ.
† Frigoribus parto agricolæ plerumque fruuntur. 1 *Geor.* 300
* Cærulea glacie concretæ, & nubibus atris. 236
† Multa adeò gelidâ meliùs se nocte dedêre. 287
* Vere novo, gelidus canis cum montibus humor 43
Liquitur. -- (*Nix.*)
† -- aut Boreæ penetrabile frigus adurat. 93
* Æstúsq;, pluviásq;, & agentes frigora ventos. 352
† Cùm nix alta jacet, glaciem cùm flumina trudunt. 310
* - sceleratum exquirere frigus Difficile est.-- 2. *Geor.* 356
† Nec res hunc teneræ possent perferre laborem, 347
Si non tanta quies iret, frigúsque, calorémq;
Inter, & exciperet cœli indulgentia terras.
* Et glacialis hyems Aquilonibus asperat undas. 3. *Æn.* 285
† Bacchus amat colles, Aquilonem & frigora taxi. 2. *Geor.* 113
* Arma solo, id venti curant, gelidæque pruinæ. 264
† Frigora nec tantùm canâ concreta pruinâ, 330
Aut gravis incumbens scopulis arentibus æstas,
Quantùm illi nocuêre greges. --
* In Boream, Caurúmque, aut unde nigerrimus Auster 3. *Geor.* 279
Nascitur, & pluvio contristat frigore cœlum.
† Sternere subter humum, glacies ne frigida lædat. 298
* -- ergo omni studio, ventósque nivales Avertes.- 318
† Turpis oves tentat scabies, ubi frigidus imber 441
Altiùs ad vivum persedit, & horrida cano
Bruma gelu. --

3. Geor. 357 * Semper hyems, semper spirantes frigora Cauri.
Tum sol pallentes haud unquam discutit umbras:
Nec cùm invectus equis, altum petit æthera, nec cùm
Præcipitem Oceani rubro lavit æquore currum.
Concrescunt subitæ currenti in flumine crustæ,
Vndáq; jam tergo ferratos sustinet orbes:
Puppibus illa priùs patulis, nunc hospita plaustris,
Æraque dissiliunt vulgò, vestésque r gescunt
Indutæ, cædúntque securibus humida vina,
Et totæ solidam in glaciem vertêre lacunæ;
Stiriáq; impexis induruit horrida barbis:
Intereà toto non seciùs aëre ningit.
4. Geor. 135 † Et cùm tristis : yems etiam nunc frigore saxa
Rumperet, & glacie cursus frænaret aquarum.
259 * I gnavæq; ame & contracto frigore pigræ.
517 † Solus Hyperboreas glacies, Tanaïmque nivalem,
Arváq; Riphæis nunquam viduata pruinis
Lustrabat. --
1. Æn. 92 * Extemplò Æneæ solvuntur frigore membra.
2. Æn. 472 † Frigida sub terra tumidum quem bruma tegebat.
6. Æn. 16 * Insuetum per iter gelidas enavit ad Arctos.
309 † Quam multa in sylvis Autumni frigore primo
Lapsa cadunt folia: aut ad terram gurgite ab altò,
Quàm multæ glomerantur aves, ubi frigidus annus
Trans pontum fugat, & terris immittit apricis.
8. Æn. 159 * Protinus Arcadiæ gelidos invisere fines.
508 † Sed mihi tarda gelu, sæclísq; effœta senectus.
9. Æn. 603. * -- natos ad flumina primum
Deferimus, sævóque gelu duramus, & undis.
11. Æn. 110 † Tertia lux gelidam cœlo dimoverat umbram.
12. Æn. 905 * Genua labant, gelidus concrevit frigore sanguis.
951 † -- ast illi (*Turno*) solvuntur frigore mêmbra.
v. Hyems, Mors, Timor.

FVGA, EFFVGIA, FVGERE, EFFVGERE, Refugere, Se proripere, Diffugere, Eripere fugam, Agitare fugam; Celerare, Maturare, Festinare fugam: Fugare: Terga vertere, Moliri fugam, Terga dare, Petere fugam: Fugax, Pulsus, Fugâ versus, &c.

2. Ecl. 4. NOs patriam fugimus. -- [sylvas.
60 * Quem fugis? ah demens, habitarunt Dii quoq;

† Nunquam hodie effugies, veniam quocunq; vocaris, 3. *Ecl.* 49
Nec quenquam fugio, --
* - quò nunc se proripit ille? Tu post carecta latebas. - 19
† En fugit ad salices, & se cupit antè videri. 65
* O pueri, fugite hinc, latet anguis in herba. 93
† Sic tua Cyrnæas fugiant examina taxos. 9. *Ecl.* 30
* Quamvis sæpè fugâ versos ille egerit hostes. 3. *Geor.* 121
† -- & acri Carpere prata fugâ. -- 142
* Sed fugit intereà, fugit irreparabile tempus. 285
† Vsque adeò obnixi non cedere, dum gravis aut hos, 4. *Geor.* 84
Aut hos versa fugâ victor dare terga coëgit.
* Maturate fugam, Regíq; hæc dicite vestro. 1. *Æn.* 137
† --vel qualis equos Threïssa fatigat 315
Harpalice, volucrémq; fugâ prævertitur Hebrum.
* Tum celerare fugam, patriáque excedere suadet: 356
Auxiliúmque viæ, veteres tellure recludit
Thesauros, ignotum argenti pondus, & auri:
His commota fugam Dido, sociósque parabat.
† Námque videbat uti bellantes Pergama circum 465
Hàc fugerent Graii, premeret Trojana juventus:
* Parte aliâ fugiens amissis Troïlus armis, 473
† Sæpè fugam Danai Trojâ cupiêre relictâ 2. *Æn.* 108
Moliri, & longo fessi discedere bello.
* Eripui (fateor) letho me, & vincula rupi, 134
Limosóq; lacu, per noctem obscurus in ulvâ Delitui. --
† Quos illi fors ad pœnas ob nostra reposcent 139
Effugia, & culpam hanc miserorum morte piabunt.
* -- Vos aræ, enséśq; nefandi, Quos fugi. -- 115
† Extemplò tentanda fugâ, canit æquora Calchas. 176
* Quales mugitus, fûgit cùm saucius aram 223
Taurus, & incertam excussit cervice securim.
At gemini lapsu delubra ad summa dracones
Effugiunt: --
† Diffugiunt alii ad naves, & littora cursu 399
Fida petunt: pars ingentem formidine turpi
Scandunt rursus equum, & notâ conduntur in alvo.
* Eripe, Nate, fugam, finémq; impone labori, 619
Nusquam abero. -- (*Venus Æneæ.*)
† - vos, ô quibus integer ævi 638
Sanguis ait, solidæque suo stant robore vires,
Vos agitate fugam. (*Anchises Æneæ.*)
* Méne efferre pedem, genitor, te posse relicto 656
Sperasti? -- (*Æneas patri.*)

2. Æn. 732	† Prospiciēs, Nate exclamat, fuge, Nate, propinquant.	
3. Æn. 459	* Et quocunque modo fugiásq;, ferásq; laborem, Expediet. --	(Sibylla.)
639	† Sed fugite, ô miseri, fugite, atque ab littore funem Rumpite --	
666	* Nos procul inde fugam trepidi celerare recepto Supplice, sic merito, tacitíque incidere funem, Verrimus & proni certantibus æquora remis.	
4. Æn. 72	† -- illa fugâ sylvas, saltúsque peragrat	Dictæos.--
152	* Ecce feræ saxi dejectæ vertice capræ Decurrēre jugis, aliá de parte patentes Transmittunt cursu campos, atque agmina cervi Pulverulenta fugâ glomerant, montésq; relinquunt.	
305	† Dissimulare etiam sperasti, perfide, tantum Posse nefas? tacitúsque meâ decedere terrâ?	
314	* Méne fugis? Per ego has lacrymas. --	&c.
327	† Saltem si qua mihi de te suscepta fuisset Ante fugam soboles. --	(Dido Æneæ.)
337	* -- nec ego hanc abscondere furto Speravi (ne finge) fugam. --	(Æneas Didoni.)
388	† (Dido.) -- & auras Ægra fugit, séq; ex oculis avertit, & aufert.	
399	* Frondentésque ferunt remos, & robora sylvis Infabricata fugæ studio. --	
430	† Expectet faciléмq; fugam, ventósque ferentes.	
565	* Non fugis hinc præceps, dum præcipitare potestas?	
573	† Solvite vela citi, Deus æthere missus ab alto Festinare fugam, tortósque incidere funes.	
5. Æn. 512	* Ille Notos, atque atra volans in nubila fūgit.	
586	† Et nunc terga fugâ nudant, nunc spicula vertunt Infensi. --	(Trojani pueri.
592	* Haud aliter Teucrûm nati vestigia cursu Impediunt, texúntq; fugas, & prælia ludo.	
679	† Ast illæ diversa metu per littora passim Diffugiunt, sylvásque, & sicubi concava furtim Saxa petunt, piget incœpti. --	
658	* Ingentémq; fugâ secuit sub nubibus arcum.	
629	† Italiam sequimur fugientem, & volvimur undis.	
740	* Dixerat, & tenues fūgit ceu fumus in auras.	
767	† Ire volunt, omnémq; fugæ perferre laborem.	
6. Æn. 14	* Dædalus (ut fama est) fugiens Minoia regna, Præpetibus pennis ausus se credere cœlo.	
311	† Quàm multæ glomerantur aves, ubi frigidus annus	

Trans pontum fugat, & terris immittit apricis.
† Siste gradum, téq; aspectu ne subtrahe nostro. 6. Æn. 465
Quem fugis? extremum -- (Æneas Didoni.)
* Tandem proripuit sese, atque inimica refûgit 472
In nemus umbriferum. -- (Dido.)
† Vt vidêre virum, fulgentiáq; arma per umbras, 484
Ingenti trepidare metu: pars vertere terga,
Ceu quondam petiere rates. -- (Danaûm.)
* Neptunus ventis implevit vela secundis, 7. Æn. 23
Atque fugam dedit, & præter vada fervida vexit.
† Ne fugite hospitium, néve ignorate Latinos. 202
* Saucius ac quadrupes nota intra tecta refûgit. 500
† (Cacus viso Hercule.) -- fugit ilicet ocyor Euro, 8. Æn. 223
Speluncámque petit: pedibus timor addidit alas.
* -- (neque enim fugâ jam super ulla pericli est.) 251
† Primus ab ætherio vênit Saturnus Olympo 319
Arma Iovis fugiens, & regnis exul ademptis.
* Omnis Arabs, omnes vertebant terga Sabæi. 706
† Ingentémq; fugâ secuit sub nubibus arcum. 9. Æn. 15
* -- ergo maria invia Teucris, 130
Nec spes ulla fugæ, rerum pars altera adempta est.
† Méne igitur socium summis adjungere rebus, 199
Nise fugis? solum te in tanta pericula mittam.
* State viri: quæ causa viæ? quíve estis in armis? 376
Quóve tenetis iter? nihil illi tendere contra,
Sed celerare fugam in sylvas, & fidere nocti.
† Turbati trepidare intùs, frustráque malorum 538
Velle fugam, dum se glomerant, retróque residunt.
* At pedibus longè melior Lycus, inter & hostes, 556
Inter & arma, fugâ muros tenet, altáque certat
Prendere tecta manu, sociúmque attingere dextras.
† Agminibus totis aut versi terga dedêre. 686
* Immisítque fugam Teucris, atrúmque timorem. 719
† Diffugiunt, versi trepidâ formidine Troës. 750
* Et Mnestheus, quò deinde fugam, quò tenditis? inquit. 781
† Bis conversa fugâ per muros agmina vertit. 800
* Protinùs hasta fugit, servátq; cruenta tenorem. 10. Æn. 340
† Vt vidit Pallas Latio dare terga sequaci. 365
* Quò fugitis, socii? per vos, & fortia facta. 369
† Fidite ne pedibus, ferro rumpenda per hostes. 372
* Deest jam terra fugæ, pelago Trojámne petemus? 378
† Lucage, nulla tuos currus fuga segnis equorum 592
Prodidit, aut vanæ vertêre ex hostibus umbræ,

Ipse rotis saliens juga deseris. -- (Æneas.)

10.Æn.624 * Tolle fugâ Turnum, atque instantibus eripe fatis.

646 † -- illa dato vertit vestigia tergo.

649 * Quò fugis, Ænea? Thalamos ne desere pactos.

372 † Atque illi longè gradientem, & dira frementem
Vt vidêre, metu versi, retróque ruentes,
Effundúntque ducem, rapiúntq; ad littora currus.

656 * Huc sese trepida Æneæ fugientis imago
Conjicit in latebras: nec Turnus segnior instat,
Exuperátque moras, & pontes transilit altos.

659 † Vix proram attigerat, rumpit Saturnia funem,
Avulsámque rapit revoluta per æquora navem.

607 * Quò feror? unde abii? quæ me fuga? quém ve reducet?

697 † Sternit humi: cum quo Latagũ, Palmúnq; fugacem.

757 * -- cædebant pariter, paritérque ruebant
Victores, victíque; neque his fuga nota nec illis.

803 † Ac velut effusâ si quando grandine nimbi
Præcipitant, omnis campis diffûgit arator.

11.Æn.390 * -- an tibi Mavors
Ventosâ in linguâ, pedibúsque fugacibus istis
Semper erit? --

392 † Pulsus ego? aut quisquam meritò, fœdissime, pulsum
Arguet? - (*Turnus in Drancem.*)

436 * Non adeò has exosa manus victoria fûgit?

492 † Qualis ubi abruptis fûgit præsepia vinclis
Tandem liber equus, campóque potitus aperto.

545 * -- tela vndique sæva premebant,
Et circumfuso volitabant milite Volsci,
Ecce fugæ medio summis Amasenus abundans
Spumabat ripis. --

558 † Tela tenens, supplex hostem fugit; accipe testor.

563 * Infelix fugit in jaculo stridente Camilla.
At Metabus magnâ propiùs jam urgente catervâ
Dat sese fluvio. --

618 † Extemplo turbatæ acies, versique Latini
Rejiciunt parmas, & equos ad mœnia vertunt.

623 * Hi fugiunt, penitúsq; datis referuntur habenis.
Qualis ubi alterno procurrens gurgite Pontus
Nunc ruit ad terras, scopulósque superjacit undam
Spumeus, extremámq; sinu perfundit arenam:
Nunc rapidus retrò, atque æstu revoluta resorbens
Saxa fugit, littúsque vado labente relinquit.
Bis Thusci Rutulos egêre ad mœnia versos.

Bis rejecti armis respectant terga tegentes.

* Illa etiam si quando in tergum pulsa recessit, 11. *Æn*, 653
Spicula converso fugientia dirigit arcu.

† Orsilochum fugiens, magnúmq; agitata per orbem 694
Eludit gyro interior, sequitúrque sequentem.

* -- quid jam egregium, si fœmina forti 705
Fidis equo? dimitte fugam, & te comminùs æquo
Mecum crede solo. --

† At juvenis vicisse dolo ratus, advolat ipse, 712
(Haud mora) conversísque fugax aufertur habenis,
Quadrupedémque citum ferrato calce fatigat.

* -- fugit ante omnes exterritus Aruns 806
Lætitiâ, mistóque metu, nec jam ampliùs hastæ
Credere nec telis occurrere virginis audet.
At velut ille, priùs quàm tela inimica sequantur,
Continuò in montes sese avius abdidit altos
Occiso pastore lupus, magnóque juvenco,
Conscius audacis facti, caudámque remulcens
Subjecit pavitantem utero, sylvásque petivit,
Haud secus ex oculis se turbidus abstulit Aruns,
Contentúsque fugâ mediis se immiscuit armis.

† Prima fugit dominâ amissâ levis ala Camillæ, 868
Turbati fugiunt Rutuli, fugit acer Atinas,
Disjectique duces, desolatíque manipli
Tuta petunt, & equis aversi ad mœnia tendunt,
Nec quisquam instantes Teucros, lethúmq; ferentes
Sustentare valet telis, aut sistere contrà,
Sed laxos referunt humeris languentibus arcus,
Quadrupedúmq; putrem cursu quatit ungula campũ.

* Qui cursu portas primi irrupêre patentes, 889
Hos inimica super misto premit agmine turba:
Nec miseram effugiunt mortem. --

† Longè illi Dea mater erit, quæ nube fugacem 10. *Æn*. 52
Fœmineâ tegat, & vanis sese occulat umbris.

* -- cunctæque volucres 12. *Æn*. 253
Convertunt clamore fugam, mirabile visu.

† Projecit fluvio, penitúsq; in nubila fûgit. 256

* -- petet ille fugam, penitúsq; profundo Vela dabit. -- 263

† (*Rex.*) -- fugit ipse Latinus 285
Pulsatos referens, infecto fœdere, Divos.

* Quà venti incubuêre, fugam dant nubila cœlo, 368
Sic quacunque viam secat, agmina cedunt.

† -- subitóq; omnis de corpore fûgit Quippe dolor. -- 421

12.Æn.448 † --prima ante omnes Iuturna Latinos
Audiit, agnovítque ſonum,& tremefacta refûgit.
463 * Pulverulenta fugâ Rutuli dant terga per agros.
483 † --quoties oculos conjecit in hoſtem,
Alipedúmque fugam curſu tentavit equorum.
660 * Terga dabo?& Turnum fugientem terra videbit?
645 † Occidit ipſa ſuâ, lucémque exterrita fûgit.
733 * Ni fuga ſubſidio ſubeat, fugit ocyor Euro.
738 † Idq; diu dum terga dabant palantia Teucri.
742 * Ergo amens diverſa fugâ petit æquora Turnus:
Et nunc huc, inde huc incertos implicat orbes.
Vndique enim densâ Teucri incluſêre coronâ:
Atque hinc vaſta palus, hinc ardua mœnia cingunt:
Nec minùs Æneas (quanquam tardante ſagittâ
Interdum genua impediunt, cursúmq; recuſant)
Inſequitur trepidíque pedem pede fervidus urget.
Incluſum veluti ſi quando flumine nactus
Cervum, aut puniceâ ſeptum formidine pennæ
Venator curſu canis & latratibus inſtat:
Ille autem inſidiis, & ripâ territus altâ,
Mille fugit, refugítq; vias: at vividus Vmber
Hæret hians, jam jámq; tenet, ſimiliſq; tenenti
Increpuit malis, morſúque eluſus inani eſt.
758 † Ille ſimul fugiens, Rutulos ſimul increpat omneis;
917 * Nec quò ſe eripiat, nec quâ vi tendat in hoſtem.
952 † Vitáque cum gemitu, fugit indignata ſub umbras.

v. Mora, Timor, & Volare.

FVMVS, FVMEVS, FVMIDVS, FVMOSVS, Fumifer, Fumare, Fumans: Vapor ater, Caligo cæca, picea, atra: Fuligo, Caminus.

1. Geor.175 ET ſuſpenſa focis exploret robora fumus.
4. Geor.499 * Dixit, & ex oculis ſubitò ceu fumus in auras
Commiſtus tenues, fûgit diverſa: neque illum.
5. Æn.740 † Dixerat, & tenues fûgit ceu fumus in auras.
8. Æn.252 * Faucibus ingentem fumum (mirabile dictu)
Evomit, involvítq; domum caligine cæcâ,
Proſpectum eripiens oculis, glomerátque ſub antro
Fumiferam noctem, commiſtis igne tenebris.
Non tulit Alcides animis: ſéq; ipſe per ignem
Præcipiti jecit ſaltu, quà plurimus undam
Fumus agit, nebuláque ingens ſpecus æſtuat atrâ.

Hic Cacum in tenebris incendia vana vomentem.

† Interrupti ignes, atérq; ad sydera fumus Erigitur. -- 9. Æn. 239

* Vestigavit apes, fumóque implevit amaro : 12. Æn. 588

Volvitur ater odor tectis : vacuas it fumus ad auras.

† Saxa vides, mistóque undantem pulvere fumum. 2. Æn. 609

* Visa aperire procul montes, ac volvere fumum. 3. Æn. 206

† Non vires flammæ posuêre : udo sub robore vivit, 5. Æn. 680

Stupa vomens tardum fumum, lentúsq; carinas

Est vapor, & toto descendit corpore pestis.

* -- (non ille faces, nec fumea tædis Lumina.) -- 6. Æn. 593

† Regales accensa comas: tum fumida lumine fulvo 7. Æn. 75

Involvi, ac totis Vulcanum spargere tectis.

* Fumidus atque altè spumis exuberat amnis, 465

Nec jam se capit unda, volat vapor ater ad auras.

† Diripuêre focos, piceum fert humida lumen 9. Æn. 75

Tæda, & commistam Vulcanus ad astra favillam.

* Pinum, & fumiferos infert Mezentius ignes. 522

† Coláque prælorum fumosis deripe tectis. 2. Geor. 242

* Quæ tenuem exhalat nebulam, fumósq; volucres. 217

† Ora fove, fumósq; manu prætende sequaces. 1. Geor. 230

* Et nunc summa procul villarum culmina fumant. 1. Ecl. 83

† Dat lucem, & latè circum loca sulphure fumant. 2. Æn. 698

* Ilium & omnis humo fumat Neptunia Troja. 3. Æn. 3

† Thura dabant, tepidúsque cruor fumabat ad aras. 8. Æn. 106

* Ecce autem duro fumans sub vomere taurus. 3. Geor. 515

† Interdúmq; atram prorumpit ad æthera nubem 3. Æn. 572

Turbine fumantem piceo, & candente favilla,

Attollítque globos flammarum, & sydera lambit.

* Atro lumine fumantes fixit sub pectore tædas. 7. Æn. 457

† Prospicit Æneas fumantes pulvere campos. 11. Æn. 908

* Fumantes sudore quatit. - (*Turnus equos.*) 12. Æn. 338

† Lancibus & pandis fumantia reddimus exta. 2. Geor. 194

* Et jam tempus equûm fumantia reddere colla. 542

† -fumantibus ardua saxis, Cyclopum exesa caminis. - 8. Æn. 417

* Dura per eversæ genitor fumantia Trojæ 10. Æn. 45

Excidia obtestor, liceat dimittere ab armis.

† Eruam, & æqua solo fumantia culmina ponam. 12. Æn. 569

* Hîc focus, & tædæ pingues, hîc plurimus ignis 7. Ecl. 49

Semper, & assiduâ postes fuligine nigri.

† Succedunt matres, & templum thure vaporant. 11. Æn. 481

* Et totum involvit flammis nemus, & ruit atram 2. Geor. 307

Ad cœlum piceâ crassus caligine nubem.

† Hîc subitam nigro glomerari pulvere nubem 9. Æn. 33

Prospiciunt Teucri, ac tenebras insurgere campis.
Quis globus, ô cives, caligine volvitur atrâ?

11. Æn. 185 † Constituêre pyras. Subjectísque ignibus atris
Conditur in tenebras altum caligine cœlum.

877 * Volvitur ad muros caligine turbidus atrâ Pulvis. --

12. Æn. 466 † Vestigat solum densâ in caligine Turnum.

7. Æn. 580 * Impositum, ruptis flammam expirare caminis.

v. Incendium.

FVR, FVRARI, FVRTVM, PRÆda, Raptum, Excipere insidiis, Populari, & Populare, Rapere, Spoliare, Rapina.

3. Ecl. 16 QVid domini facient, audent cùm talia fures?
Non ego te vidi Damonis, pessime, caprum
Excipere insidiis, multùm latrante Lyciscâ?
Et cùm clamarem: quo nunc se proripit ille?
Tityre coge pecus. tu post carecta latebas.

6. Ecl. 42 † Caucaseásque refert volucres, furtúmq; Promethei.

3. Geor. 405 * Veloces Spartæ catulos, acrémque Molossum
Pasce sero pingui, nunquam custodibus illis
Nocturnum stabulis furem, incursúsque luporum.

4. Geor. 111 † Et custos furum atque avium cum falce saligna.

346 * Vulcani, Martísque dolos, & dulcia furta.

1. Æn. 526 † Non nos aut ferro Libycos populare Penates,
Venimus, aut raptas ad littora vertere prædas.
Non ea vis animo, nec tanta superbia victis.

2. Æn. 762 * Custodes lecti Phœnix, & dirus Vlysses
Prædam asservabant, hûc undique Troïa gaza
Incensis erepta adytis mensæq; Deorum,
Crateréisque auro solidi, captiváque vestis
Congeritur. --

3. Æn. 55 † Fas omne abrumpit, Polydorum obtruncat, & auro
Vi potitur. -- Quid non mortalia pectora cogis
Auri sacra fames. --

4. Æn. 337 * -- neque ego hanc abscondere furto
Speravi, ne finge, fugam. --

5. Æn. 845 † Pone caput, fessósque oculos furare labori.

6. Æn. 24 * -- suppostáque furto Pasiphaë. --

[illegible] 566 † Castigátque, audítque dolos, subigítque fateri,
Quæ quis apud superos, furto lætatus inani,
Distulit in seram commissa piacula mortem.

7. Æn. 748 * Armati terram exercent, sempérque recentes

Convectare

Convectare juvat prædas, & vivere rapto.
† At furiis Caci mens effera, ne quid inausum, | 8. Æn. 205
Aut intentatum, scelerísve, dolíve fuisset,
Quatuor à stabulis præstanti corpore tauros
Avertit: totidem formâ superante juvencas:
Atque hos, ne qua forent pedibus vestigia rectis
Cauda in speluncam tractos, versísque viarum
Indiciis raptos saxo occultabat opaco.
* Abstractæque boves, abjuratæque rapinæ | 263
Cœlo ostenduntur, &c.
† Nec procul hinc Romã, & raptas sine more Sabinas | 635
Consessu caveæ, magnis Circensibus actis
Addiderat. --
* Palladii tenebras, & inertia furta. | 9. Æn. 150
† -- hic furto fervidus instat. | 350
* Post mortem bello Rutuli, prædæque potiti, | 363
Hæc rapit, atque humeris nequicquam fortibus aptat.
† Tum certare odiis, tum res rapuisse licebit. | 10. Æn. 14
* -- quæ causa fuit consurgere in arma | 90
Europámq;, Asiámq;, & fœdera solvere furto?
† -- rapiens immania pondera baltei. | 495
* Quo nunc Turnus ovat spolio gaudetq; potitus. | 500
† -- haud furto melior, sed fortibus armis. | 735
* Furta paro belli convexo in tramite sylvæ. | 11. Æn. 515
† Concurrunt Itali, spoliántque cadentia membra. | 12. Æn. 97
* - populátq; ingentem farris acervum | 1. Geor. 184
Curgulio, atque inopi metuens formica senectæ.
† Ac veluti ingentem formicæ farris acervum | 4. Æn. 402
Cùm populant hyemis memores, tectóque reponunt:
It nigrum campis agmen, prædámque per herbas, &c.
* Dant sonitum spumosi amnes, & in æquora currunt, | 12. Æn. 524
Quisque suum populatus iter: non segnius ambo.

v. Præda.

FVRIÆ, DIRÆ, EVMENIDES,

† - Furiarum maxima juxta | 6. Æn. 605
Accubat, & manibus prohibet contingere mensas,
Exurgítq; facem attollens, atque intonat ore.
* Et scelerum pœnas, & te, Catilina, minaci | 8. Æn. 668
Pendentem scopulo, Furiarúmque ora trementem.
† -- Et scelerum Furiis agitatus Orestes. | 3. Æn. 331
* Heu! Furiis accensa feror. -- (*Dido.*) | 4. Æn. 376

12. Æn. 101 † His agitur Furiis, totóque ardentis ab ore
Scintillæ absistunt, oculis micat acribus ignis:
Mugitus veluti, &c. -- (*de Turno.*)

946 * -- furiis accensus, & irâ Terribilis. -- (*Æneas.*)

8. Æn. 205 † At Furiis Caci mens effera, ne quid inausum, &c.

219 * Hîc verò Alcidæ Furiis exarserat atro
Felle dolor, rapit arma manu, &c.

700 † -- sævit medio in certamine Mavors,
Cælatus ferro, tristésq; ex æthere Diræ.

4. Æn. 610 *Et Diræ ultrices, & Dii morientis Elisæ,
Accipite hæc, meritúmq; malis avertite numen.

471 † Aut Agamemnonius scenis agitatus Orestes,
Armatam facibus matrem, & serpentibus atris,
Cùm fugit, ultricésque sedent in limine Diræ.
Ergo ubi concepit Furias, evicta dolore,
Decrevítque mori, &c. (*Dido.*)

3. Æn. 262 * Sive Deæ, seu sint Diræ, obscœníq; volucres.

12. Æn. 845 † Dicuntur geminæ pestes, cognomine Diræ,
Quas & Tartaream Nox intempesta Megæram
Vno, eodémq; tulit partu, paribúsque revinxit
Serpentum spiris, ventosásque addidit alas.
Hæ Iovis ad solium, sævíq; in limine regis
Apparent, acuúntque metum Mortalibus ægris,
Si quando lethum horrificum, morbósque Deûm Rex
Molitur, meritas aut bello territat urbes,
Harum unam celerem demittit ab æthere summo.

869 * At procul ut Diræ stridorem agnovit, & alas,
Infelix crines scindit Iuturna solutos.

1. Geor. 276 † Ipsa dies alios alio dedit ordine Luna
Felices operum. Quintam fuge: pallidus Orcus,
Eumenidésq; satæ: tum partu Terra nefando.

4. Geor. 481 * Quin ipsæ stupuêre domus, atque intima Lethi
Tartara, cæruleósque implexi crinibus angues
Eumenides, tenuítq; inhians tria Cerberus ora.

4. Æn. 469 † Eumenidum veluti demens, videt agmina Pentheus
Et solem geminum, & duplices ostendere Thebas.

6. Æn. 375 * Eumenidum aspicies? ripáve injussus abibis?

6. Æn. 280 † Ferreíque Eumenidum thalami, Discordia demens,
Vipereum crinem vittis innexa cruentis.

249 * -- ipse atri velleris agnam
Æneas Matri Eumenidum, magnæque sorori
Ense ferit, sterilémque tibi, Proserpina, vaccam.

573 † Intentans angues, vocat agmina sæva Sororum.

† Apparent diræ facies, inimicáque Trojæ 2. Æn. 622
Numina magna Deûm. --
* -- visæq; canes ululare per umbram. 6. Æn. 257

Megæra, Alecto, Erinnys, Tisiphone.

† Quas & Tartaream Nox intempesta Megæram, &c. 7. Æn. 324
Luctificam Alecto, Dirarum ab sede sororum,
Infernisque ciet tenebris, cui tristia bella,
Iræque, insidiæque, & crimina noxia cordi.
* Arma velit, poscátq; simul, rapiátq; Iuventus. 340
Exin Gorgoneis Alecto infecta venenis,
Celsa petit, tacitúmque obsedit limen Amatæ, &c.
† Talibus Alecto dictis, exarsit in iras, 445
Et juveni oranti subitus tremor occupat artus,
Diriguêre oculi, tot Erinnys sibilat hydris,
Tantáque se facies aperit, tum flammea torquens
Lumina, cunctantem, & quærentem dicere plura,
Reppulit, & geminos erexit crinibus angues,
Verberáque insonuit, rabidóque hæc addidit ore,
En ego victa situ, quam veri effœta senectus
Arma inter Regum, falsâ formidine ludit.
Respice ad hæc, adsum Dirarum ab sede sororum:
Bella manu lethúmq; gero. --
* Sic effata, facem juveni conjecit, & atro 456
Lumine fumantes fixit sub pectore tædas.
Olli somnum ingens rupit pavor, ossáq;, & artus
Perfudit toto proruptus corpore sudor.
Arma amens fremit, arma toro, tectísque requirit:
Sævit amor ferri, & scelerata insania belli,
Ira super, magno veluti cum flamma sonore
Virgea suggeritur costis undantis aheni,
Exultántque æstu latices: furit intus aquæ vis, &c. 476
† Alecto in Teucros, Stygiis se concitat alis,
Arte novâ speculata locum. -- 330
* Quam Iuno his acuit verbis, ac talia fatur:
Hunc mihi da proprium, virgo sata Nocte, laborē, &c.
Tu potes unanimes armare in prælia fratres,
Atque odiis versare domos, tu verbera tectis,
Funereásq; inferre faces, tibi nomina mille,
Mille nocendi artes, fœcundum concute pectus:
Disjice compositam pacem, sere crimina belli:
Arma velit: poscátque simul, rapiátque Iuventus.
† His ubi nequicquam dictis experta Latinum 373

Contra stare videt, penitúsque in viscera lapsum
Serpentis furiale malum, totámque pererrat.
Tum verò infelix ingentibus excita monstris,
Immensam sine more furit lymphata per urbem.
7. Æn. 404 * Talem inter sylvas, inter deserta ferarum,
Reginam Alecto, stimulis agit undique Bacchi.
Postquam visa satis primos acuisse furores.
557 † Te super ætherias errare licentiùs auras
Haud Pater ipse velit, summi regnator Olympi,
Cede locis: ego si qua super fortuna laborum est,
Ipsa regam: Tales dederat Saturnia voces,
Illa autem attollit stridentes anguibus alas,
Cocytique petit sedem, supera ardua linquens.
10. Æn. 41 * - & superis immissa repentè
Alecto medias Italûm bacchata per urbeis.
7. Æn. 337 † Odit & ipse pater Pluton, odêre Sorores
* Tartareæ Monstrum. -- (*Alecto, Eumenides.*)
12. Æn. 865 † (*de eadem.*) -- Turni se pestis ad ora
Fértq; refértq; sonans, clypeúmq; everberat alis.
7. Æn. 346 * Huic Dea cæruleis, unum de crinibus anguem
Conjicit, ínque sinum præcordia ad intima subdit,
Quo furibunda domum Monstro permisceat omnem.
Ille inter vestes, & lêvia pectora lapsus
Volvitur attactu nullo, fallítq; furentem,
Vipeream inspirans animam: fit tortile collo
Aurum ingens coluber, fit longæ tænia vittæ:
Innectítq; comas, & membris lubricus errat:
Ac dum prima lues, udo sublapsa veneno
Pertentat sensus, atq; ossibus implicat ignem.
511 † At sæva è speculis tempus Dea nacta nocendi
Ardua tecta petit stabuli, & de culmine summo
Pastorale canit signum cornúq; recurvo
Tartaream intendit vocem, quâ protinus omne
Contremuit nemus, & sylvæ intonuêre profundæ.
Audiit & Triviæ longè lacus, audiit amnis
Sulfureâ Nar albus aquâ, fontésque Velini,
Et trepidæ matres pressêre ad pectora natos.
Tum verò ad vocem celeres, quà buccina signum
Dira dedit, raptis concurrunt undique telis.
540 * Atque ea per campos, æquo dum Marte geruntur.
Promissi Dea facta potens, ubi sanguine bellum
Imbuit, & primæ commisit funera pugnæ:
Deserit Hesperiam, & cœli convexa per auras

Iunonem victrix affatur voce superbâ,
En perfecta tibi bello discordia tristi:
Dic in amicitiam coëant, & fœdera jungant:
Quandoquidem Ausonio respersi sanguine Teucros.
Hoc etiam his addam, tua mihi si certa voluntas,
Finitimas in bella feram rumoribus urbes,
Accendámque animos insani Martis amore,
Vndique ut auxilio veniant, spargam arma per agros.
* Postquàm visa satis, primos acuisse furores, &c. 7. Æn. 405
Protinus hinc fuscis, tristis Dea tollitur alis.
† Insidiis cursúque feras, agitabat Iülus: 477
Hic subitam canibus rabiem Cocytia virgo
Objicit, & noto nares contingit odore.
* Sic Turno (quacunque viam virtute petivit) 12. Æn. 913
Successum Dea dira negat, tum pectore sensus
Vertuntur varii. --
† Talis se sata Nocte tulit, terrásque petivit. 7. Æn. 331
* Alecto torvam faciem, & furialia membra 415
Exuit, in vultus sese transformat aniles, &c.
Fit Calybe Iunonis anus, templíque Sacerdos, &c.
† -- tot sese vertit in ora 329
Tam sævæ facies, tot pullulat atra colubris.
* Talibus Otriadæ dictis, & numine Divûm, 2. Æn. 335
In flammas, & in arma feror, quò tristis Erinnys
Quò fremitus vocat, &c. --.
† Illa sibi infestos, eversa ob Pergama Teucros, &c. 571
Permetuens, Trojæ, & Patriæ communis Erinnys.
* -- ruptóque ingens Acheronte vorago 7. Æn. 89
Pestiferas aperit fauces, queis condita Erinnys
Invisum numen, terras, cœlúmque levabat.
† Sævit, & in lucem Stygiis emissa tenebris 3. Geor. 552
Pallida Tisiphone: morbos agit ante, metúmque;
Inque dies avidum surgens caput altiùs effert.
* Pallida Tisiphone media inter millia sævit, 10 Æn. 761
† Continuò sontes ultrix accincta flagello 6. Æn. 570
Tisiphone quatit insultans, torvósque sinistrâ
Intentans angues, vocat agmina sæva sororum.
* Tisiphonéq; sedens palla succincta cruentâ, 555
Vestibulum insomnis servat noctésque, diésq;.

FVROR, RABIES, INSANIA, Dementia, Violentia: Furere, Insanire, Bacchari: Insanus, Amens, Demens, Furiatus, Furiale, Furens, Inops animi, Furibundus, Accensus furore, Rabidus, Accensus furiis, Fervidus irâ, Ferus, Actus furore: Impulsus, & agitatus furiis, Accensus irâ, Violentia exardens, &c.

3. Ecl. 136 INsanire libet quoniam tibi, pocula ponam.
1 Æn. 296 † -- diræ ferro, & compagibus arctis.
Claudentur Belli portæ: Furor impius intus
Sæva sedens super arma, & centum vinctus ahenis
Post tergum nodis, fremet horridus ore cruento.
2. Æn. 244 * Instamus tamen immemores, tacitique furore.
314 † Arma amens capio, nec sat rationis in armis.
Sed glomerare manum bello, & concurrere in arcem
Cum sociis ardent animi: furor, iráque mentem
Præcipitant: Pulchrúmque mori, succurrit in armis.
355 * Sic animis juvenum furor additus, inde lupi ceu
Raptores atrâ in nebulâ, quos improba ventris
Exegit cæcos rabies, catulíque relicti, &c.
407 † Non tulit hanc speciem furiatâ mente Chorœbus,
Et sese medium injecit moriturus in agmen.
499 * -- Vidi ipse furentem
Cæde Neoptolemum, geminósq; in limine Atridas.
735 † Hic mihi nescio quod trepido malè numen amicum
Confusam eripuit mentem? --
3. Æn. 443 * Insanam vatem aspicies, quæ rupe sub imâ
Fata canit. --
4. Æn. 65 † Heu vatum ignaræ mentes! quid vota furentem,
Quid delubra juvant? --
68 * Vritur infelix Dido, totâque vagatur
Vrbe furens. --
300 † Sævit inops animi, totámque incensa per urbem
Bacchatur: qualis commotis excita sacris
Thyas, ubi audito stimulant Trieterica Baccho Orgia.
433 * Tempus inane peto, requiem spatiúmq; furori.
501 † - nec tantos mente furores Concipit. --
595 * Quid loquor? aut ubi sum? quæ mentẽ insania mutat.
642 † At trepida, & cœptis immanibus effera Dido,
Sanguineam volvens aciem, maculísque trementes
Interfusa genas, & pallida morte futurâ,

Interiora domûs irrumpit limina, & altos
Conſcendit furibunda rogos, enſémque recludit
Dardanium, non hos quæſitum munus in uſus.

† Imo in corde pudor, miſtóque inſania luctu, 12. Æn. 667
Et furiis agitatus amor, & conſcia Virtus:
Vt primùm diſcuſſæ umbræ, & lux reddita menti eſt,
Ardentes oculorum orbes ad mœnia torſit
Turbidus. --

* Nam quia nec fato, meritâ nec morte peribat, 4. Æn. 696
Sed miſera ante diem, ſubitóque accenſa furore.

† Infelix, quæ tanta animum dementia cepit? 5. Æn. 465

* Tum verò attonitæ monſtris, actæq; furore, 659
Conclamant, rapiúntque focis penetralibus ignem.

† Quis furor iſte novus? quò nunc, quò tenditis, inquit, 670
Heu miſeræ cives? --

* Vnde genus ducis, merui quoque, ſæpè furores 801
Compreſſi, & rabiem tantam, cæliq́ue. maríſq;.

† Ante fores, ſubitò non vultus, non color unus, 6. Æn. 47
Non comptæ manſêre comæ, ſed pectus anhelum,
Et rabie fera corda tument, majórque videri,
Nec mortale ſonans, afflata eſt numine quando
Iam propiore Dei. -- -- (*Sibylla.*)

* At Phœbi nondum patiens immanis in antro 77
Bacchatur vates, magnum ſi pectore poſſit
Excuſſiſſe Deum, tantò magis ille fatigat
Os rabidum, fera corda domans, fingitq; premendo.

† -- ea fræna furenti 100
Concutit, & ſtimulos ſub pectore vertit Apollo,
Vt primùm ceſſit furor, & rabida ora quierunt.

* -- & inſano juvat indulgere labori. 135

† -- non curſu ſegnior illo, 7. Æn. 385
Per medias urbeis agitur, populóſque feroces.
Quin etiam in ſylvas ſimulato numine Bacchi,
Majus adorta nefas, majorémq; orſa furorem
Evolat, & natam frondoſis montibus abdit:
Quò thalamum eripiat Teucris, tædáſque moretur.
Evohe Bacche fremens, ſolum te virgine dignum
Vociferans: etenim molleis tibi ſumere Thyrſos,
Te luſtrare choros, ſacrum tibi paſcere crinem
Fama volat, furiíſque accenſas pectora matres,
Idem omnes ſimul ardor agit, nova quærere tecta,
Deſeruêre domos, ventis dant colla, comáſque,
Aſt aliæ tremulis ululatibus æthera complent, &c.

7. Æn. 399 Sanguineam torquens aciem, torvúmq; repente
Clamat, Io, matres, &c. --
624 † -- pars arduus altis
Pulverulentus equis furit: omnes arma requirunt.
377 * Immensam sine more furit lymphata per urbem.
Ceu quondam torto volitans sub verbere turbo,
Quem pueri magno in gyro vacua atria circum, &c.
8. Æn. 228 † Ecce furens animis aderat Tirynthius, omnémque
Accessum lustrans, huc ora ferebat, & illuc,
Dentibus infrendens: ter totum fervidus irâ
Lustrat Aventini montem, &c.
9. Æn. 420 * Sævit atrox Volscens: nec teli conspicit usquam
Autorem, nec quò se ardens immittere possit.
551 † Vt fera, quæ densâ venantum septa coronâ,
Contra tela furit, seséque haud nescia morti
Injicit, & saltu supra venabula fertur:
Haud aliter juvenis, &c.
697 * Ductori Turno diversà in parte furenti,
Turbantíque viros, perfertur nuncius, hostem
Fervere cæde novâ, &c.
760 † Sed furor ardentem, cædísque insana cupido
Egit in adversos. --
10. Æn. 62 * -- tum regia Iuno,
Acta furore gravi: Quid me alta silentia cogis
Rumpere? & obductum verbis vulgare dolorem?
67 † Italiam petiit fatis auctoribus, esto,
Cassandræ impulsus furiis. --
545 * Dardanides contra furit. &c.
877 † Sic cursum in medios rapidus dedit, æstuat ingens
Imo in corde pudor, mistóque insania luctu,
Et furiis agitatus amor, & conscia virtus.
898 * -- ubi nūc Mezentius acer, & illa effera vis animi? --
11. Æn. 376 † Talibus exarsit dictis violentia Turni:
Dat gemitum, rumpitq; has imo pectore voces.
901 * Ille furens (nam sæva Iovis sic numina poscunt)
Deserit obsessos colles, &c. (*Turnus.*)
12. Æn. 42 † -- haudquaquam dictis violentia Turni
Flectitur, exuperat magis, ægrescítque medendo.
Vt primùm fari potuit, sic incipit ore.
601 * Multáque per mœstum demens effata furorem
Purpureos moritura manu discindit amictus.
Et nodum informis lethi trabe nectit ab altâ.
680 † -- hunc oro sine me furere antè furorem,

* Ille oculis postquàm sævi monimenta doloris, 12. Æn. 945
Exuviásque hausit, furiis accensus, & irâ
Terribilis: Túne hinc spoliis indute meorum
Eripiare mihi? - (*ait Æneas Turno.*)

v. Rabies, & Ira.

GALEA, CASSIDA, ÆS, TEGMEN capitis tutum, Crista.

Agricola incurvo terram molitus aratro, 1. Geor. 494
Exesa inveniat scabrâ rubigine pila,
Aut gravibus rastris galeas pulsabit inanes.
† -- ubi tot Simoïs correpta sub undis 1. Æn. 100
Scuta virum, galeasque & fortia corpora volvit.
* Arma dabunt ipsi, sic fatus, deinde comantem 2. Æn. 391
Androgei galeam, clypeíque insigne decorum
Induitur, laterique Argivum accommodat ensem.
† Et conum insignis galeæ, cristásque comantes. 3. Æn. 468
* Tertius Argolicâ hac galeâ contentus abito. 5. Æn. 314
† Extremus, galeâque ima subsedit Acestes. 498
* Ascanius galeam ante pedes projecit inanem, 673
Quâ ludo indutus belli simulacra ciebat.
† Hic galeam tectis trepidus rapit. -- 7. Æn. 638
* Cui triplici crinita jubâ galea alta Chimæram 785
Sustinet Ætnæos efflantem faucibus ignes.
† Miratúrq;, intérq; manus, & brachia versat 8. Æn. 619
Terribilem cristis galeam --
* Tum galeam Messapi habilem, cristísque decoram 9. Æn. 365
Induit excedunt castris, & tuta capessunt.
† Agnoscunt spolia inter se galeámque nitentem 457
Messapi, & multo phaleras sudore receptas.
* Caniciem galeâ premimus. -- 612
† Dant sonitum ictu galeæ, pugna aspera surgit. 667
* Cui pellis latos humeros erepta Iuvenco 11. Æn. 679
Pugnatori operit, caput ingens oris hiatus,
Et malæ texere lupi cum dentibus albis.
† -- hinc uno dejectum cominus ictu, 770
Cum galeâ longè jacuit caput.
* -- strepit assiduo cava tempora circum 808
Tinnitu galea, & saxis solida æra fatiscunt.
† - septem numero, septenáque tela 10. Æn. 329
Conjiciunt, partim galeâ, clypeóque resultant,

10. Æn. 869 Ære caput fulgens, cristâque hirsutus equinâ;
835 † Arboris acclivis trunco: procul ærea ramis
Dependet galea, & prato gravia arma quiescunt.
11. Æn. 91 * Hastam alii, galeámque ferunt, nam cætera Turnus;
691 † --sed Butem adversum cuspide figit
Loricam galeámque inter. --
774 * Aureus ex humeris sonat arcus, & aurea vati
Cassida, tum croceam chlamydem, simúlq; crepantes;
12. Æn. 381 † Imam inter galeam, summi thoracis, & oras,
Abstulit ense caput, truncúmq; reliquit arenâ.
434 * Summáque per galeam delibans oscula fatur,
7. Æn. 637 † Tegmina tuta cavant capitum. --
v. Iuba, & Crista.

GAVDERE, GAVDIVM, LÆTItia, Plausus, Plaudere, Exultare lætitiâ, telis, peltis: Lætus.

3. Ecl. 89 QVi te, Pollio, amat, veniat, quò te quoq; gaudet;
6. Ecl. 28 * Nec tantum Phœbo gaudet Parnassia rupes.
8. Ecl. 75 † -- numero Deus impare gaudet.
9. Ecl. 48 * Astrum, quo segetes gauderent frugibus, & quo.
2. Geor. 510 † -- gaudent perfusi sanguine fratrum.
3. Geor. 185 * Tum magis, atque magis blandis gaudere Magistri
Laudibus, & plausæ sonitum cervicis amare. (*I quos.*)
4. Geor. 119 † Quóque modo, potis gauderent intyba rivis.
2. Æn. 239 * Sacra canunt, funémq; manu contingere gaudent.
5. Æn. 775 † Excipiunt plausu pavidos, gaudéntque tuentes
Dardanidæ, veterúmque agnoscunt ora parentum.
6. Æn. 733 * Hinc metuunt, cupiúntque, dolent, gaudéntque. --
4. Æn. 156 † At puer Ascanius mediis in vallibus acri
Gaudet equo, jámque hos cursu, jam præterit illos,
1. Æn. 694 * Exuit, & gressu gaudens incedit Iuli.
5. Æn. 758 † -- gaudet regno Trojanus Acestes,
6. Æn. 383 * -- gaudet cognomine terra.
7. Æn. 219 † -- Iove Dardana pubes Gaudet avo. --
8. Æn. 730 * Miratur, rerúmq; ignarus imagine gaudet.
10. Æn. 500 † Quo nunc Turnus ovat spolio, gaudétque potitus.
716 * Gaudet hians immane, comásque arrexit. (*Leo.*)
12. Æn. 6 † Tum demum movet arma leo, gaudétque comantes,
Excutiens cervice toros. --
82 * Poscit equos, gaudétque tuens ante ora frementes.
700 † Lætitia exultans, quantus gaudétque nivali

Vertice se attollens pater Appenninus ad auras.
* Præsidet, & viridi gaudens Feronia luco. 7. Æn. 800
† Et scissâ gaudens vadit discordia pallâ. 8. Æn. 702
* Oblato gaudens componi fœdere bellum. 12. Æn. 109
† Latonæ tacitum pertentant gaudia pectus, 1. Æn. 506
Talis erat Dido, talem se læta ferebat.
* Hîc patris Æneæ suspensam blanda vicissim 5. Æn. 827
Gaudia pertentant mentem. --
† -- & mala mentis Gaudia. (*In Orco.*) 6. Æn. 279
* Námq; ut supremam falsa inter gaudia noctem 513
Egerimus, nosti, & nimiùm meminisse necesse est.
† Dùm sequeris Clytium infelix nova gaudia, Cydon. 10. Æn. 325
* -- nec ferre videt sua gaudia ventos. 652
† -- non vitæ gaudia quæro. 11. Æn. 180
* Ingeminant plausum Tyrii, Troësque sequuntur. 1. Æn. 751
† Tum plausu, fremitúque virûm, studiísque faventum 5. Æn. 147
Consonat omne nemus, vocémque inclusa volutant
Littora, pulsati colles clamore resultant.
* Ales, & ingenti sonuerunt omnia plausu. 506
† Pars pedibus plaudunt choreas, & carmina dicunt. 6. Æn. 644
* Atque hîc exultans successu, animísque Chorœbus. 2. Æn. 386
† Tarquinius, exultans contrà fulgentibus armis. 10. Æn. 150
* Lætitiâ exultans, horrendúmque intonat armis. 12. Æn. 700
† Fœminea exultant lunatis agmina peltis. 11. Æn. 658
* Exultat telis, & luce coruscus ahenâ. 2. Æn. 470
† Si mihi quæ quondam fuerat, quáque improbus iste 5. Æn. 398
Exultat fidens, si nunc foret illa juventa.
* Atprimas læta ante acies exultat imago. 10. Æn. 642

v, Lætitia, Tripudiare.

GENS, STIRPS, PROGENIES.

Propago: Filius, Filia: Soboles, Proles, Genus, Degener; Populus; Consanguineus, Popularis, Propinquus.

DEscripsit radio totum qui gentibus orbem. 3. Ecl. 41
† Tu modò nascenti puero, quo ferrea primùm 4. Ecl. 7
Desinet, ac toto surget gens aurea mundo.
* Ille Deûm vitam accipiet, Divísque videbit 15
Permistos Heroas, & ipse videbitur illis.
† Impia quàm cæsis gens est epulata juvencis. 2. Geor. 539
* Bisque triumphatas utroque ab littore gentes. 2. Geor. 33
† Illi me comitem, & consanguinitate propinquum. 2. Æn. 86

6. Æn. 278 † Tum consanguineus lethi sopor. --
5. Æn. 771 * Et consan uineo lacrymans commendat Acestæ:
7. Æn 365 † Et consanguineo toties data dextera Turno?
11. Æn. 40 * Quid consanguinei Rutuli, quid cætera dicet Italia?-
8. Æn. 7 7 † Quam consan uineo sequitur Bellona fla ello.
1. Geor. 184 * -- populátque ingentem farris acervum
Gur u'io, atque inopi metuens formica senectæ.
4. Æn. 402 † Ac veluti ingentem formicæ farris acervum
Cùm populant, hyemis memores, tectóq; reponunt,
It nigrum campis agmen, prædámque per herbas. &c.
3. Geor. 35 * Assaraci proles, demissæque ab Iove gentis
Nomina, Trósque parens, & Trojæ Cynthius autor.
3:0 † At non quâ Scythiæ entes, Mæoticáque unda.
382 * Talis Hyperboreo septem subjecta trioni,
Gens effræna virûm Riphæo tunditur Euro,
Et pecudum fulvis velantur corpora setis.
409 † aut impacatos a te go horrebis Iberos.
64 * Solve marés, mitte in Venerem pecuaria primus,
Atque aliam ex aliâ generando suffice prolem.
4. Geor. 208 † At genus immortale manet, multósq; per annos
Stat fortuna domû & avi numerantur avorum.
1. Æn. 6 * Inferrétque Deos Latio, genus unde Latinum.
67 † Gens inimica mihi Tyrrhenum navigat quor.
33 * Tantæ molis erat Romanam condere gentem.
247 † Teucrorum, & genti nomen dedit
276 * Hic jam tercentum totos regnabitur annos
Gente sub Hectoreâ. --
275 † Romulus excipiet gentem, & Mavortia condet
Mœnia, Romanósque suo de nomine dicet.
280 * mecúmque fovebit
Romanos, rerum dominos, gentémque potentem.
443 † Monstrarat caput acris equi: sic nam fore bello
Egregiam, & facilem victu per sæcula gentem.
525 * Parce pio generi & propiùs res aspice nostras.
538 † Quod gen⁹ hoc hominũ? quæve hũc tã barbara morẽ
Permittit patria? hospitio prohibemur arenæ.
283 * Sic placitum, veniet lustris labentibus ætas:
Cùm domus Assaraci Phthiam, clarásq; Mycenas
Servitio premet, ac victis dominabitur Argis.
Nascetur pulchrâ Trojanus origine Cæsar.
550 † Armáque Trojanóque à sanguine clarus Acestes.
564 * Quis genus Æneadum? quis Trojæ nesciat urbem?
600 † -- Nec quidquid ubique est

Gentis Dardaniæ, magnum quæ sparsa per orbem.
* Séque ortum antiquâ Teucrorum à stirpe volebat. 1. Æn. 625
† --cælatáq; in auro 639
Fortia facta patrum, series longissima rerum
Per tot ducta viros, antiquæ ab origine gentis.
* Hunc lætum, Tyriísque diem, Trojâq; profectis. 731
† Hic canit errantem Lunam, Solísq; labores, 741
Vnde hominũ gen⁹, & pecudes, unde imber, & ignes.
*Nũc quoque jam nimiùm gaudens popularibus auris. 6. Æn. 816
† At non ille satum, quo te mentiris, Achilles 2. Æn. 540
Talis in hoste fuit Priamo, sed jura, fidémque
Supplicis erubuit.-- (Priamu Pyrrho.)
* --neque me Argolicâ de gente negabo. 78
† --referes ergo hæc, & nuncius ibis 547
Pelidæ genitori, illi mea tristia facta,
Degenerémq; Neoptolemum narrare memento.
* Postquàm res Asiæ, Priamíq; evertere gentem 3. Æn. 1
Immeritam, visum Superis.--
† Mons Idæus ubi, & gentis cunabula nostræ. 105
* Dardanidæ duri, quæ vos à stirpe parentum 94
Prima tulit tellus, eadem vos ubere læto
Accipiet reduces. antiquam exquirite matrem,
Hic domus Æneæ cunctis dominabitur oris,
Et nati natorum, & qui nascentur ab illis.
† Pergameámque voco, & lætam cognomine gentem. 133
* Italiam dixisse: ducis de nomine gentem, 166
Hæ nobis propriæ sedes: hinc Dardanus ortus,
Iasiúsq; pater, genus à quo principe nostrum,
† -scio me Danais è classibus unum. 602
* - satis est gentem effugisse nefandam. 653
† At genus è sylvis Cyclopum, & montibus altis 675
Excitum ruit ad portus, & littora complent.
* Multa viri virtus animo, multúsq; recursat 4. Æn. 3
Gentis honos.-- &c.
† Credo equidem (nec vana fides) genus esse Deorũ. 12
Degeneres animos timor arguit.--
* Hinc Getulæ urbes, genus insuperabile bello. 40
† -genus alto à sanguine Teucri --Proderet.-- 230
* Quid struit? aut quâ spe, inimicâ in gente moratur. 235
† Saltem si qua mihi de te suscepta fuisset 327
Ante fugam soboles, si quis mihi parvulus aulâ
Luderet Æneas, qui te tantùm ore referret.
* Nec prolem Ausoniam, & Lavinia respicit arva? 236

4. Æn. 274 † Ascanium surgentem, & spes hæredis Iüli.
365 * Nec tibi Diva parens, generis nec Dardanus autor,
Perfide, sed duris genuit te cautibus horrens
Caucasus, Hircanæque admôrunt ubera tigres.
483 † Hinc mihi Massylæ gentis monstrata Sacerdos.
621 * Tum vos, ô Tyrii stirpem, & genus omne futurum
Exercete odiis.-- *&c.* (*Dido.*)
825 † --exoriare aliquis nostris ex ossibus ultor.
425 * Non ego cum Danais Trojanam exscindere gentem,
Aulide, juravi.-- *&c.*
541 † --necdum Laomedonteæ sentis perjuria gentis?
5. Æn. 122 * --Scyllâq; Cloanthus
Cæruleâ; genus unde tibi Romane Cluenti.
621 † Cui genus, & quondam nomen, natíque fuissent.
297 * Regius egregiâ Priami de stirpe Diores.
624 † -ô gens Infelix, cui te exitio fortuna reservat?
299 * Alter ab Arcadio Tegeæ de sanguine gentis.
730 † --gens dura, atque aspera cultu
Debellanda tibi Latio est.--&c (*Anchises Æneæ.*)
564 * Nomen avi referens Priamus, tua clara, Polite,
Progenies, auctura Italos.--
796 † Fas omne est, Cytherea, meis te fidere regnis,
Vnde genus ducis.-- (*Neptunus Veneri.*)
762 * Iámq; dies epulata novem gens omnis.--
785 † Non mediâ de gente Phrygum exedisse nefandis
Vrbem odiis sat est.-- *&c.*
45 * Dardanidæ magni, genus alto à sanguine Divûm.
568 † Alter Atys, genus unde Atii duxêre Latini.
6. Æn. 59 * Tot maria intravi, duce te, penitúsque repostas
Massylum gentes, prætentáq; Syrtibus arva.
63 † Vos quoque Pergameæ jam fas est parcere genti.
72 * Hîc ego námque tuas sortes, arcanáq; fata
Dicta meæ genti ponam, lectósque sacrabo.
92 † Quas gentes Italûm, aut quas non oraveris urbes?
717 * Iampridem hanc prolem cupio enumerare meorum.
864 † Filius ánne aliquis magnâ de stirpe nepotum?
359 * Ni gens crudelis madidâ cum veste gravatum
Invasisset.--
648 † Hîc genus antiquum, Teucri pulcherrima proles,
Magnanimi heroës, nati melioribus annis.
706 * Hunc circum innumeræ gentes, populíq; volabant.
767 † Proximus ille Procas, Trojanæ gloria gentis.
788 * --hanc aspice gentem,
Romanósq; tuos: hîc Cæsar, & omnis Iüli

Progenies, magnum cœli ventura sub axem.
Hic vir, hic est, tibi quem promitti sæpiùs audis,
Augustus Cæsar Divûm genus, aurea condet Secula.-
† Tuque prior, tu parce, genus qui ducis Olympo, 6. *Æn.* 834
Projice tela manu, sanguis meus.--
* Filius ánne aliquis magnâ de stirpe nepotum? 865
† Ipsúmque Æacidem, genus armipotentis Achilli. 864
* Quis Gracchi genus, aut tacitum te, Cosse, relinquat? 842
† --nimiùm vobis Romana propago 870
Visa potens, Superi, propria hæc si dona fuissent.
* Nec puer Iliacâ quisquam de gente Latinos, 875
In tantum spe tollet avos.--
† Sit Romana potens Italâ virtute propago. 12. *Æn.* 827
* --hinc progeniem virtute futuram 7. *Æn.* 257
Egregiam, & totum quæ viribus occupet orbem.
† Quæ loca, quíve habeant homines, ubi mœnia gentis 131
Vestigemus, & à portu diversa petamus.
* -urbem, & fines, & littora gentis Diversi explorant.- 149
† Dicite Dardanidæ: (neq; enim nescimus & urbem, 195
Et genus, auditíque advertitis æquore cursum.
* Rex, genus egregium Fauni.-- *&c.* 213
† Ab Iove principium generis, Iove Dardana pubes 219
Gaudet avo: Rex ipse Iovis de gente supremâ,
Troïus Æneas tua nos ad limina misit.
* Multi nos populi, multi, ne temne quod ultrò 236
Præferimus manibus vittas, ac verba precantum.
† Hunc Fauno, & Nymphâ genitum Laurente Maricâ 47
Accipimus: Fauno picus pater, ísque parentem,
Te, Saturne, refert, tu sanguinis ultimus autor.
Filius huic fato Divûm, prolésq; virilis
Nulla fuit, primâq; oriens erepta juventâ est.
Sola domum, & tantas servabat filia sedes,
Iam matura viro, jam plenis nubilis annis.
Multi illam magno è Latio, totâq; petebant
Ausoniâ, petit ante alios pulcherrimus omneis.
Turnus avis, atavísq; potens, quem regia conjux
Adjungi generum miro properabat amore.
* Et petiêre sibi, & voluêre adjungere gentes. 237
† Est mihi nata, viro gentis quam jungere nostræ 268
Non patrio ex adyto sortes, non plurima cœlo
Monstra sinunt.-- *&c.*
* Heu stirpem invisam, & fatis contraria nostris. 293
† At licet amborum populos exscindere regum. 316

7. Æn. 474 † Hûc atavi Reges, hûc claris dextera factis Movet.
556 * Egregium Veneris genus, & Rex ipse Latinus.
578 † Terrorem ingeminat, Teucrósq; in regna vocari,
Stirpem admisceri Phrygiam, se limine pelli.
670 * Tum gemini fratres Tyburtia mœnia linquunt,
Fratris Tyburti dictam cognomine gentem.
746 † Horrida præcipuè cui gens, assuetáque multo
Venatu nemorum duris Æquicola glebis.
750 * Quin & Marrubia venit de gente Sacerdos.
801 † Hos super advênit Volscâ de gente Camilla.
8. Æn. 13 * --multásque viro se adjungere gentes
Dardanio, & latè Latio increbrescere nomen.
51 † Arcades his oris, genus à Pallante profectum,
Hi bellum assiduè ducunt cum gente Latinâ.
71 * Nymphæ Laurentes, Nymphæ gen⁹ amnib⁹ unde est.
13 † Quódque à stirpe fores geminis conjunctus Atridis.
142 * Sic genus amborum scindit se sanguine ab uno.
146 † Gens eadem, quæ te crudeli Daunia bello
Insequitur? -- &c.
301 * Salve vera Iovis proles, decus addite Divis.
228 † Tum manus Ausoniæ, & gentes venêre Sicanæ
Sæpiùs, & nomen posuit Saturnia tellus.
31 * Génsque virûm truncis, & duro robore nata.
475 † Sed tibi ego ingentes populos, opulentáq; regnis
Iungere castra paro.-- &c.
479 * --ubi Lydia quondam
Gens bello præclara, jugis insedit Hetruscis:
Hanc multos florentem annos, Rex deinde superbo
Imperio, & sævis tenuit Mezentius armis.
502 † Nulli fas Italo tantam subjungere gentem,
Externos optate duces. - &c.
685 * --variísque Antonius armis,
Victor ab auroræ populis, & littore rubro.
705 † -- omnis eo terrore Ægyptus, & Indi,
Omnis Arabs, omnes vertebant terga Sabæi.
721 * Dona recognoscit populorum, aptátq; superbis
Postibus, incedunt victæ longo ordine gentes,
Quàm variæ linguis, habitu tam vestis, & armis.
Hic Nomadum genus, & discinctos Mulciber Afros,
Hic Lelegas, Caráfque, sagittiferósque Gelonos
Finxerat. &c.
9. Æn. 132 * Terra autem in manibus nostris, tot millia gentes
Arma ferunt Italæ.-- &c.

*	--ferro ſceleratam exſcindere gentem.	9. *Æn.* 137
†	Vnum oro, genitrix Priami de gente vetuſtâ.	284
*	Durum à ſtirpe genus, natos ad flumina primùm Deferimus, ſævóque gelu duramus, & undis.	603
†	Diis genite, geniture Deos, jure omnia bella Gente ſub Aſſaraci fato ventura reſidunt, Nec te Troja capit.--. *&c.* (*Apollo Aſcanio.*)	642
*	Caſtráq; Dardanidum aſpectat, populóſq; Latinos.	10. *Æn.* 4
†	Tyrrhenámve fidem, aut gentes agitare quietas.	71
*	--Neptunia proles Inſignis Meſſapus equis.--	353
†	Te quoq; magnanimæ viderunt, Iſmare, gentes Vulnera dirigere.-- *&c.*	139
*	Regem adit, & Regi memorat noménque, genúſque.	149
†	--tum libera fatis Claſſem conſcendit juſſis gens Lydia Divûm, Externo commiſſa duci.-- *&c.*	154
*	Mantua dives avis, ſed non genus omnibus unum: Gens illi triplex, populi ſub gente quaterni; Ipſa caput populis, Tuſco de ſanguine vires.	201
†	Tres quoque Threïcios Boreæ de gente ſupremâ.	350
*	Hinc Helenum petit, & Rhœti de gente vetuſtâ.	388
†	--Trojæ ſub mœnibus altis Tot nati cecidère Deûm, quin occidit unà Sarpedon, mea progenies.--	469
*	(*Evander.*) --metuénſq; moneret Acreis eſſe viros, cum durâ prælia gente.	11. *Æn.* 47
†	Nec bellum cum gente gero.--	113
*	Ille urbem Argyripam patriæ cognomine gentis Victor Gargani condebat Iapygis agris.	246
†	O fortunatæ gentes, Saturnia regna!	252
*	--in alios fines, aliámq; capeſſere gentem Eſt animus, poſsúntque ſolo decedere noſtro.	324
†	Centum Oratores primâ de gente Latinos.	354
*	--& Evandri totam cum ſtirpe videbit Procubuiſſe domum?--	390
†	(*Drancis.*) -genus huic materna ſuperbum Nobilitas dabat: incertum de patre ferebat.	340
*	--proinde omnia magno Ne ceſſa turbare metu, atque extollere vires Gentis bis victæ - *&c.*	400
†	Auxilióque urbes Italæ, populiq; ſuperſunt.	420
*	Tot populi misêre duces.--	430
†	Eſt & Volſcorum egregiâ de gente Camilla.	432

12. Æn.166 † Hinc pater Æneas Romanæ stirpis origo.
215 * Cui genus à proavis ingens, clarúmq; paternæ
Nomen erat virtutis, & ipse acerrimus armis.
190 † --paribus se legibus ambæ
Invictæ gentes æterna in fœdera mittent.
503 * --tanton' placuit concurrere motu,
Iuppiter, æternâ gentes in pace futuras?
529 † Murrhanum hîc atavos, & avorũ antiqua sonantem
Nomina, per Regésque actum genus omne Latinos
Excutit.--
838 * Hinc genus Ausonio mistum quod sanguine surget,
Supra homines, supra ire Deos pietate videbis,
Nec gens ulla tuos æquè celebrabit honores.
v. Homo, Parere, Pater, Natus, Heros.

GLORIA, HONOS, NOMEN, FAMA, Laus, Decus, Indecores, Inglorii.

1. Geor.168 SI te digna manet divini gloria ruris.
3. Geor.102 † Et quis cuique dolor victo, quæ gloria palmæ.
4. Geor.6 * In tenui labor, at tenuis non gloria.--
205 † Tantus amor florum, & generandi gloria mellis.
2. Æn.88 * Fando aliquid si fortè tuas pervenit ad aures,
Belidæ nomen Palamedis, & inclyta fama Gloria.--
325 † --fuimus Troës, fuit Ilium, & ingens
Gloria Teucrorum.--
4. Æn.48 * Conjugio tali: Teucrûm comitantibus armis,
Punica se quantis attollet gloria rebus!
232 † Si nulla accendit tantarum gloria rerum,
Nec super ipse suâ molitur laude laborem,
Ascanióne pater Romanas invidet arces.
272 * Si te nulla movet tantarum gloria rerum,
Nec super ipse tuâ moliris laude laborem:
Ascanium surgentem, & spes hæredis Iüli
Respice.-- (*Mercurius Æneæ.*)
5. Æn.394 † Ille sub hæc, non laudis amor, nec gloria cessit
Pulsa metu, sed enim gelidus tardante senectâ.
6. Æn.64 * Diíque, Deæq; omnes, quibus obstitit Ilium, & ingens
Gloria Dardaniæ --
78 † Proximus ille Procas, Trojanæ gloria gentis.
756 * Nunc age, Dardaniam prolem quæ deinde sequatur
Gloria, qui maneant Italâ de gente nepotes,
8. Æn.278 † Nulla meis sine te quæretur gloria rebus.

* Affuit & Mnestheus, quem pulsi pristina Turni,	10. Æn. 142
Aggere murorum sublimem gloria tollit.	
† Haud ignarus eram, quantum nova gloria in armis,	11. Æn. 154
Et prædulce decus primo certamine posset.	
* Tum Drances idem infensus, quem gloria Turni	336
Obliquâ invidiâ, stimulísque agitabat amaris.	
† Sin & Trojanis cum multo gloria vênit	421
Sanguine, sunt illis sua funera, párque per omnes	
Tempestas: cur indecores in limine primo	
Deficimus.--	
* Tot populi misêre duces, nec parva sequetur	430
Gloria delectos Latio, & Laurentibus agris.	
† Nec Drances potiùs, sive est hæc ira Deorum,	444
Morte luat: sive est virtus, & gloria, tollat.	
* Iam nosces ventosa ferat cui gloria laudem.	708
† --patriam remeabo inglorius urbem.	793
* Tum neq; nomen erat, neq; honos, aut gloria monti.	12. Æn. 135
† Quis tantam Rutulis laudem casúsne, Deúsne	321
Attulerit, pressa est insignis gloria facti:	
Nec sese Æneæ jactavit vulnere quisquam.	
* Maluit & mutas agitare inglorius artes.	397
† Flumina amem, sylvásq; inglorius, ô ubi campi.	2. Geor. 486
* Desidiæ, latámq; trahens inglorius alvum.	4. Geor. 94
† Ense levis nudo, parmâque inglorius albâ.	9. Æn. 548

v. Decus, Honos, Laus, & Ignobilis.

GRÆCI, GRAII, GRAIUGENÆ, Achai, Argivi, Achivi, Danai, Pelasgi, Argolici, Achaici, Dorici.

PRima quod ad Trojam pro caris gesserat Argis.	1. Æn. 24
* --Palláśne exurere classem	40
Argivûm, atque ipsos potuit submergere ponto?	
† Tydide, ô Danaûm fortissime gentis.	95
* Antenor potuit mediis elapsus Achivis.	241
† Hàc fugerent Graii, premeret Trojana Iuventus.	466
* --Regésque Pelasgi.	623
† Myrmidonum, Dolopúmve, aut duri miles Vlyssi.	2. Æn. 7
* -- fracti bello, fatísque repulsi	13
Ductores Danaûm, tot jam labentibus annis.	
† Panduntur portæ: juvat ire, & Dorica castra,	27
Desertósque videre locos, littúsq; relictum.	
* Creditis avectos hos: aut ulla putatis	43

Dona carêre dolis Danaûm? sic notus Vlysses?

2. Æn. 49 * Quidquid id est, timeo Danaos, & dona ferentes.

55 † Impulerat ferro Argolicas fœdare latebras.

78 * --neque me Argolicâ de gente negabo.

151 † --ille dolis instructus, & arte Pelasgâ.

177 * Nec posse Argolicis exscindi Pergama telis.

254 † Et jam Argiva phalanx instructis navibus ibat.

303 * Tum verò manifesta fides, Danaûmq; patescunt Insidiæ.--

326 † --ferus omnia Iupiter Argos Transtulit, incensá Danai dominantur in urbe.

331 * Millia quot magnis nunquam venêre Mycenis.

414 † Vndique collecti invadunt acerrimus Ajax, Et gemini Atridæ, Dolopúmq; exercitus omnis.

461 * - unde omnis Troja videri, Et Danaûm solitæ naves, & Achaïca castra.

598 † - quos omnes undiq; Graiæ Circum errant acies.--

785 * Non ego Myrmidonum sedes, Dolopúmve superbas Aspiciam, aut Graiis servitum matribus ibo.

3. Æn. 550 † Grajugenúmq; domos, suspectáq; linquimus arva.

594 * --at cætera Graius.

6. Æn. 489 † At Danaûm proceres, Agamemnoniæq; phalanges.

10. Æn. 788 * -dulceis moriens reminiscitur Argos.

6. Æn. 88 † Non Simoïs tibi, nec Xanthus, nec Dorica castra Defuerint: alius Latio jam partus Achilles.

HABITARE, COLERE, INCOLERE, Accolere, Tenere, Habere: Accola, Colonus: Habitatus: Incultus, Desertus, Desertum, Vacans, Vacuus, Relictus, Viduatus, Inanis: Frequentare.

1. Ecl. 9 QVæ nemora, aut qui vos saltus habuêre, puellæ. (tima regna.

3. Æn. 106 * Centum urbes habitant magnas, uber-

109 † Optavítq; locum regno, nondum Ilium, & arces Pergameæ steterant, habitabant vallibus imis.

398 * Effuge, cuncta malis habitantur mœnia Graiis.

2. Ecl. 60 † Quem fugis? ah demens: habitarũt Dii quoq; sylvas, Dardaniúsq; Paris. Pallas quas condidit arces, Ipsa colat, nobis placeant ante omnia sylvæ.

* Ille colit terras.-- (*Iupiter.*) 3. *Ecl.* 61
† O tantùm libeat mecum tibi sordida rura, 2. *Ecl.* 28
Atque humileis habitare casas --
* Stagna colit, ripísque habitans, hîc piscibus atram. 3. *Geor.* 444
† Prosequar, & raris habitata mapalia tectis. 349
* Qui teneant (nam inculta videt) hominésne, feræne 1. *Æn.* 312
Quærere constituit.-- &c. (*Æneas*)
† Centum alii curva hæc habitant ad littora vulgò, 3. *Æn.* 643
Infandi Cyclopes, & altis montibus errant.
* Et quidquid tecū invalidum metuénsq; pericli est, 5. *Æn.* 716
Delige, & his habeant terris sine mœnia fessi.
† Sævior intùs habet sedem.-- (*Hydra.*) 6. *Æn.* 576
* --jámq; arva tenebant 477
Vltima, quæ bello clari secreta frequentant.
† Dicite felices animæ, túq; optime vates, 669
Quæ regio Anchisen, quis habet locus?--
* Nulli certa domus, lucis habitamus opacis, 673
Riparúmq; toros, & prata recentia rivis Incolimus.--
† Vestibulum ante ipsum, primísq; in faucibus Orci, 273
Pallentésq; habitant morbi, tristísque senectus.
* Quare agite, & primo læti cum lumine Solis, 7. *Æn.* 130
Quæ loca, quíve habeant homines: ubi mœnia gentis,
Vestigemus.--
† Dum domus Æneæ Capitoli immobile saxum 9 *Æn.* 448
Accolet, imperiúmque pater Romanus habebit.
* Accolit effuso stagnantem flumine Nilum. 4. *Geor* 288
† Accola Vulturni, paritérque Saticulus asper. 7. *Æn.* 729
* Et tua Dardaniis transcribi sceptra colonis. 422
† Hunc Tybrim fluvium: hîc fortes habitare Latinos. 151
* Arcades his oris, genus à Pallante profectum, 8. *Æn.* 51
Delegêre locum, & posuêre in montibus urbem.
† Hæc nemora indigenæ Fauni, Nymphæq; tenebant. 314
* Hoc nemus, hunc, inquit, frondoso vertice collem, 351
Quis Deus, incertum est, habitat Deus. -
† Haud procul hinc saxo incolitur fundata vetusto 478
Vrbis Agyllinæ sedes. --
* --Libycóve habitantes littore Locros. 11. *Æn* 265
† Nunquam animam talem dextrâ hac absiste moveri, 408
Amittes, habitet tecum, & sit pectore in isto.
* Desertósque videre locos, littúsq; relictum. 2. *Æn* 28
† Desertósque videt portus, classémq; relictam. 5. *Æn.* 612
* Diversa exilia, & desertas quærere terras. 3. *Æn.* 4
† Quæ quondam in bustis, aut culminibus desertis 12. *Æn.* 863

Nocte sedens, serum canit importuna per umbras.

6. Ecl. 80 * Quo cursu deserta petiverit.-- (*Philomela.*)

3. Geor. 291 † Sed me Parnassi deserta per ardua dulcis
Raptat amor, juvat ire jugis, quà nulla priorum
Castaliam molli divertitur orbita clivo.

342 * --itque pecus longa in deserta sine ullis
Hospitiis, tantùm campi jacet.-- *&c.*

462 † Cùm fugit in Rhodopen, atque in deserta Getarum.

476 * Nunc quoque pòst tanto videat, desertáq; regna
Pastorum, & longè saltus, latéque vacantes.

3. Æn. 122 † Idomenêa ducem, desertáq; littora Cretæ,
Hoste vacare domos, sedésque astare relictas.

6. Æn. 269 * Pérque domos Ditis vacuas, & inania regna.

4. Geor. 518 † Arváque Riphæis nunquam viduata pruinis.

8. Æn. 571 * Funera, tam multis viduasset civibus urbem.

v. Domus, & Hospes.

HASTA, CUSPIS, FERRUM, TELUM, Lancea: Hastam torquere, Contorquere, Intorquere, Conjicere, Ingerere, Dirigere, Quatere, Quassare, Coruscare, Librare, Emittere, Tendere, Dirigere, Decutere, &c.

2. Æn. 50 SIc fatus, validis ingentem viribus hastam
In latus, ínque feri curvam compagibus alvum
Contorsit: stetit illa tremens, uteróque recusso.

230 † --sacrum, cui cuspide robur
Læserit, & tergo sceleratam intorserit hastam.

529 * --illum ardens infesto vulnere Pyrrhus
Insequitur, jam jámq; manu tenet, & premit hastâ.

9. Æn. 410 † Dixerat, & toto connixus corpore ferrum
Conjicit, hasta volans noctis diverberat umbras,
Et venit adversi in tergum Sulmonis, ibíque
Frangitur, ac fixo transit præcordia ligno.

418 * --it hasta Tago per tempus utrumque
Stridens, trajectóque hæsit tepefacta cerebro:
Sævit atrox Volscens, nec teli conspicit usquam
Autorem, nec quò se ardens immittere possit.

465 † Quin ipsa arrectis (visu miserabile) in hastis
Præfigunt capita, & multo clamore sequuntur.

576 * --hunc primo levis hasta Themillæ
Strinxerat, ille manum projecto tegmine demens

Ad vulnus tulit: ergo alis allapsa sagitta.
* Omne ævum ferro teritur, versâq; juvencûm 9. *Æn.* 609
Terga fatigamus hastâ.--
† --Ille rudem nodis, & cortice crudo 743
Intorquet summis adnixus viribus hastam.
Excepêre auræ vulnus? Saturnia Iuno
Detorsit veniens, portæq; infigitur hasta.
* Hinc raptas fugientibus ingerit hastas 763
In tergum (Iuno vires, animúmq; ministrat)
Addit Halym comitem, & confixum Phegea parmâ.
† --ingeminant hastis, & Troës, & ipse 811
Fulmineus Mnestheus.--
* Mille rapit densos acie, atque horrentibus hastis. 10. *Æn.* 178
† --tùm magnam corripit hastam, 335
Et jacit, illa volans clypei transverberat æra
Mœonis, & thoraca simul cum pectore rumpit.
Hîc frater subit Alcanor, fratrémq; ruentem
Sustentat dextrâ, trajecto missa lacerto,
Protinus hasta fugit, servátque cruenta tenorem.
* --hastámque receptat 383
Ossibus hærentem: quem non super occupat Hisbon.
† Illo námq; procul validam direxerat hastam, 401
Quam medius Rhætus intercipit, optime Teuthra.
* At Pallas magnis emittit viribus hastam. 474
† Inde Mago procul infensam cùm tenderet hastam, 521
Ille astu subit, ac tremebunda supervolat hasta.
* --ille reductâ 552
Loricam, clypeíque ingens onus impedit hastâ.
† Irruit, adversâq; ingens apparuit hastâ. 579
* Aptat se pugnæ, subit oras hasta per imas 587
Fulgentis clypei, dum lævum perforat inguen.
† Instat cui Turnus stridentémq; eminus hastam 645
Conjicit, illa dato vertit vestigia tergo
* Dentibus infrendens, & tergo decutit hastas. 718
† Tum super abjectum posito pede, nixus & hastâ. 736
* At verò ingentem quatiens Mezentius hastam. 762
† Tantum effatus, & infestâ subit obvius hastâ 877
* --& inter 890
Bellatoris equi cava tempora conjicit hastam
† In clypeum assurgat, quo turbine torqueat hastam. 11. *Æn.* 284
* --tùm latè ferreus hastis 601
Horret ager, campíque armis sublimibus ardent.
† --hastásque reductis 605

Protendunt longè dextris, & ſpiculà vibrant.

11. Æn. 612 † Continuò adverſis Tyrrhenus, & acer Aconteus
Connixi incurrunt haſtis.--

635 * Orſilochus Remuli (quando ipſum horrebat adire)
Haſtam intorſit equo, ferrúmq; ſub aure remiſit.

644 † - latos hinc haſta per armos
Acta tremit, duplicátque virum transfixa, dolorem.

674 * --ſequitúrq; incumbens eminùs haſtâ.

747 † -- tum ſumma ipſius ab haſta
Defringit ferrum, & partes rimatur apertas.

767 * --& certam quatit improbus haſtam.

799 † Ergo ut miſſa manu ſonitum dedit haſta per auras.

807 * --nec jam ampliùs haſtæ
Credere, nec telis occurrere virginis audet.

12. Æn. 92 † Exin, quæ in mediis ingenti adnixa columnæ
Ædibus adſtabat, validàm vi corripit haſtam,
Actoris Arunci ſpolium, quaſsátque trementem,
Vociferans, Nunc, ô nunquam fruſtrata vocatus
Haſta meos, nunc tempus adeſt, te maximus Actor,
Te Turni nunc dextra gerit: da ſternere corpus, &c.

130 * Defigunt tellure haſtas, & ſcuta reclinant.

270 † Haſta volans ut fortè novem pulcherrima fratrum
Corpora conſtiterant contrà, &c.

293 * --at fervidus advolat haſtâ.

330 † --aut raptas fugientibus ingerit haſtas.

398 * Stabat acerba fremens ingentem nixus in haſtam.

400 † Hinc, atque hinc oditq; moras, haſtámq; coruſcat.

711 * Procurſu rapido conjectis eminùs haſtis
Invadunt Martem clypeis, atque ære ſonoro.

772 † Hic haſta Æneæ ſtabat, hùc impetus illam
Detulerat fixam, & lentâ in radice tenebat.

789 * Hic gladio fidens, hic acer, & arduus haſtâ.

492 † - apicem tamen incita ſummum
Haſta tulit, ſummáſque excuſſit vertice criſtas.

374 * Dum trahitur, pendétq; jugis: hunc lata retectum
Lancea conſequitur, rumpítque infixa bilicem
Loricam, ſummum deguſtat vulnere corpus.

10. Æn. 772 † Atq; oculis ſpatium emenſus, quantùm ſatis haſtæ,
Dextra mihi Deus, & telum, quod miſſile libro.

HAST.

HASTILE, TORQUERE, CRISPARE, *Spargere, Contorquere.*

AT myrtus validis hastilibus, & bona bello Cornus: Ityræos taxi torquentur in arcus. — 2. Geor. 447
† --& densis hastilibus horrida myrtus. — 3. Æn. 28
* Bina manu lato crispans hastilia ferro. — 1. Æn. 312
† Cornua bina ferunt præfixo hastilia ferro. — 5. Æn. 557
* Ocyùs adducto torquens hastile lacerto, Suspiciens altam lunam, sic voce precatur. — 9. Æn. 402
† --clypeóq; inimicum hastile trahebat. — 10. Æn. 795
* --& adducto contortum hastile lacerto Immittit: sonuêre undæ, rapidum super amnem, Infelix fugit jaculo stridente Camilla. — 11. Æn. 561
† Et tunc lenta manu spargens hastilia densat. — 650
* Huic Messapus, uti lævâ duo fortè gerebat Lenta levis cursu præfixo hastilia ferro: Horum unum certo contorquens dirigit ictu. — 12. Æn. 488
† Sanguine terra madet, stridéntq; hastilibus auræ. — 691

v. Iaculum, Sagitta, Telum, Pila, Spiculum.

HECTOR, HECTOREUS.

MVlta super Priamo rogitans, super Hectore multa. — 1. Æn. 749
* Sævus ubi Æacidæ telo jacet Hector. ubi ingens. — 103
† Non tali auxilio, nec defensoribus istis Tempus eget, non si ipse meus nunc afforet Hector. — 2. Æn. 510
* Ecquid in antiquam virtutem, animósq; viriles, Et pater Æneas, & avunculus excitat Hector? — 3. Æn. 342
† Haud sibi cum Danais rem, faxo, & pube Pelasgâ Esse putent, decimum quos distulit Hector in annum. — 9. Æn. 154
* Sis memor, & te animo repetentem exempla tuorũ, Et pater Æneas, & avunculus excitet Hector. — 12. Æn. 438
† Hectoris hic magni fuerat comes, Hectora circum Et lituo pugnas insignis obibat, & hastâ. (*Misenus.*) — 6. Æn. 166
* Quicquid apud duræ cessatum est mœnia Trojæ, Hectoris, Æneæque manu victoria Graiûm Hæsit, & in decimum vestigia rettulit annum. — 11. Æn. 287
† In somnis ecce ante oculos mœstissimus Hector Visus adesse mihi, largósque effundere fletus, Raptatus bigis, ut quondam, atérque cruento Pulvere, pérque pedes trajectus lora tumentes. — 2. Æn. 270

Hei mihi, qualis erat, quantùm mutatus ab illo
Hectore, qui redit exuvias indutus Achillis,
Vel Danaûm Phrygios jaculatus puppibus ignes.
Squalentem barbam, & concretos sanguine crines,
Vulneráque illa gerens, quæ circum plurima muros
Accepit patrios: Vltro flens ipse videbar
2. Æn. 281 Compellare virum, & mœstas expromere voces:
† O lux Dardaniæ, spes ô fidissima Teucrûm,
Quæ tantæ tenuêre moræ, quibus Hector ab oris
Expectate venis? Vt te post multa tuorum
Funera, post varios hominúmque, urbísq; labores
Defessi aspicimus, quæ causa indigna serenos
Fœdavit vultus? aut cur hæc vulnera cerno?
Ille nihil, nec me quærentem vana moratur,
Sed graviter gemitus imo de pectore ducens.
289 * Heu fuge, nate Deâ, téque his, ait, eripe flammis,
Hostis habet muros, ruit alto à culmine Troja:
Sat patriæ, Priamóque datum: Si Pergama dextrâ
Defendi possent, etiam hac defensa fuissent, &c.
1. Æn. 487 † Ter circum Iliacos raptaverat Hectora muros,
Exanimúmq; auro corpus vendebat Achilles.
2. Æn. 542 * (*Achilles.*) --corpúsque exangue sepulcro
Reddidit Hectoreum, méque in mea regna remisit.
3. Æn. 317 † Heu! quis te casus dejectam conjuge tanto
Excipit? aut quæ digna satis fortuna revisit?
Hectoris Andromache Pyrrhin' connubia servas?
487 * (*Ascanio*) -- longum Andromaches testêtur amorE
Conjugis Hectoreæ: cape dona extrema tuorum,
O mihi sola mei super Astyanactis imago:
Sic oculos, sic ille manus, sic ora ferebat,
Et nunc æquali tecum pubesceret ævo.
5. Æn. 190 † Hectorei socii, Trojæ quos sorte supremâ
Delegi comites, nunc illas promite vires,
Nunc animos, quibus in Getulis Syrtibus usi.
1. Æn. 272 * Hîc jam tercentum totos regnabitur annos.
Gente sub Hectoreâ, donec regina sacerdos.
3. Æn. 302 † Ante urbem in luco falsi Simoëntis ad undam
Libabat cineri Andromache. Manésq; vocabat
Hectoreum ad tumulum viridíq; in cespite inanem,
Et geminas, causam lacrymis, sacraverat aras.

HERBA, GRAMEN: HERBOSVS, Gramineus.

Dicite, quandoquidem in molli consedimus herbâ. 3. *Ecl.* 55
† --nulla neque amnem 5. *Ecl.* 26
Libavit quadrupes, nec graminis attigit herbam.
* Ilice sub nigrâ pallentes ruminat herbas. 6. *Ecl.* 54
† Aut herbâ captum viridi.-- 59
* Imò ego Sardoïs videar tibi amarior herbis. 7. *Ecl.* 41
† Muscosi fontes, & somno mollior herba. 45
* Aret ager, vitio moriens sitit aëris herba. 57
† Cùm ros in tenerâ pecori gratissimus herba est. 8. *Ecl.* 15
* Has herbas, atque hæc Ponto mihi lecta venena, 95
Ipsa dedit Mœris, nascuntur plurima Ponto.
† Quis caneret Nymphas? quis humũ florentib⁹ herbis 9. *Ecl.* 19
Spargeret? aut viridi fontes induceret umbrâ?
* Illic officiant lætis ne frugibus herbæ. 1. *Geor.* 69
† --& cæca relaxat 89
Spiramenta, novas veniat quà succus in herbas.
* Et cùm exustus ager morientibus æstuat herbis. 107
† Luxuriem segetum tenerâ depascit in herbâ. 112
* Paulatim, & sulcis frumenti quæreret herbam. 134
† Quæque suo viridi semper se gramine vestit. 2. *Geor.* 219
* Humida majores herbas alit.-- (*Terra.*) 251
† Bis segetem densis obducunt sentibus herbæ. 411
* Ipse dies agitat festos, fusúsque per herbam. 527
† --Muscus ubi, & viridissima gramine ripa. 3. *Geor.* 145
* Cætera pascuntur virides armenta per herbas. 163
† Intereà pubi indomitæ, non gramina tantùm 175
Nec vescas salicum frondes, ulvámq; palustrem.
* --stabulis edico in mollibus herbam 296
Carpere oveis, dum mox frondosa reducitur æstas.
† At verò Zephyris cùm læta vocantibus æstas, 323
In saltus utrumque gregem, atque in pascua mittes.
Luciferi primo cum sydere, frigida rura
Carpamus, dum mane novum, dum gramina canent,
Et ros in tenerâ pecori gratissimus herbâ est.
* Illic clausa tenent stabulis armenta, neque ullæ 352
Aut herbæ campo apparent, aut arbore frondes.
† At cui lactis amor, cytisum, lotósque frequentes 395
Ipse manu salsásque ferat præsepibus herbas.
* Scyllámque, helleborósq; graves, nigrúmq; bitumen. 451
† Neu dorso nemoris libeat jacuisse per herbas. 347

3. *Geor.* 466 * Videris aut summas carpentem ignaviùs herbas.
495 † Hinc lætis vituli vulgò moriuntur in herbis.
499 * Labitur infelix studiorum, atque immemor herbæ
Victor equus. -
529 † Frondibus, & victu pascuntur simplicis herbæ.
4. *Geor.* 10 * --hœdíque petulci
Floribus insultent: aut errans bucula campo
Decutiat rorem, & surgentes atterat herbas.
19 † -. & tenuis fugiens per gramina rivus.
62 * --hùc tu jussos asperge sapores
Trita meliphylla, & Cerinthæ ignobile gramen,
121 † Et virides apio ripæ, tortúsq; per herbam
Cresceret in ventrem cucumis. -
271 * Est etiam flos in pratis; cui nomen Amello
Fecêre agricolæ, facilis quærentibus herba,
Námq; uno ingentem tollit de cespite sylvam. &c.
401 † Ipsa ego te, medios cùm sol accenderit æstus,
Cùm sitiunt herbæ, & pecori jam gratior umbra est,
427 * --arebant herbæ, & cava flumina siccis
Faucibus ad limum radii tepefacta coquebant.
459 † Servantem ripas altâ non vidit in herbâ.
1. *Æn.* 213 * -. fusíque per herbam
Implentur veteris Bacchi, pinguísq; ferinæ.
3. *Æn.* 537 † Quattuor hic, primũ omen, equos in gramine vidi
Tondentes campum latè, candore nivali.
650 * --& vulsis pascunt radicibus herbæ.
4. *Æn.* 513 † Falcibus, & messæ ad lunam quæruntur ahenis
Pubentes herbæ, nigri cum lacte veneni.
5. *Æn.* 102 * Ordine ahena locant alii, fusíque per herbam,
Subjiciunt verubus prunas, & viscera torrent.
330 † Fusus humum, viridésq; super madefecerat herbas.
388 * Proximus ut viridante toro consederat herbæ.
6. *Æn.* 656 † Conspicit ecce alios, dextrâ, lævâq; per herbam
Vescentes, lætúmq; choro Pæana canentes.
684 * Isque ubi tendentem, adversum per gramina vidit.
7. *Æn.* 108 † Corpora sub ramis deponunt arboris altæ,
Instituúntque dapes, & adorea liba per herbas.--
757 * --neque cum juvêre in vulnera cantus
Somniferi, & Marsis quæsitæ in montibus herbæ.
768 † --& superas cœli venisse sub auras
Pœoniis revocatum herbis, & amore Dianæ.
9. *Æn.* 316 * --passim vino, somnóque per herbam
Corpora fusa vident.--

† Scire potestates herbarum, usúmq; medendi	12.*Æn*.395
Maluit, & mutas agitare inglorius artes.	
*--Phœbíque potentibus herbis Nequicquã trepidat.-	402
† Hic Venus indigno nati concussa dolore	411
Dictamnum genitrix Cretæâ carpit ab Idâ,	
Puberibus caulem foliis, & flore comantem	
Purpureo; non illa feris incognita capris	
Gramina, cùm tergo volucres hæsêre sagittæ.	
* --spargítque salubres	418
Ambrosiæ succos, & odoriferam Panacêam.	
† Et qualem infelix amisit Mantua campum	2.*Geor*. 198
Pascentem niveos herboso flumine cycnos.	
* Gramineum in campum Æneas tendit.--	5.*Æn*. 287
† Gramineo donum Triviæ de cespite vellit.	11. *Æn*. 566
* Diis communibus aras Gramineas.	12. *Æn*. 118
† Pars in gramineis exercent membra palæstris.	6. *Æn*. 642
* Gramineo ripæ religavit ab aggere classem.	7. *Æn*. 106
† Pocula, gramineóque viros locat ipse sedili.	8. *Æn*. 176

v. Flos.

HERCVLES, ALCIDES, AMPHITRYOniades, Tirynthius, Herculeus, Iovis proles.

FOrtè die solemnem illo Rex Arcas honorem	8. *Æn*. 102
Amphitryoniadæ magno, Divísque ferebat,	
Ante urbem, in luco.--	
† Intereà cùm jam stabulis saturata moveret	213
Amphitryoniades armenta, abitúmq; pararet.	
* Ecce furens animis aderat Tirynthius, omnémq;	228
Accessum lustrans hùc ora ferebat, & illuc.	
†Per Patris hospitium, & mensas, quas advena adisti	10 *Æn*.460
Te precor Alcide, votis ingentibus adsis.	
Audiit Alcides Iuvenem, magnúmq; sub imo	
Corde premit gemitum, lacrymásq; effundit inanes.	
* Vt ventum ad sedes: hæc inquit, limina victor	8. *Æn*. 362
Alcides subiit, hæc illum Regia cepit. (*Eryx*.)	
†(*Cæstibus*.) His magnum Alciden contra stetit.--	5.*Æn*. 414
* Salve vera Iovis proles, decus addite Divis,	8. *Æn*. 301
Et nos, & tua dexter adi pede sacra secundo:	
† --quid Thesea magnum,	6. *Æn*.122
Quid memorem Alciden? Et mi genus ab Iove sũmo.	

7. Æn. 955 * Post hos insignem palmâ, per gramina currum,
Victorésque ostentat equos, satus Hercule pulchro
Pulcher Aventinus, clypeóq; insigne paternum
Centum angues, cinctámq; gerit serpentibus Hydram,
Collis Aventini sylvâ, quem Rhea Sacerdos
Furtivum partu, sub luminis edidit auras,
Mista Deo mulier, postquàm Laurentia victor
Geryone extincto Tirynthius attigit arva,
Tyrrhenósque boves in flumine lavit Iberas.
966 † Ipse pedes tegmen torquens immane Leonis,
Terribili impexum setâ, cum dentibus albis
Indutus capiti, sic regia tecta subibat
Horridus, Herculeóq; humeros innexus amictu.
8. Æn. 269 * Servavêre diem, primúsque Potitius author,
Et domus Herculei custos Pinaria sacri,
Hanc aram luco statuit, quæ maxima semper
Dicetur nobis, & erit quæ maxima semper.
Quare agite, ô Iuvenes, tantarum in munere laudum
Cingite fronde comas, & pocula porgite dextris,
Communémq; vocate Deum, & date vina volentes.
Dixerat, Herculeâ bicolor cùm populus umbrâ
Velavítque comas, foliísque innexa pependit.
Et sacer implevit dextram scyphus: ocyùs omnes
In mensam læti libant, Divósq; precantur.
541 † Et primùm Herculeis sopitas ignibus aras
Excitat, hesternúmque Larem, parvósq; Penates
Lætus adit, mactat lectas de more bidentes, &c.
3. Æn. 551 * Hinc sinus Herculei (si vera est fama) Tarenti
Cernitur, attollit se Diva Lacinia contrà,
Caulonísque arces, & navifragum Scylacæum.
2. Geor. 65 † Plantis, & duræ coryli nascuntur, & ingens
Fraxinus; Herculeæque arbos umbrosa coronæ, &c.
7. Ecl 61 * Populus Alcidæ gratissima, vitis Iaccho.
6. Æn. 392 † Nec verò Alciden, me sum lætatus euntem
Accepisse lacu, nec Thesea, Pirithoúmque,
Diis quanquam geniti, atq; invicti viribus essent.
Tartareum ille manu custodem in vincla petivit
Ipsius à solio Regis, traxítque trementem.
8. Æn. 256 * Non tulit Alcides animis, séque ipse per ignem
Præcipiti iecit saltu, quà plurimus undam
Fumus agit, nebulâq; ingens specus æstuat atrâ.
201 † Auxilium, adventúmq; Dei: nam maximus ultrò
Tergemini nece Geryonis, spoliísque superbus,

Alcides aderat, taurósq; hàc victor agebat, &c.

* Hîc verò Alcidæ furiis exarserat atro | 8. *Æn.* 219
Felle dolor, rapit arma manu, nodísque gravatum
Robur, & aërii cursu petit ardua montis.
Tum primùm nostri Cacum vidêre timentem,
Turbatúmq; oculis: fugit ilicet ocyor Euro.

† Quid si quis cæstus ipsius, & Herculis arma | 5. *Æn.* 410
Vidisset, tristémq; hoc ipso in littore pugnam?

* Immanémque Gyam, sternentes agmina clavâ | 10. *Æn.* 318
Dejecit letho, nihil illos Herculis arma,
Nil validæ juvêre manus, genitórque Melampus
Alcidæ comes, &c.--

† Nec verò Alcides tantùm telluris obivit, | 6. *Æn.* 802
Fixerit æripedem cervam licet, aut Erymanthi
Placarit nemora, & Lernam tremefecerit arcu.

*Hic Iuvenum chorus, ille senum, qui carmine laudes | 8. *Æn.* 287
Herculeas, & facta ferant: Vt prima novercæ
Monstra manu, geminósq; premens eliserit angues,
Vt bello egregias idem disjecerit urbes.

† Egregium Anthorem latus inter, & ilia figit. | 10. *Æn.* 778
Herculis Anthorem comitem, qui missus ab Argis, &c.

* Prima Cleonæi tolerata ærumna Leonis, | *Epigram. de xij ejus laboribus.*
Proxima Lernæam ferro, & face contudit Hydram:
Mox Erymanthæum vis tertia perculit Aprum:
Æripedis quartò tulit aurea cornua Cervi:
Stymphalidas pepulit volucres discrimine quinto:
Threïciam sextò spoliavit Amazona baltheo:
Septima in Augiæ stabulis impensa laboris:
Octava expulso numeratur adorea Tauro:
In Diomedeis victoria nona quadrigis:
Geryone extincto decimam dat Iberia palmam:
Vndecimam mala Hesperidum distracta triumphum:
Cerberus extremi suprema est meta laboris.

HEROES, DIVIS PERMISTI,
Animæ felices, Sublimes, Illustres, &c.

ILle Deûm vitam accipiet, Divísque videbit | 4. *Ecl.* 15.
Permistos Heroas, & ipse videbitur illis.

*Alter erit tum Tiphys, & altera quæ vehat Argo | 34
Delectos Heroas: erunt etiam altera bella.

† Hîc genus antiquum Teucri, pulcherrima proles, | 6. *Æn.* 648
Magnanimi Heroës, nati melioribus annis.

4.Geor.474 * Defunctáque corpora vitâ Magnanimûm Heroum.--
5.Æn. 684 † Nec vires Heroûm infusáq; flumina prosunt.
6.Æn. 669 * Dicite felices animæ.--
719 † Ad cœlū hinc ire putandum est Sublimes animas.--
758 * Illustres animas, nostrúmque in nomen ituras.
788 † Omnes Cœlicolas, omnes supera alta tenentes.
5. Æn. 389 * Entelle, Heroûm quondam fortissime frustrà.
3. Æn. 345 † --cùm sese à mœnibus Heros.
Priamides multis Helenus comitantibus offert.
5. Æn. 453 * At non tardatus casu, nec territus Heros.
6. Æn. 104 † Incipit Æneas Heros: non ulla laborum,
O virgo, nova mi facies, inopináve surgit.
169 * Dardanio Æneæ sese fortissimus heros
Addiderat socium, non inferiora secutus.
8. Æn. 18 † Talia per Latium, quæ Laomedontius heros
Cuncta videns, magno curarum fluctuat æstu.
10. Æn. 886 * Tela manu jaciens: ter secum Troïus heros
Immanem ærato circunfert tegmine sylvam.
12. Æn. 902 † Altior insurgens, & cursu concitus heros.

HOMO, MORTALIS, HVMANVS.

1 Geor. 61 * --quo tempore primùm
Deucalion vacuum lapides jactavit in orbem,
Vnde homines nati, durum genus.--
197 † Vidi lecta diu, & multo spectata labore
Degenerare tamen: ni vis humana quotannis
Maxima quæq; manu legeret.--
237 * Has inter, mediám que duæ Mortalibus ægris
Munere concessæ Divûm.--
3. Geor. 70 † Optima quæque dies miseris Mortalibus ævi
Prima fugit, subeunt morbi, tristísq; senectus,
Et labor, & duræ rapit inclementia mortis.
243 * Omne adeò genus in terris hominúmque, ferarúmq;
1. Æn. 253 † Olli subridens hominum sator, atq; Deorum.
312 * Qui teneant (nam inculta videt) hominésne, feræne.
326 † --námque haud tibi vultus
Mortalis: nec vox hominem sonat, ô Dea certè.
313 * --ignari hominúmque, locorúmq; Erramus.--
461 † Sunt lacrymæ rerum, & mentē mortalia tangūt.--
538 * Quod gen⁹ hoc hominū? quæve hūc tā barbara morē
Permittit patria? hospitio prohibemur arenæ.
541 † Si genus humanum, & mortalia temnitis arma,
At sperate Deos.-- *i. timete.*

† Vnde hominū gen⁹, & pecudes, unde imber, & ignes. 1. Æn. 742
* Aspice: námq; omnem, quæ nunc obducta tuenti 2. Æn. 604
Mortales hebetat visus tibi, & humida circum
Caligat, nubem eripiam (*Venus Æneæ.*)
† Per si qua est quæ restat adhuc Mortalibus usquam 142
Intemerata fides.--
* Post varios hominúmque, urbísque labores 284
Defessi aspicimus!--
† Quem non incusavi amens hominúmque, Deûmque? 745
* Inde hominū, pecudúmq; genus, vitæq; volantum, 6. Æn. 728
Igneus est ollis vigor, & cœlestis origo
Seminibus, quantum non noxia corpora tardant,
Terreníque hebetant artus, moribundáq; membra.
Hinc metuūt, cupiuntq;, dolent, gaudéntque, nec auras
Respiciunt, clausæ tenebris, & carcere cæco.
Quin & supremo cùm lumine vita reliquit,
Non tamen omne malum miseris, nec funditùs omnes
Corporeæ excedunt pestes, penitúsque necesse est,
Multa diu concreta modis inolescere miris.
† Quos hominum ex facie Dea sæva potētibus herbis 7. Æn. 19
Induerat Circe in vultus, ac terga ferarum.
* Quæ loca quíve habeāt homines: ubi mœnia gentis. 131
† Tū pater omnipotens aliquem indignatus ab umbris 770
Mortalem infernis, ad lumina surgere vitæ.
* Mortua quinetiam jungebat corpora vivis, 8. Æn. 485
Componens manibúsq; manus, atque oribus ora.
† --multis tamen antè futuri 9. Æn. 315
Exitio: passim vino, somnóq; per herbam
Corpora fusa vident.-- (*i. homines.*)
* Vnus homo, & vestris, ô cives, undiq; septus 783
Aggeribus tantas strages impunè per urbem
Ediderit? Iuvenum primos tot miserit Orco?
† Mortalem eripiam formam, magniq; jubebo 101
Æquoris esse Deas: qualis Nereïa Doto.
* Conciliúmq; vocat Divûm pater, atq; hominū rex. 10. Æn. 2
† O pater, ô hominum, Divûmq; æterna potestas. 18
* Edocet humanis quæ sit fiducia rebus. 152
† Tertius, ille hominū, Divûmque interpres Asylas.- 175
* Frons hominem præfert, in Pristin desinit alvus. 211
† --mortali urgemur ab hoste, 375
Mortales totidem nobis, animæque, manúsque.
* Nescia mens hominum fati, sortísq; futuræ, 501
Et servare modum rebus sublata secundis.

10. Æn. 719 † Graius homo.-- (Acron.)
758 * Dii Iovis in tectis iram miserantur inanem
Amborum, & tantos Mortalibus esse labores.
861 † Rhœbe, diù (res si qua diù Mortalibus ulla est)
Viximus.--
11. Æn. 182 * Aurora intereà miseris Mortalibus, almam
Extulerat lucem, referens opera, atque labores.--
725 † At non hæc nullis hominum sator, atq; Deorum
Observans oculis, summo sedet altus Olympo.
12. Æn. 28 * --idque omnes, Divíque, hominésq; canebant.
427 † Non hæc humanis opibus, non arte magistrâ:
Proveniunt.--
797 * Mortalin' decuit violari vulnere Divûm?
829 † Olli subridens hominum, rerúmque repertor.
839 * Supra homines, supra ire Deos pietate videbis.
850 † --acuúntq; metum Mortalibus ægris.
899 * Vix illud lecti bis sex cervice subirent,
Qualia nunc hominum producit corpora tellus.

HONOS, LAUS, DECUS, NOMEN; Gloria, Fama: Honoratus, Inclytus, Insignis, Honestus: Inglorius, Indecores; Dedecus.

4. Ecl. 48 AGgredere, ô magnos (aderit jam tēpus) honores;
5. Ecl. 4 Tu major, tibi me est æquum parére, Menalca.
10. Ecl. 24 † Venit, & agresti capitis Sylvanus honore.
1. Geor. 506 * --non ullus aratro Dignus honos, &c.
2. Geor. 393 † Ergo ritè suum Baccho dicemus honorem,
Carminibus patriis.--
462 * Manè salutantum totis vomit ædibus undam.
3. Geor. 292 † --& angustis hunc addere rebus honorem.
487 * Sæpe in honore Deûm medio stans hostia ad aram.
1. Æn. 49 † - aut supplex aris imponat honorem?
252 * Hic pietatis honos? sic nos in sceptra reponis?
334 † Tum Venus: haud equidem tali me dignor honore:
590 * --& lætos oculis afflarat honores.
608 † Semper honos, noménq; tuum, laudésq; manebūt.
639 * --simul Divûm templis indicit honorem.
735 † Dixit: & in mensa laticum libavit honorem.
3. Æn. 118 * Sic fatus, meritos aris mactavit honores.
264 † Numina magna vocat, meritósq; indicit honores;
406 * Ne qua inter sanctos ignes in honore Deorum

Hostilis facies occurrat, & omnia turbet.
* Quem Phœbi interpres multo compellat honore. 3. Æn. 474
† Iunoni Argivæ jussos adolemus honores. 547
* --perfecto lætus honore Anchisen facio certum. 1,6
† Iuppiter omnipotens, cui nunc Maurusia pictis 4. Æn. 206
Gens epulata toris, Lenæum libat honorem.
* Præterea fuit in tectis de marmore templum 457
Conjugis antiqui, miro quod honore colebat, &c.
† Iámque dies (n. fallor) adest, quē semper acerbum, 5. Æn 49
Semper honoratum (sic Dii voluistis) habebo.
* Ergo agite, & cuncti lætum celebremus honorem. 58
† Hoc magis incœptos genitori instaurat honores. 94
* Attulit ipse viris optatum casus honorem. 201
† Hi proprium decus, & partum indignantur honorem, 229
Ni teneant, vitámque volunt pro laude pacisci, &c.
* Ipsis præcipuè ductoribus addit honores. 249
† Irrisam sine honore ratem Sergestus agebat. 272
* Omnibus hic erit unus honos, tres præmia primi. 308
Accipient, flavâq; caput nectentur olivâ.
† Ereptúmque dolo reddi sibi poscit honorem. 342
* --frustráque ad præmia vênit 347
Vltima, si primi Salio reddantur honores.
† Sic ait (*Aeneas*) & geminū pugnæ proponit honorē. 365
Victori, velatum auro, vittísque juvencum.
* --non laudis amor, nec gloria cessit 394
Pulsa metu: sed enim gelidus tardante senectâ
Sanguis hebet, &c.
† --(nam te voluit rex magnus Olympi 533
Talibus auspiciis exortem ducere honorem.)
* Nec bonus Eurytion prælato invidit honori, &c. 541
† -- hinc maxima porrò 600
Accepit Roma, & patrium servavit honorem.
* Ægram indignantem, tali quòd sola careret 651
Munere, nec meritos Anchisæ inferret honores.
† Iámque dies epulata novem gens omnis, & aris 762
Factus honos, placidi straverunt æquora venti, &c.
* Per Graiûm populos, mediæq; per Elidis urbem 6. Æn. 588
Ibat ovans, Divûmq; sibi poscebat honorem.
† Et pater ipse suo, Superûm jam signat honore, 780
En hujus nate auspiciis illa inclyta Roma
Imperium terris, animos æquabit Olympo.
* Vincet amor patriæ, laudúmq; immensa cupido. 823
† Et nunc servat honos sedem, tuus, ossâq; nomen 7. Æn. 3

Hesperiâ in magnâ (si qua est ea gloria) signat.

7. Æn. 496 † Ipse etiam eximiæ laudis succensus amore
Ascanius, curvo direxit spicula cornu.

635 * Vomeris huc, & falcis honos, huc omnis aratri
Cessit amor.--

8. Æn. 61 † --mihi victor honorem Persolves.-- &c.

76 * Semper honore meo, semper celebrabere donis.

102 † Fortè die solennem illo Rex Arcas honorem
Amphitryoniadæ magno, Divísq; ferebat.

189 * Servati facimus, meritósq; novamus honores.

263 † Ex illo celebratus honos, lætique Minores
Servavêre diem.-- &c.

339 * Quàm memorant Nymphæ priscum Carmentis ho-[norem
Vatis fatidicæ.--

9. Æn. 205 † Est hic, est animus lucis contemptor, & istum
Qui vitâ, bene credit emi, quò tendis honorem.

405 * Astrorum decus, & nemorum Latonia custos.

10. Æn. 448 † Talibus & dictis it contra dicta Tyranni.
Aut spoliis ego jam raptis laudabor opimis,
Aut letho insigni, sorti pater æquus utrique est.

492 * Quisquis honos tumuli, quidquid solamē humādi est,
Largior.-- &c. (*Turnus de Pallante.*)

11. Æn. 51 † Nos juvenem exanimū, & nil jam Cœlestibus ullis
Debentem, vano mœsti comitamur honore.

60 * --& toto lectos ex agmine mittit
Mille viros, qui supremum comitentur honorem,

76 † Harum unam juveni supremum mœstus honorem
Induit, arsurásq; comas obnubit amictu.

124 * --ô famâ ingens, ingentior armis,
Vir Trojane, quibus cœlo te laudibus æquem?

207 † Cætera, confusæq; ingentem cædis acervum,
Nec numero, nec honore cremant.-- &c.

218 * Ipsum armis, ipsúmq; jubent decernere ferro,
Qui regnum Italiæ, & primos sibi poscat honores.

789 † Da pater hoc nostris aboleri dedecus armis.

793 * --patriam remeabo inglorius urbem.

845 † Non tamen indecorem tua te Regina relinquet
Extremâ jam in morte, nec hoc sine nomine lethum
Per gentes erit.--

12. Æn. 56 * Turne, per has ego te lacrymas, per si quis Amatæ
Tangit honos animum: spes tu nunc una senectæ,
Tu requies miseræ: decus, imperiúmq; Latini
Te penes.-- &c.

† Diva deam, stagnis quæ fluminibúsque sonoris Præsidet, hunc illi Rex ætheris altus honorem Juppiter, erepta pro virginitate, sacravit. 2. Æn. 139
* Térq; quatérq; manu pectus percussit honestum. 155
† (Iapis.) -- usúmque medendi Maluit, & mutas agitare inglorius artes. 396
* Nec numero inferior, pugnâ, nec honore recedes. 930
† -- túque optima ferrum Terra tene, colui vestros si semper honores, Quos contra Æneadæ bello fecêre profanos. 777
* Nec gens ulla tuos æquè celebrabit honores. 840
† Vtq; viro Phœbi chorus assurrexerit omnis. 6. Ecl. 66

v. Decus, Laus, Gloria.

HORA.

Hic alienus oveis custos bis mulget in hora. 3. Ecl. 5
* -- extremâ moriens tamen alloquor horâ. 8. Ecl. 20
† Inde ubi quarta sitim cœli collegerit hora. 3. Geor. 327
* -- nunquam te crastina fallet Hora. -- 1. Geor. 425
† Idem ambas ferro dolor, atque eadem hora tulisset. 4. Geor. 679
* Æquatæ spirant auræ, datur hora quieti. 5. Æn. 844
† Gallo, cujus amor tantum mihi crescit in horas. 10. Ecl. 73
* Libra diê somníque pares ubi fecerit horas. 1. Geor. 208
† Nox ruit, Ænea, nos flendo ducimus horas. 6. Æn. 539
* Quod surgente die mulsére, horísque diurnis. 3. Geor. 400
† Necdum orbem medium nox horis acta subibat. 3. Æn. 512

HORRENDUM, HORRENS, HORRIBILE, Horridum, Horrificum: Nefandum, Nefas, Infandum: Tremendum, Sacrum: Horresco, Exhorresco, Execror, &c.

Nec vates Helenus, cùm multa horrenda moneret, Hos mihi prædixit luctus. (*Æneas.*) 3. Æn. 712
* -- tum vox horrenda per auras Excidit, & Troum, Rutulorúmque agmina complet. 9. Æn. 112
† Ille simul manibus tendit divellere nodos, Clamores simul horrendos ad sydera tollit. 2. Æn. 220
* Vidit thuricremis cùm dona imponeret aris, (Horrendum dictu,) latices nigrescere sacros. 4. Æn. 453
† Horrendum stridens, flammísque armata Chimæra. 6. Æn. 288
* Ecce autem gemini à Tenedo tranquilla per alta (Horresco referens) immensos orbibus angues. &c. 2. Æn. 203
† At verò Æneas aspectu obmutuit amens, 4. Æn. 279

Arrectæq; horrore comæ, & vox faucibus hæsit.

2. Æn. 199 * Hic aliud majus miseris, multóq; tremendum
Objicitur magis, atq; improvida pectora turbat.

7. Æn. 73 † Visa, nefas, comprendere crinibus ignem.

8. Æn. 688 * Bactra vehit, sequitúrque (nefas) Ægyptia conjux.

10. Æn. 673 † Quósq;, nefas, omnes infandâ in morte reliqui.

1. Geor. 478 * -- pecudésq; loquutæ (Infandum) sistunt amnes. --

1. Æn. 251 † Navibus infandum, amissis unius ob iram.

8. Æn. 489 * At fessi tandem cives infanda furentem..

3. Æn. 620 † (Polyphemum.) -- Dii talem terris avertite pestem:
Nec visu facilis, nec dictu affabilis ulli.

6. Æn. 26 * Minotaurus inest, Veneris monimenta nefandæ.

10 Æn. 84 † Nos aliquid Rutulos contra juvisse nefandum est.

3. Æn. 653 * Addixi, satis est gentem effugisse nefandam

1. Æn. 543 † At sperate Deos, memores fandi, atque nefandi.

4. Æn. 497 * -- abolere nefandi Cuncta viri monimenta jubet. --

5. Æn. 785 † -- exedisse nefandis Vrbem odiis satis est. --

1. Geor. 277 * Eumenidésque satæ: tum partu terra nefando
Cæúmque, Iapetúmque creat, sævúmque Typhæa.

4. Æn. 563 † Illa dolos, dirúmq; nefas sub pectore versat.

3. Æn. 56 * -- quid non mortalia pectora cogis
Auri sacra fames? (*Id est, execranda.*)

3. Geor. 658 † Monstrũ horrendũ, informe, ingẽs, cui lumẽ adẽptũ.

3. Æn. 26 * Horrendum, & dictis video mirabile monstrum.

11. Æn. 271 † Nunc etiam horribili visu portenta sequuntur.

4. Æn. 442 * Ignémq;, horribilémq; feram, fluviúmq; liquentem.

3. Geor. 152 † Hoc quondam monstro horribiles exercuit iras.

4. Æn. 378 * Interpres Divûm fert horrida jussa per auras.

9. Æn. 306 † Dat Niso Mnestheus pellem horrentísque leonis.

4. Æn. 366 * -- duris genuit te cautibus horrens Caucasus. --

8. Æn. 435 † Ægidáq; horrificam, turbatæ Palladis arma.

3. Æn. 225 * At subitæ horrifico lapsu de mõtibus adsũt Harpyiæ.

12 Æn. 851 † Si quando lethum horrificum, morbósq; Deûm Rex
Molitur, meritas aut bello territat urbes.

3. Æn. 571 * Ipse sed horrificis juxta tonat Ætna ruinis.

6. Æn. 10 † Horrendæq; procul secreta Sibyllæ. (*i. venerandæ.*)

11. Æn. 507 * Turnus ad hæc, oculos horrendâ in virgine fixus,

7. Æn. 265 † Adveniat, vultus néve exhorrescat amicos.

2. Æn. 3 * Infandum Regina jubes renovare dolorem.

132 † Iámq; dies infanda aderat, mihi sacra parari.

3. Æn. 273 * Et terram altricem sævi execramur Vlyssis.

11. Æn. 217 † Dirum execrantur bellum, Turníq; Hymenæos.

v. Fas, Timor, Admirari.

HORTARI, EXHORTARI, ADMONERE, Acuere verbis, Suscitare, Stimulare, Incendere animum, Admonere, Tollere animos dictis, Accendere virtutem dictis, Instigare vocibus, Acuere: Hortator, Hortamen.

QVin age si quid habes, in me mora non erit ulla. 3. *Ecl.* 52
*Aggredere, ô magnos aderit jam tēpus, honores 4. *Ecl.* 48
† Nunc age, naturas apibus, quas Iuppiter ipse 4. *Geor.* 149
Addidit, expediam. --
*Duc, age, duc ad nos, fas illi limina Divûm 358
Tangere. --
† Incute vim ventis, submersásque obrue puppes 1. *Æn.* 69
Aut age diversas, aut disjice corpora ponto.
*O socii (neque enim ignari sumus antè malorum) 197
O passi graviora, dabit Deus his quoque finem.
Vos, & Scyllæam rabiem. -- &c.
† -- revocate animos, mœstúmq; timorem Mittite. 266
*Durate, & vosmet rebus servate secundis. 400
Perge modò, & quâ te ducit via, dirige gressum.
† Quare agite, ô tectis juvenes succedite nostris. 626
*Imò age, & à primâ dic hospes origine nobis. 752
† -- primúsque Timœtes 2. *Æn.* 32
Duci intra muros hortatur, & arce locari.
* -- hortamur fari, quo sanguine cretus. 74
† Talibus Otriadæ dictis, & numine Divûm 336
In flammas, & in arma feror. -- &c.
*Incipio super his: juvenes fortissima frustrà 348
Pectora, si vobis audentem extrema cupido
Certa sequi. --
† Sic animis juvenum furor additus, inde lupi ceu 355
Raptores atrâ in nebulâ. -- &c.
* -- atque ultrò verbis compellat amicis, 372
Festinate viri, nam quæ tam sera moratur
Segnities? alii rapiunt incensa. -- &c.
† O socii, quà prima, inquit, fortuna salutis 387
Monstrat iter, quáq; ostendit se dextra, sequamur:
Mutemus clypeos. -- &c.
* -- hîc Iuno Scæas sævissima portas 612
Prima tenet, sociúmq; furens à navibus agmen
Ferro accincta vocat. --
† Ipse pater Danaïs animos, virésque secundas. 617

Sufficit, ipſe Deos in Dardana ſuſcitat arma.

2. Æn. 619 * Eripe, Nate, fugam, finémque impone labori,
Nuſquam abero. -- &c.

638 † -- vos ô, quibus integer ævi
Sanguis, ait, ſolidæque ſuo ſtant robore vires,
Vos agitate fugam. -- (*Anchiſes.*)

707 * Ergo age, care pater, cervici imponere noſtræ:
Ipſe ſubibo humeris, nec me labor iſte gravabit.

732 † -- genitórq; per umbram
Proſpiciens, Nate, exclamat, fuge, Nate, propinquant.

3. Æn. 114 * Ergo agite, & Divûm ducunt quà juſſa, ſequamur.

128 † Nauticus exoritur vario certamine clamor,
Hortantur ſocii, Cretam proavóſque petamus.

134 * Hortor amare focos, arcémq; attollere tectis.

143 † Rurſus ad oráclum Ortygiæ, Phœbúmque remenſo
Hortatur pater ire mari, veniámq; precari.

169 * Surge, age, & hæc lætus longævo dicta parenti
Haud dubitanda refer - &c.

342 † Ecquid in antiquam virtutem, animóſq; viriles,
Et pater Æneas, & avunculus excitat Hector?

362 * Fare, age. -- -- quæ prima pericula vito,
Quídve ſequens tantos poſſim ſuperare labores.

461 † Hæc ſunt, quæ noſtrâ liceat te voce moneri,
Vade, age, & ingentem factis fer ad æthera Trojam.

608 * -- qui ſit, fari, quo ſanguine cretus,
Hortamur, quæ deinde agitet fortuna, fateri.

639 † Sed fugite, ô miſeri, fugite, atque ab littore funem
Rumpite. --

4. Æn. 222 * Tum ſic Mercurium alloquitur, ac talia mandat:
Vade, age, Nate voca Zephyros, & labere pennis.

569 † Eia, age, rumpe moras -- (*Mercurius Æneæ.*)

574 * Feſtinare fugam, tortóſq; incidere funes;
Ecce iterum ſtimulat Deus æthere miſſus ab alto.

5. Æn. 58 † Ergo agite & cuncti lætum celebremus honorem.

176 * Ipſe gubernáclo rector ſubit, ipſe magiſter,
Hortatúrque viros, clavúmque ad littora torquet.

188 † At mediâ ſocios incedens nave per ipſos
Hortatur Mneſtheus, Nunc, nunc inſurgite remis
Hectorei ſocii, Trojæ quos ſorte ſupremâ
Delegi comites: nunc illas promite vires,
Nunc animos, quibus in Getulis Syrtibus uſi.

197 * (*Effectus.*) -- olli certamine ſummo
Procumbunt: vaſtis tremit ictibus ærea puppis.

† Quin agite, & mecum infaustas exurite puppes. 5. *Æn.* 635

* Isque his Æneam solatus vocibus, infit: 708
Nate Deâ, quò fata trahunt, retrahúntque, sequamur,
Quidquid erit, superanda omnis fortuna ferendo est,
Est tibi Dardanius divinæ stirpis Acestes:
Hunc cape consiliis socium, & conjunge volentem. &c

† Talibus incensus dictis senioris amici, &c. 719

* Tu, ne cede malis, sed contrà audentior ito, 6. *Æn.* 95
Quàm tua te fortuna sinet: via prima salutis.

† --procul, ô, procul este profani, 258
Conclamat vates, totóque absistite luco.

* Quid moror? irrumpunt thalamo, comes additur unà 528
Hortator scelerum Æolides. --

† -- Phlegyásque miserrimus omnes 618
Admonet, & magnâ testatur voce per umbras:
Discite justitiam moniti, & non temnere Divos.

* Incendítq; animum famæ venientis amore. 889

† Quare agite, & primo læti cum lumine Solis 5. *Æn.* 130
Quæ loca, quíve habeant homines, ubi mœnia gentis
Vestigemus. --

* Quam Iuno his acuit verbis, ac talia fatur, 330
Hunc mihi da proprium, virgo sata Nocte, laborem:
Tu potes unanimeis armare in prælia fratres,
Atque odiis versare domos. -- &c.

† Sanguineam torquens aciem, torvúmque repentè 399
Clamat: Io, matres audite ubi quæque Latinæ,
Si qua piis animis manet infelicis Amatæ
Gratia, si juris materni cura remordet.
Solvite crinales vittas, capite Orgia mecum.
Reginam Alecto stimulis agit undique Bacchi.
Postquàm visa satis primos acuisse furores,
Consiliúmque, omnémque dolum vertisse Latini.

* Et juveni ante oculos his se cum vocibus offert. 420
Turne, tot incassum fusos patière labores?
Et tua Dardaniis transcribi sceptra colonis?
Rex tibi conjugium, & quæsitas sanguine dotes
Abnegat, externúsque in regnum quæritur hæres.
I nunc, ingratis offer te irrise periclis:
Tyrrhenas, i, sterne acies, rege pace Latinos:
Quare age, & armari pubem, portísque moveri
Lætus in arma para. -- Cælestûm, vis magna jubet. --

† Movit agros, curis acuens mortalia corda 1. *Geor.* 123

* Auditísque lupos acuunt balatibus agni. 4. *Geor.* 435

† Discurrunt, magnísque acuunt stridoribus iras. 12. *Æn* 590

7. Æn. 472 † Certatim sese Rutuli exhortantur in arma :
Hunc decus egregium formæ movet, atque juventæ :
Hunc atavi Reges, hunc claris dextera factis,
Dum Turnus Rutulos animis audacibus implet.

8. Æn. 499 * -- ô Mæoniæ delecta Iuventus,
Flos veterum, virtúsq; virûm, quos justus in hostem
Fert dolor, & meritâ accendit Mezentius irâ :
Nulli fas Italo tantam subjungere gentem,
Externos optate duces : tum Hetrusca resedit
Hoc acies campo monitis exterrita Divûm.
Ipse Oratores ad me, regníque coronam
Cum sceptro misit mandátque insignia Tarchon.

510 † Gnatum exhortarer, ni mistus matre Sabellâ,
Hinc partem patriæ traheret ; tu, cujus & annis,
Et generi fatum indulget ; Quem Numina poscunt,
Ingredere, ô Teucrûm, atq; Italûm fortissime ductor :
Hunc tibi præterea, spes, & solatia nostri,
Pallanta adjungam. --

611 * Talibus affata est dictis, séque obtulit ultrò,
En perfecta mei promissâ conjugis arte
Munera : ne mox, aut Laurentes, Nate, superbos,
Aut acrem dubites in prælia poscere Turnum.

9. Æn. 12 † Quid dubitas? nũc tẽpus equos, nunc poscere currus ;
Rumpe moras omneis, & turbata arripe castra.

37 * Ferte citi ferrum, date tela, scandite muros,
Hostis adest, eia, ingenti clamore per omnes.

126 † At non audaci cessit fiducia Turno,
Vltrò animos tollit dictis, atque increpat ultrò,
Trojanos hæc monstra petunt : his Iuppiter ipse
Auxilium solitum eripuit. --

146 * Sed vos, ô lecti, ferro quis scindere vallum
Apparat? & mecum invadit trepidantia castra ?
Non armis mihi Vulcani, non mille carinis
Est opus in Teucros : addant se protinus omnes
Hetrusci socios. --

462 † Turnus in arma viros, armis circumdatus ipse
Suscitat, ærátásque acies in prælia cogit
Quisque suas, variísque acuunt rumoribus iras.

156 * Nunc adeò, melior quoniam pars acta diei,
Quod superest, læti benè gestis corpora rebus
Procurate viri, & pugnam sperate parati.

640 † Nube sedens, atque his victorem affatur Iülum,
Macte novâ virtute puer, sic itur ad astra,
Diis genite, & geniture Deos. --

† (*Iupiter.*) -- incipit ipse, 10. *Æn.* 5.
Cœlicolæ magni, quænã sententia vobis Visa retrò?--
* Adveniet justum pugnæ (ne accersite) tempus. 11
† Nunc finite, & placidum læti componite fœdus. 15
* Vltrò animos tollit dictis, atque increpat ultrò, 278
Quod votis optastis, adest, perfringere dextrâ;
In manibus Mars ipse, viri: nunc conjugis esto
Quisque suæ, tectíque memor: nunc magna referto
Facta patrum, laudes: ultrò curramus ad undam,
Dum trepidi, egressíque labant vestigia prima.
Audentes fortuna juvat. --
† Advertit subitò proras, sociósque precatur, 293
Nunc ô lecta manus, validis incumbite remis,
Tollite, ferte rates, inimicam findite rostris
Hanc terram, sulcúmque sibi premat ipsa carina.
* (*Eff. Aut.*) --quæ talia postquàm 298
Effatus Tarchon, socii consurgere tonsis,
Spumantésque rates, arvis inferre Latinis.
† Vt vidit Pallas Latio dare terga sequaci, 365
Aspera queis natura loci dimittere quando
Suasit equos: unum quod rebus restat egenis,
Nunc prece, nunc dictis virtutem accendit amaris:
Quò fugitis, socii? per vos, & fortia facta,
Per ducis Evandri nomen, devictáque bella,
Spémq; meam, patriæ quæ nunc subit æmula laudis,
Fidite ne pedibus, ferro rumpenda per hostes
Est via, quà globus ille virûm densissimus urget.
Hac vos, & Pallanta ducem patria alta reposcit.
Numina nulla premunt: mortali urgemur ab hoste
Mortales, totidem nobis animæque, manúsque;
Ecce maris magno claudit nos obice pontus:
Deest jam terra fugæ, pelago Trojámne petemus?
* Tum socios (námq; omnis eum stipata tegebat 11. *Æn.* 12.
Turba ducum) sic incipiens hortatur ovanteis,
Maxima res effecta viri, timor omnis abesto,
Quod superest, hæc sunt spolia. -- &c.
† Aut si fama movet, & si tantum pectore robur 368
Concipis, & si adeò dotalis Regia cordi est,
Aude, atque adversum fidens fer pectus in hostem.
* Sin & Trojanis cum multo gloria venit 421.
Sanguine: súntque illis sua funera, párq; per omneis
Tempestas: cur indecores in limine primo
Deficimus? cur ante tubam tremor occupat artus?

Multa dies, variúsque labor mutabilis ævi
Rettulit in melius: multos alterna revisens
Lusit, & in solido rursus fortuna locavit:
Non erit auxilio nobis Ætolus, & Arpi?
At Messapus erit, & felix Tolumnius. -- &c.

11. Æn. 609 † -- subitò erumpunt clamore, frementésque
Exhortantur equos. --

520 * Sic ait, & paribus Messapum in prælia dictis
Hortatur, sociósque duces, & pergit in hostem.

502 † Turne, sui meritò, si qua est fiducia forti,
Audeo, & Æneadum promitto occurrere turmæ,
Soláque Tyrrhenos equites ire obvia contrà,
Me sine prima manu tentare pericula belli:
Tu pedes ad muros subsiste, & mœnia serva.
Tyrrhenum genitor Tarchontem in prælia sæva
Suscitat & stimulis haud mollibus incitat iras.

727 * Ergo inter cædes, cedentiáque agmina Tarchon
Fertur equo, variísque instigat vocibus alas,
Nomine quemque vocans, reficítque in prælia pulsos,
Quis metus, ô nunquam dolituri, ô semper inerteis
Tyrrheni, quæ tanta animis ignavia vênit?
Fœmina palantes agit, atque hæc a mina vertit?

735 † Quò ferrum, quídve hæc geritis tela irrita dextris?
At non in Venerem segnes, nocturnáque bella:
Aut ubi curva choros indixit tibia Bacchi,
Expectare dapes, & plenæ pocula mensæ.
Hic amor hoc studium, dum sacra secundus aruspex
Nunciet ac lucos vocet hostia pinguis in altos.
Hæc effatus, equum in medios moriturus, & ipse
Concitat, & Venulo adversum se turbidus infert.

12. Æn. 138 * Extemplò Turni sic est affata sororem
Diva Deam, stagnis, quæ fluminibúsque sonoris
Præsidet. --

142 † Nympha, decus fluviorum, animo gratissima nostro,
Scis ut te cunctis unam, quæcunque Latinæ,
Magnanimi Iovis ingratum ascendêre cubile,
Prætulerim, cœlíque libens in parte locârim:
Disce tuum, ne me incuses, Iuturna, dolorem.

152 * Tu pro germano, si quid præsentius audes,
Perge, decet: forsan miseros meliora sequentur.
Vix ea, cùm lacrymas oculis Iuturna profudit:
Non lacrymis hoc tempus, ait Saturnia Iuno:
Accelera, & fratrem, si quis modus, eripe morti.

Aut tu bella cie, conceptúmque excute fœdus:
Autor ego audendi. Sic exhortata reliquit
Incertam, & tristi turbatam vulnere mentis.
† Rumoréſque ſerit varios, ac talia fatur: 12. Æn. 228
Non pudet, ô Rutuli, cuncti pro talibus unam
Objectare animam? Numeróne, an viribus æqui
Non ſumus? en omnes, & Troës, & Arcades hîc ſunt,
Fataliſque manus, infenſa Hetruria Turno.
Vix hoſtem, alterni ſi congrediamur, habemus.
Ille quidem ad ſuperos, quorum ſe devovet aris,
Succedet famâ, vivúſque per ora feretur:
Nos patriâ amiſsâ dominis parere ſuperbis
Cogemur, qui nunc lenti conſedimus arvis.
Talibus incenſa eſt juvenum ſententia dictis,
Iam magis, atq; magis, ſerpítq; per agmina murmur.
Ipſi Laurentes mutati, ipſíque Latini,
Qui ſibi jam requiem pugnæ, rebúſque ſalutem
Sperabant, nunc arma volunt, fœdúſque precantur
Infectum. --
* Hoc erat, hoc votis, inquit, quod ſæpè petivi: 259
Accipio, agnoſcóque Deos: me me duce ferrum
Corripite, ô Rutuli, quos improbus advena bello
Territat invalidas ut aves, & littora veſtra
Vi populat: petet ille fugam, penitúſque profundo
Vela dabit: vos unanimi denſate catervas,
Et Regem vobis pugnâ defendite raptum.
Dixit, & adverſos telum contorſit in hoſtes
Procurrens. -- (*Turnus.*)
† At pius Æneas dextram tendebat inermem, 311
Nudato capite, atque ſuos clamore vocabat:
Quò ruitis, quæve iſta repens diſcordia ſurgit?
O cohibete iras: ictum jam fœdus, & omnes
Compoſitæ leges: mihi jus concurrere ſoli,
Me ſinite, atque auferte metus, ego fœdera faxo
Firma manu: Turnum jam debent hæc mihi ſacra.
* Poſtquàm habili lateri clypeus, loricáque tergo eſt, 432
Aſcanium fuſi circum complectitur armis,
Summáque per galeam delibans oſcula, fatur:
Diſce puer virtutem ex me, verúmque laborem,
Fortunam ex aliis: nunc te mea dextera bello
Defenſum dabit & magna inter præmia ducet:
Tu facito mox, cùm matura adoleverit ætas
Sis memor, & te animo repetentem exempla tuorum,

Et pater Æneas, & avunculus excitet Hector.

12. Æn. 564 † -- celso medius stans aggere fatur: (*Æneas.*)
Ne qua meis esto dictis mora: Iuppiter hàc stat:
Neu quis ob inceptum subitum mihi segnior ito.
Vrbem hodie causam belli, regna ipsa Latini.
Ferte faces properè, fœdúsque reposcite flammis.
Dixerat: atque animis pariter certantibus omnes
Dant cuneum, densâque ad muros mole feruntur,
Scalæ improvisò, subitúsque apparuit ignis.

625 * Talibus occurrit dictis: hàc, Turne, sequamur
Trojugenas, quà prima viam victoria pandit,
Sunt alii, qui tecta manu defendere possunt,
Et nos sæva manu mittamus funera Teucris:
Nec numero inferior, pugnâ, nec honore recedes.

676 † Iam jam fata, soror, superant, absiste morari:
Quò Deus, & quò dura vocat fortuna, sequamur.
Stat conferre manum Æneæ, stat quidquid acerbũ est
Morte pati: nec me indecorem germana videbis
Ampliùs: hunc, oro, sine me furere antè furorem.
Dixit, & è curru saltum dedit ocyùs arvis. &c.

691 *Significátque manu, & magno simul incipit ore:
Parcite jam Rutuli, & vos tela inhibete Latini,
Quæcunque est fortuna, mea est, me verius unum
Pro vobis fœdus luere, & decernere ferro.
Discessêre omnes medii, spatiúmque dedêre.

758 † Ille simul fugiens, Rutulos simul increpat omneis,
Nomine quemque vocans, notúmque efflagitat ensem,
Æneas mortem contrà, præsénsque minatur
Exitium, si quisquam adeat. --

763 * Quæ jam finis erit, conjunx? quid denique restat?
Desine jam tandem, precibúsque inflectere nostris:
Nec te tantus edat tacitam dolor.- (*Iupiter Iunoni.*)

HOSPES, HOSPITA, HOSPITIVM, Inhospita: Advena, Peregrinus, Externus.

1. Ecl. 79 Hic tamen hac mecum poteris requiescere nocte
Fronde super viridi: sunt nobis mitia poma &c.

1. Æn. 297 † Vt terræ, útque novæ pateant Carthaginis arces
Hospitio Teucris: ne fati nescia Dido Finibus arceret.

4. Æn. 591 * Hic, ait, & nostris illuserit advena regnis.

1. Æn. 538 † Quod genus hoc hominũ, quæve hunc tãbarbara morẽ
Permittit patria? hospitio prohibemur arenæ;

Bella cient, primâque vetant consistere terrâ.
† Vultis & hic mecum pariter considere regnis, 1. Æn. 575
Vrbem quam statuo, vestra est: subducite classem:
Tros, Tyriúsque mihi nullo discrimine agetur.
* Omnibus exhaustos jam casibus, omnium egenos 599
Vrbe, domo, socias. -
† Sic memorat, simul Ænean in regia ducit Tecta. -- 6 0
* Quare agite, ô tectis juvenes succedite nostris. 9:6
† Iuppiter, hospitibus, nam te dare jura loquuntur 730
Hunc lætum Tyriisque diem, Trojâque profectis
Esse velis. --
* Terra procul vastis colitur Mavortia campis: 3. Æn. 13
Hospitium antiquum Trojæ, sociíque Penates.
† Puppibus unda prius, patulis nunc hospita plaustris. 3. Geor. 361
* Et pater Anchise bellum, ô terra hospita, portas. 3. Æn. 539
† Caussa mali tanti conjux, iterùm hospita Teucris. 6. Æn. 93
* -- quò tutior hospita lustres æquora. -- 3. Æn. 377
† Res Agamemnonias, victriciáq; arma sequutus 3. Æn. 54
Fas omne abrumpit, Polydorum obtruncat, & auro
Vi potitur. Quid non mortalia pectora cogis Auri. -
* Omnibus idem animus sceleratâ excedere terrâ, 60
Linquere pollutum hospitiũ, & dare classibus Austros.
† Huc feror: hæc fessos tuto placidissima portu 78
Accipit, egressi veneramur Apollinis urbem.
Rex Anius, Rex idem hominum, Phœbiq; Sacerdos
Occurrit. --
Iungimus hospitio dextras, & tecta subimus,
Templa Dei saxo venerabar structa vetusto.
* Necnon & Teucri sociâ simul urbe fruuntur: 352
Illos porticibus Rex accipiebat in amplis,
Aulai in medio libabant pocula Bacchi,
Impositis auro dapibus, paterásque tenebant.
† Quis novus hic nostris successit sedibus hospes? 4. Æn. 10
* -- sacrísque litatis 50
Indulge hospitio, causásque innecte morandi,
Dum pelago desævit hyems. --
† At procul excelso miratus vertice montis 5. Æn. 35
Adventum, sociásque rateis, occurrit Acestes:
Gratatur reduces, & gazâ lætus agresti
Excipit, ac fessos opibus solatur amicis.
* Quippe domũ timet ambiguam, Tyriósq; bilingues 1. Æn. 665
Vrit atrox Iuno. --
† Hunc Phœnissa tenet Dido, blandísque moratur 669

Vocibus, & vereor quò se Iunonia vertant
Hospitia: haud tanto cessabit cardine rerum.

7. Æn. 202 † Ne fugite hospitium, néve ignorate Latinos,
Saturni gentem haud vinclo, nec legibus æquam,
Sponte suâ, veterísq; Dei se more tenentem.

264 * Si jungi hospitio properat, sociúsve vocari.

8. Æn. 359 † Talibus inter se dictis ad tecta subibant
Pauperis Evandri, passimq; armenta videbant,
Romanóque foro, & lautis mugire Carinis.
Vt ventum ad sedes: hæc, inquit, limina victor
Alcides subiit, hæc illum Regia cepit:
Aude hospes contemnere opes, & te quoque dignum
Finge Deo, rebúsque veni non asper egenis.
Dixit, & angusti subter fastigia tecti
Ingentem Æneam duxit, stratísq; locavit
Effultum foliis, & pelle Libystidis ursæ.

9. Æn. 361 * Quæ mittit dona hospitio cùm jungeret absens.

10. Æn. 460 † Per patris hospitium, & mensas quas advena adisti;
Te precor, Alcide, cœptis ingentibus adsis.

494 * -- haud illi stabunt Æneïa parvo
Hospitia. -- (*Turnus de Pallante.*)

516 † -- in ipsis
Omnia sunt oculis: mensæ quas advena primus
Tunc adiit, dextræque datæ. --

11. Æn. 113 * -- Rex nostra reliquit
Hospitia, & Turni potiùs se credidit armis:

164 † Nec vos arguerim, Teucri, nec fœdera, nec quas
Iunximus hospitio dextras. --

567 * Non illum tectis ullæ, non mœnibus urbes
Accepêre. --

4. Æn. 41 † Et Numidæ infræni cingunt, & inhospita Syrtis.

5. Æn. 627 * Cùm freta, cùm terras omnes, tot inhospita saxa.

v. Habitare, & Domus.

HOSTIÆ, VICTIMÆ, PIACVLA, Immolare, Litare, Mactare, Iugulare, Cædere, Facere vitulâ, Lustrare, Dicare.

1. Geor. 345 TErque novas circum felix eat hostia fruges,
Omnis quam chorus, & socii comitentur ovantes.

3. Geor. 487 † Sæpè in honore Deûm medio stans hostia ad aram.

1. Æn. 337 * Multa tibi ante aras nostrâ cadet hostia dextrâ.

† Hic

† Hîc amor, hoc studium dum sacra secundus Aruspex 11.Æn 739
Nunciet, ac lucos vocet hostia pinguis in altos.
* Testor numen, ait, vos aræ, ensésque nefandi, 2.Æn.155
Quos fugi, vittæque Deûm, quas hostia gessi, &c.
† Iámque dies infanda aderat, mihi sacra parari, 132
Et salsæ fruges, & circum tempora vittæ.
* Sanguine placastis ventos, & virgine cæsâ. 116
† (*Æneas.*) — Sulmone creatos 10.Æn.517
Quattuor hîc Iuvenes totidem, quos educat Vfens,
Viventes rapit inferias, quos immolet Vmbris,
Captivóque rogi perfundat sanguine flammas.
* Matres, atque viri, defunctáque corpora vitâ. 6.Æn.308
† Magnanimûm Heroûm pueri, innupt[illegible] puellæ, 4.Geo.475
Impositíque rogis juvenes, ante ora parentum.
* — Pallas te hoc vulnere, Pallas 12.Æn.948
Immolat, & pœnam scelerato ex sanguine sumit.
† Vinxerat & post terga manus quos mitteret Vmbris 11.Æn.81
Inferias; cæso sparsuros sanguine flammas.
* Hoc habet, hæc melior magnis data victima Divis. 12.Æn.296
† Quamvis multa meis exiret victima septis. 5. Ecl.34
* Hanc tibi Erix meliorem animam pro morte Daretis 5.Æn.483
Persolvo. -- (*Entellus de bove.*)
† -- animâque litandum Argolicâ.-- 2.Æn.118
* Dic corpus properet fluviali spargere lymphâ, 4.Æn.636
Et pecudes secum, & monstrata piacula ducat.
† Duc nigras pecudes, ea prima piacula sunto. 6.Æn.153
* Sic fatus meritos aris mactavit honores, &c. 3. Æn. 118
Nigram Hyemi pecudem, Zephyris fœlicibus albam.
† Nigrarum multo pecudum te sanguine ducet. 6.Æn.736
* --raptásque ex omnibus agris 11.Æn. 198
In flammam jugulant pecudes. --
† -- tum ritè sacratas in flammam jugulant pecudes.- 12.Æn.213
* --pecudúmque cruore 4.Æn. 20
Pingue solum, & variis florentia limina sertis.
† Tertius hîc hominum, Divûmque interpres Asylas, 10. Æn.175
Cui pecudum fibræ, cœli cui sydera parent.
* Dant fruges manibus salsas, & tempora ferro 12.Æn.173
Summa notant pecudum, paterísque altaria libant.
† Mactat sacra ferens, & cum grege sistit ad aram. 8.Æn.85
* --purâque in veste Sacerdos 12.Æn.169
Setigeræ fœtum suis, intonsámque bidentem
Attulit, admovitque pecus flagrantibus aris.
† --totidem lectas de more bidentes. 6.Æn.39

7.*Æn.* 93 * Centum lanigeras mactabat rite bidentes.
8.*Æn.* 542 † Et primùm Herculeis sopitas ignibus aras
Lætus adit, mactat lectas de more bidentes.
1.Ecl.7. * Námque erit ille mihi semper Deus, illius aram
Sæpè tener nostris ab ovilibus imbuet agnus.
5.*Æn.* 772 † Tres Eryci vitulos, & tempestatibus agnam
Cædere deinde jubet. -- (*Æneas*.)
6.*Æn.*249 * --atri velleris agnam Ense ferit.--
4.*Geo.* 546 † Et nigram mactabis ovem lucúmque revises,
Placatam Eurydicen vitulâ venerabere cæsâ.
7.*Æn.*86. * -- hùc dona Sacerdos
Contulit, & cæsarum ovium sub nocte silenti
Pellibus incubuit stratis, somnósque petivit.
175 † Hæ sacris sedes epulis, hîc ariete cæso.
2.*Æn.*201 * Solennes taurum ingentem mactabat ad aras.
3.*Æn.* 20 † (*Æneas*.) superóque nitentem
Cœlicolûm Regi mactabam in littore taurum.
118 * Sic fatus, meritos aris mactavit honores:
Taurum Neptuno, taurum tibi pulcher Apollo.
5.*Æn.*234 † Dii, quibus imperium pelagi, quorum æquora curro,
Vobis lætus ego candentem in littore taurum
Constituam.-- (*Cloanthus*.)
2.*Geo.*146 * Hinc albi Clitumne greges, & maxima taurus
Victima, sæpè tuo perfusi flumine sacro
Romanos ad templa Deûm duxêre triumphos.
6.*Æn.*253 † Tum Stygio Regi nocturnas inchoat aras,
Et solida imponit taurorum viscera flammis.
8.*Æn.* 180 * Viscera tosta ferunt taurorum, oneránt que canistris.
4.*Geo.*538 † Quatuor eximios præstanti corpore tauros,
Qui tibi nunc viridis depascunt summa Lycæi,
Delige, & intactâ totidem cervice juvencos.
Quatuor his aras alta ad delubra Dearum
Constitue, & sacrum jugulis demitte cruorem,
Corporáque ipsa boûm frondoso desere luco.
1.*Æn.*719 * Ante aras terram cæsi stravêre juvenci.
3.*Æn.* 369 † Hîc Helenus cæsis primùm de more juvencis.
3.*Geo.*21 * --jam nunc solennes ducere pompas
Ad delubra juvat, cæsósque videre juvencos.
9.*Æn.* 628 † Et statuam ante aras auratâ fronte juvencum
Candentem, paritérque caput cum matre ferentem.
Iam cornu petat, & pedibus qui spargat arenam.
6.*Æn.*243 * Quatuor hîc primùm nigrantes terga juvencos
Constituit, frontíque invergit vina Sacerdos.

† Tum vitulus bimâ curvans jam cornua fronte — 4. Geor. 299
Quæritur, huic geminæ nares, & spiritus oris
Multa reluctanti obstruitur, plagísque perempto
Tonsa per integram solvuntur viscera pellem.
* Cùm faciam vitulâ pro frugibus, ipse venito. — 3. Ecl. 77.
† Ipse tenens dextrâ pateram pulcherrima Dido — 60
Candentis vaccæ media inter cornua fundit.
* Ense ferit, sterilémque tibi, Proserpina, vaccam. — 6. Æn. 251
† Quæsitas ad sacra boves Iunonis, &c. — 3. Geor. 533
* Multâ boûm circa mactantur corpora morti. — 11. Æn. 197
† Vescitur Æneas simul, & Trojana juventus — 8. Æn. 180
Perpetui tergo bovis, & lustralibus extis.
* Non aliam ob culpam Baccho caper omnibus aris — 2. Geor. 380
Cæditur, & veteres ineunt proscenia Ludi.
† Læta boûm passim campis armenta videmus, — 3. Æn. 220
Caprigenúmque pecus nullo custode per herbam;
Irruimus ferro, & Divos, ipsúmque vocamus, &c.
* Erg ritè suum Baccho dicemus honorem, — 2. Geor. 393
Et ductus cornu stabit sacer hircus ad aram.
† Candida per sylvam cum fœtu concolor albo — 8. Æn. 82
Procubuit, viridíque in littore conspicitur sus,
Quam pius Æneas, tibi enim, tibi maxima Iuno,
Mactat, sacra ferens, & cum grege sistit ad aram.
* -- cædit quinas de more bidentes, — 5. Æn. 96
Tótque sues, totidem nigrantes terga juvencos.
† Multa boûm circa mactantur corpora morti, — 11. Æn. 197
Setigerósque sues, raptásque ex omnibus agris, &c.
* Procedunt castris, puràque in veste Sacerdos — 12. Æn. 170
Setigeræ fœtum suis, intonsámque bidentem
Attulit, admovítque pecus flagrantibus aris.
† Armati Iovis ante aras, paterásque tenentes — 8. Æn. 640
Stabant, & cæsâ jungebant fœdera porcâ.

v. Sacerdos, & Sacrificare.

HOSTIS, HOSTILIS, *Inimicus.*

Ipse hostis Teucros insigni laude ferebat. — 2. Æn. 629
* Hostis habet muros, ruit alto à culmine Troja. — 2. Æn. 290
† --miserebitur hostis, Exuviásque feret. — 645
* Hinc Agamemnonius Trojani nominis hostis. — 7. Æn. 728
† Ferte citi ferrum, date tela, scandite muros: — 9. Æn. 37
Hostis adest: eia, ingenti clamore per omnes

Condunt se Teucri portas, & mœnia complent.

10. Æn. 26 *-- muris iterum imminet hostis Nascentis Trojæ:--

900 †Hostis amare, quid increpitas, mortémque minaris?

11. Æn. 304 * Cogere concilium cùm muros obsidet hostis.

12. Æn. 302 † Cæsariem lævâ turbati corripit hostis.

894 * Ille caput quassans, Non me tua fervida terrent Dicta ferox: Dii me terrent, & Iuppiter hostis.

9. Ecl. 44 † Nunc insanus amor duri me Martis in armis, Tela inter media, atque adversos detinet hostes.

1. Geor. 119 * Quamvis sæpè fugâ versos ille egerit hostes.

3. Geor. 235 † Pòst, ubi collectum robur, viréisque receptæ, Signa movet, præcépsque oblitum fertur in hostem.

31 * Et duo rapta manu diverso ex hoste trophæa.

4. Geor. 75 † Miscentur, magnísque vocant clamoribus hostem.

3. Geor. 346 * Injusto sub fasce viam cùm carpit, & hosti Antè expectatum positis stat in agmine castris.

513 † Dii meliora piis, errorémque hostibus illum.

2. Æn. 507 * Vrbis ubi captæ casum, convulsáque vidit Limina tectorum, & medium in penetralibus hostem.

358 † -- per tela, per hostes Vadimus haud dubiam in mortem.--

1. Æn. 382 * Sum pius Æneas, raptos qui ex hoste Penates Classe veho mecum.--

2. Æn. 390 † Aptemus, dolus, an virtus, quis in hoste requirat?

540 * At non ille, satum quo te mentiris, Achilles Talis in hoste fuit Priamo: sed jura, fidémque Supplicis erubuit, corpúsque exangue sepulcro Reddidit Hectoreum, meque in mea regna remisit.

511 † Cingitur, ac densos fertur moriturus in hostes.

632 * Descendo, ac ducente Deô flammam inter & hostes Expedior, dant tela locum, flammæque recedunt.

3. Æn. 123 † Hoste vacare domos, sedésque astare relictas.

283 * -- juvat, mediósque fugam tenuisse per hostes.

4. Æn. 424 † I, soror, atque hostem supplex affare superbum.

549 * His germana malis oneras, atque objicis hosti.

668 † Tecta fremunt, resonat plangoribus æther, Non aliter, quàm si immissis ruat hostibus omnis Carthago, aut antiqua Tyros, flammæque furentes.

5. Æn. 632 * O patria, & rapti nequicquam ex hoste Penates!

671 † Heu miseræ cives! non hostem, inimicáque castra Argivûm, vestras spes uritis: en ego vester.

6. Æn. 11. * Eripui his humeris, medióque ex hoste recepi.

880 † Obvius armato, seu cùm pedes iret in hostem.

† O sate gente Deûm, Trojanam ex hostibus urbem 8. *Æn.*35
Qui revehis nobis, æternáque Pergama servas.
* Tutari Italiam, detrudere finibus hostem. 7. *Æn.*469
† Flos veterum, virtúsq; virûm, quos justus in hostem 8. *Æn.* 500
Fert dolor, & meritâ accendit Mezentius irâ.
* Armatique cavis expectant turribus hostem. 9. *Æn.*46.
† Condidit adverso, & moriens animam abstulit hosti. 443
* Nisus abit, jámque imprudens evaserat hostes. 386
† Eripere, an sese medios moriturus in hostes 400
Inferat, & pulchram properet per vulnera mortem.
* Quem circû glomerati hostes, hinc cominus, atq; hinc 440
Proturbant. --
† Haud aliter Iuvenis medios moriturus in hostes 559
Irruit: ut fera, quæ densâ venantum septa coronâ.
* Quin etiam bis tum medios invaserat hostes. 798
† Numina nulla premunt: mortali urgemur ab hoste 10. *Æn.* 375
Mortales, totidem nobis animæque manúsque.
* Hæc ait, & medius densos prorumpit in hostes. 379
† Facta viri, mistus dolor, & pudor armat in hostes. 398
* Sic ruit in densos alacer Mezentius hostes. 729
† Experiare licet, nec longè scilicet hostes 11. *Æn.*387
Quærendi nobis, circumstant undique muros:
Imus in adversos? quid cessas? an tibi Mavors.
* Ingruere infensos hostes, & Marte secundo 899
Omnia corripuisse, metum jam ad mœnia ferri.
† Dixit, & adversos telum contorsit in hostes. 12. *Æn.* 266
* Conclamat, primúsque animos accendit in hostes. 426
† Ipse neque adversos dignatur sternere morti. 464
* Bis jam Italos hostes, hæc altera fœdera rumpi. 582
† -- medios volat ecce per hostes 650
Vectus equo spumante Sages. --
* Perque hostes, per tela ruit. -- 682
† Hostilem ad tumulum Trojæ sub mœnibus altis. 3. *Æn.*322
* Et terram hostilem moriens petit ore cruento. 10. *Æn.*869
† Vt per me hostili pateret succedere dextræ. 847
* Indutósque jubet truncos hostilibus armis, 11. *Æn.* 84
Ipsos ferre duces, inimicáque nomina figi.
† Ne qua inter sanctos ignes in honore Deorum, 3. *Æn.* 406
Hostilis facies occurrat, & omnia turbet.
* Inclusus muris, hostilíque aggere septus. 11. *Æn.* 398
† Ni me, quæ Salium fortuna inimica tulisset. 5. *Æn.*356
* Tandem proripuit sese; atque inimica refûgit. 6 *Æn.* 472
† Talibus Æneas ardentem, & torvà tuentem. 467

Lenibat dictis animum, lacrymásque ciebat.
Illa solo fixos oculos aversa tenebat. *Dido.*

1.*Æn.*117 * Trojugenas, ac tela vides inimica Latinis.
4.*Æn.* 656 † Vlta virum pœnas inimico à fratre recepi.
8.*Æn.* 375. * -- casuráſque inimicis ignibus arces.
9.*Æn.*315 † Castra inimica petunt. --
355 * Absistamus, ait, nam lux inimica propinquat.
739 † Castra inimica vides, nulla hinc exire potestas.
10.*Æn.*295 * --inimicam findite rostris Hanc terram. --
556 † Provolvens, super hæc inimico pectore fatur.
11.*Æn.* 715 * Congreditur, pœnásque inimico à sanguine sumit.
804 † Ac velut ille, priùs quàm tela inimica sequantur,
875 * Hos inimica super misto premit agmine turba.
12.*Æn.*150 † Parcarúmque dies, & vis inimica propinquat.
716 * Cùm duo conversis inimica in prælia tauri
Frontibus incurrunt, pavidi cessere magistri.
812 † Starem acie, traherémq; inimica in prælia Teucros.
1.*Geor.*407 * Ecce inimicus atrox magno stridore per auras
Insequitur. --
4.*Geor.*329 † Fer stabulis inimicum ignem, atque interfice messes.
1.*Æn.* 127 * Accipiunt inimicum imbrem, rimísque fatiscunt.
2.*Æn.* 600 † Iam flammæ tulerint inimicus & hauserit ensis.
1.*Æn.*72 * Gens inimica mihi Tyrrhenum navigat æquor.
2.*Æn.* 622 † Apparent diræ facies, inimicáque Trojæ
Numina magna Deûm. --
4.*Æn.*235 * Quid struit? aut quid inimicâ in gente moratur?

HVMARE, INHVMARE, HVMO mandare, Humo tegere, Humi condere, Terræ mandare, Tumulo ferre, Sepulcro reddere. Onerare membra sepulcro, & *ossa aggere terræ, Funus instaurare,* &c. *Tumulus, Pyra, Rogus, Bustum, Torus, Pheretrum, Cinis, Exequiæ: Funereus, Feralis: Sepultus, Inhumatus, Pompa,* &c.

11.*Æn.*2. ÆNeas, quanquã & sociis dare tempus humandis
Præcipitant curæ, turbatáque funere mens est.
6.*Æn.* 162 † Quẽ sociũ exanimum Vates, quod corpus humandum
Diceret, atque illi Misenum in littore sicco, &c.
10.*Æn.*493 * Quisquis honor tumuli, quicquid solamen humandi
Largior. -- (*Turnus Pallanti.*)
9.*Æn.* 213 † Sit qui me raptum pugnâ, pretióve redemptum
Mandet humo solitâ. --

† Vnum hoc, per si qua est victis venia hostibus, oro, 10. Æn. 903
Corpus humo patiare tegi: scio acerba meorum
Circumstare odia: hunc oro defende furorem,
Et me consortem nati concede sepulcro.
* Donec humo tegere, ac foveis abscondere discunt. 3. Geor. 559
† Condet humi.-- 10. Æn. 558
* Nomen, & arma locum servant: te amice nequivi 6. Æn. 507
Conspicere, & patriâ decedens condere terrâ.
† Ex quo relliquias, diviníque ossa parentis 5. Æn. 47
Condidimus terrâ, mœstásque sacravimus aras.
* Intereà socios, inhumatáque corpora terræ 11. Æn. 22
Mandemus, qui solus honos Acheronte sub imo.
† -- & corpora partim Multa virûm terræ infodiunt.- 204
* Post ego nube cavâ miserandæ corpus, & arma 593
Inspoliata feram tumulo, patriæque reponam.
† Corpora per campos ferro, quæ fusa jacebant, 102
Redderet, ac tumulo sineret succedere terræ.
* --corpúsque exangue sepulcro Reddidit.- 2. Æn. 542
† Absenti ferat inferias, decorétque sepulcro. 9. Æn. 215
* -- animámque sepulcro Condimus.-- 3. Æn. 67
† Præterea jacet exanimum tibi corpus amici: 6. Æn. 149
Sedibus hunc refer antè suis, & conde sepulcro.
* Da dextram misero, & tecum me tolle per undas, 370
Sedibus ut saltem placidis in morte quiescam.
† Quin ego non alio digner te funere, Palla. 11. Æn. 169
* Hæc omnis, quam cernis inops inhumatáq; turba est, 6. Æn. 325
Portitor ille Charon: hi, quos vehit unda, sepulti.
† Quid miserum, Ænea, laceras? jam parce sepulto, 3. Æn. 41
Parce pias scelerare manus.-- (Polydorus.)
* Id cinerem, aut Manes credis curare sepultos? 4. Æn. 34
† Occupat Æneas aditum custode sepulto. 6. Æn. 424
* Iuvadunt urbem somno, vinóque sepultam. 2. Æn. 265
† --Rutuli somno, vinóque sepulti Conticuêre.- 9. Æn. 236
* Tu Stygias inhumatus aquas; amnémq; severum, &c. 6. Æn. 374
† Sed cadat ante diem, mediâque inhumatus arenâ. 4. Æn. 620
* Nos animæ viles, inhumata, infletáque turba 11. Æn. 372
Sternamur campis.-- (Drances.)
† Cernit ibi mœstos, & mortis honore carentes. 6. Æn. 333
* Præterea jacet exanimum tibi corpus amici: 149
(Heu nescis) totámque incestat funere classem.
† Nam mihi parta quies, omnísque in limine portus: 7. Æn. 598
Funere fœlici spolior.-- (Latinus.)
* Heu! terrâ ignotâ canibus data præda Latinis, 9. Æn. 485

Alitibúsque jaces: nec te tua funera Mater
Produxi, pressive oculos, aut vulnera lavi
Veste tegens. -- (*Mater Euryali.*)

5.*Æn*.871 † Nudus in ignotâ Palinure jacebis arenâ.

10.*Æn*.557 * Istic nunc metuende jaces: non te optima mater
Condet humi, patrióve onerabit membra sepulcro,
Alitibus linquêre feris, aut gurgite mersum
Vnda feret, piscésque impasti vulnera lambent.

2.*Æn*.646 † Ipse manu mortem inveniam, miserebitur hostis,
Exuviásque petet. Facilis jactura sepulcri est.

8.*Ecl*. 9. * --sæpè animas imis excire sepulcris.

6.*Æn*.17 † Haud mora, festinant flentes, arámque sepulcri
Congerere arboribus, cœlóque educere certant.

1.*Geor*.497 * Grandiáque effossis mirabitur ossa sepulcris.

6.*Æn*.231 † At pius Æneas ingenti mole sepulcrum
Imponit, suáque arma viro, remúmque, tubámque,

4.*Æn*.29 * (*Amores*) Ille habeat secum, servétque sepulcro.

6.*Ecl*.56 † Hîc adeò media est nobis via: námque sepulcrum
Incipit apparere Bianoris. —

12.*Æn*.546 * Hîc tibi mortis erant metæ, domus alta sub Ida,
Lyrnessi domus alta, solo Laurente sepulcrum.

4.*Æn*.2:7 † Nec patris Anchisæ cineres, Manésve revelli.

5.*Æn*.55 * Nunc ultrò ad cineres ipsius, & ossa parentis
Adsumus. -- *Æneas*.

2.*Æn*.719 † Est urbe egressis tumulus, templúmque vetustum
Desertæ Cereris, juxtáque antiqua cupressus,
Relligione patrum multos servata per annos.

741 * Nec priùs amissam respexi, animúmque reflexi,
Quàm tumulum antiquæ Cereris, sedémque sacratam
Venimus. --

5.*Æn*.86 † Amplexus placidè tumulum, lapsúsque per aras.

3.*Æn*.22 * Fortè fuit juxta tumulus, quo cornea summo
Virgulta, & densis hastilibus horrida myrtus.

6.*Æn*.873 † -- vel quæ, Tyberine, videbis
Funera, cùm tumulum præter labêre recentem.

3.*Æn*.304 * --ad tumulum, viridi quem cæspite inanem
Et geminas, causam lacrymis, sacraverat aras.

322 † Hostilem ad tumulum Trojæ sub mœnibus altis
Iussa mori, quæ sortitus non pertulit ullos.

5.*Æn*.370 * Solus qui Paridem solitus contendere contra,
Idémque ad tumulum, quo maximus occubat Hector.

6.*Æn*.752 † Et tumulum capit, unde omnes longo ordine possit
Adversos legere, & venientûm discere vultus.

* Mnesthea, Sergestúmque vocat, fortémq; Serestum	12. Æn. 561
Ductores, tumulúmque capit, quo cætera Teucrûm	
Concurrit Legio.--	
† Et tumulum facite, & tumulo superaddite carmen,	5. Ecl. 42
Daphnis ego in sylvis, hinc usque ad sydera notus, &c.	
* Et statuent tumulum, & tumulo solennia mittent.	6. Æn. 380
† Tunc egomet tumulum Rhæteo in littore inanem	505
Constitui, & magnâ Manes ter voce vocavi.	
* At pius exequiis Æneas ritè solutis	7. Æn. 5.
Aggere composito.--	
† Mœrentes altum cinerem, & confusa ruebant	11. Æn. 210
Ossa focis, tepidoque onerabant aggere terræ.	
* Advocat Æneas, tumulique ex aggere fatur.	5. Æn. 44
† At Regina pyrâ, penetrali in sede, sub auras	4. Æn. 504
Erectâ ingenti tædis, atque ilice sectâ,	
Intendítque locum sertis, & fronde coronat	
Funereâ: super exuvias, ensémque relictum,	
Effigiémque toro locat, &c. -- (*Dido.*)	
* Tu secreta pyram tecto interiore sub auras	494
Erige, & arma viri, thalamo quæ fixa reliquit	
Impius, &c. -- (*Æneas.*)	
† Nec minùs, & miseri diversa in parte Latini,	11. Æn. 205
Innumeras struxêre pyras.--	
* Iam pater Æneas, jam curvo in littore Tarchon	184
Constituêre pyras: hinc corpora quisque suorum,	
More tulêre Patrum, subjectisque ignibus atris, &c.	
† Dardaniíque rogum capitis permittere flammæ.	4. Æn. 640
* Hoc rogus iste mihi, hoc ignes, aræque parabant?	676
† Interiora domûs irrumpit limina, & altos	645
Conscendit furibunda rogos. (*Dido.*)	
* Ter circum accensos, cincti fulgentibus armis,	11. Æn. 188
Decurrêre rogos, ter mœstum funeris ignem	
Lustravêre in equis, &c. --	
† --fuit ingens monte sub alto	849
Regis Dercenni terreno ex aggere bustum,	
Antiqui Laurentis, opacâque ilice tectum, &c.	
* Postquàm acies videt Iliacas, atque agmina Turni,	12. Æn. 861
Alitis in parvæ subitò collecta figuram,	
Quæ quondam in bustis, aut culminibus desertis,	
Nocte sedens, serum canit importuna per umbras.	
† Ardentes spectant socios, semiustáque servant	11. Æn. 200
Busta, nec avelli possunt.--	

11. *Æn*.142 * Arcades ad portas ruere, & de more vetusto
Funereas rapuêre faces, lucet via longo
Ordine flammarum, & latè discriminat agros.

7. *Æn*.37 † Funereásque inferre faces.--

6. *Æn*. 223 *Triste ministerium, & subjectam more parentum
Aversi tenuêre facem, congesta cremantur
Thurea dona, dapes fuso crateres olivo.

10. *Æn*.828 † Arma quibus lætatus habe tua, téque parentum
Manibus, & cineri (si qua est ea cura) remitto.

6. *Æn*. 212 * Flebant, & cineri ingrato suprema ferebant.

4. *Æn*. 134 † Id cinerem, aut Manes credis curare sepultos?

5. *Æn*. 80 * Salve sancte parens, iterùm salvete recepti
Nequicquam cineres, animæque umbræque paternæ.

787 † Relliquias Trojæ cineres, atque ossa peremptæ
Insequitur. -- (*Iuno.*)

6. *Æn*. 226 * Postquàm collapsi cineres, & flamma quievit.
Relliquias vino, & bibulam lavêre favillam.

7. *Ecl*.115 † Aspice, corripuit tremulis altaria flammis
Sponte suâ, dum ferre moror, cinis ipse: bonum sit.

4. *Æn*. 633 * Namque suam patriâ antiquâ cinis ater habebat.

3. *Æn*. 63 † Aggeritur tumulo tellus, stant Manibus aræ
Cæruleis mœstæ vittis, atrâque cupresso.

6. *Æn*. 214 * Principio pinguem tædis, & robore secto
Ingentem struxêre pyram, cui frontibus atris
Intexunt latera, & ferales antè cupressos
Constituunt, decorantque super fulgentibus armis.

11. *Æn*.5 † Ingentem quercum decisis undique ramis
Constituit tumulo. -- (*Æneas.*)

64 * Haud segnes alii crates, & molle feretrum
Arbuteis texunt virgis, & vimine querno,
Extructósque toros, obtentu frondis inumbrant.

11. *Æn*.24 † Ite, ait, egregias animas, quæ sanguine nobis
Hanc patriam peperêre suo, decorate supremis, &c.

4. *Geor*.255 * (*Apes.*) -- tum corpora luce carentum
Exportant tectis, & tristia funera ducunt.

6. *Æn*.220 † (*Miseni*) --tum membra toro defleta reponunt,
Purpureásque super vestes, velamina nota,
Conjiciunt: pars ingenti subiêre feretro, &c.

11. *Æn*. 163 *Atq; hæc pompa domum me, non Pallanta referret.

5. *Æn*. 45 † Annuus exactis completur mensibus orbis,
Ex quo relliquias, divinique ossa parentis
Condidimus terrâ, mœstásque sacravimus aras, &c.

† Annua vota tamen, solennésque ordine pompas — 5. Æn. 53
Exequerer struerémque suis altaria donis, &c.
* Infelix nati funus crudele, videbis, &c. — 11. Æn. 53
† Atq; hîc Priamides: nihil, ô tibi amice relictum est; — 6. Æn. 610
Omnia Deiphobo solvisti, & funeris umbris.
* Hæc effata silet, pallor simul occupat ora, — 4. Æn. 499
Non tamen, Anna, novis prætexere funera sacris
Germanam, credit, &c. (*Didonem.*)
† Ergo instauramus Polydoro funus, & ingens — 3. Æn. 62
Aggeritur tumulo tellus, stant Manibus aræ,
Et circum Iliades crinem de more solutæ:
Inferimus tepido spumantia cymbia lacte,
Sanguinis & sacri pateras, animámque sepulcro
Condimus, & magnâ supremùm voce ciemus.
* Idem ter socios purâ circumtulit undâ, — 6. Æn. 229
Spargens rore levi, & ramo felicis Olivæ,
Lustravítque viros, dixítque novissima verba.
† Sic, ô sic positum affati discedite corpus. — 2. Æn. 644
* Incubuítque toro, dixítque novissima verba: — 4. Æn. 650
Dulces exuviæ, dum fata, Deúsque sinebant,
Accipite hanc animam, méque his exolvite curis,
Vixi, & quem dederat cursum fortuna, peregi.
† Substitit Æneas, gemitúque hæc addidit alto, — 11. Æn. 95
Nos alias hinc ad lacrymas eadem horrida belli
Fata vocant. Salve æternùm mihi, maxime Palla,
Æternúmque vale: Nec plura effatus, ad altos, &c.

LVCTVS FVNERVM.

* --ter mœstum funeris ignem — 189
Lustravêre in equis, ululatúsque ore dedêre.
Spargitur & tellus lacrymis, sparguntur & arma.
It cœlo, clamórque virûm, clangórque tubarum.
† Contrà turba Phrygum veniens, plangentia jungit — 145
Agmina, quæ postquàm matres succedere tectis
Viderunt, mœstam incendunt clamoribus urbem.
At non Evandrum potis est vis ulla tenere,
Sed venit in medios, feretro Pallanta reposto,
Procumbit super, atq; hæret, lacrymánsq;, geménsq;,
Et via vix tandem voci laxata dolore est.
Non hæc, ô Palla, &c. (*Evander.*)
* Post bellator equus, positis insignibus, Æthon — 89
It lacrymans, guttísque humectat grandibus ora.
† --tum mœsta phalanx, Teucríque sequuntur, &c. 92
* Mœrentes altum cinerem, & confusa ruebant, &c. 211

Iam verò in tectis prædivitis urbe Latini
Præcipuus fragor, & longè pars maxima luctûs.
Hîc matres, miseræque nurus, hîc chara sororum
Pectora mœrentûm, puerique parentibus orbi
Dirum exsecrantur bellum, Turnique hymenæos.

11. Æn. 602 † Mille viros, qui supremum comitentur honorem,
Intersíntque patris lacrymis.-- &c. (*Evandri.*)

10. Æn. 841 * At Lausum socii exanimum super arma ferebant:
Flentes ingentem, atque ingenti vulnere victum.
Agnovit longè gemitum præsaga mali mens,
Canitiem immundo deformat pulvere, & ambas
Ad cœlum tendit palmas, & corpore inhæret. &c.

5. Ecl. 20 † Extinctum Nymphæ crudeli funere Daphnim
Flebant; vos coryli testes, & flumina Nymphis;
Cùm complexa sui corpus miserabile nati,
Atque Deos, atque astra vocat crudelia mater.
Non ulli pastos illis egêre diebus
Frigida, Daphni, boves ad flumina, nulla neque amnem
Libavit quadrupes, nec graminis attigit herbam.
Daphni, tuum Pœnos etiam ingemuisse leones
Interitum, montésque feri, sylvæque loquuntur.

6. Æn. 884 * Purpureos spargam flores, animamque nepotis
His saltem accumulem donis, & fungar inani
Munere. -- (*Anchises de Marcello.*)

11. Æn. 51 †Nos juvenem exanimum, & nil jam cœlestibus ullis
Debentem, vano mœsti comitamur honore.

HYEMS, HYBERNUS; GELU, GLACIES, Glacialis; Nix, Nivalis, Niveus.

1. Geor. 100 HUmida solstitia, atque hyemes orate serenas,
Agricolæ, hyberno lætissima pulvere farra.

259 * Frigidus agricolam si quando continet imber.

302 † Invitat genialis hyems, curásque resolvit.

299 * Nudus ara, sere nudus: hyems ignava colono.

2. Geor. 317 † Rura gelu tum claudit hyems, nec semine jacto,
Concretam patitur radicem affigere terræ.

404 * Frigidus & sylvis Aquilo decussit honorem.

373 † Cui super indignas hyemes, Solemque potentem.

325 * Prima vel Autumni sub frigora, cùm rapidus Sol
Nondû hyemem contingit equis, jam præterit æstas.

3. Geor. 352 † Illic clausa tenent stabulis armenta, neque ullæ
Aut herbæ campo apparent, aut arbore frondes.

Sed jacet aggeribus niveis informis, & alto
Terra gelu latè, septémque assurgit in ulnas:
Semper hyems, semper spirantes frigora Cauri.
† Et cùm tristis hyems etiam nunc frigore saxa — 4. *Geor.* 135
Rumperet, & glacie cursus frænaret aquarum.
* Sin duram metues hyemem, parcésque futuro. — 239
† —sæpè illos aspera ponti — 2. *Æn.* 110
Interclusit hyems, & terruit Auster euntes.
* Et glacialis hyems Aquilonibus asperat undas. — 3. *Æn.* 285
† Nix humeros infusa tegit, tum flumina mento — 4. *Æn.* 250
Præcipitant senis, & glacie riget horrida barba.
* Est locus, hyberni condunt ubi frigora Cauri. — 5. *Æn.* 126
† —nubigenæ Centauri, Othrímque nivalem — 8. *Æn.* 180
Linquentes.—
* Hæc ubi dicta dedit, cœlo se protinùs alto — 10. *Æn.* 633
Misit agens hyemem, nimbo succincta per auras.

v. Frigus, & Pluvia.

IACVLVM, MISSILE, SPICVLVM, Telum, Sagitta, Cornus, Phalarica: Iaculari.

IRE, libet Partho torquere Cydonia cornu Spicula.— — 10. *Ecl.* 59
† —hîc fixum ferrea texit — 3. *Æn.* 45
Telorum seges, & jaculis increvit acutis.
* Horridus in jaculis, & pelle Libystidis ursæ. — 5. *Æn.* 37
† Aut jaculo incedit melior, levibúsque sagittis. — 68
* En ait, & jaculum intorquens emittit in auras, — 9. *Æn.* 52
Principium pugnæ, & campo sese arduus infert.
† Hîc jaculo bonus, hîc longè fallente sagittâ. — 572
* Conjecto sternit jaculo, volat Itala cornus — 698
Aëra per tenuem, stomachóque infixa sub altum
Pectus abit, reddit specus atri vulneris undam
Spumantem, & fixo ferrum in pulmone tepescit.
† Non jaculo (neq; enim jaculo vitam ille dedisset,) — 704
Sed magnum stridens contorta phalarica vênit
Fulminis acta modo —
* Hic jaculis, illi certant defendere saxis, — 10. *Æn.* 130
Molírique ignem, nervóque aptare sagittas.
† Tum Numitor jaculo fratris de corpore rapto — 342

Æneam petiit, sed non & figere contrà.

10.Æn.585 * --jaculum nam torquet in hostem.

754 † Insignis jaculo, & longè fallente sagittâ.

868 * -- manúsque ambas jaculis oneravit acutis.

11.Æn.574 † -- jaculo palmas oneravit acuto.

760 * Velocem jaculo, & multò prior arte Camillam Circuit, & quæ sit fortuna facillima tentat.

12.Æn.354 † Antè levi jaculo longum per inane sequutus Sistit equos bijuges, & curru desilit, atque Semianimi, lapsóque supervenit. --

267 *--sonitū dat stridula cornus, & auras Certa secat.--

9.Æn.519 † Ampliùs audaces Rutuli, sed pellere vallo Missilibus certant. --

10.Æn.421 * Da nunc, Tybri pater, ferro quod missile libro, Fortunam, atque viam duri per pectus Halæsi.

715 † Non ulli est animus stricto concurrere ferro, Missilibus longe, & vasto clamore lacessunt.

772 *Atq; oculis spatium emensus quantùm satis hastæ: Dextra mihi Deus, & telum quod missile libro.

12.Æn.277 † At fratres, animosa phalanx, accensaque luctu, Pars gladios stringunt manibus, pars missile ferrum Corripiunt, cæcíque ruunt, quos agmina contrà.

1.Æn.42 * Ipsa Iovis rapidum jaculata è nubibus ignem.

2.1.Æn.276 † Vel Danaûm Phrygios jaculatus puppibus ignes.

V. Hasta, Hastile, Telum, Sagitta.

IGNARVS, IGNORANS, INSCIVS, Nescius, Indoctus: Ventosa copia fandi: Doctus, Doctissimus fandi, Peritus cantare.

8.Æn.729 TAl a per clypeum Vulcani dona parentis Miratur, rerúmque ignarus imagine gaudet.

10.Æn.85 * Æneas ignarus abest, ignarus & absit.

666 † Respicit ignarus rerum, ingratúsque salutis.

11.Æn.154 *Haud ignarus erā, quantùm nova gloria in armis.

1.Æn.202 † O socii, neque enim ignari sumus an è malorum.

336 * -- ignari hominúmque, locorúmque Erramus, vento huc, & vastis fluctibus acti.

2.Æn.106 † Ignari scelerum tantorum, artísque Pelasgæ.

3.Æn.569 * Ignaríque viæ Cyclopum allabimur oris.

338 † Aut quis te ignarum nostris Deus appulit oris?

2.Æn.384 * Ignarósque loci passim, & formidine captos Sternimus.--

† Non ignara mali; miseris succurrere disco.	1. *Æn.* 634
* Effigiémque toro locat, haud ignara futuri.	4. *Æn.* 508
† Olli serva datur operum haud ignara Minervæ.	5. *Æn.* 284
* Ergo inter medias sese haud ignara nocendi Conjicit.--	618
† Vana superstitio, veterúmve ignara Deorum.	8. *Æn.* 187
* Dixerat, & dextrâ discedens impulit altam, Haud ignara modi, pupp m: fugit illa per undas.	10. *Æn.* 246
† Invalidus, etiámque tremens, etiam inscius ævi.	3. *Geor.* 188
* -- stupet inscius alto Accipiens sonitum saxi de vertice pastor.	2. *Æn.* 307
† Androgeos offert nobis, socia agmina credens Inscius, atque ultrò verbis compellat amicis.	371
* Haud vatum ignarus, venturíque inscius ævi.	8. *Æn.* 627
† Hæc loquitur, juguló q; haud inscius accipit ensem.	10. *Æn.* 907
* Pastor agens telis, liquítque volatile ferrum Nescius. --	4. *Æn.* 71
† --inscia Dido Insideat quantus miseræ Deus.--	1. *Æn.* 722
* Curvatis fertur spatiis, stupet inscia turba.	7. *Æn.* 381
† Sancta ad vos anima, atque istius inscia culpæ.	12. *Æn.* 648
* Méne salis plac di vultum -- Ignorare jubes?--	5. *Æn.* 848
† Ne fugite hospitium, néve ignorate Latinos.	7. *Æn.* 201
* Mutata ignorent subitò ne semina matrem.	2. *Geor.* 268
† Cantando tu illum? aut unquam tibi fistula cerâ Iuncta fuit? non tu in triviis indocte solebas Stridenti miserum stipulâ disperdere carmen?	3. *Ecl.* 25
* --ne fati nescia Dido Finibus arceret,--	2. *Geor.* 467
† At secura quies, & nescia fallere vita.	4. *Geor.* 469
* Nesciáque humanis prec bus mansuescere corda.	1. *Æn.* 303
† Nescia mens hominum fati, sortísque futuræ.	10. *Æn.* 501
* --seséque haud nescia morti Injicit.-- (*Fera.*)	9. *Æn.* 552
† In medias dat sese acies, haud inscia rerum.	12. *Æn.* 2:7
* Larga qu dem semper, Drance, tibi copia fandi Tunc cùm bella manus poscunt, paribúsque vocatis Pr m is ades, sed non replenda est curia verbis, Quæ tutò tibi magna volant. An tibi Mavors Ventosâ in linguâ, pedibúsque fugac bus istis.	1. *Æn.* 377
† Et ni docta comes admoneat.--(*Sibylla Æneam.*)	6. *Æn.* 292
* Quarum quæ fandi doctissima Cymodocea.	10. *Æn.* 225
† -- soli cantare periti Arcades.--	10. *Ecl.* 32

v. *Ars*, & *Labor*.

IGNIS, IGNEVS : IGNIPOTENS : FLAMMA, Flammans, Flammatus, Flammeus : Candens, Ardens : Ignesco.

8. Æn. 255 FVmiferam noctem commistis igne tenebris.
11. Geor. 291 † Et quidam seros hyberni ad luminis ignes
Pervigilat, ferróque faces inspicat acuto.
4. Geor. 379 * -- Panchæis adolescunt ignibus aræ.
1. Geor. 453 † Cæruleus pluviam denunciat, igneus Euros.
4. Geo. 426 * Ardebat cœlo, & medium Sol igneus orbem
Hauserat, arebant herbæ. --
6. Æn. 730 † Igneus est ollis vigor: & cœlestis origo.
8. Æn. 414 * Haud secus Ignipotens, nec tempore segnior illo
710 † Fecerat Ignipotens, & Iapige ferri. --(Vulcanus.)
12. Æn. 90 * Ensem, quem Dauno Ignipotens Deus ipse parenti
Fecerat, & Stygiâ candentem tinxerat undâ
9. Æn. 66 † Ignescunt iræ, & duris dolor ossibus ardet.
3. Æn. 573 * Turbine fumantem piceo, & candente favillâ,
Attollítque globos flammarum, & sydera lambit.
3. Geor. 560 † Aut undis abolere potest, aut vincere flammâ.
2. Æn. 172 * --arsêre coruscæ Luminibus flammæ --
1. Æn. 441 † Illum expirantem transfixo pectore flammas.
9. Ecl. 105 * Aspice, corripuit tremulis altaria flammis.
11. Æn. 82 † Inferias, cæso sparsuros sanguine flammas.
3. Geor. 433 * Exilit in siccum & flammantia lumina torquens.
7. Æn. 447 † -- tum flammea torquens Lumina. --(Alecto.)
1. Æn. 50 * Talia flammato secum Dea corde volutans.
6. Æn. 6 † --quærit pars semina flammæ Abstrusa in venis.
10. Æn. 270 * Ardet apex capiti, cristisque à vertice flamma
Funditur, & vastos umbo vomit aureus ignes.
12. Æn. 214 † In flammam jugulant pecudes, & viscera vivis.
607 * Ardentes oculorum orbes ad mœnia torsit.
4. Geor. 91 † Alter erit maculis auro squalentibus ardens.
1. Æn. 472 * Ardentesque avertit equos in castra, priusquàm.
2. Ecl. 14 † Sole sub ardenti resonant arbusta cicadis.

v. Incendium, Calor, Fumus, & Æstas.

IGNOBILIS, OBSCVRVS, Sine nomine.

9. Ecl. 38 SI valeam meminisse, neque est ignobile carmen.
4. Geor. 62 * Trita meliphylla & cerinthæ ignobile gramen.
1. Æn. 153 † Seditio, sævitque animis ignobile vulgus.

† Virgilium studiis florentem ignobilis oti. 4.Geor.565
* Solus ubi in sylvis Italis ignobilis ævum Exigit.-- 7.Æn. 781
† Multi præterea, quos fama obscura recondit. 5.Æn. 302
* Regnatorem Asiæ: jacet ingens littore truncus, 2.Æn. 557
Avulsúmque humeris caput, & sine nomine corpus.
† Persurit, ac multam in medio sine nomine plebem. 9.Æn. 343
* Tum neq; nomen erat, neq; honos, aut gloria monti. 12.Æn. 135
v. Inglorius.

ILLVSTRIS, INSIGNIS, INCLYTVS.

ILlustres animas, nostrúmque in nomen ituras. 6.Æn. 758
(Laviniam.)- fore illustrem famâ fatisq; canebāt. 7.Æn. 79
† Acer equis, humeróque Pelops insignis eburno. 3.Geor. 7
* Nec mihi displiceat maculis insignis, & albo. 56
† Scilicet ante omnes furor est insignis equarum. 266
* Nam duo sunt genera, hic melior insignis, & ore. 4.Geor. 92
† Et conum insignis galeæ, cristásque comantes. 3.Æn. 468
* - ostróque insignis, & auro Stat sonipes.-- 4.Æn. 134
† Euryalus formâ insignis, viridíque juventâ. 5.Æn. 295
* Et lituo pugnas insignis obibat, & hastâ. 6.Æn. 167
† Troius Æneas pietate insignis, & armis. 403
* Quis procul ille autem ramis insignis olivæ. 808
† Victor aget currum, cæsis insignis Achivis. 837
* Aspice, & insignis spoliis Marcellus opimis. 855
† Ipse Quirinali trabeâ, cinctúque Gabino 7.Æn. 612
Insignis.-- (*Ianus*)
* Luserat insignis facie.-- (*Serranus.*) 9.Æn. 335
† Stabat in egregiis Arcentis filius armis, 581
Insignis facie genitor quem miserat Arcens.
* Per medios insignis equis, tumidúsque secundo 10.Æn. 21
Marte ruat. -- (*Turnus.*)
† - Neptunia proles Insignis Messapus equis.-- 353
* Insignis jaculo, & longè fallente sagittâ. 754
† - ipsímque trophæis 11.Æn. 386
Insignis agros, possit quid vivida virtus.
* Insignis longè Phrygiis fulgebat in armis. 770
† --pressa est insignis gloria facti. 11.Æn. 322
* Ipsi per medias acies insignibus alis. 4.Geor. 82
† Insignem pietate virum tot adire labores. 1.Æn. 10
* Androgei galeam, clypeique insigne decorum. 2.Æn. 392
† Primus equum phaleris insignem victor habeto. 5.Æn. 310
* Ensem, atque insignem galeam solatia victo, 367

5. Æn. 705 * Quem docuit, multâque insignem reddidit arte.
7. Æn. 75 † Regalésque accensa comas, accensa coronam
Insignem gemmis. --
655 * Post hos insignem palmâ per gramina currum,
Victorésque ostentat equos, satus Hercule pulchro,
Pulcher Aventinus, clypeóque insigne paternum.
10. Æn. 186 † Crimen amor vestrum, formæque insigne paternæ.
12. Æn. 289 * Messapus Regem, Regísque insigne gerentem.
949 † Straverat, atq; humeris inimicum insigne gerebat.
7. Æn. 745 * Vfens insignem famâ, & felicibus armis.
761 † Ibat, & Hippolyti proles pulcherrima bello,
Viribus insignem, quem mater Aricia misit.
11. Æn. 291 * Ambo animis, ambo insignes præstantibus armis.
1. Æn. 628 † Ipse hostis Teucros insigni laude ferebat.
2. Æn. 389 * Mutemus clypeos, Danaûmque insignia nobis Aptemus. --
8. Æn. 505 † Ipse Oratores ad me, regníq; coronam
Cum sceptro misit, mandátque insignia Tarchon.
11. Æn. 333 * Munera portantes eborísque, auríque talenta,
Et sellam regni, trabeámque insignia nostri.
6. Æn. 479 † -- Parthenopêus, hic inclytus armis.
562 * Tum vates sic orsa loqui, Dux inclyte Teucrûm.
2. Æn. 81 † Fando aliquid si fortè tuas pervenit ad aures
Belidæ nomen Palamedis, & inclyta famâ Gloria. --
241 * O patria, ô Divûm domus Ilium, & inclyta bello
Mœnia Dardanidum. --
6. Æn. 781 † En hujus nate auspiciis illa inclyta Roma.
12. Æn. 178 * Iam melior, jam Diva precor, túq; inclyte Mavors.
v. Clarus, Laus, Honor.

IMMORTALITAS, ÆTERNITAS, Ævum, Æternum, Æternus; Haud mortalis, Apotheosis.

3. Geor. 8. † --Tentanda via est, quà me quoque possim
Tollere humo, victórque virûm volitare per ora.
4. Geor. 208 * At genus immortale manet, multósque per annos
Stat fortuna domûs, & avi numerantur avorum.
226 † --nec morti esse locum, sed viva volare
Syderis in numerum, atque alto succedere cœlo.
326 * --quid me cœlum sperare jubebas:
En etiam hunc ipsum vitæ mortalis honorem. --
562 † (*Cæsar.*) --viámque affectat Olympo,
1. Æn. 326 * O quàm te memorem, virgo? namq; haud tibi vultus

Mortalis, nec vox hominem sonat, ô Dea certè ?
An Phœbi soror, an Nympharum sanguinis una?
* --æternúmque tenet per secula nomen. 6. Æn. 235
† Immortale jecur tundens. -- (*Tityi vultur*.) 598
* Aurea nunc solio stellantis regia cœli 7. Æn. 210
Accipit, & numerum Divorum altaribus auget.
† Diis Italis votum immortale sacrabat. 8. Æn. 715
* Mortaline manu factæ immortale carinæ 9. Æn. 95
Fas habeant ? certúsque incerta pericula lustret
Æneas ? cui tanta Deo permissa potestas ?
Mortalem eripiam formam, magnique jubebo
Æquoris esse Deas, qualis Nereïa Doto.
† Fortunati ambo, si quid mea carmina possunt, 446
Nulla dies unquam memori vos eximet ævo.
* Quò vitam dedit æternam, cur mortis adempta est 12. Æn. 879
Conditio ? possem tantos finire labores
Immortalis ego ?-- (*Iuturna.*)
† Et dedit esse Deas, ævúmque agitare sub undis. 10. Æn. 235
* O pater, ô hominum, Divúmque æterna potestas. 18
† --ô, qui res hominúmque, Deûmque 1. Æn. 233
Æternis regis imperiis, & fulmine terres.
* Olli dura quies oculos, & ferreus urget 10. Æn. 745
Somnus, in æternam clauduntur lumina noctem.
† Impiáque æternam timuerunt secula noctem. 1. Geor. 468
* Vos, æterni ignes, & non violabile vestrum 2. Æn. 154
Testor numen, ait. -- (*Sinon.*)
† (*Iarbas Iovi.*) --vigilémque sacraverat ignem, 4. Æn. 200
Excubias Divûm æternas. --
* -- salve æternùm, mihi maxime Palla, 11. Æn. 97
Æternúmque vale. --
† --æternáque Pergama servas. 8 Æn. 37
* --æternáque fœdera certis Imposuit natura locis.- 1. Geor. 58
† -glebáq; versis Æternùm frangenda bidentibus.-- 2. Geor. 399
* Cùm Iuno æternum servans sub pectore vulnus. 1. Æn. 40
† Æternúmque adytis effert penetralibus ignem. 2. Æn. 297
* Quin potiùs pacem æternam, pactósq; hymenæos. 4. Æn. 99
† Dicitur, æternúmque tenet per secula nomen. 6. Æn. 235
* Æternúmque locus Palinuri nomen habebit. 381
† Æternùm latrans exanguis terreat umbras. 404
* Æternam moriens famam Caieta dedisti. 7. Æn. 2
† Centum ærei claudunt vectes, æternáque ferri 609
Robora, nec custos absistit limine Ianus.
* Iuppiter æternâ gentes in pace futuras.) 12. Æn. 504

v. Deus, Tempus, Æneas, Annus, & Perennis.

IMPIETAS, IMPIUS, BARBARUS.

1. Ecl. 71 — IMpius hæc tam culta novalia miles habebit?
Barbarus has segetes? --

6. Ecl. 103 — † (*Daphnis.*) --nil ille Deos, nil carmina curat.

5. Ecl. 23 — * Atque Deos atque astra vocat crudelia mater.

8. Ecl. 35 — † Nec curare Deum credis mortalia quemquam.

1. Geor. 477 — * Impiáque æternam timuerunt secula noctem.

520 — † Arma ferunt, sævit toto Mars impius orbe.

3. Geor. 540 — * Impia quàm cæsis gens est epulata juvencis.

1. Æn. 298 — † Claudentur belli portæ, furor impius intùs,
Sæva sedens super arma.-- &c.

734 — * --ille Sichæum
Impius ante aras, atque auri cæcus amore
Clàm ferro incautum superat, securus amorum.

2. Æn. 163 — † --impius ex quo
Tydides sed enim scelerúmque inventor Vlysses.
Fatale aggressi sacrato avellere templo
Palladium, cæsis summæ custodibus arcis;
Corripuêre sacram effigiem, manibúsque cruentis
Virgineas ausi Divæ contingere vittas.

326 — * --ferus omnia Iuppiter Argos Transtulit.--

364 — † Plurima, pérque vias sternuntur inertia passim
Corpora, pérque domos, & religiosa Deorum
Limina. -- (*in excidio Trojæ.*)

403 — * Ecce trahebatur passis Priameïa virgo
Crinibus à templo Cassandra, adytísque Minervæ.

550 — † Nunc morere, hoc dicens, altaria ad ipsa trementem
Traxit, & in multo lapsantem sanguine nati,
Implicuítque comam lævâ.-- (*Pyrrhus Priami.*)

745 — * Quem non incusavi amens hominumque, Deûmque.

4. Æn. 596 — † Infelix Dido nunc te fata impia tangunt.

5. Æn. 733 — * --non me impia námque Tartara habent.--

6. Æn. 543 — † Exercet pœnas, & ad impia Tartara mittit.

171 — * Sed tum fortè cavâ dum personat æquora conchâ
Demens, & cantu vocat in certamina Divos.

608 — † Hîc quibus invisi fratres dum vita manebat,
Pulsatúsve parens, & fraus innexa clienti,

612 — * --quíque arma sequuti
Impia, nec veriti dominorû fallere dextras Inclusi.--

7. Æn. 648 — † Contemptor Divûm Mezentius. --

312 — * Flectere si nequeo Superos, Acheronta movebo.

12. Æn. 30 — † Conjugis & mœstæ lacrymis, vincla omnia rupi.

Promissam eripui genero, atque arma impia sumpsi.
Ex illo qui me casus, quæ, Turne, sequantur
Bella, vides: quantos primus patiare labores.
Bis magnâ victi pugnâ, vix urbe tuemur
Spes Italas. -- (*Latinus Turno.*)
† Diripuêre aras: it toto turbida cœlo — 12. *Æn.* 283
Tempestas telorum. --
Crateráque, focósque ferunt: fugit ipse Latinus
Pulsatos referens, infecto fœdere, Divos.
* Iamque aderit multo Priami de sanguine Pyrrhus. — 2. *Æn.* 662
Natũ ante ora patris, patrem qui obtruncat ad aras
† Conjugis, & scelerum furiis agitatus Orestes — 3. *Æn.* 331
Excipit incautum, patriásque obtruncat ad aras.
* Nisus ait, Dîne hunc ardorem mentibus addunt, — 9. *Æn.* 184
Euryale? an sua cuique Deus fit dira cupido?
† Nec mortem horremus, nec Divûm parcimus ulli. — 10. *Æn.* 880
*Nũc morere, ast de me Divũ pater, atq; hominũ Rex — 743
Viderit. -- (*Mezentius Orodi.*)
† --Divûmq; sibi poscebat honorem Demens.-- — 6. *Æn.* 589
* Nos juvenem exanimum, & nil jam cœlestibus ullis — 11. *Æn.* 51
Debentem, vano mœsti comitamur honore.
† (*Turnus.*) --nil me fatalia terrent, — 9. *Æn.* 133
Si qua Phryges præ se jactant responsa Deorum:
Sat fatis, Venerique datum est. --
* Discite justitiam moniti, & non temnere Divos. — 6. *Æn.* 620
† Conclamant, rapiúntq; focis penetralibus ignem, — 5. *Æn.* 660
Pars spoliant aras, frondem, ac virgulta, facésque
Conjiciunt. -- (*Mulieres Trojanæ.*)
v. Pietas.

IMPOSSIBILIA.

Ante leves ergo pascentur in æthere cervi, — 1. *Ecl.* 60
Et freta destituent nudos in littore pisces,
Antè pererratis amborum finibus exul,
Aut Ararim Parthus bibet, aut Germania Tigrim,
Quàm nostro illius labatur pectore vultus.
* Atque idem jungat vulpes, & mulgeat hircos. — 3. *Ecl.* 91
† Incultisque rubens pendebit sentibus uva, — 4. *Ecl.* 30
Et duræ quercus sudabunt roscida mella.
* Certantes, quorum stupefactæ carmine lynces, — 8. *Ecl.* 3.
Et mutata suos requierunt flumina cursus.
† Iungentur jam gryphes equis, ævóque sequenti — 26

Cum canibus timidi venient ad pocula damæ.

9. *Æn.* 115 † -- maria antè exurere Turno,
Quàm sacras dabitur pinus. --

2. *Geor.* 103 * Sed neq; quàm multæ species, nec nomina quæ sint,
Est numerus, neq; enim numero comprendere refert.
Quem qui scire velit, Libyci vel'i æquoris idem
Discere, quàm multæ Zephyro turbentur arenæ:
Aut ubi navigiis violentior incidit Eurus,
Nosse quot Ionii veniant ad littora fluctus.

7. *Æn.* 717 † Quósque secans infaustum interluit Allia nomen:
Quàm multi Libyco volvuntur marmore fluctus,
Sævus ubi Orion hybernis conditur undis,
Vel cùm Sole novo densæ torrentur aristæ.

1. *Æn.* 202 *Nulla dies pacem hanc Italis, nec fœdera rumpet,
Quò res cunque cadent: nec me vis ulla volentem
Avertet: non si tellurem effundat in undas
Diluvio miscens, cœlúmve in tartara solvat.

v. Possum.

IMPORTUNUS, INFESTUS, *Nocens.*

1. *Geor.*470 OBscœníque canes, importunæque volucres.
11. *Æn.* 305 † Bellum importunū, cives, cum gente Deorum,
Invictisq; viris gerimus, quos nulla fatigant Prælia. --
12. *Æn.*864 * Nocte sedens, serum canit importuna per umbras.
5. *Æn.*582 † Convertêre vias, infestáque tela tulêre.
2. *Æn.* 529 *- illū ardens infesto vulnere Pyrrhus Insequitur. --
9. *Æn.* 512 † Saxa quoque infesto volvebant pondere. --
10. *Æn.*777 * Tantùm effatus, & infestâ subit obvius hastâ.
2. *Geor.*257 † --taxíque nocentes Interdum. -- (*umbrâ.*)
1. *Geor.*120 * --amaris intyba fibris Officiunt, aut umbra nocet. --
7. *Ecl.* 28 † -- ne vati noceat mala lingua futuro.
2. *Æn.* 571 * Illa sibi infestos eversa ob Pergama Teucros.

IMPRECARI, BENE PRECARI.

3. *Ecl.* 90 QVi Bavium non odit, amet tua carmina, Mevi,
Atque idem jungat vulpes, & mulgeat hircos.
9. *Ecl.* 5. * Nunc victi tristes, quòniam sors omnia versat:
Hos illi (quod nec bene vertat) mittimus hædos.
3. *Geor.*514 † (Dii meliora piis, erroremque hostibus illum.)

† Quin age, & ipsa manu felices erue sylvas, 4.Geor.329
Fer stabulis inimicum ignem, atque interfice messes,
Vre sata, & validam in vites molire bipennem,
Tanta meæ si te ceperunt tædia laudis.
* Nunc & oves ultrò fugiat lupus, aurea duræ 8.Ecl.52
Mala ferant quercus, narcisso floreat alnus,
Pinguia corticibus sudent electra myricæ,
Certent & cygnis ululæ, sit Tityrus Orpheus.
† Talis amor Daphnin, qualis cùm fessa juvencum 85
Per nemora, atque altos quærendo bucula lucos,
Propter aquæ rivum viridi procumbit in ulvâ
Perdita, nec seræ meminit decedere nocti:
Talis amor teneat: nec sit mihi cura mederi.
* Tum magnũ exitium (quod Dii priùs omen in ipsũ 2. Æn. 190
Convertant) Priami imperio, Phrygibúsque futurum.
† Non tamen abstinuit: nec voci, iræque pepercit: 534
At tibi pro scelere, exclamat, prò talibus ausis
Dii, si qua est cœlo pietas, quæ talia curet,
Persolvant grates dignas, & præmia reddant
Debita. -- (*Priamus Pyrrho.*)
*Heu! quæ nunc tellus, inquit, quæ me æquora possunt 69
Accipere? aut quid jam misero mihi denique restat?
† Et terram altricem sævi exectamur Vlyssis. 3.Æn.273
* Spargite me in fluctus, vastóque immergite ponto; 605
Si pereo, manibus hominum periisse juvabit.
† Vos animam hanc potiùs quocunq; absumite letho. 654
* Exoriare aliquis nostris ex ossibus ultor. 4. Æn. 625
Qui face Dardanios, ferróque sequare colonos.
† I, sequere Italiam ventis, pete regna per undas; 381
Spero equidem, mediis, si quid pia numina possunt,
Supplicia hausurum scopulis, & nomine Dido
Sæpè vocaturum: sequar atris ignibus absens:
Omnibus umbra locis adero: dabis improbe pœnas.
* Sed mihi vel tellus optem priùs ima dehiscat, 24
Vel Pater omnipotens adigat me fulmine ad umbras,
Antè pudor quàm te violem, aut tua jura resolvam.
† Sol, qui terrarum flammis opera omnia lustras, 612
Túque harum interpres curarum, & conscia Iuno,
Et Diræ ultrices, & Dii morientis Elisæ,
Accipite hæc, meritúmque malis advertite numen,
Et nostras audite preces: si tangere portus
Infandum caput, ac terris adnare necesse est:
At bello audacis populi vexatus, & armis,

Finibus extorris, complexu avulsus Iüli,
Auxilium imploret, videátque indigna suorum
Funera: nec cùm se sub leges pacis iniquæ
Tradiderit, regno aut optatâ luce fruatur,
Sed cadat ante diem, mediâque inhumatus arenâ.
Hæc precor, hanc vocem extremā cū sanguine fundo.

4. Æn. 628 † Littora littoribus contraria, fluctibus undas
Imprecor: arma, armis, pugnent ipsíque nepotes.

6. Æn. 529 * Di talia Graiis Instaurate, pio si pœnas ore reposco.

8. Æn. 483 † Quid memorem infandas cædes, quid facta tyranni
Effera? Dii capiti ipsius, generíque reservent.

12. Æn. 40 * Quid consanguinei Rutuli: quid cætera dicet
Italia? ad mortem si te (fors dicta refutet)
Prodiderim.--

882 † Immortalis ego? haud quicquam mihi dulce meorū
Te sine frater erit? ô quæ satis ima dehiscat
Terra mihi, Manésque Deam demittat ad imos.

9. Æn. 493 * Figite me, si qua est pietas, in me omnia tela
Conjicite, ô Rutuli, me primam absumite ferro,
Aut tu, magne Pater Divûm, miserere, tuóque
Invisum hoc detrude caput sub Tartara telo,
Quando aliter nequeo crudelem abrumpere vitam.

5. Æn. 685 † Tum pius Æneas humeris abscindere vestem.
Iuppiter omnipotens, da flammam evadere classi.
Vel tu, quod superest, infesto fulmine morti,
Si mereor, demitte, tuâque hîc obrue dextrâ.

v. Infandum.

INCENDIVM, IGNIS, FLAMMA, Vulcanus, Pyra, Fornax, Fumus, Focus, Scintilla, Stipula, Favilla, Pestis, Excidia fumantia: Torris, Ambustus, Pruna: Cremare, Ardere, &c.

2. Geor. 303 NAm sæpe incautis pastoribus excidit ignis:
Qui furtim pingui primùm sub cortice tectus
Robora comprendit, frondésque elapsus in altas
Ingentem cœlo sonitum dedit: inde sequutus
Per ramos victor, pérque alta cacumina regnat,
Et totum involvit flammis nemus, & ruit atram
Ad cœlum piceâ crassus caligine nubem,
Præsertim si tempestas à vertice sylvis
Incubuit, glomerátque ferens incendia ventus.

4. Geor. 263 † Æstuat ut clausis rapidus fornacibus ignis.

1. Æn. 173 * Ac primùm silicis scintillam excudit Achates,

Suscepítque

Suscepitque ignem foliis, atque arida circùm
Nutrimenta dedit, rapuitque in fomite flammam.
† --Prohibe infandos à navibus ignes. 1. Æn. 524
* Hic focus, & tædæ pingues, hîc plurimus ignis 7. Ecl. 49
Semper, & assiduâ postes fuligine nigri,
Hîc tantùm Boreæ curamus frigora, quantùm
Aut numerum lupus, aut torrentia flumina ripas.
† Ante focum, si frigus erit; si messis, in umbra. 5. Ecl. 70
* --néve rubentes Vre foco cancros.-- 4. Geor. 47.
† Et suspensa focis exploret robora fumus. 1. Geor. 175
* Advolvêre focis ulmos, igníque dedêre. 3. Geor. 378
† Præcipitare jubent, subjectísque urere flammis. 2. Æn. 37
* Vel Danaûm Phrygios jaculatus puppibus ignes. 276
† -- jam Deïphobi dedit ampla ruinam, 310
Vulcano superante, domus; jam proximus ardet
Vcalegon: Sigæa igni freta lata relucent.
* --Victórque Sinon incendia miscet Insultans.-- 329
† In segetem veluti cùm flamma furentibus austris 304
Incidit, aut rapidus montano flumine torrens.
* Succedunt tecto, & flammas ad culmina jactant. 478
† --dant clara incendia lucem 569
Erranti, passímque oculos per cuncta ferenti.
* Iam flammæ tulerint, inimicus & hauserit ensis. 600
† Descendo, ac ducente Deo, flammā inter, & hostes 632
Expedior: dant tela locum, flammæque recedunt.
* Hoc erat alma parens, quod me per tela, per ignes 664
Eripis?-- (*Æneas Veneri.*)
† Tum verò omne mihi visum considere in ignes 624
Ilium, & ex imo verti Neptunia Troja.
* Ecce levis summo de vertice visus Iüli 682
Fundere lumen apex, tactúque innoxia molli
Lambere flamma comas, & circum tempora pasci.
Nos pavidi trepidare metu, crinémque flagrantem
Excutere, & sanctos restinguere fontibus ignes.
† --& latè circum loca sulphure fumant. 698
* Dixerat ille, & jam per mœnia clarior ignis 705
Auditur, propiúsque æstus incendia volvunt.
† Ilicet ignis edax summa ad fastigia vento 539
Volvitur: exuperant flammæ, furit æstus ad auras.
* Attollítque globos flammarum, & sydera lambit. 3. Æn. 574
† Fama est Enceladi semiustum fulmine corpus 578
Vrgeri mole hac, ingentémque insuper Ætnam
Impositam, ruptis flammam expirare caminis.

12.Æn.101 † His agitur furiis, totóque ardentis ab ore
Scintillæ absistunt, oculis micat acribus ignis.

1.Geor.391 *-- testâ cùm ardente viderent Scintillare oleum.--

4.Æn.504 † At Regina pyrâ, penetrali in sede, sub auras
Erectâ ingenti, tædis, atque ilice sectâ.

566 * Iam mare turbari trabibus, sævásque videbis
Collucere faces, jam fervere littora flammis.

604 † --faces in castra tulissem,
Implessémque foros flammis, natúmq; patrémque,
Cum genere extinxem, memet super ipsa dedissem.

669 * Non aliter resonat magnis plangoribus æther.
--quàm si immissis ruat hostibus omnis
Carthago, aut antiqua Tyros, flammæque furentes
Culmina pérque hominum volvantur, pérq; Deorum.

5. Æn.3. † Mœnia respiciens, quæ jam infelicis Elisæ
Collucent flammis: quæ tantum accenderit ignem,
Causa latet. --

635 * Quin agite, & mecum infaustas exurite puppes,
Nam mihi Cassandræ per somnum vatis imago
Ardentes dare visa faces: hîc quærite Trojam;
Nec tantis mora prodigiis, en quatuor aræ
Neptuno, Deus ipse faces, animúmque ministrat.
Hæc memorans, prima infensum vi corripit ignem,
Sublatâque procul dextrâ connixa coruscat,
Et jacit: arrectæ mentes, stupefactáq; corda Iliadum.

559 † Tùm verò attonitæ monstris: actæque furore
Conclamant, rapiúntque focis penetralibus ignem:
Pars spoliant aras, frondem, ac virgulta, facesque
Conjiciunt: furit immissis Vulcanus habenis
Transtra per, & remos, & pictas abiete puppes.

667 * Respiciunt atram in nimbo volitare favillam.

680 † Sed non idcirco flammæ, atque incendia vires
Indomitas posuêre: udo sub robore vivit
Stupa vomens tardum fumum, lentúsque carinas
Est vapor, & toto descendit corpore pestis,
Nec vires Heroûm, infusáque flumina prosunt.

[699 * Implentúrque super puppes: semiusta madescunt
Robora: restinctus donec vapor omnis, & omnes
Quatuor amissis servatæ à peste carinæ.

743. & 8. † Hæc memorans cinerem, & sopitos suscitat ignes.
Æn.410 * Pergameúmque larem, & canæ penetralia Vestæ.

6.Æn.6 † --quærit pars semina flammæ
Abstrusa in venis silicis; pars densa ferarum.

† Visa (nefas) longis comprendere crinibus ignem, 7. Æn. 73
Atque omnem ornatum flammâ crepitante cremari,
Regaiésque accensa comas, accensa coronam
Insignem gemmis: tum fumida lumine fulvo
Involui, ac totis Vulcanum spargere tectis:
Id verò horrendum, ac visu mirabile ferri.
* --num incensa cremavit Troja viros?-- 295
† Lumine fumantes fixit sub pectore tædas, 461
Sævit amor ferri, & scelerata insania belli:
Ira super: magno veluti cùm flamma sonore
Virgea suggeritur costis undantis aheni,
Exultántque æstu latices: furit intus aquæ vis,
Fumidus atque altè spumis exuberat amnis,
Nec jam se capit unda: volat vapor ater ad auras.
* Huic monstro Vulcanus erat pater: illius atros 8. Æn. 198
Ore vomens ignes.-- (*De Caco.*)
† Casuráque inimicis ignibus arces. 375
* --fumantibus ardua saxis, 417
Quam subter specus, & Cyclopum exesa caminis
Antra Ætnæa tonant, validíque incudibus ictus
Auditi referunt gemitum, striduntque cavernis
Stricturæ chalybum, & fornacibus ignis anhelat:
Vulcani domus, & Vulcania nomine tellus.
Hoc tunc ignipotens cœlo descendit ab alto,
Ferrum exercebant vasto Cyclopes in antro
Brontésq; Steropésque & nudus membra Pyracmon.
† --ignem ad fastigia jactant. 491
* --geminas cui tempora flammas Læta vomunt.-- 680
† Invadit, sociósque incendia poscit ovantes, 9. Æn. 71
Atque manum pinu flagranti fervidus implet.
Tum verò incumbunt: urget præsentia Turni:
Atque omnis facibus pubes accingitur atris,
Diripuêre focos, piceum fert fumida lumen
Tæda, & commistam Vulcanus ad astra favillam.
Quis Deus, ô Musæ, tam sæva incendia Teucris
Avertit? tantos ratibus quis depulit ignes?
* --an non vidit sunt mœnia Trojæ, 144
Neptuni fabricata manu, considere ignes?
† Luce palàm certum est igni circundare muros. 153
* --& mœnia cingere flammis. 160
† Interrupti ignes, atérq; ad sydera fumus Erigitur.- 239
* --& fumiferos infert Mezentius ignes. 522
† Princeps ardentem conjecit lampada Turnus: 535

Et flammam adfixit lateri, quæ plurima vento
Corripuit tabulas, & postibus hæsit adesis.
Turbati trepidare intus, frustráque malorum
Velle fugam, dum se glomerant, retróque residunt
In partem, quæ peste caret, tum pondere turris
Procubuit subitò, & cœlum tonat omne fragore.

9. Æn.568 * Ardentes tædas alii ad fastigia jactant.

10. Æn.45 † --per eversæ, genitor, fumantia Trojæ Excidia.--

55 * --quid pestem evadere belli
Iuvit, & Argolicos medium fugisse per ignes?

74 † Indignum est Italos Trojam circumdare flammis.

118 * Intereà Rutuli portis circùm omnibus instant
Sternere cæde viros, & mœnia cingere flammis.

130 † Hi jaculis, illi certant defendere saxis,
Molirique ignem, nervóque aptare sagittas.

403 * Ac velut optatâ ventis æstate coortis,
Dispersa immittit sylvis incendia pastor,
Correptis subitò mediis extenditur unà
Horrida per latos acies Vulcania campos:
Ille sedens victor flammas despectat ovanteis,
Non aliter sociûm virtus coit omnis in unum.

11. Æn.142 † Arcades ad portas ruere, & de more vetusto
Funereas rapuêre faces, lucet via longo
Ordine flammarum, & latè discriminat agros.

208 * Nec numero, nec honore cremant, tunc undiq; vasti
Certatim crebris collucent ignibus agri.

786 † --cui pineus ardor acerno
Pascitur: & medium freti pietate per ignem
Cultores multâ premimus vestigia prunâ.

12. Æn.298 * Obvius ambustum torrem Chorinæus ab ara
Corripit: & venienti Ebuso, plagámque ferenti
Occupat os flammis: illi ingens barba reluxit,
Nidorémque ambusta dedit.--

521 † At velut immissi diversis partibus ignes
Arentem in sylvam, & virgulta sonantia lauro,
Quisque suum populatur iter: Non segniùs ambo
Æneas, Turnúsque ruunt per prælia: nunc nunc
Fluctuat ira intus.--

569 * Eruam, & æqua solo fumantia culmina ponam.

573 † Ferte faces properè: fœdúsque reposcite flammis.

576 * --densàque ad muros mole feruntur:
Scalæ improvisò, subitúsque apparuit ignis.

596 † Incendi muros, ignes ad tecta volare.

† Dejectum arces Italûm, excidióque daturum; 12. Æn.655
Iámque faces ad tecta volant.—
* Ecce autem flammis inter tabulata volutus
Ad cœlum undabat vortex, turrimque tenebat: 672
Turrim compactis trabibus, quam eduxerat ipse.
† Crateráſque, focóſque ferunt. — 285
v. Ignis, & Fumus, & Faces.

INCIPERE, INCHOARE, AGGREDI, Ingredi, Ordiri, Cœpiſſe, Orſa, Incepta, Exordia, Exorſa, Cœpta, Accingi, Inire.

Incipe Damœta, tu deinde ſequêre, Menalca. 3. Ecl. 53
* --ſimul incipit ipſe, 6. Ecl. 26
† Aggredere, ô, magnos, aderit jam tempus, honores. 4. Ecl. 49
* Incipe parve puer, riſu cognoſcere matrem. 60
† Fluctus ut in medio cœpit cùm albeſcere ponto. 3. Geor. 237
* Sin in proceſſu cœpit crudeſcere morbus. 504
† Incumbens tereti Damon, ſic cœpit, olivæ. 16
* Incipe Mænalios mecum mea tibia verſus. 55
† Tu major, tibi me eſt æquum parêre, Menalca. 5. Ecl. 4
* Incipe ſi quid habes, & me fecêre Poëtam. 9. Ecl. 32
† Da facilem curſum, atque audacibus annue cœptis. 1. Geor 40
* – hinc canere incipiam. 5
† Ingredior ſanctos auſus recludere fontes. 2. Geor. 177
* Te ſine nil altum mens inchoat, en age. 3. Geor. 42
† Mox tamen ardentes accingar dicere pugnas. 46
* Expediam primâ repetens ob origine famam. 4. Geor 285
† Maximus Ilioneus placido ſic pectore cœpit. 1. Æn. 525
* Inde toro pater Æneas ſic orſus ab alto. 2. Æn. 2
† Tum Stygio regi nocturnas inchoat aras. 6. Æn. 253
* --vix prima inceperat æſtas. 3. Æn. 8
† Tum ſic orſa loqui vates, Sate ſanguine Divûm. 6. Æn. 125
* Tum vates ſic orſa loqui. Dux inclyte Teucrûm. 562
† Majus adorta nefas, majorémque orſa furorem. 7. Æn. 386
* --ſic orſa viciſſim Ore refert. - 440
† -- & in melius tua, qui potes, orſa reflectas. 10. Æn. 632
* Incipiat conferre manum. - 876
† Incipio ſuper his: Iuvenes fortiſſima fruſtrà, &c. 2. Æn. 348
* Sacra Iovi Stygio qui ritè incepta paravi. 4. Æn. 638
† Pertæſum magni incepti, rerúmque tuarum eſt. 5. Æn. 714

7.Æn.259 * Tandem lætus ait, Dii nostra incepta secundent.
11.Æn.469 †Cōciliū ipse pater,&magna inceptaLatinusDeserit.-
2.Geor.38 * Túque ades inceptumque unà decurrere laborem.--
8.Ecl.11 † --accipe jussis Carmina cœpta tuis.
3 Æn.19 *--Divísq; ferebam Auspiciіbus cœptorū operum:-
8.Ecl.16 † Ingredere, & votis jam nunc assuesce vocari.
6.Ecl.33 * Et liquidi simul ignis, ut his exordia primis
Omnia, & ipse tener mundi concreverit orbis,
Tum durare solum, & discludere Nerea ponto
Cœperit, & rerum paulatim sumere formas.
† Heu quid agat? quo nunc Reginā ambire furentem
4.Æn.283 Audeat affatu? & quæ prima exordia sumat.
* Atque per ambages, & longa exorsa tenebo.
2.Geor.46 † - sua cuique exorsa laborem Fortunámque ferent.-
10.Æn.111 * Téque adeo decus hoc ævi, te Consule, inibit
4.Ecl.11. Pollio, & incipient magni procedere Menses.

v. Principium.

INERS, PIGER, SEGNIS, IGNAVUS, Desidia, Torpor, Torpere.

1.Ecl.529 Libertas, quæ sera tamen respexit inertem.
1.Geor.94 † Multùm adeò rastris glebas qui frangit inertes.
3.Geor.135 * Sit genitali arvo. & sulcos oblimet inertes.
332 † Solvuntur latera, atque oculos stupor urget inertes.
4.Geor.25 * In medium: seu stabit iners; seu profluet humor.
2.Æn.364 † Plurima perque vias sternuntur inertia passim
Corpora.--
4.Æn.158 * Spumantémque dari pecora inter inertia votis
Optat aprum, aut fulvum descendere monte leonem.
9 Æn.55 † Horrisono. Teucrûm mirantur inertia corda,
Non æquo dare se campo, non obvia ferre
Arma viros, sed castra fovere.--
150 *-tenebras, & inertia furta Palladii, ne timeant.--
730 † Immanem veluti pecora inter inertia tigrim.
10.Æn.322 * --ecce Pharon, voces dum jactat inertes.
11.Æn.667 † Dum subit, ac dextram labenti tendit inertem.
727 * Quis metus, ô nunquam dolituri, ô semper inertes
Tyrrheni, quæ tanta animis ignavia vênit?
1.Geor.299 † Nudus ara, sere nudus, hyems ignava colono.
2.Geor.207 * Et nemora evertit multos ignava per annos.
4.Geor.167 † Ignavum, fucos, pecus à præsepibus arcent.

† Aut intus clausis cunctantur in ædibus omnes, 4. Geor. 258
Ignavæque fame, & contracto frigore pigræ.
* Videris aut summas carpentem ignaviùs herbas. 3. Geor. 465
† Nulla mora in Turno: nihil est quod dicta retractent 12. Æn. 11
Ignavi Æneadæ, nec quæ pepigêre recusent.
* Te sine nil altum mens inchoat: en age segnes 3. Geor. 40
Rumpe moras, vocat ingenti clamore Cithæron.
† Et segnem patiere situ durescere campum. 1. Geor. 72
* Neu segnes jaceant terræ, juvat Ismara Baccho. 2. Geor. 35
† Densa fere, in denso non segnior ubere Bacchus. 275
* Hũc quoq; ubi aut morbo gravis, aut jã segnior annis 3. Geor. 94
Deficit, abde domo, nec turpi ignosce senectæ.
† Quòd nec concubitu indulgent, nec corpora segnes 4. Geor. 197
In Venerem solvunt. — (*Apes.*)
* Festinate viri, nam quæ tam sera moratur 2. Æn. 373
Segnities? alii rapiunt incensa, ferúntque
Pergama, vos celsis nunc primùm à navibus itis.
† Tela sonãt humeris, haud illo segnior ibat Æneas. — 4. Æn. 149
* Haud segni strato surgit Palinurus, & omnes 3. Æn. 513
Explorat ventos, atque auribus aëra captat.
† — instat non segniùs, ac rotat ensem Fulmineum. 9. Æn. 441
* — nulla tuos currus fuga segnis equorum Prodidit. — 10. Æn. 592
† Et rutilis clarus squammis: Ille horridus alter 4. Geor. 92
Desidiâ, latámque trahens inglorius alvum.
* Vobis picta croco, & fulgenti murice vestis, 9. Æn. 614
Desidiæ cordi, juvat indulgere choreis.
† Illi membra novus solvit formidine torpor. 12. Æn. 867
* It gemitus, torpent infractæ ad prælia vires. 9. Æn. 499
† Nec torpere gravi passus sua regna veterno. 1. Geor. 124

v. Mora, Otium, Senectus, Invalidus, & Pœnitet.

INFERNVS, ACHERON, CHARON, Avernus, Phlegeton, Erebus, Tartarus, Barathrum: Cocyti sedes, Tartareæ, Domus Infernæ, Tristes: Loca turbida, Inania regna, Cocytius, Hecate, Vmbræ.

Pandere res altâ terrâ, & caligine mersas, 6. Æn. 266
Sit mihi fas audita loqui. — (*Virg. Diis inferis.*)
* Non secus ac si quâ penitùs vi terra dehiscens 8. Æn. 243
Infernas reserat sedes, & regna recludat

Pallida, Diis invisa, superque immane barathrum.

6. Æn. 268 † Ibant obscuri solâ sub nocte per umbras,
Pérque domos Ditis vacuas, & inania regna.

106 * --hîc inferni janua Regis Dicitur.

1. Geor. 36 †(*Virg. Cæsari.*) Nam nec te sperent Tartara Regem,
Nec tibi regnandi veniat tam dira cupido.

8. Æn. 667 * Tartareas etiam sedes, alta ostia Ditis.

7. Æn. 562 † Cocytíque petit sedes. (*Alecto.*)

6. Æn. 431 * Nec verò hæ sine sorte datæ, sine judice sedes.

5. Æn. 731 † --Ditis tamen antè Infernas accede domos.--

6. Æn. 534 * (*Deiphobus Æneæ*) -- quæ te fortuna fatigat,
Vt tristeis sine sole domos, loca turbida adires?

5. Æn. 98 † Vináque fundebat pateris, animámque vocabat
Anchisæ magni, Manésque Acheronte remissos.

11. Æn. 22 * Intereà socios, inhumatáque corpora terræ
Mandemus, qui solus honos Acheronte sub imo est.

2. Geor. 490 † Felix, qui potuit rerum cognoscere causas,
Atque metus omnes, & inexorabile fatum
Subjecit pedibus, strepitúmque Acherontis avari.

6. Æn. 295 * Hinc via, Tartarei quæ fert Acherontis ad undas.
Turbidus hic cœno, vastâque voragine gurges
Æstuat, atque omnem Cocyto eructat arenam.
Portitor has horrendus aquas, & flumina servat
Terribili squalore Charon.--

7. Æn. 312 † Flectere si nequeo Superos, Acheronta movebo.

6. Æn. 576 * Quinquaginta atris immanis hiatibus hydra.

236 † Spelunca alta fuit, vastóque immanis hiatu
Scrupea, tuta lacu nigro, nemorúmque tenebris,
Quam super haud ullæ poterant impunè volantes
Tendere iter pennis, talis sese halitus atris
Faucibus effundens, supera ad convexa ferebat,
Vnde locum Graii dixerunt nomine Aornon.

573 * Tum demum horrisono stridentes cardine sacræ
Panduntur portæ.--

562 † Tum vates sic orsa loqui: Dux inclyte Teucrûm
Nulli fas casto sceleratum insistere limen.

2. Æn. 398 * Confer mus, multos Danaûm demittimus Orco.

9. Æn. 527 † (*Turnus.*)-- quem quisque virûm demiserit Orco.

1. Geor. 527 * --pallidus Orcus, Eumenidésque satæ.--

4. Geo. 502 † Nec portior Orci passus transire paludes.

6. Æn. 273 * Vestibulum ante ipsum, primísque in faucibus Orci
Luctus, & ultrices posuêre cubilia curæ.
Pallentésque habitant morbi, tristísque senectus,

Et metus, & malesuada fames, & turpis egestas,
Terribiles visu formæ, lethúmque labórque,
Tum consanguineus lethi sopor, & mala mentis
Gaudia, mortiferumque adverso in limine bellum:
Ferréique Eumenidum thalami, & Discordia demés.
† Tercentum tonat ore Deos, Erebúmque, Chaosq; 4. *Æn.* 510
* Dii quibus imperiũ est animarum, umbræq. silentes, 6. *Æn.* 264
Et Chaos, & Phlegeton, loca nocte silentia latè.
† Respicit Æneas subitò, & sub rupe sinistrâ 548
Mœnia lata videt triplici circumdata muro,
Quæ rapidus flammis ambit torrentibus amnis
Tartareus Phlegeton, torquétque sonantia saxa.
* Sub pedibus Styx atra videt, Manésque profundi. 1. *Geo.* 244
† Aspicies lucos Stygios, regna invia vivis. 6. *Æn.* 154
* Quod si tantus amor menti, si tanta cupido 133
Bis Stygios innare lacus, bis nigra videre
Tartara, & insano juvat indulgere labori.
† Vnde hæc, ô Palinure, tibi tam dira cupido? 372
Tu Stygias inhumatus aquas, amnémque severum
Eumenidum aspicies? ripámve injussus abibis?
* Alecto in Teucros Stygiis se concitat alis. 7. *Æn.* 476
† Fulmine Phœbigenam Stygias detrusit ad undas. 7. *Æn.* 773
* Tisiphone in lucem Stygiis emissa tenebris. 3. *Geo.* 551
† Vique soporatum Stygiâ.— (*Ramum.*) 5. *Æn.* 585
* Adjuro Stygii caput implacabile fontis. 12. *Æn.* 816
† Quos circum limus niger & deformis arundo 4. *Geo.* 478
Cocyti, tardâque palus innabilis undâ & 6. *Æn.*
Alligat, & novies Styx interfusa coërcet. 438
* Flumina tanta paras, Stygiámque innare paludem. 369
† Dixerat, idque ratum Stygii per flumina fratris, 9. *Æn.* 104
Per pice torrentes, atrâque voragine ripas.
* Nec ripas datur horrendas, nec rauca fluenta 6. *Æn.* 326
Transportare, priùs quàm sedibus ossa quierunt.
† Illa quidem Stygiâ nabat jam frigida cymbâ. 4. *Geor.* 506
* Corpora viva nefas Stygiâ vectare carinâ. 6. *Æn.* 391
Tandem trans fluvium incolumes, Vatémq; virúmq; 415
Informi limo, glaucâque exponit in ulvâ.
† (*Animæ.*) — illæ remis vada livida verrunt. 320
* At cantu commotæ Erebi de sedibus imis 4. *Geo.* 471
Vmbræ ibant tenues, simulacráque luce carentum.
† Vel Pater omnipotés adigat me fulmine ad umbras, 4. *Æn.* 25
Pallentes umbras Erebi, noctémque profundam.

6.Æn.404 † Ad genitorem, imas Erebi descendit ad umbras:
671 * Venimus, & magno Erebi tranavimus amnes.
246 † Voce vocans Hecaten, cœlóq; Erebóq; potentem,
7.Æn.140 * Invocat, & duplices cœlóque, Ereboque parentes.
4.Geor.481 † Quin ipsæ stupuêre domus, atque intima lethi
Tartara. --
2.Geo.290 * Æsculus in primis, quæ quantùm vertice ad auras
Æthereas, tantùm radice in Tartara tendit.
6.Æn.577 † --tum Tartarus ipse
Bis patet in præceps tantùm, tenditque sub umbras,
Quantus ad ætherium cœli suspectus Olympum.
12.Æn.203 * Diluvio miscens, cœlúmve in Tartara solvat.
8.Æn.563 † Et regem hac Herilum dextrâ sub Tartara misi.
5.Æn.731 * Congressus pete, nate, meos: non me impia námque
Tartara habent, tristésq; umbræ. (*Anchises Æneæ.*)
6.Æn.542 † Hàc iter Elysium nobis: at læva malorum
Exercet pœnas, & ad impia Tartara mittit.
4.Æn.998 * Pallentes, alias sub tristia Tartara mittit.
6.Æn.396 † Tartareum ille manu custodem in vincla petivit;
8.Æn.666 * Tartareas etiam sedes, alta ostia Ditis.
6.Æn.201 † Inde ubi venêre ad fauces graveolentis Averni,
Tollunt se celeres. -- (*Columbæ.*)
564 * Sed me cum lucis Hecate præfecit Avernis
Ipsa Deûm pœnas docuit, pérque omnia duxit.
4.Geor.491 † Effusus labor, atque immitis rupta tyranni
Fœdera: térque fragor stagnis auditus Avernis.
512 * Sparserat, & latices simulatos fontis Averni.
2.Geor.164 † Tyrrhenísque fretis immittitur æstus Avernis,
* Et varias audit voces, fruitúrque Deorum
7.Æn.90 Colloquio, atque imis Acheronta affatur Avernis.
5.Æn.731 † -- Averna per alta Congressus pete, Nate, meos.
812 * Tutus, quos optas portus accedet Averni.

Ire ad Inferos, & redire.

12.Æn.646 † Sancta ad vos anima, atque istius inscia culpæ
Descendi, magnorū haud unquam indignus avorum.
11.Æn.830 * Vitáque cum gemitu fugit indignata sub umbras.
10.Æn.819 † -tum vita per auras
Concessit mœsta ad Manes, corpúque reliquit.
4.Æn.387 * Audiam, & hæc Manes veniet mihi fama sub imos,
654 Et nunc magna mei sub terras ibit imago,
Sed moriamur ait, sic sic juvat ire sub umbras.
12.Æn.883 † (*Iuturna.*) O quæ satis ima dehiscat

Terra mihi, Manésque Deam demittat ad imos.
† - multos Danaûm demittimus Orco. 2. *Æn.* 398
Tum virgam capit, hac animas ille evocat Orco
Pallentes, alias sub tristia Tartara mittit.
* Fulmine Phœbigenam Stygias detrusit ad undas. 7. *Æn.* 773
† (*Sibylla.*) - furens antro se immisit aperto. 6. *Æn.* 262
* Si potuit Manes arcessere conjugis Orpheus. 119
† Nocturnósque ciet Manes. -- (*Saga carminibus.*) 4. *Æn.* 490
* Sævit & in lucem Stygiis emissa tenebris 3. *Geor.* 551
Pallida Tisiphone morbos agit antè, metúmque.
† Námque ferunt famâ Hippolytum ad sydera rursus 7. *Æn.* 765
Ætheria, & superas cœli venisse sub auras,
Pæoniis revocatum herbis, & amore Dianæ.
* Inclusas animas, superúmque ad lumen ituras 6. *Æn.* 680
Fortè recensebat. -- (*Anchises Æneæ apud Inferos.*)
† Tros Anchisiade, facilis descensus Averni, &c. 126
Sed revocare gradum, superásque evadere ad auras,
Hoc opus, hic labor est. -- (*Sibylla Æneæ.*)
* Tú Pater omnipotens, aliqué indignatus ab umbris 8. *Æn.* 770
Mortalem infernis ad lumina surgere vitæ.
† Tristius haud illis Monstrum, nec sævior ulla 3. *Geor.* 551
Pestis, & ira Deûm Stygiis sese extulit undis.
* Scilicet immemores supera ut convexa revisant 6. *Æn.* 750
Rursus, & incipiant in corpora velle reverti.
† Redditáque Eurydice superas veniebat ad auras. 4. *Geor.* 486
* Cùm subitò incautum dementia cepit amantem 488
Ignoscenda quidem, scirent si ignoscere Manes;
Restitit, Eurydicénque suam jam luce sub ipsa
Immemor, heu victúsque animi, respexit. --
† —Alecto superis immissa repentè. 10. *Æn.* 40
* Diis geniti potuêre: tenent media omnia sylvæ, 6. *Æn.* 131
Cocytúsque sinu labens circumfluit atro.
† Anchisâ generate, Deûm certissima proles, 322
Cocyti stagna alta vides, Stygiámque paludem,
Dii cujus jurare timent, & fallere numen.
* Illa autem attollit stridentes anguibus alas, 7. *Æn.* 561
Cocytíque petit sedes, supera ardua linquens.
† Invidia infelix furias, amnémque severum, 3. *Geor.* 37
Cocyti metuet, tortósque Ixionis angues.
* Cocyti limus niger, & deformis arundo. 4. *Geo.* 478
† Hîc subitam canibus rabiem Cocytia virgo 7. *Æn.* 478
Objicit. -- (*Alecto.*)

LETHÆVS, PALVS, LACVS, LVCVS, *Amnis, Styx, Stygius.*

6. *Æn.* 854 † Ecce Deus ramum lethæo rore madentem,
Vique soporatum Stygiâ super utraque quassat
Tempora, cunctantíque natantia lumina solvit.
1. *Geor.* 78. * Vrunt lethæo persusa papavera somno.
6. *Æn.* 713. † --animæ, quibus altera fato
Corpora debentur, Lethæi ad fluminis undam
Securos latices, & longa oblivia potant.
703 * Intereà videt Æneas in valle reductâ
Seclusum nemus, & virgulta sonantia sylvis,
Lethæumque domos placidas qui prænatat, amnem.
748 † Has animas ubi mille rotam volvêre per annos,
Lethæum ad fluvium, Deus evocat agmine magno,
Scilicet immemores supera ut convexa revisant.
4. *Geor.* 545 * Inferias Orphei lethæa papavera mittes.
12. *Æn.* 90 † Ensem, quem Dauno ignipotens Deus ipse parenti
Fecerat, & Stygiâ candentem tinxerat undâ.
6. *Æn.* 425 * Evaditque viam celer irremeabilis undæ.
4. *Geo.* 479 † Tardâque palus innabilis undâ.
6. *Æn.* 438 * Fata obstant, tristíque palus innabilis undâ.
550 † Quæ rapidus flammis ambit torrentibus amnis
Tartareus Phlegeton, torquétque sonantia saxa.
9. *Æn.* 104 * Dixerat, ídque ratum Stygii per flumina fratris.
Per pice torrentes, atrâque voragine ripas.
4. *Geor.* 503 † Ampliùs objectam passus transire paludem.
6. *Æn.* 106 * --hic inferni janua Regis
Dicitur, & tenebrosa palus Acheronte refuso.
392 † Nec verò Alciden me sum lætatus euntem
Accepisse lacu, nec Thesea, Pyrithoúmque.
3. *Æn.* 384 * Antè & Trinacriâ lentandus remus in undâ,
Infernique lacus.--
8. *Æn.* 296 † Te Stygii tremuêre lacus, te janitor Orci.
3. *Æn.* 442 * Divinosque lacus, & Averna sonantia sylvis.
6. *Æn.* 741 † --alii sub gurgite vasto
Infectum eluitur scelus, aut exuritur igni.
288 * Horrendùm stridens, flammísque armata Chimæra;
6. *Æn.* 673 † Nulli certa domus, lucis habitamus opacis.
386 * Per tacitum nemus ire.--
131 † --tenent media omnia sylvæ.
109 * --doceas iter, & sacra ostia pandas.
552 † Porta adversa ingens, solidóq; adamante columnæ
Vis ut nulla virûm, non ipsi excindere ferro

Cœlicolæ valeant: ſtat ferrea turris ad auras,
Tiſiphonéque ſedens pallâ ſuccincta cruentâ
Veſtibulum inſomnis ſervat noctéſque diéſque.
† Tum demum horriſono ſtridentes cardine ſacræ — 6. Æn. 573
Panduntur portæ: cernis cuſtodia qualis
Veſtibulo ſedeat, facies quæ limina ſervet?

MINOS, RADAMANTHVS.

QVæſitor Minos urnam movet, ille ſilentûm — 432
Conciliúmq; vocat vitáſque, & crimina diſcit.
* Gnoſius hæc Rhadamanthus habet duriſſima regna, — 565
Caſtigátque auditque dolos, ſubigítque fateri,
Quæ quis apud Superos furto lætatus inani
Diſtulit in ſeram commiſſa piacula mortem.

Proſerpina, Iuno inferna, Domina Ditis.

NEc repetita ſequi curet Proſerpina matrem. — 1. Geor. 39
*Nondum illi flavum Proſerpina vertice crinem — 4. Æn. 698
Abſtulerat, Stygióque caput damnaverat Orco.
† -- hanc dederat Proſerpina legem. — 4. Geor. 487
* Sed non antè datur telluris operta ſubire, — 3. Æn. 140
Auricomos quàm quis decerpſerit arbore fœtus;
Hoc ſibi pulchra ſuum ferri Proſerpina munus
Inſtituit.--
† --ipſe atri velleris agnam — 249
Æneas matri Eumenidum, magnæque ſorori
Enſe ferit, ſterilémque tibi, Proſerpina, vaccam.
* Caſta licet patrui ſervet Proſerpina limen. — 402
† -- viſæque canes ululare per umbram — 257
Adventante Deâ.--
* --latet arbore opacâ — 136
Aureus, & foliis, & lento vimine ramus,
Iunoni infernæ dictus ſacer.--
† Hi dominam Ditis thalamo deducere adorti. — 397

CERBERVS.

* --tenuítque inhians, tria Cerberus ora. — 4. Geo. 484
† Cerberus hæc ingens latratu regna trifauci — 6. Æn. 417
Perſonat, adverſo recubans immanis in antro.
Cui vates horrere videns jam colla colubris
Melle ſoporatam, & medicatis frugibus offam
Objicit: ille fame rabidâ tria guttura pandens
Corripit objectam, atque immania terga reſolvit
Fuſus humi, totóque ingens extenditur antro.
* Nec vim tela ferunt, licet ingens janitor antro — 400
Æternùm latrans exangues terreat umbras.

8.Æn. 296 † Te Stygii tremuêre lacus, te janitor Orci
Ossa super recubans antro semesa cruento.
6.Æn. 395 * Tartareum ille manu custodem in vincla petivit.
424 † Occupat Æneas aditum, custode sepulto.
v. Pluto, Charon, Furiæ, Manes, Tenebræ, Dis, &c.

INIVRIA, DEDECUS, IVRGIA.

3.Ecl.51 Efficiam posthac, ne quemquam voce lacessas.
13 * Fregisti & calamos: quæ tu perverse Menalca,
17 † Non ego te vidi Damonis, pessime, captum
Excipere insidiis?
26 * --non tu in triviis, indocte, solebas
Stridenti miserum stipulâ disperdere carmen?
4.Æn. 305 † Dissimulare etiam sperasti, perfide, tantum
Posse nefas? tacitúsque meâ decedere terrâ?
365 * Nec tibi Diva parens generis, nec Dardanus autor,
Perfide, sed duris genuit te cautibus horrens
Caucasus, Hircanæque admôrunt ubera tigres.
11.Æn.52 † Longè illi Dea mater erit, quæ nube fugacem
Fœmineâ tegat, & vanis sese occulat umbris.
99 * Semiviri Phrygis, & fœdare in pulvere crines
Vibratos calido ferro, myrrhâque madentes.
9.Æn. 634 † Trajicit. I, verbis virtutem illude superbis,
Bis capti Phryges hæc Rutulis responsa remittunt.
10.Æn.644 * Irritátque virum telis; ac voce lacessit.
11.Æn.342 † Surgit, & his onerat dictis, atque aggerat iras.
3. Ecl.7. * Parcius ista viris, tamen objicienda memento.
1.Æn. 27 † —spretæque injuria formæ.
346 * longa est injuria, longæ Ambages. --
3.Æn.256 † --nostræque injuria cædis.
604 * Pro quo, si sceleris tanta est injuria nostri.
6.Æ. 355 † Nec puer Ascanius, capitísque injuria cari,
Quem regno Hesperiæ fraudo, & fatalibus arvis.
9.Æn. 107 * --cùm Turni injuria matrem
Admonuit sacris ratibus depellere tædas.
10.Æn.681 † An sese mucrone ob tantū dedecus amẽs Induat.--
12.Æn.641 * Occidit infelix, ne nostrũ dedecus Ufens Aspiceret.--
784 † Da pater hoc nostris aboleri dedecus armis.
5.Ecl.11 * -- aut Alconis habes, aut jurgia Codri.
10.Æn.94 † (*Iuno Veneris.*) --nunc serâ querelis
Haud justis assurgis, & irrita jurgia jactas.

† Vel cùm se pavidum contra mea jurgia fingit, 11.Æn.406
Artificis scelus, & formidine crimen acerbat.
v. Nocere.

INSVPERABILIS, INVICTVS, INDOMITUS, Ineluctabilis, Indefessus, Non exuperabilis, Nescius vinci, Inexorabilis.

HInc Getulæ urbes, genus insuperabile bello. 4.Æn.40
† Eripe me his, invicte, malis.-- 6.Æn 365
*(*Hercules.*) Nubigenas, invicte, bimembres(*mactas.*) 8.Æn. 293
† Diis quanquam geniti, atque invicti viribus essent. 6.Æn.394
* Bellum importunum, cives, cum gente Deorum, 11.Æn.305
Invictísque viris gerimus, quos nulla fatigant
Prælia, nec victi possunt absistere ferro.
† --clypeúm quem dedit ipse Invictũ ignipotens.- 10.Æn.242
* Invictæ gentes æterna in fœdera mittant. 12.Æn.191
† Sic Martem indomitum, Danaósq; ad tecta ruentes. 2.Æn.440
* Nate, quis indomitas tantus dolor excitat iras? 594
† Sed non idcirco flammæ, atque incendia vires 5.Æn.680
Indomitas posuêre, udo sub robore vivit.
* Indomiti agricolæ, necnon & Troïa pubes. 7.Æn. 521
† Intereà pubi indomitæ non gramina tantùm. 3.Geor. 174
* Immanémque rotam, & non exuperabile saxum. 39
† --rumpuntur nescia vinci Pectora.-- 12.Æn. 527
* Heu pietas, heu prisca fides, invictáque bello 6.Æn. 877
Dextera! non illi quisquam se impunè tulisset
Obvius armato, seu cùm pedes iret in hostem,
Seu spumantis equi foderet calcaribus armos.
† (*Mezentius.*) --manet imperterritus ille 10.Æn.771
Hostem magnanimum opperiens, & mole suâ stat.
* Vênit summa dies, & ineluctabile tempus. 2.Æn.324
† Fortuna omnipotens, & ineluctabile fatum. 8. Æn. 334
* Nunc validam dextrâ rapit indefessa bipennem. 11. Æn.651
† --inexorabile fatum: Subjecit pedibus.-- 2.Geor.491
v. Constantia, & Victor.

INVIDIA, INFENSVS, AVERSVS.

NOn equidem invideo, miror magis. -- 1.Ecl.11
* Dixit Damœtas, invidit stultus Amyntas. 2.Ecl.39
† Pastores ederâ crescentem ornate Poëtam, 7.Ecl.26

--Invidiâ rumpantur ut ilia Codro:
Aut si ultra placitum laudârit, baccare frontem
Cingite, ne vâti noceat mala lingua futuro.

7.*Ecl.* 14. * Liber pampineas invidit collibus umbras.

3.*Eccl.* 13. † Fregisti & calamos: quæ tu perverse Menalca,
Et cùm vidisti puero donata, dolebas:
Et si non aliqua nocuisses, mortuus esses.

1.*Geor.* 511 * Iam pridem nobis cœli te regia Cæsar
Invidet, atque hominum queritur curare triumphos.

3.*Geor.* 37 † Invidia infelix furias, amnemque severum
Cocyti metuet, tortósque Ixionis angues.

1. *Æn.* 481 * Divâ solo fixos oculos aversa tenebat.
26 † --manet altâ mente repostum Iudicium Paridis.--

2. *Æn.* 72. * Dardanidæ infensi pœnas cum sanguine poscunt.

11. *Æn.* 122 † Tum senior, semperque odiis & crimine Drances
Infensus juveni Turno, sic ore vicissim.

12. *Æn.* 232 * - infensa Hetruria Turno.

7. *Æn.* 618 † --aversúsque refugit Fœda ministeria.--

2. *Æn.* 170 * - fractæ vires, aversa Deæ mens.
Nec dubiis ea signa dedit Tritonia monstris.
90 † -- invidiâ postquàm pellacis Vlyssi,
(Haud ignota loquor) superis concessit ab oris.

4. *Æn.* 234 * Ascanióne pater Romanas invidet arces?
349 † Quæ tandem Ausoniâ Teucros considere terrâ
Invidia est? & nos fas extera quærere regna.

5. *Æn.* 541 * Nec bonus Eurytion prælato invidit honori.
Quamvis solus avem cœlo dejecit ab alto.

10. *Æn.* 6 † Cœlicolæ magni, quianam sententia vobis
Versa retrò? tantúmque animis certatis iniquis?
852 * Pulsus ob invidiam solio, sceptrisque Paternis.

11. *Æn.* 336 † Tum Drances idem infensus, quem gloria Turni
Obliqua invidiâ, stimulisque agitabat amaris.
539 * Pulsus ob invidiam regno, viréſque superbas.

8. *Æn.* 508 † Sed mihi tarda gelu, seclisque effœta senectus
Invidet imperium, seræque ad fortia vires.

9. *Æn.* 654 * -- primam hanc tibi magnus Apollo
Concedit laudem, & paribus non invidet armis.

2. *Geo.* 503 † Aut doluit miserans inopem, aut invidit habenti.

11. *Æn.* 42 * Téne, inquit, miserande puer, cùm læta veniret,
Invidit fortuna mihi ne regna videres.
270 † Invidisse Deos, patriis ut redditus oris
Conjugium optatum, & pulchram Calydona viderem.

v. *Odium.*

INVISERE.

† --Vrbísne invisere Cæsar, Terrarúmque velis curã. 1. *Geor.* 25
* Protinùs Arcadiæ gelidos invisere fines. 8. *Æn.* 159
† Labere Nympha polo, finésque invise Latinos. 11. *Æn.* 588
* Deserit, ac Delum maternam invisit Apollo. 4. *Æn.* 144

Invisus.

† Verùm etiam invisos si quis tentârat amictus. 3. *Geor.* 563
* Candida vênit avis longis invisa colubris. 2. *Geor.* 320
† Aut durum tineæ genus, aut invisa Minervæ 4. *Geor.* 246
In foribus laxos suspendit aranea casses.
* Et filicem curvis invisam pascit aratris. 2. *Geor.* 189
† Abdiderat sese, atque aris invisa sedebat. 2. *Æn.* 574

INVOCATIO.

IDæúmque Iovem, Phrygiámque ex ordine matrẽ 7. *Æn.* 139
Invocat, & duplices cœlóque Erebóque parentes.
* Sicelides Musæ, paulò majora canamus. 4. *Ecl.* 1
† Ab Iove principium, Musæ, Iovis omnia plena. 3. *Ecl.* 60
* Sis bonus, ô, felíxque tuis, en quattuor aras. 5. *Ecl.* 65
† Casta fave Lucina, tuus jam regnat Apollo. 4. *Ecl.* 10
* Extremum hunc, Arethusa, mihi concede laborem. 10. *Ecl.* 1
† Dicite Pierides: Non omnia possumus omnes. 8. *Ecl.* 63
* --vos, ô clarissima mundi 1. *Geor.* 5
Lumina, labentem cœlo quæ ducitis annum.
† Et vos agrestum præsentia numina Fauni. 10
Ferte simul, Faunique pedem, Dryadésque puellæ,
Munera vestra cano: túque, ô cui prima frementem.
* Adsis ô Tegeæe favens, oleæque Minerva. 18
† Da facilem cursum, atque audacibus annue cœptis, 40
Ignarósque viæ mecum miseratus agrestes
Ingredere, & votis jam nunc assuesce vocari.
* Huc pater, ô Lenæe, veni, nudatáque musto 2. *Geor.* 7
Tinge novo mecum direptis crura cothurnis.
† Túque ades, inceptúmque unà decurre laborem, 39
O decus, ô famæ meritò pars maxima nostræ,
Mæcenas, pelagóque volans da vela patenti.
* Me verò primùm dulces ante omnia Musæ, 475
Quarum sacra fero, ingenti percussus amore
Accipiant, cœlique vias, & sydera monstrent,
Vnde tremor terris, quâ vi maria alta tumescant.
† Te quoque, magna Pales, & te memorande canemus. 3. *Geor.* 1

Paſtor ab Amphryſo: vos ſylvæ, amnéſque Lycæi.

3.*Geor.* 41. † —tua, Mœcenas, haud mollia juſſa,
Te ſine nil altum mens inchoat, en age ſegneis
Rumpe moras, vocat ingenti clamore Cithæron.

294 * Nunc veneranda Pales, magno nunc ore ſonandú.

4. *Geor.* 2. † -- hanc etiam, Mœcenas, aſpice partem.

315 * Quis Deus hanc, Muſæ, quis nobis extulit artem?

1. *Æn.* 8. † Muſa, mihi cauſas memora, quo numine læſo. &c.

329 * Sis felix, noſtrúmque leves quæcunque laborem.

730 † Iuppiter, hoſpitibus nam te dare jura loquuntur,
Hunc lætum, Tyriiſque diem, Trojâque profectis;
Eſſe velis, noſtróſque hujus meminiſſe Minores;
Adſis lætitiæ Bacchus dator, & bona Iuno:
Et vos, ô cœtum Tyrii celebrate faventes.

2. *Æn.* 154 * Suſtulit exutas vinclis ad ſydera palmas,
Vos æterni ignes, & non violabile veſtrum
Teſtor numen, ait: vos aræ, enſeſque nefandi.

702 † Dii patrii ſervate domum, ſervate nepotem.

430 * Iliaci cineres, & flamma extrema meorum,
Teſtor in occaſu veſtro, nec tela, nec ullas
Vitaviſſe vices Danaûm, & ſi fata fuiſſent,
Vt caderem, meruiſſe manu. --

3. *Æn.* 528 † Dii maris, & terræ, tempeſtatúmque potentes,
Ferte viam vento facilem, & ſpirate ſecundi.

265 * Dii prohibete minas, Dii talem avertite peſtem.

620 † --Dii talem terris avertite peſtem.

9. *Ecl.* 39 * Huc ades, ô Galatea: quis eſt nam ludus in undis?
Hîc ver purpureum, varios hîc flumina circum
Fundit humus flores, hîc candida populus antro.
Huc ades, inſani feriant ſine littora fluctus.

2. *Ecl.* 45 † Huc ades, ô formoſe puer, tibi lilia plenis
Ecce ferunt Nymphæ calathis.--

4. *Æn.* 492 * Teſtor cara Deos, & te germana, tuúmque
Dulce caput.-- (*Dido.*)

519 † Teſtatur moritura Deos, & conſcia fati
Sydera, tum ſi quod non æquo fœdere amantes
Curæ numen habet, juſtúmque memórque precatur.

576 * --ſequimur te, ſancte Deorum,
Quiſquis es, imperióque iterùm paremus ovantes:
Adſis ô, placidúſque juves, & ſydera cœlo
Dextra feras.--

607 † Sol, qui terrarum flammis opera omnia luſtras,
Túque harum interpres curarum, & conſcia Iuno:

Nocturnísque Hecate triviis ululata per urbes,
Et Diræ ultrices, & Dii morientis Elisæ,
Accipite hæc, meritúmque malis advertite numen,
Et nostras audite preces.--

* Hic postquàm Iliacas vestes, notúmque cubile — 4. Æn. 648
Conspexit, paulùm lacrymis, & mente morata,
Incubuitque toro, dixítque novissima verba,
Dulceis exuviæ, dum fata, Deúsque sinebant,
Accipite hanc animam.--

† Ni palmas ponto tendens utrasque Cloanthus, — 5. Æn. 233
Fudissétque preces, Divósque in vota vocasset,
Dii, quibus imperium pelagi quorum æquora curro,
Vobis lætus ego hoc candentem in littore taurum
Constituam.--

* Corniger Hesperidum fluvius regnator aquarum, — 8. Æn. 77
Adsis ô tandem, & propiùs tua numina firmes.

† Nymphæ, Laurentes Nymphæ, genus amnibus unde — 71
Túq; ô Tybri, tuo genitor cum flumine sancto, [est,
Accipite Ænean, & tandem arcete periclis.

* Dii, quibus imperium est animarũ, umbræq; silẽtes, — 6. Æn. 264
Et chaos, & Phlegeton, loca nocte silentia latè,
Sit mihi fas audita loqui, sit numine vestro
Pandere res altâ terrâ, & caligine mersas.

† Quod te per cœli jucundum lumen, & auras, — 363
Per genitorem oro, per spem surgentis Iuli,
Eripe me his invicte malis, aut tu mihi terram
Injice (námque potes) portúsque require Velinos.

* Nunc age qui Reges Erato, quæ tempora rerum, — 7. Æn. 37
Quis Latio antiquo fuerit status, advena classem
Cùm primùm Ausoniis exercitus appulit oris,
Expediam, & primæ revocabo exordia pugnæ.

† Tu vatem, tu Diva mone, dicam horrida bella, — 41
Dicam acies, actósque animis in funera Reges,
Tyrrhenámque manum, totámque sub arma coactam
Hesperiam.--

Multa Deos, auráſque pater testatus inanes.

* Pandite nunc Helicona Deæ, cantúsque movete, — 641
Qui bello exciti Reges, quæ quemque sequutæ
Compl'êrint campos acies, quibus Itala jam tum
Floruerit terra alma viris, quibus arserit armis:
Et meministis enim Divæ, & memorare potestis:
Ad nos vix tenuis famæ perlabitur aura.

† Quis Deus, ô Musæ, tam sæva incendia Teucris — 9. Æn. 77

Avertit? tantos ratibus quis depulit ignes?
Dicite: prisca fides facto, sed fama perennis.
247 * Dii patrii, quorum semper sub numine Troja est,
Non tamen omnino Teucros delere paratis,
Cùm tales animos juvenum, & tam certa tulistis
Pectora. --
402 † Ocyùs adducto torquens hastile lacerto,
Suspiciens altam Lunam, sic voce precatur:
Tu Dea, tu præsens nostro succurre labori,
Astrorum decus, & nemorum Latonia custos,
Si qua tuis unquam pro me pater Hyrtacus aris
Dona tulit, si qua ipse meis venatibus auxi,
Suspendíve tholo, aut sacra ad fastigia fixi,
Hunc sine me turbare globum, & rege tela per auras.
525 * Vos, ô Calliope, precor aspirate canenti,
Quas ibi tum ferro strages, quæ funera Turnus
Ediderit, quem quisque virum demiserit Orco,
Et mecum ingentes oras evolvite belli.
10. Æn. 18 † O pater ô hominum, Divûmque æterna potestas,
Námq; aliud quid sit, quod jam implorare queamus?
163 * Pandite nunc Helicona Deæ, cantúsque movete,
Quæ manus intereà Thuscis comitetur ab oris.
251 † Tum breviter supera aspectans convexa precatur:
Alma parens Idæa Deûm, cui Dyndima cordi,
Tu mihi nunc pugnæ princeps, tu ritè propinques
Augurium, Phrygibúsque adsis pede, Diva, secundo.
11. Æn. 500 * Quis mihi nunc tot acerba Deus, quis carmine cædes
Diversas, obitúmque ducum, quos æquore toto,
Inque vicem nunc Turnus agit, nunc Troïus heros
Expediat? --
580 † Æneas magnâque incusat voce Latinum,
Testatúrque Deos iterùm se ad prælia cogi.
646 * --vos, ô mihi Manes,
Este boni: quoniam Superis aversa voluntas.
Sancta ad vos anima, atque istius inscia culpæ
Descendam, magnorú haud unquam indignus avorú.
652 † Saucius ora, ruitque implorans nomine Turnum:
Turne, in te suprema salus, miserere tuorum:
Fulminat Æneas armis. -- --in te ora Latini,
In te oculos referunt. --

v. Iurare, & Oratio.

IRA, RABIES, VIOLENTIA: IRATUS, Rabidus, Turbidus, Asper, Ferox, Infrendens, Furens, Ardens, Fremens, Sævus, Implacabilis, Furibundus, Infensus, Amarus, Commotus, Amens animi, Incensus, Accensus irâ, Fervidus, Concitus, &c.

Sola novum, dictúque nefas Harpyia Celæno | 3. Æn. 365
Prodigium canit, & tristes denunciat iras.
† (*Turnus.*) —huc turbidus, atque huc | 9. Æn. 57
Lustrat equo muros, aditúmque per avia quærit:
Ac veluti pleno lupus insidiatus ovili,
Cùm fremit ad caulas, ventos perpessus, & imbreis,
Nocte super mediâ, tuti sub matribus agni
Balatum exercent: ille asper, & improbus irâ
Sævit in absentes, collecta fatigat edendi
Ex longo rabies, & siccæ sanguine fauces.
Haud aliter Rutulo muros, & castra tuenti
Ignescunt iræ, & duris dolor ossibus ardet.
* —& mortis fraternæ fervidus irâ. | 736
† Tum magis increscunt animis discordibus iræ. | 688
* Deserit inceptum, atque immani concitus irâ | 694
Dardaniam ruit ad portam.--
† --& neque terga Ira dare, aut virtus patitur.-- | 794
* --& mens exæstuat irâ. | 798
† Ac velut ille canum morsu de montibus altis | 10. Æn. 707
Actus aper, multos Vesulus quem pinifer annos
Defendit, multósque palus Laurentia, sylvâ
Pastus arundineâ: postquàm inter retia ventum est,
Substitit, infremuítque ferox, & inhorruit armos,
Nec cuiquam irasci propiúsque accedere virtus:
Sed jaculis, tutísque procul clamoribus instant,
Haud aliter, justæ quibus est Mezentius iræ,
Non ulli est animus stricto concurrere ferro:
Missilibus longè, & vasto clamore lacessunt.
Ille autem impavidus partes cunctatur in omnes,
Dentibus infrendens, & tergo decutit hastas.
* Ad quem subridens mistâ Mezentius irâ, | 742
Nunc morere, ast de me Divûm, atque hominum Rex.
† Dii Iovis in tectis iram miserantur inanem | 558
Amborum, & tantos Mortalibus esse labores.
*--sævæ jámq; altiùs iræ Dardanio surgũt ductori.-- | 813
† Surgit, & his onerat dictis, atque aggerat irás, | 1. Æn. 342

11. Æn. 376 † Talibus exarsit dictis violentia Turni,
Dat gemitum, rumpítque has imo pectore voces:
Larga quidem tibi, Drance. --

451 * Extemplò turbati animi, concussáque vulgi
Pectora, & arrectæ stimulis haud mollibus iræ,
Arma manu trepidi poscunt, fremit arma Iuventus.

727 † Tyrrhenum genitor Tarchontem in prælia sæva
Suscitat, & stimulis haud mollibus excitat iras.

10. Æn. 648 * (*Turnus.*) --animo spem turbidus hausit inanem

762 †--quatiés Mezentius hastâ Turbidus ingreditur.--

11. Æn. 742 * Concitat, & Venulo adversum se turbidus infert.

814 † Vt lupus, ex oculis se turbidus abstulit Aruns.

9. Æn. 72 * Atque manum pinu flagranti fervidus implet.

11. Æn. 894 † --non me tua fervida terrent Dicta ferox.--

9. Æn. 736 * Emicat, & mortis fraternæ fervidus irâ.

11. Æn. 709 † --at illa furens, acríque incensa dolore
Tradit equum comiti. --

12. Æn. 3 * --ultrò implacabilis ardet.
Attollítque animos, Pœnorum qualis in arvis
Saucius ille gravi venantûm vulnere pectus,
Tum demùm movet arma leo, gaudétque comanteis
Excutiens cervice toros, fixúmque latronis
Impavidus frangit telum, & fremit ore cruento.
Haud secùs accenso gliscit violentia Turno:
Tum sic affatur Regem, atque ita turbidus infit. &c.

45 † --haudquaquam dictis violentia Turni
Flectitur; exuperat magis, ægrescítque medendo.
Vt primùm fari potuit, sic incipit ore:
Quā pro me curam geris, hanc precor optime, pro me
Deponas, lethúmque sinas pro laude pacisci.

50 * Et nos tela, pater, ferrúmque haud debile dextrâ
Spargimus, & nostro sequitur de vulnere sanguis.

70 † Illum turbat amor, figítque in virgine vultus,
Ardet in arma magis, paucísque affatur Amatam.

101 * His agitur furiis, totóque ardentis ab ore
Scintillæ absistunt, oculis micat acribus ignis:
Mugitus veluti cùm prima in prælia taurus
Terrificos ciet, atque irasci in cornua tentat
Arboris obnixus trunco, ventósque lacessit
Ictibus, & sparsâ ad pugnam proludit arenâ.
Nec minùs intereà maternis sævus in armis
Æneas acuit Martem, & se suscitat irâ.

494 † Tum verò assurgunt iræ.--

* Terribilis sævam nullo discrimine cædem 11. *Æn.* 498
Suscitat, irarúmque omnes effundit habenas.
† Ille ruenti Hilo, animísque immane frementi 535
Occurrit. --
* Ac velut immissi diversis partibus ignes 521
Arentem in sylvam, & virgulta sonantia lauro:
Aut ubi decursu rapido de montibus altis
Dant sonitum spumosi amnes, & in æquora currunt,
Quisque suum populatus iter: non segniùs ambo
Æneas, Turnúsque ruunt in prælia; nunc nunc
Fluctuat ira intus, rũpuntur nescia vinci Pectora. --
† Stabat acerba fremens. -- (*Æneas.*) 598
* Illæ intùs trepidæ rerum per cerea castra 589
Discurrunt, magnísque acuunt stridoribus iras.
† Aut inde iratus sylvam devexit arator. 2. *Geor.* 206
* Et tentat sese, atque irasci in cornua discit. &c. 3. *Geor.* 232
† Hoc quondam monstro horribiles exercuit iras, 153
Inachiæ Iuno pestem meditata juvencæ.
* Non te nullius exercent numinis iræ. 4. *Geor.* 453
† Námque dabunt veniam votis, irásque remittent. 536
* —tantæne animus cœlestibus iræ? 1. *Æn.* 11
† Vi Superûm, sævæ memorem Iunonis ob iram. 4
* Necdum etiam caussæ irarum, sævíque dolores 25
Exciderant animo. --
† Sceptra tenens, mollítque animos, & temperat iras. 57
* --graviter commotus, & alto 126
Prospiciens, summâ placidum caput extulit undâ.
† Nec latuêre doli, fratrem Iunonis, & iræ. 130
* Quos ego: sed motos præstat componere fluctus. 135
† -- furor, iráque mentem Præcipitant. -- 2. *Æn.* 317
* Obstupuit, retróque pedem cum voce repressit, 376
Improvisum asperis veluti qui sentibus anguem
Pressit humi nitens, trepidúsque repentè refûgit
Attollentem iras, & cærula colla tumentem:
Haud secùs Androgeos. -- &c.
† Hic Priamus, quanquã in mediâ jam morte tenetur, 533
Non tamen abstinuit, nec voci, iræque pepercit,
At tibi pro scelere exclamat. -- &c.
* Exarsêre ignes animo, subit ira cadentem 575
Vlcisci patriam. --
† Nate, quis indomitas tantus dolor excitat iras? 594
Quid furis? -- (*Venus Æneæ.*)
* —nec sævior ulla 3. *Æn.* 214

P. ftis, & ira Deûm Stygiis sese extulit undis.

3. Æn. 366 † Prodigium canit, & tristeis denuntiat iras.

4. Æn. 197 * Incenditque animum dictis, atque aggerat iras.

203 † Isque amens animi, & rumore accensus amaro.

2. Æn. 72 * Dardanidæ infensi pœnas cum sanguine poscunt.

4. Æn. 362 † Talia dicentem jamdudum aversa tuetur,
Hùc illuc volvens oculos, totúmque pererrat
Luminibus tacitis, & sic accensa profatur:
Perfide, &c. --

532 * Sævit amor: magnóque irarum fluctuat æstu.

564 † Certa mori, varióque irarum fluctuat æstu.

5. Æn. 454 * Acrior ad pugnam redit, ac vim suscitat ira.

461 † Tum pater Æneas producere longiùs iras,
Et sævire animis Entellum haud passus acerbis.

782 * Iunonis gravis ira, & inexsaturabile pectus.

6. Æn. 407 † --tumidâ ex irâ tum corda residunt.

467 * Talibus Æneas ardentem, & torva tuentem
Lenibat dictis animum, lacrymásque ciebat.
Illa solo fixos oculos aversa tenebat,
Nec magis incepto vultum sermone movetur,
Quàm si dura silex, aut stet Marpesia cautes, &c.

7. Æn. 291 † Sæva Iovis conjux-- --stetit acri fixa dolore:
Tum quassans caput: hæc effudit pectore dicta.
Heu stirpem invisam, & fatis contraria nostris
Fata Phrygûm!

308 * Ast ego magna Iovis conjux, nil linquere inausum
Quæ potui infelix, quæ memet in omnia verti,
Vincor ab Æneâ, quòd si mea numina non sunt
Magna satis: dubitem haud equidem implorare quod usquam est:
Flectere si nequeo superos, Acheronta movebo.

345 † Fœmineæ ardentem curæque iræque coquebant.

445 * Talibus Alecto dictis exarsit in iras, &c.

463 † Ira furit: magno veluti cùm flamma sonore
Virgea suggeritur costis undantis aheni,
Exultántque æstu latices, furit intus aquæ vis:
Fumidus atque altè spumis exuberat amnis:
Nec jam se capit unda, volat vapor ater ad auras.

507 * Stipitis hîc gravidi nodis, quod cuique repertum
Rimanti, telum ira facit.--

8. Æn. 230 † --ter totũ fervidus irâ Lustrat Avẽtini montem.--

500 * --quos justus in hostem
Fert dolor, & meritâ accendit Mezentius irâ.

Quisque

† Quisque suas variisque acuunt rumoribus iras. 9.Æn.464
* Tum magis increscunt animis discordibus iræ. 688
† —spes addita suscitat iras. 10.Æn.263
* --sævam nullo discrimine cædem 12.Æ.498
Suscitat, irarúmque omnes effundit habenas.
v. Furor, Iuno, & Crudelis.

IRE, ADIRE, VADERE, TENDERE, Petere, Conferre gradum, Gradi, Tenere iter, Tendere gressum, Corripere viam, Incedere, se Ferre, Venire, Accedere, Ferri, Pedem ferre, Pergere, Iter peragere, & moliri, Ingredi, Gressum dirigere, Procedere: Reportare pedem, Redire, Remeare, Reverti, Repetere gressum, Referre vestigia: Sistere gradum, Comprimere gressum: Vertere cursum, Vestigia torquere: Venire, Accedere, Propinquare, Sequi, Insequi, Pone subire, Exire, Egredi, &c.

QVo cursu deserta petiverit.— (*Philomela.*) 9.Ecl.80
† Quò te, Mœri, pedes? an, quò via ducit, in urbé? 9.Ecl.1
* Iunge pares, & coge gradum conferre juvencos. 3.Geor.170
† Ast ego, quæ Divûm incedo regina.— 1.Æn.50
* Antenor potuit mediis elapsus Achivis, 241
Illyricos penetrare sinus, atque intima tutus
Regna Liburnorum, & fontem superare Timavi.
† —ipse uno graditur comitatus Achate. 311
* Sed vos qui tandem? quibus aut venistis ab oris? 308
Quòve tenetis iter? --
† Perge modò, atque hinc te reginæ ad limina perfer. 388
* Perge modò, & quà te ducit via, dirige gressum. 400
† Talibus incusat, gressúmque ad mœnia tendit: 409
At Venus obscuro gradientes aëre sepsit.
* Corripuêre viam intereà, quà semita monstrat, 417
Iámque ascendebant collem.--
† Infert se septus nebulâ, mirabile dictu, 438
Per medios, miscétque viris, neque cernitur ulli.
* Regina ad templum formâ pulcherrima Dido 495
Incessit, magnâ Iuvenum stipante catervâ.
† Talis erat Dido, talem se læta ferebat 502
Per medios, instans operi, regnísque futuris.
* Cùm subitò Æneas concursu accedere magno 508
Antheâ, Sergestúmque videt.—

1. Æn. 517 † Quid veniant: cunctis nam lecti navibus ibant
Orantes veniam, & templum clamore petebant
Postquam introgressi, & coram data copia fandi.
689 * --& gressu gaudens incedit Iüli.
681 † Regius accitu cari genitoris ad urbem,
Sidoniam puer ire parat, mea maxima cura.
655 * Hæc celerans, iter ad naves tendebat Achates.
2. Æn. 95 † Si patrios unquam remeassem victor ad Argos.
179 * Quòd pelago, & curvis secum advexêre carinis:
Et nunc quòd patrias vento petiêre Mycenas.
181 † - pelagóque remenso Improvisi aderunt.--
240 * Illa subit, mediæque minans illabitur urbi.
225 † At gemini lapsu delubra ad summa dracones
Effugiunt, sævæque petunt Tritonidis arcem.
672 * --méque extra tecta ferebam.
254 † Et jam Argiva phalanx instructis navibus ibat,
Littora nota petens.--
321 * --cursúque amens ad littora tendit.
359 † --per tela, per hostes
Vadimus haud dubiam in mortem, mediæq; tenemus
Vrbis iter.--
725 * Ponè subit conjunx, ferimur per opaca locorum.
729 † --dextræ se parvus Iülus
Implicuit, sequitúrque patrem non passibus æquis.
736 * --námque avia cursu
Dum sequor, & notâ excedo regione viarum.
750 † --omnémque reverti
Per Trojam, & rursus caput objectare periclis.
Principio muros, obscuráque limina portæ,
Quà gressum extuleram repeto, & vestigia retrò
Observata sequor per noctem, & lumine lustro,
Inde domum si fortè pedem, si fortè tulisset
Me refero.--
760 * Procedo ad Priami sedes, arcémque reviso.
778 † - nec te hinc comitem asportare Creüsam Fas.--
804 * Cessi, & sublato montem, genitore petivi.
714 † Hanc ex diverso sedem veniemus in unam.
799 * --animis, opibúsque parati
In quascunque velim pelago deducere terras.
3. Æn. 145 † --quò vertere cursus Iubeat Apollo.--
253 * Italiam cursu petitis, ventísque vocatis:
Ibitis Italiam, portúsque intrare licebit.
276 † Hunc petimus fessi, & parvæ succedimus urbi.

* Sed tibi qui cursum venti, quæ fata dedêre? 3. Æn. 337
Aut quis te ignarum nostris Deus appulit oris?
† Provehimur pelago vicina Ceraunia juxta. 506
* --nos castra movemus, 519
Tentamúsque viam, & velorum pandimus alas.
† Contrà, jussa monent Heleni Scyllã, atq; Charybdim 684
Inter utrámque viam, lethi discrimine parvo,
Ni teneant cursus, certum est dare lintea retrò.
* Diis equidem auspicibus reor, & Iunone secundâ, 4. Æn. 45
Hùc cursum Iliacas vento tenuisse carinas.
† Protinus ad Regem cursus detorquet Iarbam. 196
* Et mediis properas Aquilonibus ire per altum, 310
Crudelis, quid? si non arva aliena, domósque
Ignotas peteres, & Troja antiqua maneret,
Troja per undosum peteretur classibus æquor?
† Intereà mediũ Æneas jã classe tenebat Certus, iter.- 5. Æn. 1
* Quis furor iste novus, quô nũc, quò tenditis, inquit? 670
† Hortatur sociósque duces, & pergit in hostem. 11. Æn. 521
* Haud aliter retrò dubius vestigia Turnus 9. Æn. 794
Improperata refert, & mens exæstuat irâ.
† Obstupuit retróque pedem cum voce repressit. 2. Æn. 376
* Sensit, & ad sonitum vocis vest gia torsit. 3. Æn. 669
† Este duces, ô si qua via est, cursúmque per auras 6. Æn. 194
Dirigite in lucos.-- (*Æneas columbis*)
* Túque invade viam, vaginâque eripe ferrum. 260
† Ille ducem haud timidis vadentem passibus æquat. 263
* Ecce gubernator sese Palinurus agebat. 337
† At tu si qua via est, si quam tibi Diva creatrix 363
Ostendit, da dextram misero.--
* Ire ad conspectum cari genitoris, & ora 108
Contingat, doceas iter, & sacra ostia pandas.
† Observans quæ signa ferant, quò tendere pergant. 198
* Ergo iter inceptum peragunt, fluvióq; propinquant. 384
† Per tacitum nemus ire, pedémq; advertere ripæ. 386
* Constitit Anchisâ satus; & vestigia pressit. 331
† Quisquis es armatus, qui nostra ad flumina tendis, 388
Fare age quid venias, jam istinc, & comprime gressum.
* Siste gradum, téque aspectu ne subtrahe nostro, 465
Quem fugis? --
† Tandem proripuit sese, atque inimica refugit 472
In nemus umbriferum. --
* Prosequitur lacrymãs longè: & miseratus euntẽ est. 476
Inde datum molitur iter, jàmque arva tenebant

Vltima, quæ bello clari secreta frequentant.

6. Æn.488 * Et conferre gradum, & veniendi discere causas.

547 † Tantùm effatus, & in verbo vestigia torsit.

628 * Sed jam age, carpe viam, & susceptũ perfice munus.
Dixerat, & pariter gressi per opaca viarum,
Corripiunt spatium medium, foribúsque propinquãt.

635 † Occupat Æneas aditum.--

540 * Hic locus est parteis ubi se via findit in ambas,
Dextera quæ Ditis magni sub mœnia tendit,
Hac iter Elysium nobis, at læva malorum
Exercet pœnas, & ad impia Tartara mittit.

667 † Dixit, & antè tulit gressum, campósque nitenteis
Desuper ostentat. --

886 * --sic totâ passim regione vagantur
Aëris in campis latis, atque omnia lustrant.

898 † --portâque emittit eburnâ.
Ille viam secat ad naves, sociósque revisit,
Tum se ad Caietæ recto fert littore portum.

801 * Nec verò Alcides tantùm telluris obivit.

7. Æn.35 † Flectere iter sociis, terræque advertere proras
Imperat, & lætus fluvio succedit opaco.

156 * Haud mora, festinant jussi, rapidísque feruntur
Passibus. --

207 † Dardanus, Idæas Phrygiæ penetravit ad urbes.

8. Æn.90 * [Ergo iter inceptum celerant rumore secundo:
Labitur uncta vadis abies --

112 † --Iuvenes quæ causa subegit
Ignotas tentare vias? quò tenditis? inquit.

307 * --ibat rex obsitus ævo,
Et comitem Æneam juxtà, natúmque tenebat
Ingrediens, varióque viam sermone levabat.

9. Æn.13 † --sic fatus ad undam Processit.--

25 * Iámque omnis campis exercitus ibat apertis.

376 † State viri: quæ causa viæ? quíve estis in armis?
Quóve tenetis iter?--

391 * Quáve sequar? rursus perplexũ iter omne revolvens.
Fallacis sylvæ, simul & vestigia retrò
Observata legit, dumísque silentibus errat.

10. Æ.440 † --qui volucri curru medium secat agmen.

453 * Desiluit Turnus bijugis, pedes apparat ire.

640 † --Gressúsque effingit euntis.

770 * Obvius ire parat. --

11. Æn.17 † Nunc iter ad regem nobis, murósque Latinos.

† Postquàm omnis longè comitum processerat ordo. 11. Æn. 94
* --nec plura effatus, ad altos 98
Tendebat muros, gressúmque in castra ferebat.
† Sic ait illacrymans, recipítque ad limi[illegible] gressum. 29
* Vt verò Æneas foribus sese intulit altis. 36
† -- nec plura locutus, 461
Corripuit sese, & tectis citus extulit altis.
* --ipse ardua montis 513
Per deserta jugo properans adventat ad urbem.
† Nec non ad templum summásq; ad Palladis arces 477
Subvehitur, magnâ matrum regina catervâ.
* Hac Aruns subit, & tacitus vestigia lustrat, 763
Quà victrix redit illa, pedémque ex hoste reportat.
Hac juvenis furtim celeres detorquet habenas,
Hos aditus, jámque hos aditus, omnémque pererrat
Vndiq; circuitum, & certam quatit improbus hastam.
† --& medium freti pietate per ignem 787
Cultores multâ premimus vestigia prunâ.
* (*Lupus*.) Sylvásque petivit.-- 810
† Cur, inquit, diversus abis, hùc dirige gressum; 850
Hùc, periture, veni.--
* Ne quæso, ne me lacrymis néve omine tanto 12, Æn. 72
Prosequère, in duri certamina Martis euntem.
† Intereà Reges ingenti mole --Procedunt castris.-- 169
* Convenit Evandri victos discedere ad urbem: 184
Cedet Iülus agris.--
† Procedit legio Ausonidum, pilatáque plenis 121
Agmina se fundunt portis: hinc Troïus omnis,
Tyrrhenúsque ruit variis exercitus armis.
* Vtque dato signo spatia in sua quisque recessit. 129
† Conversæque ruunt acies, fert impetus ipsum. 369
* Ascaniúsque comes castris statuêre cruentum 385
Alternos longâ nitentem cuspide gressus.
† --circúmque atræ formidinis ora 335
Iræque, insidiæque Dei comitatus aguntur.
* Sic Turno quacunque viam secat, agmina cedunt. 368
† Hæc ubi dicta dedit, portis sese extulit ingens. 441
--simul agmine denso
Antheus, Mnestheúsque ruunt, omnísque relictis
Turba fluit castris: tum cæco pulvere campus
Miscetur, pulsúque pedum tremit excita tellus.
* Quin ut te supplex peterem & tua limina adirem. 6. Æn. 115
† Vt tristes sine sole domos, loca turbida adires? 534

12. Æn. 349	* Qui quondam castra ut Danaûm speculatos adiret.
10. Æn. 460	† Qui patris hospitium, ut mensas quas advena adisti.
3. Geor. 402	* Sub lucem exportant calathis (adit opp da Pastor.)
7. Æn. 81	† --oracula Fauni Fatidici genitoris adit.--
8. Æn. 543	*- hesternúmq; larem parvósq; Penates Lætus adit.-
10. Æn. 144	† Regem adit, & regi memorat nomén q; genúsque.
4. Æn. 322	* --& quâ sydera adibam Fama prior.--
56	† Principio delubra, adeūt, pacéq; per aras Exquirūt.
514	* Aut ubi decursu rapido de montibus altis Dant sonitum spumosi amnes, & in æquora currunt, Quisque suum populatus iter: non segniùs ambo, Æneas, Turnúsque ruunt. --
554	† Hîc mentem Æneæ genitrix pulcherrima misit, Iret ut ad muros, urbique adverteret agmen.
575	* --densáque ad muros mole feruntur, Discurrunt alii ad portas: primósque trucidant: Ipse inter primos dextram sub mœnia tendit.

v. Via, Occurrere, Vestigia, & Comes.

IRRITVS, VANVS, INANIS.

Frustrà, Nequiquam, Incassum, Frustrari.

5. Æn. 442	Arte locum, & variis assultibus irritus urget.
2. Æn. 459	† Tela manu miseri jactabant irrita Teucri.
10. Æn. 330	* Conjiciunt, partim galeâ, clypeóque resultant Irrita. --
244	† Crastina lux, (mea si non irrita dicta putâris.)
94	* (*Juno Veneri.*) Nunc sera querelis Haud justis assurgis, & irrita jurgia jactas.
3. Geor. 79	† Nec vanos horret strepitus.-- (*Equus.*)
8. Æn. 259	* Hic Cacum in tenebris incendia vana vomentem,
42	† --ne vana putes hæc fingere somnum.
5. Æn. 352	* Multa malus simulans vana spe lusit amantem.
6. Æn. 273	† --quàm sedem Somnia vulgò Vana tenere ferūt.--
2. Æn. 287	Ille nihil, nec me quærentem vana moratur.
1. Æn. 392	* Ni frustrà augurium vani docuêre parentes.
3. Ecl. 99	† Vt nuper, frustrà pressabimus ubera palmis.
7. Ecl. 69	* Hæc memini & victum frustrà contendere Thyrsin.
1. Geor. 158	† Heu magnum, alterius frustrà spectabis acervum,
257	* Nec frustrà signorum obitus speculamur, & ortus.
459	† Lucidus orbis erit, frustrà terrebere nimbis.
6. Æn. 493	* --inceptus clamor frustratur hiantes.
12. Æn. 95	†-nunc, ô nunquam frustrata vocatus Hasta meos.-

† Ter frustrà comprensa manus effûgit imago. 2.Æn.793
* Pensantem nequicquam umbras,& multa volenté. 4.Geor. 501
† Vane Ligur, frustráque animis elate superbis, 11.Æn. 715
Nequicquam patrias tentasti lubricus artes.
* Heu quid agat? vario nequicquam fluctuat æstu. 12.Æn.486
† Et nunc nequicquam fallis, Dea.-- 634
* In cassum furit, ergo animos, ævúmque notabis. 3.Geor. 100
† Et studio incassum videas gestire lavandi. 1.Geor. 387
* Incassúmve tuos volui exercere labores. 8. Æn. 378
† -- longósque ciebat Incassum fletus. -- 3.Geor. 344
* Turne tot incassum fusos patiere labores. 7.Æn. 421
† Et quis erit modus? inquit, amor non talia curat. 10.Ecl. 28
* Nec modus inserere, atque oculos imponere simplex. 2. Geor. 73
† Assiduè veniebat, ibi hæc incondita solus 2. Ecl. 4.
Montibus, & sylvis studio jactabat inani.

v. Vacuus.

ITALIA, HESPERIA, LATIUM, Ausonia: Lavinia littora, & arva: Regnum Lavini, oræ Italæ, Fines Itali, Latina regna, Terra Itala, Saturnia tellus, Oenotria, Tellus Itala, Tyrrhenia, Tyrrhenus: Itali, Italides, & Ausonides.

Italiam fato profugus, Lavináque venit Littora.-- 1. Æn. 2.
† Inferrétque Deos Latio, genus unde Latinum, 10
Albaníque patres, atque altæ mœnia Romæ.
* Est locus, Hesperiam Graii cognomine dicunt, 3.Æn. 163
Terra antiqua potens armis: atque ubere glebæ.
Oenotrii coluêre viri: nunc fama Minores
Italiam dixisse, ducis de nomine gentem.
† Et sæpè Hesperiam, sæpè Itala regna vocare, 185
Sed quis ad Hesperiæ venturos littora Teucros
Crederet?--
*--& Ausonio possit cõsidere portu, Expediã dictis,- 379
† Trinacriâ fines Italos mittère relictâ. 440
* Arva neque Ausoniæ semper cedentia retro 496
Quærenda.--
† Cùm procul obscuros colles, humilémque videmus 522
Italiam, Italiam primus conclamat Achates,
Italiam læto socii clamore salutant.
* Sed fore qui gravidam imperiis, bellóq; frementem 4.Æn.229
Italiam regeret, genus alto à sanguine Teucri.
† Nec prolem Ausoniam, & Lavinia respicit arva? 236

4. Æn. 345 * Sed nunc Italiam magnam Grynæus Apollo,
Italiam Lyciæ jussêre capessere sortes;
Hic amor, hic patria est.--
2. Geor. 173 † Salve magna parens frugum, Saturnia tellus,
Magna virûm, tibi res antiquæ laudis, & artis.
8. Æn. 494 * Ergo omnis furiis surrexit Hetruria justis.
502 † Nulli fas Italo tantam subjungere gentem--
Externos optate duces, tum Hetrusca resedit
Hoc acies campo, monitis exterrita Divûm,
Succedam castris, Tyrrhenáque regna capessam.
1. Æn. 573 * Seu vos Hesperiam magnam, Saturniáque arva.
11. Æn. 655 † At circum lectæ comites, Larínáque virgo
Italides, quas ipse decus sibi dia Camilla.
12. Æn. 221 * Procedit legio Ausonidum, pilatáque plenis.
4. Æn. 432 † Nec pulchro ut Latio careat, regnúmque relinquat.
5. Æn. 629 * Italiam sequimur fugientem, & volvimur undis.
729 † --lectos juvenes, fortissima corda
Defer in Italiam: gens dura, atque aspera cultu
Debellanda tibi Latio est.--
703 * Oblitus fatorum, Italásne capesseret oras.
6. Æn. 61 † Iam tandem Italiæ fugientis prendimus oras.
84 * --in regna Lavini, Dardanidæ venient.-
89 † --alius Latio jam partus Achilles, Natus & ipse Deâ.
718 * Quo magis Italiâ tandem lætere repertâ.
7. Æn. 85 † Hinc Italæ gentes, omnísque Oenotria tellus.
313 * Non dabitur regnis (esto) prohibere Latinis,
Atque immota manet fatis Lavinia conjunx.
333 † --neu connubiis ambire Latinum
Æneadæ possint: Italósve obsidere fines.
601 * Mos erat Hesperio in Latio: quem protinus urbes
Albanæ coluêre sacrum.--
643 † --quibus Itala jam tum
Floruerit terra alma: quibus arserit armis.
8. Æn. 319 * Primus ab ætherio venit Saturnus Olympo
Arma Iovis fugiens, & regnis exul ademptis:
Is genus indocile, ac dispersum montibus altis
Composuit, legésque dedit, Latiúmque vocari
Maluit, his quoniam latuisset tutus in oris.
328 † Tum manus Ausoniæ, & gentes venêre Sicanæ,
Sæpiùs & nomen posuit Saturnia tellus.
9. Æn. 135 * --tetigere quòd arva Fertilis Ausoniæ Troës.--
12. Æn. 826 † Sit Latium, sint Albani per sæcula reges,
Sit Romana potens Italâ virtute propago,

IVBA, CRISTA COMANS, Pennæ, Crinita.

DEnsa juba, & dextro mutata recumbit in armo 3. Geor. 90
* Talis & ipse jubam cervice effudit equinâ. 96
† --jubæque Sanguineæ exuperant undas. 6. Aen. 206
* --oritúrque miserrima cædes 411
Armorum facie, & Graiarum errore jubarum.
† Et conum insignis galeæ, cristásque comantes. 3. Aen. 468
* Tum galeam Messapi habilem, cristisque decoram. 9. Aen. 365
† Cui triplici crinita jubâ, galea alta Chimæram. 7. Aen. 785
* Discussæque jubæ capiti, nec sufficit umbo. 9. Aen. 811
† Emicat, arrectísque fremit cervicibus altè 11. Ae. 496
Luxurians, ludúntque jubæ per colla, per armos.
* Cujus olorinæ surgunt de vertice pennæ. 10. Ae. 187
† Dardaniis ornat telis, clypeúmque, jubásque, 638
Divini assimulat capitis.--

v. Galea.

IVLIVS CÆSAR.

NAscetur pulchrâ Trojanus origine Cæsar, 1. Aen. 285
Imperium Oceano, famam qui terminet astris,
Iulius, à magno demissum nomen Iulo.
Hunc tu olim cœlo spoliis orientis onustum
Accipies secura: vocabitur hic quoque votis.
* An memorem portus? Lucrinóque addita claustra? 2. Geor. 161
Iulia quà ponto longè sonat unda refuso.
† Illæ autem, paribus, quas fulgere cernis in armis, 6. Aen. 826
Concordes animæ nunc, & dum nocte premuntur:
Heu! quantum inter se bellum, si lumina vitæ
Attigerint? quantas acies, stragémque ciebunt, &c.
Ne pueri, ne tanta animis assuescite bella:
Neu patriæ validas in viscera vertite vires:
Túque prior, tu parce, genus qui ducis Olympo,
Projice tela manu, sanguis meus.--
Ille triumphatâ Capitolia ad alta Corintho
Victor aget currum, cæsis insignis Achivis.
* Ipse inter medios Veneris justissima cura, 10. Aen. 132
Dardanius caput ecce puer detectus honestum:
Qualis gemma micat, fulvum quæ dividit aurum,
Aut collo decus, aut capiti: vel quale per artem, &c.
† Daphnis & Armenias curru subjungere tigres 5. Ecl. 27

Instituit: Daphnis thiasos inducere Baccho, &c.

5. *Ecl.* 20 * Extinctum Nymphæ crudeli funere Daphnim
Flebant: vos coryli testes, & flumina Nymphæ,
Cùm complexa sui corpus miserabile nati,
Atque Deos, atque astra vocat crudelia mater.
Non ulli pastos illis egêre diebus
Frigida, Daphni, boves ad flumina, &c.
Vitis ut arboribus decori est, ut vitibus uvæ, &c.
Tu decus omne tuis: postquàm te fata tulerunt,
Ipsa Pales agros, atque ipse reliquit Apollo, &c.

1. *Geor.* 466 † Sol etiam extincto miseratus Cæsare Romam
Cùm caput obscurâ nitidum ferrugine texit:
Impiáque æternam timuerunt secula noctem.
Tempore quanquã illo tellus quoq;, & æquora ponti,
Obscenísque canes, importunæque volucres
Signa dabant, quoties Cyclopum effervere in agros
Vidimus undantem, ruptis fornacibus, Ætnam, &c.

5. *Ecl.* 40 * Spargite humum foliis, inducite fontibus umbras
Pastores: mandat fieri sibi talia Daphnis,
Et tumulum facite, & tumulo superaddite carmen:
Daphnis ego in sylvis, hinc usque ad sydera notus:
Formosi pecoris custos, formosior ipse.

56 † Candidus insuetum miratur limen Olympi,
Sub pedibúsque videt nubes, & sydera Daphnis, &c.

76 * Dũ juga montis aper, fluvios dum piscis amabit, &c.
Semper honos, noménq; tuum, laudésque manebunt.

Augustus Cæsar, Magnus, Maximus, Victor, Daphnis.

6. *Æn.* 791 HIc vir, hic est, tibi quem promitti sæpius audis
Augustus Cæsar, Divûm genus aurea condet
Secula qui rursum Latio, regnata per arva
Saturno quondam, super & Garamantas, & Indos
Proferet imperium: jacet extra sydera tellus, &c.
Nec verò Alcides tantùm telluris obivit:
Fixerit æripedem cervam licet, aut Erymanthi, &c.
Et dubitamus adhuc virtutem extendere factis?

1. *Geor.* 49 † Dii patrii Indigetes, & Romule, Vestáque mater
Hunc saltem everso juvenem succurrere seclo
Ne prohibete: satis jam pridem sanguine nostro
Laomedonteæ luimus perjuria Trojæ.

24 * Túque adeò, quem mox quæ sint habitura Deorum
Concilia, incertum est: Vrbísne invisere Cæsar,
Terrarúmque velis curam, & te maximus orbis

Autorem frugum tempestatúmque potentem
Accipiat, cingens maternâ tempora myrto, &c.
† Iam pridem nobis cœli te Regia, Cæsar, 1. *Geor.* 503
Invidet, atque hominum queritur curare triumphos.
* O Melibœe, Deus nobis hæc otia fecit. 1. *Ecl.* 6.
Námque erit ille mihi semper Deus: illius aram
Sæpè tener nostris ab ovilibus imbuet agnus.
Ille meas errare boves, ut cernis, & ipsum
Ludere quæ vellem calamo permisit agresti.
† Ecce Dionæi processit Cæsaris astrum; 9. *Ecl.* 46
Astrum, quo segetes gauderent frugibus, & quo
Duceret apricis in collibus uva colorem.
* Anne novum tardis sydus te mensibus addas, 3. *Geor.* 15
Quà locus Erigonen inter, Chelásque sequentes
Panditur: ipse tibi jam brachia contrahit ardens
Scorpius, & cœli justâ plus parte relinquit.
† In medio mihi Cæsar erit, templúmque tenebit: 1. *Geor.* 33
Illi victor ego, & Tyrio conspectus in ostro,
Centum quadrijugos agitabo ad flumina currus, &c.
* In foribus pugnam ex auro, solidóque elephanto 26
Gargar dum faciam, victorísque arma Quirini.
Addam urbes Asiæ domitas, pulsúmque Niphatem;
Fidentémque fugâ Partum, versísque sagittis,
Et duo rapta manu diverso ex hoste trophæa,
Bísque triumphatas utroque ab littore gentes.
Stabunt, & Parii lapides, spirantia signa,
Assaraci proles, demissæque ab Jove gentis
Nomina, Trósque parens, & Trojæ Cynthius autor.
† Hinc Augustus agens Italos in prælia Cæsar, 8. *Æn.* 678
Stans celsâ in puppi, geminas cui tempora flammas
Læta vomunt, patriúmque aperitur vertice sydus.
* At Cæsar triplici invectus Romana triumpho 714
Mœnia, Diis Italis votum immortale sacrabat:
Maxima tercentum totam delubra per urbem;
Lætitiâ ludísque viæ, plausúque fremebant, &c.
Ipse sedens niveo candentis limine Phœbi
Dona recognoscit populorum, aptátque superbis
Postibus: incedunt victæ longo ordine gentes
Quàm variæ linguis, habitu tam vestis & armis:
Hîc Nomadum genus, &c. — (*In Æneæ Clypeo.*)
† Hæc super arvorum cultu, pecorúmque canebam, 4. *Geor.* 559
Et super arboribus, Cæsar dum magnus ad altum
Fulminat Euphratem bello, victórque volenteis

Per populos dat jura, viámque affectat Olympo:

2. Geo. 170 † Scipiadas duros bello, & te maxime Cæsar,
Qui nunc extremis Asiæ jam victor in oris
Imbellem avertis Romanis arcibus Indum.

IVNO, DIVA LACINIA, REGINA: Deûm, & Divûm: Iovis conjunx, soror, & germana: Saturni proles, Domina potens, Saturnia: Iunonius.

11. Æn. 152. Effodêre loco, signum quod regia Iuno
Monstrârat.--

4. Æn. 371 * --jam jam nec maxima Iuno,
Nec Saturnius hæc oculis pater aspicit æquis.

3. Æn. 552 † --attollit se Diva Lacinia contra.

1. Æn. 80 * Æolus hæc contrà: Tuus, ô Regina, quid optes
Explorare labor.--

12. † Quid ve dolens Regina Deûm.--

50 * Ast ego, quæ Divûm incedo Regina, Iovísque
Et soror, & conjunx.--

4. Æn. 91 † Cara Iovis conjunx persensit peste teneri.

7. Æn. 286 * Ecce autem Inachiis sese referebat ab Argis
Sæva Iovis conjunx, aurásque invecta tenebat.

12. Æn. 840 † Et germana Iovis, Saturníque altera proles.

10. Æn. 607 * O germana mihi, atque eadem gratissima conjunx.

4. Æn. 57 † --Mactant lectas de more bidentes,
Iunoni ante omnes, cui vincla jugalia curæ.

165 * Speluncam Dido, dux & Trojanus eandem
Deveniunt, prima & Tellus, & pronuba Iuno
Dant signum: fulsêre ignes.-- &c.

1. Æn. 72 † Sunt mihi bis septem præstanti corpore Nymphæ,
& 4. Æn. 126 Quarum, quæ formâ pulcherrima, Deïopeiam
Connubio jungam stabili, propriámque dicabo.

3. Æn. 435 * Vnum illud tibi, Nate Deâ, præque omnibus unum
Prædicam, & repetens iterúmq; iterúmque monebo:
Iunonis magnæ primùm prece numen adora:
Iunoni cane vota libens, Dominámque potentem
Supplicibus supera donis: sic denique victor
Trinacriâ, fines Italos mittêre, relictâ.

546 † Præceptísque Heleni dederat quæ maxima, ritè
Iunoni Argivæ jussos adolemus honores.

1. Æn. 52 * --& quisquam numen Iunonis adoret
Prætereà? aut supplex aris imponat honorem?

† Quam pius Æneas, tibi enim, tibi maxima Iuno
Mactat sacra ferens.-- 8. Æn. 84

* Tempore non alio dicunt regionibus illis
Quæsitas ad sacra boves Iunonis, & vris
Imparibus, ductos alta ad donaria currus. 3. Geor. 531

† Quíque arva Gabinæ Iunonis.-- 7. Æn. 783

* Fit Calybe Iunonis anus, templíque Sacerdos. 419

† Irim de cœlo misit Saturnia Iuno. 5. Æn. 606

* Hîc templum Iunoni ingens, Sidonia Dido
Condebat, donis opulentum, & numine Divæ,
Ærea cui gradibus surgebant limina, nexæque
Ære trabes, foribus cardo stridebat ahenis. 1. Æn. 450

† Et jam porticibus vacuis Junonis asylo
Custodes lecti, Phenix, & dirus Vlysses: 2. Æn. 768

* Vrbs antiqua fuit, Tyrii tenuêre coloni,
Carthago, Italiam contra, Tyberináque longè
Ostia: dives opum, studiísque asperrima belli,
Quam Iuno fertur terris magis omnibus unam
Posthabitâ coluisse Samo: Hîc illius arma,
Hîc currus fuit.-- 1. Æn. 17

† Diis equidem auspicibus reor, & Iunone secundâ,
Huc cursum Iliacas vento tenuisse carinas. 4. Æn. 206

* --tum regia Iuno
Acta furore gravi, Quid me alta silentia cogis
Rumpere? & obductum verbis vulgare dolorem? &c. 10. Æn. 62

† Junonis gravis ira, & inexaturabile pectus
Cogunt me, Neptune, preces descendere in omnes. 5. Æn. 781

* Vi Superûm, sævæ memorem Iunonis ob iram. 1. Æn. 8

† Verùm ubi nulla datur cæcum exuperare potestas
Consilium, & sævæ nutu Iunonis eunt res. 7. Æn. 591

* --hîc Iuno Scæas sævissima portas
Prima tenet, sociûmque furens à navibus agmen
Ferro accincta vocat.-- 2. Æn. 612

† --ut durosmille labores
Rege sub Euristheo fatis Iunonis iniquæ Pertulerit.-- 8. Æn. 291

* Hoc quondam monstro horribiles exercuit iras
Inachiæ Iuno pestem meditata juvencæ. 3. Geo. 152

† --piget incœpti, lucísque, suósque
Mutatæ agnoscunt, excussáque pectore Iuno est. 5. Æn. 678

* (*Iuppiter Veneri.*) ---quin aspera, Iuno,
Quæ mare, nunc, terrásque metu, cœlúmque fatigat,
Consilia in melius referet.-- 1. Æn. 283

† Vrit atrox Iuno, & sub noctem cura recursat. 666

1. Æn. 40 † Cùm Iuno æternum servans sub pectore vulnus;
25 * Necdum etiam causæ irarûm, sævique dolores
Exciderant animo. Manet altâ mente repostum
Iudicium Paridis, spretæque injuria formæ,
Et genus invisum, & rapti Ganymedis honores.
His accensa super, jactatos æquore toto. &c.
54 † Talia flammato secum Dea corde volutans.
7. Æn. 308 * Ast ego, magna Iovis conjux, nil linquere inausum,
Quæ potui infelix, quæ memet in omnia verti,
Vincor ab Ænea: quòd si mea numina non sunt
Magna satis, dubitem haud equidem implorare quod usquam est?
Flectere si nequeo Superos, Acheronta movebo.
525 † Tum contrà Iuno, Terrorum, & fraudis abundè est.
1. Æn. 674 * Hunc Phœnissa tenet Dido, blandísque moratur
Vocibus, & vereor quò se Iunonia vertant
Hospitia, haud tanto cessabit cardine rerum.
4. Æn. 114 † --tum sic excepit regia Iuno:
Mecum erit iste labor: nunc quâ ratione quod instat
Confieri possit, paucis, adverte, docebo:
Venatum Æneas, unáque miserrima Dido. &c.
Hîc Hymenæus erit.-- --non adversa petenti
Annuit, atque dolis risit Cytherea repertis.
1. Æn. 134 * Nec latuere doli fratrem Iunonis, & iræ.
6. Æn. 90 † --nec Teucris addita Iuno. Vsquàm aberit.--
4. Æn. 693 * Tum Iuno omnipotens longum miserata dolorem,
Difficiléisque obitus, Irim demisit Olympo. &c.
7. Æn. 438 † --nec Regia Iuno Immemor est nostri.--
9. Æn. 745 * Excepêre auræ vulnus, Saturnia Iuno
Detorsit veniens, portæque infigitur hasta.
1. Æn. 79 † Tu mihi quodcunque hoc regni, tu sceptra Iovemq;
Concilias, tu das epulis accumbere Divûm,
Nimborúmque facis, tempestatúmque potentem.
733 * Adsis lætitiæ Bacchus dator, & bona Iuno.
7. Æn. 620 † Tum Regina Deûm cœlo delapsa, morantes
Impulit ipsa manu portas, & cardine verso,
Belli ferratos rupit Saturnia postes.
4. Æn. 92 * Talibus aggreditur Venerem Saturnia dictis.
7. Æn. 429 † Ipsa palam fari omnipotens Saturnia jussit.
12. Æn. 802 * Sic Dea summisso contrà Saturnia vultu.
3. Æn. 380 † Scire Helenum, faríque vetat Saturnia Iuno.
10. Æn. 611 * Cui Iuno summissa: Quid, ô pulcherrime conjux,
Sollicitas ægram, & tua tristia dicta timentem?

IVPITER, PATER, SATOR, Genitor, Rex, Omnipotens, Rector, Regnator, Divûm potestas, Chaonius pater, Rex Dictæus.

AB Iove principium, Musæ, Iovis omnia plena. 3. *Ecl.* 60
* O pater, ô hominum, Divûmq. æterna potestas: 10. *Æn.* 19
Námque aliud quid sit, quod jam implorare queamus?
† Tum pater omnipotens rerum cui summa potestas. 100
* Iupiter omnipotens, precibus si flecteris ullis, 2. *Æn.* 689
Aspice nos.-- (*Anchises.*)
† Annuit, & totum nutu tremefecit Olympum. 10. *Æn.* 151
* Nec longo distant cursu, modò Iuppiter adsit. 3. *Æn.* 117
† Et jam finis erat, cùm Iuppiter æthere summo 1. *Æn.* 227
Despiciens mare velivolum, terrásque jacentes,
Littoráque, & latos populos, sic vertice cœli
Constitit, & Lybiæ defixit lumina regnis.
* O Regina, novam cui condere Iuppiter urbem, 526
Iustitiâque dedit gentes frænare superbas.
† Æole, namq; tibi Divûm pater, atq; hominum Rex 69
Et mulcere dedit fluctus, & tollere vento.
* Nunc age, naturas apibus quas Iuppiter ipse 4. *Geor.* 149
Addidit, expediam.--
† O, mihi præteritos referat si Iuppiter annos! 8. *Æn.* 560
* Magnanimi Iovis ingratum ascendêre cubile. 12. *Æ.* 144
† --Rex Iuppiter omnibus idem. 10. *Æn.* 112
* --sorti pater æquus utrique est. 450
† Iuppiter ipse duas æquato examine lances 12. *Æn.* 721
Sustinet, & fata imponit diversa duorum.
* --ferus omnia Iuppiter Argos. Transtulit.-- 2. *Æn.* 326
† --& sæva Iovis sic numina poscunt. 11. *Æn.* 901
* Hic Ammone satus, raptâ Garamantide Nymphâ, 4. *Æn.* 198
Templa Iovi centum latis immania regnis,
Centum aras posuit, vigilémque sacraverat ignem.
† --queis Iuppiter Anxurus arvis 7. *Æn.* 799
Præsidet, & viridi gaudens Feronia luco.
* Audiit omnipotens, oculósque ad mœnia torsit. 4. *Æn.* 220
† --non hoc mihi námquam negares 10. *Æn.* 614
Omnipotens, quin & pugnæ subducere Turnum,
Et Dauno possem incolumem servare parenti.
* Ipse pater Danais animos, virésque secundas 2. *Æn.* 617
Sufficit, ipse Deos in Dardana suscitat arma.

1. *Geor.* 3:8 † Ipse pater mediâ nimborum in nocte, coruscâ. ·
8. *Æn.* 426 * His informatum manibus jam parte politâ
Fulmen erat, toto genitor, quæ plurima cœlo
Dejicit in terras.--
12. *Æn.* 843 † His actis, aliud genitor secum ipse volutat.
1. *Æn.* 236 * --quæ te, genitor, sententia vertit?
12. *Æn.* 140 † --hunc illi Rex ætheris altus honorem
Iuppiter ereptâ pro virginitate sacravit.
3. *Æn.* 21 * Cœlicolûm Regi mactabam in littore taurum.
12. *Æn.* 851 * Si quando lethum horrificum, morbósq; Deûm Rex
Molitur, meritas aut bello territat urbes.
Harum unam celerem demittit ab æthere summo
Juppiter, inque omen Iuturnæ occurrere jussit.
7. *Æn.* 245 † --quem das finem, Rex magne, laborum?
5. *Æn.* 533 * Summe pater, nam te voluit Rex magnus Olympi.
10. *Æn.* 621 † Cui Rex ætherei breviter sic fatur Olympi.
12. *Æn.* 791 * Iunonem intereà Rex omnipotentis Olympi
Alloquitur, fulvâ pugnas de nube tuentem.
2. Geor. 535 † Antè etiam sceptrum Dictæi Regis, & antè.
8. *Æn.* 572 * At vos, ô Superi, Divûm tu maxime Rector
Iuppiter, Arcadii, quæso, miserescite Regis.
9. *Æn.* 93 † Filius huic contrà, torquet qui sydera mundi.
O genitrix.-- (*Iuppiter Berecynthiæ.*)
4. *Æn.* 268 * Ipse Deûm tibi me claro demittit Olympo
Regnator, cœlum, & terras qui numine torquet.
2. *Æn.* 776 † haud ille sinit superi regnator Olympi.
1. *Æn.* 64 * Sed pater omnipotens speluncis abdidit atris,
969 † Nate patris summi, qui tela Typhoëa temnis.
2. *Geor.* 67 * Chaoniíque patris glandes.--
10. *Æn.* 875 † Sic pater ille Deûm faciat, sic altus Apollo.
4. *Æn.* 372 * Nec Saturnius hæc oculis pater aspicit æquis.
7. *Æn.* 305 † concessit in iras
Ipse Deûm antiquam genitor Calydona Dianæ.
10. *Æn.* 668 * Omnipotens genitor, tanton' me crimine dignum
Duxisti? & tales voluisti expendere pœnas?
1. *Æn.* 258 † Olli subridens hominum sator, atque Deorum.
11. *Æn.* 725 * At non hæc nullis hominum sator, atque Deorum
Observans oculis, summo sedet altus Olympo.
10. *Æn.* 2 †Conciliúmq; vocat Divûm pater, atque hominũ Rex.
743 * Nunc morere, ast de me Divûm pater, atque hominum Rex Viderit.--
7. *Æn.* 558 † Haud pater ipse velit summi regnator Olympi.
12. *Æn.* 829 * Olli subridens hominum, rerúmque repertor.

Panditur interea domus omnipotentis Olympi. 11. Æn. 725
Ipsa Deûm fertur genitrix Berecynthia magnum 9. Æn. 82
Vocibus his affata Iovem: Da, nate, petenti,
Quod tua cara parens domito te poscit Olympo.
Filius huic contrà, torquet qui sydera mundi, 93
O genitrix, quò fata vocas? aut quid petis istis?
Dixerat, idque ratum Stygii per flumina fratris. 104
Ille tamen nostrâ deducit origine nomen, 10. Æn. 618
Pilumnúsque illi quartus pater. -- (*Turno.*)
Nos tua progenies, cœli quibus annuis arcem. 1. Æn. 249
Cara Deûm soboles, magnum Iovis incrementum. 4. Ecl. 49
Salve vera Iovis proles, decus addite Divis. 8. Æn. 301
Quid memorẽ Alcidẽ? & mi genus ab Iove summo. 6. Æn. 123
Ab Iove principium generis, Iove Dardana pubes 7. Æn. 219
Gaudet avo, Rex ipse Iovis de gente suprema
Troïus Æneas tua nos ad limina misit.
Iuppiter, hospitibus, nam te dare jura loquuntur, 1. Æn. 735
Hunc lætum Tyriísque diem, Trojâque profectis
Esse velis.---
Nunc pateras libate Iovi, precibúsque vocate. 7. Æn. 133
Pòst iidem inter se posito certamine Reges 8. Æn. 639
Armati, Iovis ante aras, paterásque tenentes
Stabant, & cæsâ jungebant fœdera porcâ.
Ante Iovem nulli subigebant arva coloni. 1. Geor. 125
---pater ipse colendi 121
Haud facilem esse viam voluit, primúsque per artem
Movit agros, curis acuens mortalia corda.
Ille colit terras, illi mea carmina curæ. 3. Ecl. 61
(*Ministri Iovis.*)--& rapti Ganymedis honores. 1. Æn. 32
Intex. ûsque puer frondosâ regius Idâ, &c. 5. Æn. 252
Acer anhelanti similis, quem præpes ab Ida
Sublimem pedibus rapuit Iovis armiger uncis.
Creta Iovis magni medio jacet insula ponto, 3. Æn. 14
Mons Idæus ubi, & gentis cunabula nostræ.
Idæúmque Iovem, Phrygiámque ex ordine matrem. 7. Æn. 139
Quos Iovis eduxit luco sylvestris Hiera. 9. Æn. 673
Et Iovis in luco currus agitare volantes. 3. Geor. 179
Qualis ubi aut leporem, aut candenti corpore cygnũ 9. Æn. 564
Sustulit, alta petens pedibus Iovis armiger uncis.
Ætheriâ quos lapsa plagâ Iovis ales aperto 1. Æn. 398
Turbabat cœlo.--- (*Aquila cygnos.*)
Námque volans rubrâ fulvus Iovis ales in æthrâ 12. Æn. 247
Littoreas agitabat aves.---

12. *Æn.* 648 † Hæ Iovis ad solium, sævíque in limine Regis
Apparent, acuúntque metum Mortalibus ægris,
Si quando lethum horrificum, morbósque Deûm Rex
Molitur, meritas aut bello territat urbes.

2. *Geor.* 14 * Castaneæ ; nemorúmque Iovi quæ maxima fronde
Æsculus, atque habitæ Graiis oracula quercus.

3. *Geo.* 332 † Sicubi magna Iovis antiquo robore quercus
Ingentes tendat ramos.--

3. *Æn.* 679 * -- quales cùm vertice celso
Aëriæ quercus, aut coniferæ cyparissi
Constiterant, sylva alta Iovis, lucúsque Dianæ.

8. *Æn.* 426 † His informatum manibus jam parte politâ
Fulmen erat, toto genitor quæ plurima cœlo
Dejicit in terras pars imperfecta manebat ;
Treis imbris torti radios, treis nubis aquosæ
Addiderant Rutuli, treis ignis, & alitis Austri.
Fulgores nunc terrificos, sonitúmque, metúmque
Miscebant operi, flammísque sequacibus iras.

6. *Æn.* 580 * Hîc genus antiquum terræ, Titania pubes
Fulmine dejecti fundo volvuntur in imo. &c.
Hîc & Aloïdas geminos, immania vidi
Corpora, qui manibus magnum rescindere cœlum
Aggressi, superísque Iovem detrudere regnis.
Vidi & crudeles dantem Salmonea pœnas,
Dum flammas Iovis, & sonitus imitatur Olympi
Quattuor hic invectus equis, & lampada quassans,
Demens, qui nimbos, & non imitabile fulmen
Ære, & cornipedum cursu simulârat equorum !
At pater omnipotens densa inter nubila : telum
Contorsit : non ille faces, nec fumea tædis
Lumina, præcipitemque immani turbine adegit.

7. *Æn.* 141 † Hîc pater omnipotens ter cœlo clarus ab alto
Intonuit ; radiísque ardentem lucis, & auro,
Ipse manu quatiens ostendit ab æthere nubem.

1. *Geor.* 328 * Ipse pater, mediâ nimborum in nocte, corusca
Fulmina molitur dextrâ : quo maxima motu
Terra tremit, fugêre feræ, & mortalia corda
Per gentes humilis stravit pavor ; ille flagranti,
Aut Athon, aut Rhodopen, aut alta Ceraunia telo
Dejicit.--

4. *Æn.* 206 † An te genitor, cùm fulmina torques,
Nequicquam horremus, cæcíque in nubibus ignes
Terrificant animos, & inania murmura miscent?

† Agæon qualis, centum cui brachia dicunt, 10. Æn. 565
Centenásque manus, quinquaginta oribus ignem,
Pectoribúsque arsisse: Iovis cùm fulmina contra
Tot paribus streperet clypeis, tot stringeret enses.
† Ipsa Iovis rapidum jaculata è nubibus ignem, 1. Æn. 46
Disjecítque rates.
† Ter pater extructos dejecit fulmine montes. 1. Geor. 283
† Vel pater omnipotens adigat me fulmine ad umbras. 4. Æn. 25
† Vel tu, quod superest, infesto fulmine morti, 5. Æn. 691
Si mereor, demitte, tuâque hîc obrue dextrâ.
† Fulmine Phœbigenam Stygias detrusit ad undas. 7. Æn. 773
† -- ex quo me Divûm pater, atque hominum Rex 2. Æn. 648
Fulminis afflavit ventis, & contigit igni.
† Credunt se vidisse Iovem, cùm sæpè nigrantem 8. Æn. 353
Ægida concuteret dextrâ, nimbósque cieret.
† ô, qui res hominúmque, Deúmque, 1. Æn. 233
Æternis regis imperiis, & fulmine terres.
† Audiat hæc genitor, qui fœdera fulmine sancit. 12. Æn. 200

v. Deus, & Iuno.

IVRARE, ADIVRARE, TESTARI, Testem esse: Certè, Equidem.

† --(*Mars*) sydera juro. 12. Æn. 197
Latonæque genus duplex, Ianúmque bifrontem,
Vimque Deûm infernam, & duri sacraria Ditis.
† Cocyti stagna alta vides, Stygiamque paludem, 6. Æn. 325
Dii cujus jurare timent, & fallere numen.
† Non ego cum Danaïs Trojanam exscindere gentem, 4. Æn. 425
Aulide, juravi, classémve ad Pergama misi.
† Præcipitans traxi mecum, maria aspera juro. 6. Æn. 351
† Fata per Æneæ juro, dextrámque potentem. 7. Æn. 234
Sive fide, seu quis bello est expertus, & armis.
† Per caput hoc juro, per quod pater antè solebat, 9. Æn. 300
Quæ tibi polliceor reduci, rebúsque secundis.
† Funeris, heu! tibi causa fui? per sydera juro, 6. Æn. 458
Per Superos, & si qua fides tellure sub imâ est.
† Adjuro Stygii caput implacabile fontis. 12. Æn. 816
† Nec potuit: cœlum hoc, & conscia sydera testor. 9. Æn. 428
† Testatur moritura Deos, & conscia fati. &c. 4. Æn. 519
† Testor cara Deos, & te germana, tuúmque 492
Dulce caput, magicas invitam accingier artes.
† Nunc etiam interpres Divûm Iove missus ab ipso. 356
Testor utrumque caput) celeres mandata per auras

Dettulit.-- (*Æneas Didoni.*)

2.*Æn*.154 † Vos æterni ignes, & non violabile vestrum
Testor numen, ait.-- (*Sinon.*)

12 *Æn*.496 * Multa Iovem, & læsi testatus fœderis aras.
201 † Tango aras, medíósque ignes, & numina testor.

2.*Æn*.432 * Testor in occasu vestro, nec tela, nec ullas
Vitavisse vices Danaûm.-- (*Æneas.*)

7.*Æn*.593 † Multa Deos, auráſque pater testatus inanes.

3.*Æn*.599 * -- per sydera testor,
Per Superos, atque hoc cœli spirabile numen.

12.*Æn*. 176 † Esto nunc Sol testis, & hæc mihi terra precanti.

5.*Æn* 789 * Ipse mihi nuper Libycis tu testis in undis.

9.*Æn*.288 † --nox, & tua testis Dextera.--

5.*Ecl*.21 * --flebant, vos coryli testes, & flumina Nymphis.

9.*Æn*. 207 † -- equidem de te nil tale verebar,
Nec fas: non, ita me referat tibi magnus ovantem
Iuppiter, aut quicunque oculis hæc aspicit æquis.

3.*Ecl*.102 * His certè neque amor causa est, vix ossibus hæret.

8.*Ecl*. 107 † Nescio quid certè est: & Hylax in limine latrat.

1.*Æn*.327 * O quàm te memorem virgo? namq; haud tibi vultus
Mortalis, nec vox hominem sonat: ô Dea certè.

12.*Æn*.880 † Nunc certè possem tantos finire labores.

9.*Ecl*.7 * Certè equidem audieram, quà se subducere colles.

1. *Ecl*. 11 † Non equidem invideo, miror magis.--

1.*Geor*.193 * Semina vidi equidem multos medicare ferentes.
415 † Haud equidem credo, quia sit divinitùs illis.

v. Credere, Invocatio, Oratio, & Verum.

IVS : IVSTITIA, VIRGO : IVSTVS, Æquus, Iustissimus, Servantissimus æqui, Iudex: Æquum, Rectum : Iudicium, Magistratus, Senatus.

11.*Æn*. 359 CEdat jus proprium Regi, patriæque remittat.

12.*Æn*.315 * Compositæ leges, mihi jus concurrere soli.

1.*Geor*.44 † Scorpius, & justâ cœli plus parte relinquit.

2.*Geor*.450 * Fundit humo facilem victum justissima tellus.

10.*Æn*.132 † Ipse inter primos Veneris justissima cura. (*i.Æn.*)

3.*Geor*.60 * Ætas Lucinam, justósque pati hymenæos.

4.*Æn*.520 † --tum si quod non æquo fœdere amantes
Curæ numen habet, justúmque memórque precatur.

2.*Geor*,250 * Humida majores herbas alit, ipsáque justo
Lætior: ah! nimiùm ne sit mihi fertilis illa. (*Terra.*)

Haud aliter, justæ quibus est Mezentius iræ. 10.*Æn*.714

Dii tibi si qua pios respectant numina, si quid 1.*Æn*.607
'squam ustitiæ est, & mens sibi conscia recti,
ræmia digna ferant. — (*Æneas Didoni.*)

Iustitiæne priùs mirer, bellíne laborum? 11.*Æn*.126

Tu major, tibi me est æquum parere, Menalca. 5.*Ecl*.4

—pauci, qu s æquus amavit Iuppiter.— 6.*Æn*.129

Æquius huic Turno fuerat se opponere morti. 11.*Æn*.115

—quos justus in hostem Fert dolor.— 8.*Æn*.500

Iam redit & Virgo, redeunt Saturnia regna. 4 *Ecl*. 6

Sacra Deûm, sanctique patres, extrema per illos 2.*Geor*. 477
ıstitia excedens terris vestigia fecit.

Iustitiâque dedit gentes frænare superbas. 1.*Æn*.523

Rex erat Æneas nobis, quo justior alter, 548
'ec pietate fuit, nec bello major, & armis.

Iura, magistratúsque legunt, sanctúmque senatum. 426

Vnà omnes juvenum primi, paupérque senatus 8.*Æn*.105
'hura dabant. —

—cadit & Ripheus justissimus unus, 2.*Æn*.426
ui fuit in Teucris, & servantissimus æqui:
iis aliter visum. —

—seniórque Galæsus, 7.*Æn*.540
um paci medium se offert, justissimus unus
ui fuit, Ausoniisque olim ditissimus arvis.

Nec Saturnius hæc oculis pater aspicit æquis. 4.*Æn*.372

Nec verò hæ sine forte datæ, sine judice sedes. 6.*Æn*.431
uæsitor Minos urnam movet, ille silentûm
onc liúmque vocat, vitásque, & crimina discit.

Gnosius hæc Rhadamanthus habet durissima regna, 566
astigátque, audítque dolos, subigítque fateri,
uæ quis apud Superos furto lætatus inani,
istulit in seram commissa piacula mortem. &c.

Infelix Theseus, Phlegyásque miserrimus omneis 618
dmonet, & magnâ testatur voce per umbras:
iscite justitiam moniti, & non temnere Divos.

Nunc manet insontem gravis exitus, aut ego veri 10.*Æn*.630
ana feror. —

—non ego Daphnin Iudice te metuam.— 2.*Ecl*. 26

Nec quemquam fugio: tantùm vicine Palæmon 3.*Ecl*.53
nsious hæc imis, res est non parva, reponas.

Non nostrum inter vos tantas componere lites, 108
virulâ tu dignus, & hic. —

Lenta salix quantùm pallenti cedit olivæ, 5.*Ecl*. 15

Iudicio nostro, tantùm tibi cedit Amyntas.

4.Ecl.59 * Pan etiam Arcadiâ mecum si judice certet,
Pan etiam Arcadiâ dicat se judice victum.

1.Æn.530 † --manet altâ mente repostum
Iudicium Paridis, spretæque injuria formæ.

10.Æn.112 * -- Rex Iuppiter omnibus idem.

450 † --sorti pater æquus utrique est.

12.Æn.725 * Iuppiter ipse duas æquato examine lances
Sustinet, & fata imponit diversa duorum.

3.Ecl.34 † Est mihi námque domi pater, est injusta noverca.

3.Geor.546 * Injusto sub fasce viam cùm carpit, & hosti.

4.Geor.148 † Verùm hæc ipse equidem spatiis disclusus iniquis.

2.Æn.257 * Extulerat, fatísque Deûm defensus iniquis.

3.Æn.17 † Mœnia prima loco, fatis ingressus iniquis.

1.Æn.672 * Littora, jactetur odiis Iunonis iniquæ.

4.Æn.618 † --nec cùm se sub leges pacis iniquæ Tradiderit.--

6.Æn.332 * Multa putans, sortémq; animo miseratus iniquam.

7.Æn.227 † Quattuor in medio dirimit plaga solis iniqui.

8.Æn.292 * Rege sub Eurystheo fatis Iunonis iniquæ.

1.Geor.163 † Tribuláque, traheæque, & iniquo pondere rastri.

5.Æn.203 * Interior, spatióque subit Sergestus iniquo.

6.Æn.475 † Nec minùs Æneas casu percussus iniquo.

10.Æn.7 * --tantúmque animis certatis iniquis?!

380 † Obvius huic primùm fatis adductus iniquis.

889 * --& urgetur pugnâ congressus iniquâ.

11.Æn.531 † Arripuítque locum, & sylvis insedit iniquis.

v. Communitas, Lex.

IVVENTA, IVVENTVS, PVBES, PVER, Puerile, Iuvenis, Iuvenilis, Adolescere, Pubescere, Indoles.

2.Geor.472 ET patiens operum, parvóque assueta juventus.

3.Geor.166 * Dum faciles animi Iuvenûm, dum mobilis ætas.
Ac primùm laxos tenui de vimine circlos
Cervici subnecte: dehinc, ubi libera colla
Servitio assuerint.-- &c.

5.Æn.548 † --si jam puerile paratum Agmen habet secum.--

11.Æn.578 * Tela manu jam tum tenerâ puerilia torsit.

1.Æn.593 † Restitit Æneas, claráque in luce refulsit,
Os, humerósque Deo similis: namque ipsa decoram
Cæsariem nato genitrix, lumenque juventæ
Purpureum, & lætos oculis afflârat honores,
Quale manus addunt ebori decus, aut ubi flavo

Argentum, Pariúsve lapis circumdatur auro.
† Euryalus formâ insignis, viridíque juventâ. 5 Æn.295
† —vos ô, quibus integer ævi 2.Æn.638
Sanguis, ait, solidæque suo stant robore vires,
Vos agitate fugam.— (*Anchises suis.*)
† --unà omnis Scyria pubes Succedunt tecto. 477
Incipio super his, Iuvenes, fortissima frustrà Pectora. - 348
† Ipsum autem sumptis Priamum juvenilibus armis. 518
† Et nunc æquali tecum pubesceret ævo. 3.Æn.471
† Si mihi quæ quondam fuerat, quâq; improbus iste 5. Æn. 397
Exultat fidens, si nunc foret illa juventa.
† Ille pedum melior motu, fretúsque juventâ. 430
† Quid pius Æneas tantâ dabit indole dignum? 10.Æn.826
† --his ego suetus 5.Æn.414
Cum melior vires sanguis dabat, æmula necdum
Temporibus geminis canebat sparsa senectus.
† Et mihi quæ fuerint juvenili in corpore vires. 475
† --lectos Iuvenes, fortissima corda, 729
Defer in Italiam: gens dura, atque aspera cultu
Debellanda tibi Latio est.--
† - Iuvenum manus emicat ardens. 6. Æn.5
† Ante urbem pueri, & primævo flore Iuventus 7.Æn.162
Exercentur equis, domitántq; in pulvere currus. &c.
† --primâque oriens erepta juventâ est? 51
† Accipe, dáque fidem, sunt nobis fortia bello 8.Æn.150
Pectora, sunt animi, & rebus spectata Iuventus.
† Interea pubi indomitæ non gramina tantùm. 3.Æn. 178
† Cuncta tibi Cererem pubes agrestis adoret. 1.Geor.342
† Haud sibi cum Danais rem ferro, & pube Pelasgâ. 9.Æn.154
† Cætera Trinacriis pubes senioris Acestæ. 5.Æn.373
† Tum mihi prima genas vestibat flore juventa. 8.Æn. 160
† —mens juvenili ardebat amore Cōpellare virū.-- 163
† --ô Mæoniæ delecta Iuventus, 499
Flos veterum, virtúsque virûm, quos justus in hostem
Fert dolor, & meritâ accendit Mezentius irâ.
† Arcadas huic equites bis centum robora pubis 518
Lecta dabo, totidémque suo tibi nomine Pallas.
† Huc pater Ænea, & bello lecta Iuventus 606
Succedunt, fessíque & equos, & corpora curant.
† Purpurei cristis Iuvenes, auróque corusci 9.Æn.163
Discurrunt, variántque vices, fusique per herbam
Indulgent vino, & vertunt crateras ahenos,
Insomnem ludo noctem custodia ducit.

9. Æn. 181 † --Trojana nec induit arma:
Ora puer primâ signans intonsa juventâ. (Pectora.—
249 * Cùm tales animos juvenum, & tam certa tulistis.
275 † Te verò mea quem spatiis propioribus ætas
Insequitur, veneráde puer, jam pectore toto Accipio.-
310 * --nec non & pulcher Iülus:
Ante annos animumque gerens, curámque virilem.
604 † —natos ad flumina primùm
Deferimus, sævóque gelu duramus, & undis.
Venatu invigilant pueri, sylvásque fatigant:
At patiens operum, parvóque assueta Iuventus:
674 * Abietibus juvenes patriis, & montibus æquos, &c.
Armati ferro, & cristis capita alta corusci &c.
10. Æn. 173 † Expertos belli Iuvenes.--
324 * Tu quoque flaventem primâ lanugine malas,
Dum sequeris Clytium.--
2. Æn. 518 † Ipsum autem sumptis Priamum juvenilibus armis.
11. Æn. 221 * Tabentésque genæ, & juvenili in corpore pallor.
5. Æn. 475 † Et mihi quæ fuerint juvenili in corpore vires.
8. Æn. 163 * Anchises, mihi mens juvenili ardebat amore.
v. Senectus.

LABOR, CASUS, PERICULUM, Periclum, Occasus, Ruina, Opera, Opus, Incommodum, Cura: Laboratus.

1. Geor. 145 TUM variæ venêre artes: labor omnia vincit [egestas.
Improbus, & duris urgens in rebus
150 † Mox & frumentis labor additus.—
2. Geor. 61 * Scilicet omnibus est labor, impédédus.-
343 † Nec res hunc teneræ possent perferre laborem.
372 * Præcipuè dum frons tenera, imprudénsq; laborum.
397 † Est etiam ille labor curandis vitibus alter,
Cui nunquam exhausti satis est.--
401 * .--redit agricolis labor actus in orbem.
411 † Durus uterque labor, laudato ingentia rura.
3. Geor. 74 * Præcipuum jam inde à teneris impende laborem.
4. Geor. 6 † In tenui labor, at tenuis non gloria, si quem
Numina læva sinunt, audítque vocatus Apollo.
106 * Nec magnus prohibere labor.--

Ipse

† Ipse labore manum duro terat: ipse feraces.	4.Geor.114
* Atque equidem extremo ni jam sub fine laborum	116
Vela traham.--	
† Venturæque hyemis memores æstate laborem	156
Experiuntur, & in medium quæsita reponunt.	
* Námque aliæ victu invigilant, & fœdere pacto	158
Exercentur agris.--	
† (*Æneam.*) --impulerit tot volvere casus,	1.Æn.10
Insignem pietate virum, tot adire labores.	
* --mul ùm ille & terris jactatus, & alto.	3
† Per varios casus, per tot discrimina rerum	203
Tendimus in Latium, sedes ubi fata quietas.	
* --n c en m ignari sumus antè malorum:	197
O passi graviora, dabit Deus his quoque finem.	23
† Nunc eadem fortuna viros tot casibus actos	9
Insequitur. quem das finem, rex magne, laborum?	2
* Hoc equidem occasum Trojæ, tristesque ruinas	37
Solabar, fatis contraria fata rependens.	
† Sis felix, nostrúmque leves quæcunque laborem.	326
* Et vacet annales nostrorum audire laborum.	372
† Miratur portas, strepitúmque, & strata viarum	423
Instant ardentes Tyrii, pars ducere muros,	
Molíríque arcem, & manibus subvolvere saxa,	
Pars optare locum tecto, & concludere sulco:	
Hîc portus alii effodiunt, &c.	
* Qualis apes æstate novâ per florea rura	430
Exercet sub sole labor.--	
† Artificúmque manus inter se, operúmque laborem	457
Miratur, videt Iliacas ex ordine pugnas.	
* Constitit, & lacrymans quis jã locus, inquit, Achate,	459
Quæ regio in terris nostri non plena laboris?	
† Sunt lacrymæ rerum, & mentem mortalia tangũt.	461
* O sola infandos Trojæ miserata labores,	596
Quæ nos, reliquias Danaûm, terræque, maríſque,	
Omnibus exhaustos jam casibus, omnium egenos,	
Vrbe, domo socias.--	
† Quis te, nate Deâ, per tanta pericula casus	614
Insequitur, quæ vis immanibus applicat oris?	
* Me quoque per multos similis fortuna labores.	627
Iactatam, hac demum voluit consistere terrâ,	
Non ignara mali, miseris succurrere disco.	
† Infandum, regina, jubes, renovare dolorem	2.Æn.3
Trojanas ut opes, & lamentabile regnum	

Eruerint Danaï, quæque ipse miserrima vidi, &c.
Sed si tantus amor casus cognoscere nostros,
Et breviter Trojæ supremum audire laborem,
Quanquam animus meminisse horret, luctúq; refugit;

2. Æn. 233 * Dividimus muros, & mœnia pandimus urbis:
Accingunt omnes operi, pedibúsque rotarum
Subjiciunt lapsus, & stupea vincula collo, &c.

385 † --aspirat primo fortuna labori.

362 * Explicet, aut possit lacrymis æquare labores?

619 † Eripe nate fugam, finémque impone labori.

776 * Quid tantùm insano juvat indulgere labori?

750 † Stat casus renovare omnes.--
--& rursus caput objectare periclis.

3. Æn. 367 * --quæ prima pericula vito,
Quídve sequens tantos possum superare labores.

393 † Is locus urbis erit, requies ea certa laborum.

714 * Hîc labor extremus, longarum hæc meta viarum.

4. Æn. 233 † Nec super ipsa suâ molitur laude laborem.

379 * Scilicet is Superis labor est, ea cura quietos
Sollicitat: neque te teneo, neque dicta refello.

401 † Migrantes cernas, totâque ex urbe ruentes:
Ac veluti ingentem formicæ farris acervum
Cùm populant, hyemis memores, tectóq; reponunt.
It nigrum campis agmen, prædámque per herbas
Convectant calle angusto: pars grandia trudunt
Obnixæ frumenta humeris, pars agmina cogunt,
Castigántque moras: opere omnis semita fervet.

5. Æn. 617 * --Tædet pelagi perferre laborem.--

688 † --si quid pietas antiqua laboris
Respicit humanos, da flammam evadere classi.

6. Æn. 5 * --Iuvenum manus emicat ardens
Littus in Hesperium, quærit pars semina flammæ
Abstrusa in venis silicis, pars densa ferarum
Tecta rapit; sylvas, inventáque flumina monstrat.

65 † Phœbe, graves Trojæ, semper miserate labores.

83 * O tandem magnis pelagi defuncte periclis,
Sed terra graviora manent.--

103 † Incipit Æneas heros, non ulla laborum,
O virgo, nova mî facies, inopináve surgit.
Omnia præcepi, atque animo mecùm antè peregi.

112 * Ille meum comitatus iter, maria omnia mecum,
Atque omnes pelagíque minas, cœlíque ferebat:
Invalidus, vires ultrà.--

* --quàm vellent æthere in alto, 6. *Æn.* 436
Nunc & pauperiem, & duros perferre labores.
† --nec credere quivi 463
Hunc tantum tibi me discessu ferre dolorem.
* Et prohibete nefas. Olli certamine summo 5. *Æn.* 197
Procumbunt: vastis tremit ictibus ærea puppis,
Subtrahitúrque solum: tum creber anhelitus artus,
Aridáque ora quatit: sudor fluit undique rivis.
† Tros Anchiliades, facilis descensus Averni, 6. *Æn.* 126
Sed revocare gradum.-- Hoc opus, hic labor est.
* Quas ego te terras, & quanta per æquora vectum 692
Accipio: quantis jactatum, nate, periclis?
† Et quo quemque modo fugiátque, ferátq; laborem. 892
* Hunc mihi da proprium, virgo sata nocte, laborem, 7. *Æn.* 331
Hanc operam: ne noster honos, infractáve cedat
Fama loco. --
† Turne, tot incassum fusos patiêre labores? 421
* Hic locus urbis erit, requies ea certa laborum. 8. *Æn.* 46
† Accipite Ænean, & tandem arcete pericl s. 73
Quo te cunque lacus miserantem incommoda nostra:
* --pertulerit duros ut mille labores. 291
† Incassúmve tuos volui exercere labores? 378
* Et durum Æneæ flevissem sæpè laborem. 380
† Inde ubi prima quies medio jam noctis abactæ 407
Curriculo expulerat somnum: ceu fœmina primùm,
Cui tolerare colo vitam, tenuíque Minervâ
Impositum cinerem, & sopitos suscitat ignes,
Noctem addens operi, famulásque ad lumina longo
Exercet penso: castum ut servare cubile
Conjugis, & possit parvos educere natos:
Haud secus Ignipotens, nec tempore segnior illo
Mollibus è stratis opera ad fabrilia surgit.
* Tollite cuncta (inquit) cœptósque auferte labores 439
Ætnæi Cyclopes, & hùc advertite mentem.
† Præcipitare moras, Nec plura effatus, at illi 443
Ocyùs incubuêre omnes, pariterque laborem
Sortiti, fluit æs rivis, aurique metallum, &c.
* Impediunt: alii ventosis follibus auras 449
Accipiunt, reddúntque: alii stridentia tingunt
Æra lacu, gemit impositis incudibus antrum,
Illi inter sese multâ vi brachia tollunt
In numerum, versántque tenaci forcipe massam.
† --mecum partire laborem 11. *Æn.* 510

9.Æn.225 * Cætera per terras omnes animalia somno
Laxabant curas, & corda oblita laborum.
458 † Messapi & multo phaleras sudore receptas.
[478 * --atque agmina cursu
Prima petit: non illa virûm, non illa pericli,
Telorúmq; memor: cœlum dehinc questibus implet.
483 † Crudelis? nec te sub tanta pericula missum
Affari extremùm miseræ data copia matri.
[603 * Durum à stirpe genus: natos ad flumina primùm
Deferimus, sævóque gelu duramus, & undis.
Venatu invigilant pueri, sylvásque fatigant.
Flectere ludus equos, & spicula tendere cornu.
At patiens operum, parvóque assueta iuventus,
Aut rastris terram domat, aut quatit oppida bello,
Omne ævum ferro teritur, versâque juvencûm
Terga fatigamus hastâ.--
10.Æn.321 † Alcidæ comes, usque graveis dum terra labores
Præbuit.--
758 * Di Iovis in tectis iram miserantur inanem
Amborum, & tantos Mortalibus esse labores.
11.Æn.476 † - vocat labor ultimus omnes.
416 * Ille mihi ante alios fortunatúsque laborum,
Egregiúsque animi.--
505 † Me sine prima manu tentare pericula belli.
12.Æn.33 * Bella vides: quantos, primus patiare labores.
435 † Disce, puer, virtutem ex me, verúmque laborem,
Fortunam ex aliis.-- (*Æneas Ascanio.*)
[176 * Esto nunc sol testis, & hæc mihi terra precanti,
Quam propter, tantos potui perferre labores.
634 † --sed quis Olympo
Demissum tantos voluit te ferre labores?
An fratris miseri lethum ut crudele videres?
3.Geor.193 * Illi laborant similis, tum cursibus auras.
1.Æn.643 † Arte laboratæ vestes, ostróque superbo.
8.Æn.181 * Dona laboratæ Cereris, Bacchúmque ministrant.

LAC, LACTEVS, LACTENS
Vbera, Mammæ: Mulctra, Mulctrale, Mulgere,
Immulgere, Depellere, &c.

1.Ecl.21 † --quò sæpe solemus
Pastores ovium teneros depellere fœtus.

† --sunt nobis mitia poma, Et pressi copia lactis. — 3.Ecl.81
* Lac mihi non æstate novum, non frigore defit, 2.Ecl.22
† Hic alienus oves custos bis mulget in horâ, 3.Ecl.5
Et succus pecori, & lac sub ucitur agnis.
* Quàm dives pecoris nivei, quàm lactis abundans. 2. Ecl.20
† Capreoli. -- Bina die siccant ovis ubera. -- 41
* Bis venit ad mulctram, binos alit ubere fœtus. 3.Ecl.30
† Dulce satis humor, depulsis arbutus hœdis. 82
* Cogite oves, pueri; si lac præceperit æstus, 98
Vt nuper, frustrà pressabimus ubera palmis.
† Ipsæ lacte domum referent distenta capellæ 4. Ecl. 21
Vbera, nec magnos metuent armenta leones.
* - distentas lacte capellas. 7.Ecl.3
† Depulsos à lacte domi quæ clauderet agnos. 14
* Sinum lactis; & hæc te liba, Priape, quotannis 33
Expectare sat est.--
† Sic cytiso pastæ distendent ubera vaccæ. 9.Ecl.31
* Frumenta in viridi stipulâ lactentia turgent. 1.Geor.315
† Cui tu lacte favos, & miti diluë Baccho. 344
* --ubera vaccæ Lactea demittunt.-- 2.Geor.524
--nec tibi fœtæ 3.Geor.117
Moré patrum niveâ implebunt mulctralia vaccæ:
Sed tota in dulces consument ubera natos.
† Atque hæc jam primo depulsis ab ubere matris. 191
* Densior hinc soboles, hinc largi copia lactis, 309
Quàm magis exhausto spumaverit ubere mulctra,
Læta magis pressis manabunt ubera mammis.
† -- & gravido superant vix ubere limen. 318
* At cui lactis amor, cytisum, lotósque frequentes 375
Ipse manu, salsásque ferat præsepibus herbas,
Hinc & amant fluvios magis, & magis ubera tendũt,
Et salis occultum referunt in lacte saporem:
Multi jam excretos prohibent à matribus hœdos:
Primáque ferratis præfigunt ora capistris.
Quod surgente die mulsêre, horísque diurnis,
Nocte premunt; quod jam tenebris, & sole cadente,
Sub lucem exportant calathis (adit oppida pastor,)
Aut parco sale contingunt, hyemíque reponunt.
† Et lac concretum cum sanguine potat equino. 464
* --Hyrcanæque admorunt ubera tigres. 4. Æn.367
† --tum lactea colla Auro innectuntur.-- 8.Æn.660
* --fusos cervix cui lactea crines Accipit.-- 10. Æn.137

11.*Æn*.570 * Hic natam in dumis, intérque horrentia lustra
Armentalis equæ mammis, & lacte ferino
Nutribat, teneris immulgens ubera labris.

LACRYMÆ, LACRYMABILIS, Lacrymosus : Fletus, Plangor, Fragor. Lamentum, Gemitus, Luctus, Questus, Pavor, Vlulatus, Clamor : Miserabilis, Tristis, Mœstus, Defletus, Miserandus, Lamentabilis : Infletus : Singultus : Illacrymari, Gemere, Suspirare, Singultans, Vlulare, Queri.

4.*Geor*. 375 † --& nati fletus cognovit inanes.
506 * Quo fletu Manes, quâ Numina voce moveret?
514 † Flet noctem, ramóque sedens miserabile carmen
Integrat, & mœstis latè loca questibus implet.
1.*Æn*. 220 * Nunc Amyci casum gemit, & crudelia secum
Fata Lyci, --
227 † Atque illum tales jactantem pectore curas
Tristior, & lacrymis oculos suffusa nitentes
Alloquitur Venus.-- (*Iovem*.)
369 * --quærenti talibus ille
Suspirans, imóque trahens à pectore vocem.
461 † Sunt lacrymæ rerum, & mentem mortalia tangunt.
464 * Multa gemens, largóque humectat flumine vultum.
489 † Crinibus Iliades passis, peplúmque ferebant,
Suppliciter tristes, & tonsæ pectora palmis.
484 * Tum verò ingentem gemitum dat pectore ab imo.
2.*Æn*.6 † --quis talia fando
Myrmidonum, Dolopúmve, ut duri miles Vlyssî
Temperet à lacrymis ?--
26 * Ergo omnis longo solvit se Teucria luctu :
73 † Quo gemitu conversi animi, compressus & omnis
Impetus.--
85 * Demisêre neci, nunc cassum lumine lugent.
92 † Afflictus vitam in tenebris, luctúque trahebam.
145 * His lacrymis vitam damus, & miserescimus ultrò.
3.*Geor*.505 † --atque attractus ab alto
Spiritus interdum gemitus gravis, imáque longo
Ilia singultu tendunt, it naribus ater Sanguis.--
9. *Æn*. 415 * Frigidus & longis singultibus ilia pulsat,
332 † Tum caput ipsi aufert domino, truncúmq; relinquit
Sanguine singultantem. --

† Credita res, captíque dolis, lacrymísque coacti, 2. Æn. 196
Quos neque Tydides nec Larissæus Achilles,
Non anni domuêre decem, non mille carinæ.
* Visus adesse mihi, largósque effundere fletus. 217
† Ille nihil, nec me quærentem vana moratur, 2. Æn. 287
Sed graviter gemitus imo de pectore ducens:
Heu fuge, nate Deâ, téque his, ait, eripe flammis.
* --ultrò flens ipse videbar 279
Compellare virum, & mœstas expromere voces.
† Vix ea fatus eram, gemitu cùm talia reddit. 323
* Diverso intereà miscentur mœnia luctu. 298
† --crudelis ubique 368
Luctus, ubique pavor, & plurima mortis imago.
* --quis funera fando 361
Explicet? aut possit lacrymis æquare labores?
† At domus interior gemitu, miseróque tumultu 486
Miscetur, penitúsque cavæ plangoribus ædes
Fœmineis ululant, ferit aurea sydera clamor.
Tum pavidæ tectis matres ingentibus errant,
Amplexæque tenent postes, atque oscula figunt.
* Nos contrà effusi lacrymis, conjúnxque Creüsa, 651
Ascaniúsque, omnísque domus. --
† Ecce autem complexa pedes in limine conjunx 673
Hærebat, parvúmque patri tendebat Iülum,
Si pereiturus abis, & nos rape in omnia tecum.
Talia vociferans, gemitu tectum omne replebat.
* --lacrymas dilectæ pelle Creüsæ. 784
† --gemitus lacrymabilis imo Auditur tumulo.-- 3. Æn. 39
* Hector ubi est? dixit: lacrymásque effudit, & omnem 312
Implevit clamore locum, vix pauca furenti Subjicio.--
† Talia fundebat lacrymans, longósque ciebat 344
Incassum fletus: cùm sese à mœnibus heros Offert.--
* Et multùm lacrymans verba inter singula fundit. 348
† --hîc pelagi tot tempestatibus actus, 708
Heu genitorem, omnis curæ, casúsque levamen
Amitto Anchisen; hîc me, pater optime, fessum
Deseris: heu tantis nequicquam erepte periclis:
Nec vates Helenus, cùm multa horrenda moneret,
Hos mihi prædixit luctus.--
* Sic effata, sinum lacrymis implevit abortis. 4. Æn. 30
† Num fletu ingemuit nostro? num lumina flexit? 369
Nú lacrymas victus dedit? aut miseratus amantem est?
* Quis tibi tunc Dido cernenti talia sensus? 408

Quósve dabas gemitus: cùm littora fervere latè
Prospiceres arce ex summâ, totúmque videres, &c.

11. Æn. 413 † Ire iterùm in lacrymas, iterùm tentare precando
Cogitur. --

411 * Misceri ante oculos tantis clamoribus æquor.

437 † Talibus orabat, talésque miserrima fletus
Fértque, refértque soror, sed nullis ille movetur
Fletibus, aut voces ullas tractabilis audit.

4. Æn. 449 * Mens immota manet, lacrymæ volvuntur inanes.

462 † Soláque culminibus ferali carmine bubo
Sæpè queri, & longas in fletum ducere voces.

5. Æn. 173 * Nec lacrymis caruêre genæ. --

4. Æn. 553 † Tantos illa suo rumpebat pectore questus.

589 * Térque, quatérque manu pectus percussa decorum,
Flaventésque abscissa comas, prô Iuppiter, ibit?

665 † --it clamor ad alta
Atria: concussam bacchatur fama per urbem:
Lamentis, gemitúque, & fœmineo ululatu
Tecta fremunt: resonat magnis plangoribus æther:
Non aliter quàm si immissis ruat hostibus omnis
Carthago, aut antiqua Tyros, flammæque furentes
Culmina pérque hominum volvantur, pérq; Deorum.

672 * Audiit exanimis, trepidóque exterrita cursu
Vnguibus ora soror fœdans, & pectora pugnis:
Quid primùm deserta querar?

5. Æn. 343 † Tutatur favor Euryalum, lacrymæque decoræ.

765 * Exoritur procurva ingens per littora fletus,
Complexi inter se noctémque, diémque morantur.

869 † Multà gemens, casúque animum concussus amici.

6. Æn. 220 * Fit gemitus, tum membra toro defleta reponunt.

426 † Continuò auditæ voces, vagitus & ingens,
Infantúmque animæ flentes in limine primo.

455 * Demisit lacrymas, dulcíque affatus amore est.

468 † Lenibat dictis animum, lacrymásque ciebat,

686 * Effusæque genis lacrymæ, & vox excidit ore.

499 † Sic memorans, largo fletu simul ora rigabat,

867 * Tum pater Anchises lacrymis ingressus obortis.

799 † O nate, ingentem luctum ne quære tuorum.

872 * Quantos ille virûm magnam Mavortis ad urbem
Campus aget gemitus? --

7. Æn. 759 † Te nemus Angitiæ, vitreâ te Fucinus undâ,
Te liquidi flevêre lacus. --

8. Æn. 384 * Te potuit lacrymis Tithonia flectere conjunx.

* Eædurum Æneæ flevissem sæpè laborem.	8.Æn.380
† --sic memorans humeros, dextrásque tenebat	9.Æn. 250
Amborum, & vultum lacrymis, atque ora rigabat.	
* Inque salutatam linquo.-- (*Euryalus.*)	289
Quòd nequeam lacrymas perferre parentis,	
At tu, oro, solare inopem, & succurre relictæ.	
† --percussâ mente dederunt	292
Dardanidæ lacrymas: ante omnes pulcher Iülus;	
Atque animum patriæ strinxit pietatis imago.	
* Sic ait illacrymans.--	303
† --cœlum dehinc questibus implet.	480
* Hoc fletu concussi animi, mœstúsque per omnes	498
It gemitus: torpent infractæ ad prælia vires.	
Illam incendentem luctus, Idæus, & Actor	
Ilionei monitis, & multùm lacrymantis Iüli	
Corripiunt, intérque manus sub tecta reponunt.	
† Audiit Alcides juvenem, magnúmque sub imo	10.Æn.464
Corde premit gemitum, lacrymásque effudit inanes.	
* --at socii multo gemitu, lacrymísque	505
Impositum scuto referunt Pallanta frequentes,	
O dolor, atque decus magnum rediture parenti.	
† --lacrymæque per ora volutæ.	790
* Ingentem gemitum tunsis ad sydera tollunt	11.Æn. 37
Pectoribus, mœstóque immugit regia luctu.	
† --lacrymis ita fatur obortis:	41
Téne, inquit, miserande puer. --	
* Hæc ubi deflevit, tolli miserabile corpus.	59
† Intersíntque patris lacrymis, solatia luctûs	62
Exigua ingentis.--	
* Pectora nunc fœdans pugnis, nunc unguibus ora,	86
Sternitur, & toto projectus corpore terræ.	
† Post bellator equus positis insignibus Æthon	89
It lacrymans, guttísque humectat grandibus ora.	
* --gemitúque hæc addidit alto:	96
Nos alias hinc ad lacrymas eadem horrida belli	
Fata vocant, salve æternùm mihi, maxime Palla.	
† Procumbit super, atq; hæret, lacrymansq;, geméśq;,	150
Et via vix tandem voci laxata dolore est.	
Non hæc, ô Palla dederas promissa parenti, &c.	
* --ululatúsque ore dedêre,	190
Spargitur & tellus lacrymis, sparguntur & arma:	
It cœlo clamórque virûm, clangórque tubarum.	
† Iam verò in tectis prædivitis urbe Latini	213

Præcipuus fragor, & longè pars maxima luctûs,
Hîc matres, miseræque nurus, hîc chara sororum
Pectora mœrentum, puerique parentibus orbi
Dirum execrantur bellum.--

11. *Æn.* 349 * --totámq; videmus Consedisse urbem luctu.--
231 † Deficit ingenti luctu rex ipse Latinus.
12. *Æn.* 55 * Flebat, & ardentem generum moritura tenebat,
Turne, per has ego te lacrymas, per si quis Amatæ
Tangit honos animum. --
64 † Accepit vocem lacrymis Lavinia matris,
Flagrantes perfusa genas, cui plurimus ignem
Subjecit rubor, & calefacta per ora cucurrit.
72 * Ne, quæso, ne me lacrymis, néve omine tanto
Prosequere. --
154 † Vix eâ, cùm lacrymas oculis Iuturna profudit,
Térque, quatérque manu pectus percussit honestum.
Non lacrymis hoc tempus, ait, Saturnia Iuno.
601 * Multáque per mœstum demens effata furorem,
Purpureos moritura manu discindit amictus,
Quam cladem miseræ postquàm accêpere Latinæ,
Filia prima manu flavos Lavinia crines,
Et roseas laniata genas: tum cætera circum
Turba furit, resonant latè plangoribus ædes.
Demittunt mentes, it scissâ veste Latinus
Conjugis attonitus fatis, urbísque ruinâ,
Canitiem immundo perfusam pulvere turpans.
620 † Hei mihi! quid tanto turbantur mœnia luctu?
Quísve ruit tantus diversâ clamor ab urbe?
593 * Accidit hæc fessis etiam fortuna Latinis,
Quæ totam luctu concussit funditùs urbem.
952 † Vitáque cum gemitu fugit indignata sub umbras.
2. *Æn.* 4 * --lamentabile regnum Eruerint Danaï.--
11. *Æn.* 372 † Nos animæ viles, inhumata, infletáque turba.
v. Dolor, Luctus funerum, Clamor, Querela.

LACVS, LACVNÆ, PALVS, Palustris, Stagna, Stagnans.

1. *Geor.* 377 AVt arguta lacus circumvolitavit hirundo.
2. *Geor.* 159 * Anne lacus tantos: te Lari maxime, téque
Fluctibus, & fremitu assurgens, Benace, marino?
4. *Geor.* 364 † Speluncísque lacus clausos, lucósque sonantes
Ibat, & ingenti motu stupefactus aquarum,

* Divinósque lacus, & Averna sonantia sylvis.	3. Æn. 442
† Quæque lacus latè liquidos.-- (*tenent. i. pisces.*)	4. Æn. 526
* Bis Stygios innare lacus, bis nigra videre Tartara,--	6. Æn. 134
† Te liquidi flevêre lacus.--	7. Æn. 760
* Te Stygii tremuêre lacus: te Ianitor Orci.	8. Æn. 296
† Speluncæ, vivíque lacus: at frigida Tempe.	2. Geor. 469
* Limosoque lacu per noctẽ obscurus in ulvâ Delitui.	2. Æn. 135
† Scrupea, tuta lacu nigro nemorúmque tenebris.	6. Æn. 238
* Dixit, deinde lacu Fluvius se condidit alto.	8. Æn. 66
† Vnde cavæ tepido sudant humore lacunæ.	1. Geor. 117
* Et to æ solidam in glaciem vertẽ e lacunæ.	3. Geor. 365
† --al i st identia tinguit Æra lacu.--	8 Æn. 450
* Stagna colit, ripisque habitans his piscibus atram Improb⁹ ingl ́uviẽ, ranisq; loquacib⁹ explet. (*Anguis.*)	3. Geor. 429
† --& imis Stagna refusa vadis.--	1. Æn. 125
* Ad puteos, aut alta greges ad stagna jubeto. (*Potare.*)	3. Geor. 329
† Tum demum admissi, stagna exoptata revisunt.	6. Æn. 330
* —hæc fontis stagna Numici.	7. Æn. 150
† (*Orion.*) Incedit per maxima Nerei Stagna.--	10 Æn. 763
* Dant sonitum rauci per stagna loquacia cycni.	11. Æn. 458
† —nunc humida circum Stagna sonat. - (*Hirundo.*)	12. Æn. 476
* At liquidi fontes, & stagna virentia musco.	4. Geo. 18
† Dulcibus in stagnis rimantur prata Caystri.	1. Geor. 384
* --térque f agor stagnis audi us Avernis.	4 Geor. 493
† Diva Deam, stagnis quæ, fluminibúsque sonoris Præsidet.-	12. Æn. 139
* Accolit effuso stagnantem flumine Nilum.	4. Geo. 288
† Exupero præpingue solum stagnantis Elori:	3. Æn. 698
* Limosoque palus obducat pascua junco.	1. Ecl. 49
† Post quàm exhausta palus terræq; ardore dehiscunt.	3. Geor. 432
* Cocyti tardâque palus innabilis undâ.	4. Geo. 479
† Dicitur & tenebrosa palus Acheronte refuso.	6. Æn. 107
* Fata obstant, tristíque palus inamabilis undâ.	478
† Quà Saluræ jacet atra palus, gelidúsque per imas.	7. Æn. 801
* Atque hinc vasta palus, hinc ardua mœnia cingunt.	12. Æn. 345
† Fluminibus salices, crassísq; paludibus alni Nascuntur.--	2. Geor. 110
* Vre foco cancros, altæ neu crede paludi.	4. Geo. 48
† Cocyti stagna alta vides, Stygiámque paludem.	6. Æn. 323
* Sutilis, & multam accepit rimosa paludem (Cymba.-	414
† Nec vescas salicum frondes, ulvamque palustrem.	3. Geor 175

v. Flumen, Fons, & Lethæus.

LÆTITIA, VOLUPTAS, GAUDIA:
Lætus, Alacer, Exultans, Solutus luctu, Plausu fremens.

4. *Ecl.* 50	ASpice, venturo lætentur ut omnia seclo.
1. *Geor.* 1	† Quid faciat lætas segetes --
5. *Æn.* 58	* Ergo alacreis sylvas, & cætera rura voluptas, Panaque, pastoréſque tenet, Dryadáſque puellas.
2. *Geor.* 116	† Littora myrtetis lætiſſima. --
62	* Ipſi lætitiâ voces ad sydera jactant Intonſi montes, ipſæ jam carmina rupes. &c.
733	† Adſis lætitiæ Bacchus dator. --
1. *Æn.* 640	* Munera, lætitiámque Dei. -- (*id est, Vinum.*)
397	† Aſpice bis senos lætantes agmine cygnos.
2. *Æn.* 26	* Ergo omnis longo ſolvit ſe Teucria luctu.
386	† Atque huic exultans ſucceſſu, animiſque Chorœbus.
3. *Æn.* 99	* -- miſtóq; ingens exorta tumultu Lætitia. --
524	† Italiam læto ſocii clamore ſalutant.
1. *Æn.* 746	* Ingeminant plauſum Tyrii, Troëſque ſequuntur.
5. *Æn.* 827	† Hîc patris Æneæ ſuſpenſam blanda viciſſim Gaudia pertentant mentem. --
6. *Æn.* 513	* Námque ut ſupremam falſa inter gaudia noctem Egerimus, noſti: & nimiùm meminiſſe neceſſe eſt.
568	† Quæ quis apud Superos furto lætatus inani.
8. *Æn.* 171	* Auxilio lætos dimittam, opibúſque juvabo.
716	† Maxima tercentum totam delubra per urbem Lætitiâque fremunt, animóſque ad ſydera tollunt.
9. *Æn.* 636	* Hæc tantùm Aſcanius, Teucri clamore ſequuntur, Lætitiâ, ludiſque viæ, plauſúque fremebant.
10. *Æ.* 740	† Victor nec longùm lætabere. --
11. *Æn.* 780	* -- nec veterum memini, lætórve malorum.
802	† Lætitiâ, miſtóque metu fugit. --
12. *Æn.* 697	* At pater Æneas audito nomine Turni, Lætitiâ exultans, horrendúmque intonat armis, Quantus Athos. -- &c. - gaudétque nivali Vertice, ſe attollens pater Appenninus ad auras.
7. *Æn.* 658	† --dignus patriis qui lætior eſſet Imperiis, & cui pater haud Mezentius eſſet.
4. *Geor.* 54	* (*Apes.*) --hinc neſcio quâ dulcedine lætæ
10. *Æn.* 827	Arma, quibus lætatus, habe tua. --

v. Gaudium, & Tripudiare.

LAVS, AVRA POPVLARIS: LAVDARE, Celebrare, Cantare, Colere, Dicere, Ferre ad astra, &c.

SI ad vitulam spectes, nihil est quòd pocula laudes. 3. *Ecl.* 48
† At simul heroum laudes, & facta parentis 4. *Ecl.* 26
Iam legere, & quæ sit poteris cognoscere virtus.
* --incipe, si quas Aut Alconis habes laudes.-- 5. *Ecl.* 10
† Dicemus, Daphninque tuum tollemus ad astra, 51
Daphnin ad astra feremus, amavit nos quoq, Daphnis:
An quicquam nobis tali sit munere majus?
Et puer ipse fuit cantari dignus, & ista
Iam pridem Stimichon laudavit carmina nobis.
* Aut si ultra placitum laudârit. -- 7. *Ecl* 27
† Dúmque thymo pascentur apes, dum rore cicadæ, 5. *Ecl.* 76
Semper honos, noménq; tuum, laudésque manebunt.
* --laudato ingentia rura. 2. *Geor.* 411
† Nec pulcher Ganges.-- Laudibus Italiæ certent.-- 137
* Tantus amor laudum, tantæ est victoria curæ. 3. *Geor.* 112
† Tum magis, atque magis blandis gaudere magistri 186
Laudibus, & plausæ sonitum cervicis amare.
* Hic labor, hinc laudem fortes sperati coloni, 289
Nec sum animi dubius, verbis ea vincere, magnum
Quàm sit, & angustis hunc addere rebus honorem.
† Tanta meæ si te ceperunt tædia laudis, 4. *Geor.* 332
* Ipse hostis Teucros insigni laude ferebat. 1. *Æn.* 629
† Hi proprium decus, & partû indignantur honorem, 5. *Æn.* 229
Ni teneant, vitámque volunt pro laude pacisci.
* --exultantiáque haurit 611
Corda pavor pulsans, laudúmque arrecta cupido.
† En Priamus: sunt hîc etiam sua præmia laudi. 1. *Æn.* 465
* Lustrabunt convexa, polus dum sydera pascet, 613
Semper honos, noménque tuum, laudésque manebût.
† Aut spoliis ego jam raptis laudabor opimis. 10. *Æn.* 450
* --primam in, rui qui laude coronam. 5. *Æn.* 335
† --non laudis amor, nec gloria cessit. Pulsa metu.-- 394
* Deponunt animos nil magnæ laudis egentes. 750
† Nunc quoq; jam nimiùm gaudês popularibus auris. 6. *Æn.* 816
* Vincet amor patriæ, laudúmque immensa cupido. 823
† Ipse etiam eximiæ laudis succensus amore 7. *Æn.* 496
Ascanius, curvo direxit spicula cornu.
* Obstupuit magno laudum perculsus amore 9. *Æn.* 197
Euryalus, simul his ardentem affatur amicum:

Mene igitur socium summis adjungere rebus,
Nise, fugis? solum te in tanta pericula mittam? &c.

10. Æn. 825 † Quid tibi nunc, miserande puer, pro laudibus istis,
Quid pius Æneas tantâ dabit indole dignum?

8. Æn. 273 * Quare agite, ô Iuvenes, tantarum munere laudum,
Cingite fronde comas, & pocula porgite dextris.

287 † Hic juvenum chorus, ille senum, qui carmine laudes
Herculeas, & facta ferunt.--

11. Æn. 785 * --non exuvias, pulsave trophæum
Virginis, aut spolia ulla peto: mihi cætera laudem
Facta ferant, hæc dira meo dum vulnere pestis
Pulsa cadat.--

460 † Cogite concilium, & pacem laudate sedentes.

123 * --hîc Drances ore vicissim
Orsa refert, ô famâ ingens, ingentior armis
Vir Trojane, quibus cœlo te laudibus æquem?
Iustitiæne priùs mirer, belline laborum?

12. Æn. 49 † --Letumque sinas pro laude pacisci.

9. Ecl. 27 * Vare, tuum nomen (superet modò Mantua nobis)
Cantantes sublimè ferent ad sydera cygni.

6. Æn. 758 † Illustres animas, nostrumque in nomen ituras.

7. Æn. 98 * --qui sanguine nostrum Nomen in astra ferant,--

8. Æn. 14 † --& latè Latio increbrescere nomen..

1. Æn. 739 * Et vos ô cœtum, Tyrii, celebrate faventes.

3. Æn. 280 † Actiaque Iliacis celebramus littora ludis.

5. Æn. 58 * Ergo agite, & lætum cuncti celebremus honorem.

7. Æn. 560 † Talia connubia, & taleis celebrent Hymenæos.

5. Æn. 598 *-hæc certamina.--priscos docuit celebrare Latinos.

603 † Hac celeblata tenùs sancto certamina patri.

8. Æn. 76 * Semper honore meo, semper celebrabere donis.

173 † Annua quæ differre nefas, celebrate faventes
Nobiscum, & jam nunc sociorum assuescite mensis.

303 * Talia carminibus celebrant: super omnia Caci.

268 † Ex illo celebratus honos, lætique Minores.

12. Æn. 840 * Nec gens ulla tuos æquè celebrabit honores.

1. Geor. 30 † Numina sola colant, tibi serviat ultima Thule.

4. Æn. 458 * Conjugis antiqui miro quod honore colebat.

422 † --solam te perfidus ille
Te colere, arcanos etiam tibi credere sensus.

v. Cantare, Fama, Gloria, Honos,
& Hortari.

LECTVS, THALAMVS, CVBILE, *Torus, Stratum, Quies, Somnus, Discumbere, Surgere.*

VT gemmâ bibat, & Sarrano dormiat ostro. — *2. Geor. 510*
†Hîc tamen hac mecũ poteris requiescere nocte, — *1. Ecl. 80*
Fronde super viridi.--
* Dura jacet pernox instrato saxa cubili — *4. Geor. 231*
Frondibus hirsutis, & carice pastus acutâ.
† Post ubi jam thalamis se composuêre, siletur. — *189*
* At mater sonitũ thalamo sub fluminis alti Sẽsit.-- — *333*
† Tithoni croceum linquens aurora cubile. — *1. Geo. 446*
* Quinquaginta illi thalami, spes tanta nepotum. — *1. Æn. 503*
† Corripio è stratis corpus.-- — *3. Æn. 176*
* Inde toro pater Æneas sic orsus ab alto. — *2. Æn. 2*
† Conveniunt, stratóque super discumbitur ostro. &c. — *1. Æn. 699*
* Convenêre, toris jussi discumbere pictis. — *712*
† Nec Deus hanc mensâ, Dea nec dignata cubili est. — *4. Ecl. 63*
* Cùm venit, aulæis jam se Regina superbis — *1. Æn. 701*
Aureâ composuit spondâ, mediámque locavit.
† --sæpè cubilibus altis. (i. nidis.) — *1. Geor. 411*
* Sternitur optatæ gremio telluris ad undam. — *3. Æn. 510*
Sortiti remos, passimque in littore sicco
Corpora curamus: fessos sopor irrigat artus.
Necdum orbem medium nox horis acta subibat.
Haud segnis strato surgit Palinurus, & omneis
Explorat ventos, atque auribus aëra captat.
† --suscipiunt famulæ, collapsáque membra — *4. Æn. 391*
Marmoreo referunt thalamo, stratisque reponunt.
* Dixit, & os impressa toro.-- — *659*
† --& arma viri, thalamo quæ fixa reliquit — *495*
Impius, exuviásque omnes, lectúmque jugalem,
Quo perii, super imponas.--
* Hic postquàm Iliacas vestes, notúmque cubile — *648*
Conspexit, incubuítque toro.--
† Tum me confectum curis, somnóque gravatum — *6. Æn. 520*
Infelix habuit thalamus, pressitque jacentem
Dulcis & alta quies, placidæque simillima morti.
* --in faucibus Orci --posuêre cubilia curæ.-- — *273*
† Quid moror? irrumpunt thalamo? -- — *528*
* Cùm pater in ripâ: gelidíque sub ætheris axe — *8. Æn. 28*
Æneas tristi turbatus pectora bello
Procubuit, serámque dedit per membra quietem.

8.Æn.372 † Vulcanū alloquitur, chalamóq; hæc conjugis aureô.
,412 * --castum ut servare cubile
Conjugis, & possit parvos educere natos.
414 † (*Vulcanus.*) -- nec tempore seguior illo
Mollibus è stratis opera ad fabrilia surgit.
12.Æn.144 * Magnanimi Iovis ingratum ascendêre cubile.
7. Æn. 97 † O mea progenies, thalamis ne crede paratis.
v. Nuptiæ, & Somnus.

LEX, LEGIFER, IUS: MANDATUM.
Imperium: Fœdus: Fas: Mos.

1. Geor. 70 CONtinuò has leges, æternáque fœdera certis
Imposuit natura locis, quo tempore primùm
Deucalion vacuûm lapides jactavit in orbem.
510 * Vicinæ ruptis inter se legibus urbes
Arma ferunt, sævit toto Mars impius orbe.
268 † Quippe etiam festis quædam exercere diebus
Fas, & jura sinunt.--
2. Geor. 501 * --nec ferrea jura,
Insanúmque forum, aut populi tabularia vidit.
4.Geor.154 † --magnísque agitant sub legibus ævum.
158 * Námque aliæ victu invigilant, & fœdere pacto
Exercentur agris.-- (*Asper.*)
162 † Per populos dat jura: victor.--
1. Æn. 62 * --Regémque dedit, qui fœdere certo
Et premere, & laxas sciret dare jussus habenas.
291 † --Remo cum fratre Quirinus Iura dabunt.--
262 * --populósque feroces
Contundet, morésque viris, & mœnia ponet.
506 † (*Dido.*) --solióque altè subnixa resedit.
Iura dabat, legésque viris, operúmque laborem
Partibus æquabat justis, aut sorte trahebat.
7. Æn. 618 * --nec cùm se sub leges pacis iniquæ Tradiderit.--
4. Æn. 486 † Ponè sequens, námque hanc dederat Proserpina legē.
1. Æn. 229 * Alloquitur Venus: ô, qui res hominúmque, Deûmq;
Æternis regis imperiis, & fulmine terres.
6. Æn. 239 † Sed nos fata Deûm vestras exquirere terras
Imperiis egêre suis.--
2. Æn. 157 * Fas mihi Graiorum sacrata resolvere jura:
Fas odisse viros.-- --teneor patriæ nec legibus ullis.
4. Æn. 230 † --ac totum sub leges mitteret orbem.
27 * Antè pudor quàm te violem, aut tua jura resolvam,

*..Mactant lectas de more bidentes Legiferæ Cereri.- 4. Æn. 57
† Idem orans mandata dabat.-- 6. Æn. 116
* --fixit leges pretio, atque refixit. 622
† Quis procul ille autem ramis insignis olivæ 808
Sacra ferens? nosco crines, incanáque menta
Regis Romani, primus qui legibus urbem
Fundabit, Curibus parvis, & paupere terrâ
Missus in imperium magnum.-- (Numa.)
* Hoc Priami gestamen erat, cùm jura vocatis 7. Æn. 246
More daret populis, sceptrúmque, sacérque tiaras.
† Is genus indocile, ac dispersum montibus altis 8. Æn. 321
Composuit, legesque dedit.--- (Saturnus.)
* --Regique jubet responsa Latino 12. Æn. 111
Certa referre viros, & pacis dicere leges.
† --paribus se legibus ambæ 190
Invictæ gentes æterna in fœdera mittent.
* Illud te, nullâ fati quod lege tenetur. 819
† Saturni gentem, haud vinclo, nec legibus æquam 7. Æn. 103
Sponte suâ, veterísque Dei se more tenentem.
v. Ius, Pax, Obedire, Regere.

LIBERTAS, LIBER, SOLUTUS, LAXUS, Laxatus: Carcer, Claustrum, Vincula, Vincla, Catenæ, Manicæ, Laqueus, Retinacula, Nodus: Frena, Retia, Pedicæ: Septus: Servitium: Vinctus, Illigatus, Clausus, Inclusus, Nexus, Nexans: Vincire, Claudere, Nectere vincula, & njicere, Coërcere, Nodare, Ligare, Alligare, Subligare, Circumligare: Vincula rumpere, Solvere, Laxare, Resolvere, &c.

Libertas, quæ sera tamen respexit inertem, 1. Ecl. 30
--& longo pòst tempore vênit.
† Nec spes libertatis erat, nec cura peculî. 33
* (Brutus.) --natósque pater nova bella moventes 6. Æn. 820
Ad pœnam pulchrâ pro libertate vocabit:
Vincet amor patriæ, laudúmque immensa cupido.
† --Æneadæ in ferrum pro libertate ruebant. 8. Æn. 648
* Det libertatem fandi, flatúsque remittat. 11. Æn. 346
† ipsáque tellus Omnia liberiùs nullo poscête ferebat. 1. Geor. 136
* --dehinc ubi libera colla Servitio assuêrint.-- 3. Geor. 167

3. *Geor*. 193 † (*Equus.*) --tum cursibus auras
Provocet, ac per aperta volans, ceu liber habenis
Æquora, vix summâ vestigia ponat arenâ.
1. *Æn*. 168 * --hic fessas non vincula naves
Ulla tenent, unco non alligat ancora morsu.
7. *Æn*. 369 †Omnem equidem sceptris terram quæ libera nostris
Dissidet, externam reor, & sic dicere Divos.
10. *Æn*. 154 * --tum libera fatis Classem conscendit.---
12. *Æn*. 74 † O mater, neque enim Turno mora libera mortis.
1. *Geor*. 527 * Iustitiâque dedit genteis frænare superbas.
3. *Geor*. 251 † At neque quos fræna virûm, nec verbera sæva,
Non scopuli, rupésque cavæ, atque objecta retardant
Flumina, correptósque undâ torquentia montes.
3. *Æn*. 542 * Quadrupedes, & fræna jugo concordia ferre.
4. *Geor*. 411 † Tanto, Nate, magis contende tenacia vincla.
2. *Æn*. 146 * Ipse viro primus manicas, atque arcta levari
Vincla jubet Priamus, dictísque ita fatur amicis.
6. *Æn*. 395 † Tartareum ille manu custodem in vincla petivit.
7. *Æn*. 15 * --iræque leonum Vincla recusantûm.--
12. *Æn*. 30 † Victus amore tui-- &c. -- vincla omnia rupi.
4. *Æn*. 59 * Iunoni ante omneis, cui vincla jugalia curæ.
8. *Æn*. 458 † Et Tyrrhena pedum circumdat vincula plantis.
4. *Geor*. 395 * Hic tibi Nate, prius vinclis capiendus, ut omnem.
404 †Verùm ubi correptum manibus, vinclísque tenebis.
2. *Æn*. 153 * Sustulit exutas vinclis ad sydera palmas.
4. *Æn*. 518 † Unum exuta pedem vinclis, in veste recinctâ.
8. *Æn*. 651 * Et fluvium vinclis innaret Clœlia ruptis. &c.
11. *Æ*. 492 † Qualis ubi abruptis fûgit præsepia vinclis
Tandem liber equus, campóque potitus aperto. &c.
4. *Æn*. 16 * Ne cui me vinclo vellem sociare jugali.
5. *Æn*. 408 † Huc illuc vinclorum immensa volumina versat.
1. *Æn*. 298 * --centum vinctus ahenis Post tergum nodis.--
6. *Ecl*. 18 † Aggressi injiciunt ipsis ex vincula sertis.
23 * Ille dolum ridens, quò vincula nectitis? inquit.
Solvite me, pueri.--
8. *Ecl*. 77 † Necte tribus nodis ternos, Amarylli, colores,
Necte, Amarylli, modò; & Veneris, dic, vincula necto.
4. *Geo*. 399 * --vim duram, & vincula capto Tende.--
480 † Alligat, & novies Styx interfusa coërcet.
9. *Æn*. 27 * Messapus primas acies, postrema coërcent
Tyrrhidæ juvenes.-- (*.i. postremas.*)
4. *Æn*. 138 † Cui pharetra ex auro, crines nodantur in aurum.
10. *Æn*. 233 * Rumpimus invitæ tua vincula.--

† --passimque soluti Per campos pascuntur equi.-- 6. Æn. 652
* Vicit hyems, laxis laterum compagibus omnes 1. Æn. 122
Accipiunt inimicum imbrem, rimisque fatiscunt.
† Sacrum jussa fero, téque isto corpore solvo. 4. Æn. 703
* Et circum Iliades crinem de more solutæ. 3. Æn. 65
† Laxant arva sinus, superat tener omnibus humor. 2. Geo. 331
* Accingunt omnes operi, pedibúsque rotarum 2. Æn. 235
Subjiciunt lapsus, & stupea vincula collo
Intendunt: scandit fatalis machina muros.
† Eripui (fateor) letho me, & vincula rupi. 134
* (*Columba.*) --nodos, & vincula linea rupit, 5. Æn. 510
Queis innexa pedem malo pendebat ab alto:
Illa Notos, atque atra volans in nubila fugit.
† Igneus est ollis vigor, & cœlestis origo 6. Æn. 730
Seminibus, quantùm non noxia corpora tardant,
Terreníque hebetant artus, moribundáque membra.
Hinc metuunt, cupiúntq; dolent, gaudentq; nec auras
Respiciunt clausæ tenebris, & carcere cæco.
* Corpora natorum serpens amplexus uterque 2. Æn. 213
Implicat, & miseros morsu depascitur artus:
Corripiunt, spirísque ligant ingentibus, & jam
Bis medium amplexi, bis collo squammea circum:
Ille simul manibus tendit divellere nodos.
† Purpureóque altè suras vincire cothurno. 1. Æn. 341
* Inclusos utero Danaos, & pinea furtim 2. Æn. 259
Laxat claustra Sinon: illos patefactus ad auras
Reddit equus, lætíque cavo se robore promunt.
† Hinc exaudiri gemitus, & sæva sonare 6. Æn. 557
Verbera, tum stridet ferri, tractæque catenæ.
* Vt sese inclusit, ruptísque immane catenis. (*Cacus.*) 8. Æn. 225
† Æoliam venit. Hîc vasto Rex Æolus antro 1. Æn. 52
Luctantes ventos, tempestatésque sonoras
Imperio premit, ac vinclis, & carcere frænat.
Illi indignantes magno cum murmure montis,
Circum claustra fremunt.--
* Hæc ubi dicta, cavum conversâ cuspide montem 81
Impulit in latus, ac venti velut agmine facto,
Quà data porta ruunt, & terras turbine perflant,
Incubuêre mari, totúmque à sedibus imis.
† Et via vix tandem voci laxata dolore est. 11. Æn. 151
* Æolus & clauso ventorum carcere regnet. 1. Æn. 141
† Corripuêre, ruúntque effusi carcere currus. 5. Æn. 145
* Vt cùm carceribus sese effudêre quadrigæ. 1. Geor. 512

Addunt in spatia, & frustrà retinacula tendens.

1. Geor. 139 † Tum laqueis captare feras, & fallere visco.

5. Ecl. 60 * --nec retia cervis Vlla dolum meditantur.--

4. Æn. 131 † Retia rara plagæ, lato venabula ferro.

1. Geo. 307 * Tunc gruibus pedicas, & retia ponere cervis.

5. Æn. 278 † (*Serpentis.*) --pars vulnere clauda retentat
Nexantem nodis, seque in sua membra plicantem.

1. Geor. 265 * Atque Amerina parant lentæ retinacula viti.

4. Æn. 580 † --strictóque ferit retinacula ferro.

239 * Mercurius primùm pedibus talaria nectit Aurea.--

1. Æn. 448 † Nexæque.-- Ære trabes.--

4. Geo. 276 * Sæpe Deûm nexis ornatæ torquibus aræ.

7. Æn. 66 † (*Spes.*) --pedibus per mutua nexis.

4. Æn. 695 * Quæ luctantem animam, nexósque resolveret artus.

10. Æ. 794 † Ille pedem referens, & inutilis, inque ligatus
Cedebat. [*Tmesis, pro* illigatus.]

3. Ecl. 111 * Claudite jam rivos pueri, sat prata biberunt.

11. Æn. 398 † Inclusus muris, hostilique aggere septus.

v. Frenare, Obsidere, & Servitium.

LVCTARI, OBLVCTARI, LVCTAMEN,
Conari, Conatus, Conans: Assultus: Certare, Certatim instare: Niti, Nitens, Nisus, Obniti, Obnixus, Connixus: Tendere, Contendere.

2. Geor. 357 Flectere luctantes inter vineta juvencos.

526 * Inter se adversis luctantur cornibus hœdi.

6. Æn. 643 † Contendunt ludo, & fulvâ luctantur arenâ.

7. Æn. 28 * --& in lento luctantur marmore tonsæ.

12. Æn. 387 † --infractâ luctatur arundine ferrum Eripere.--

781 * Námque diù luctans, lentóque in stirpe moratus.

1. Æn. 53 † Luctantes ventos, tempestatésque sonoras.

4. Æn. 695 * Quæ luctantem animam, nexósque resolveret artus.

5. Æn. 220 † Et primùm in scopulo luctantem deserit alto.

9. Æn. 531 * --summis turrim viribus omnes
Expugnare Itali, summâque evertere opum vi
Certabant: Troës contrà defendere saxis.

8. Æn. 88 † Mitis ut in morem stagni, placidæque paludis
Sterneret æquor aquis, remo ut luctamen abesset.

4. Æn. 688 * Illa graves oculos conata attollere, rursus
Deficit, infixum stridet sub pectore vulnus:
Ter sese attollens, cubitoque innixa levavit.

Ter revoluta toro est.-- (*Dido moriens.*)
† -- magno discordes æthere venti 10.*Æn.* 358
Prælia ceu tollunt animis, & viribus æquis:
Non ipsi inter se, non nubila, non mare cedit,
Anceps pugna diù, stant obnixi omnia contra.
* Vtque volans altè raptum cùm fulva draconem 9.*Æn.* 751
Fert aquila, implicuitque pedes, atque unguibus hæsit:
Saucius at serpens sinuosa volumina versat,
Arrectisque horret squammis, & sibilat ore,
Arduus insurgens: illa haud minùs urget adunco
Luctantem rostro, simul æthera verberat alis.
† Tauri alternantes multâ vi prælia miscent 3.*Geor.* 220
Vulneribus crebris: lavit ater corpora sanguis,
Versáque in obnixos urgentur cornua vasto
Cum gemitu.--
* Et tentat sese, atque irasci in cornua discit, 232
Arboris obnixus trunco, ventósque lacessit
Ictibus, & sparsâ ad pugnam proludit arenâ:
Pòst, ubi collectum robur, virésque receptæ,
Signa movet, præcepsque oblitum fertur in hostem.
† Arte locum, & variis assultibus irritus urget. 5.*Æn.* 442
* Cùm ferro accisam, crebrisque bipennibus instant 2.*Æn.* 627
Eruere agricolæ certatim, illa usque minatur:
Vulneribus donec, paulatim evicta supremum.
† Illi inter sese magnâ vi brachia tollunt 4.*Geor.* 174
In numerum, versantque tenaci forcipe ferrum.
* Certatim socii feriunt mare, & æquora verrunt. 5.*Æn.* 778
† Illi alternantes multâ vi prælia miscent, 3.*Geor.* 220
* -- pars grandia trudunt Obnixæ frumenta humeris.- 4.*Æn.* 405
† Ingentes animos angusto in pectore versant 4. *Geor.* 83
Vsque adeò obnixi non cedere, dum gravis aut hos.
* Nec nos obniti contrà, nec tendere tantùm 5.*Æn.* 21
Sufficimus, superat quoniam fortuna, sequamur.
† Vi propriâ nituntur, opisque haud indiga nostræ. 2.*Geor.* 428
* Pro se quisque viri, summâ nituntur opum vi. 12.*Æn.* 552
† Stat gravis Entellus, nisúque immotus eodem. 5.*Æn.* 437
* Hîc Dea se primùm rapido pulcherrima nisu. 11.*Æn.* 852
† Pòst valido nitens sub pondere faginus axis. 3.*Geor.* 172
* Oppressum rapit, & conantem plurima frustrà, 9.*Æn.* 397
Quid faciat? qua vi juvenem, quibus audeat armis
Eripere? an sese medios moriturus in hostes Inferat?-
† Ille simul manibus tendit divellere nodos, 2.*Æn.* 220

3. *Geor.* 281 † --ter sunt conati imponere Pelio Ossam.
12. *Æn.* 909 * Nocte quies, nequicquam avidos extendere cursus
Velle videmur, & in mediis conatibus ægri
Succidimus; non lingua valet, non corpore vires.
5. *Æn.* 155 † Centaurúmque, locum tendunt superare priorem.
10. *Æn.* 354 * --expellere tendunt Nunc hi, nunc illi.--
1. *Æn.* 157 † --proxima littora cursu Contendunt petere.--
9. *Æn.* 622 * --nervóque obversus equino Contendit telum --
1. *Ecl.* 15. † Spem gregis, ah! silice in nudâ connixa reliquit.
5. *Æn.* 642 *Sublatâque procul dextrâ, connixa coruscat Ignem.-
11. *Æn.* 613 † Connixi incurrunt hastis, primíque ruinam Dant --
9. *Æn.* 769 *Vibranti gladio connixus ab aggere dexter occupat.-
10. *Æn.* 527 † Fert ingens toto connixus corpore saxum.

v. Vires, & Certare.

LVDVS, LVDERE: LVCTA: Palæstra: Turbo: Ludicra.

9. *Ecl.* 39 HVc ades, ô Galatea, qui est nam ludus in undis?
9. *Æn.* 606 * Flectere ludus equos, & spicula tendere cornu.
335 † Et juvenem Serranum, illâ qui plurima nocte
Luserat, insignis facie. Felix, si protinùs illum
Æquasset nocti ludum, in lucémque tulisset.
7. *Ecl.* 17 * Posthabui tamen illorum mea seria ludo.
3. *Geor.* 379 † Hîc noctem ludo ducunt, & pocula læti.
4. *Geo.* 104 * Instabiles animos ludo prohibebis inani.
102 †-- cœlóq; examina ludunt, Contemnúntq; favos.-
5. *Æn.* 113 * Et tuba commissos medio canit aggere ludos.
593 † Impediunt, texúntque fugas, & prælia ludo.
674 * Quâ ludo indutus belli simulacra ciebat.
6. *Æn.* 643 † Pars in gramineis exercent membra palæstris,
Contendunt ludo, & fulvâ luctantur arenâ.
7. *Æn.* 378 * Ceu quondam torto volitans sub verbere turbo,
Quem pueri magno in gyro vacua atria circum
Intenti ludo exercent. -- &c.
9. *Æn.* 166 † --noctem custodia ducit Insomnem ludo.--
2. *Geor.* 380 * Cæditur, & veteres ineunt proscenia ludi.
3. *Æn.* 280 † Actiáque Iliacis celebramus littora ludis:
Exercent patrias oleo labente palæstras
Nudati socii.--
5. *Æn.* 605 * Dum variis tumulo referunt solennia ludis.
8. *Æn.* 707 † Lætitiâ, ludísque viæ plausúque fremebant.
1. *Ecl.* 10 * Ludere quæ vellem calamo permisit agresti.

† Prima Syracusio dignata est ludere versu.	6. *Ecl.* 1
* Tum verò in numerum Faunósque, ferásq; videres	28
Ludere.--	
†--Cúmque marinæ In sicco ludunt fulicæ.--	1. *Geor.* 363
* Versibus incomptis ludunt, risúque soluto.	2. *Geor.* 385
†--si quis mihi parvulus aulâ Luderet Æneas.--	4. *Æn.* 328
* --ludétque favis emissa Iuventus. (*Apum.*)	4. *Geor.* 22
† (*Delphines.*)--Libycúq; secāt, ludúntque per undas.	5. *Æn.* 595
* --nec enim levia, aut ludicra petuntur	12. *Æn.* 764
Præmia, sed Turni de vitâ, & sanguine certant.	

v. Certamina ludicra.

LVDERE, DELVDERE, ELVDERE, *Illudere, Fallere: Fallax: Falsus: Deceptus, Pellax, Lubricus, Vanus: Ludibria: Dolus, Fraus, Astus.*

QVid natum toties crudelis tu quoque falsis Ludis imaginibus? ---	1. *Æn.* 411
† --ô potiùs formidine falsâ Ludar.--	10. *Æn.* 631
* --falsâ vatem formidine ludit.	7. *Æn.* 447
† Ne turbata volent rapidis ludibria ventis.	6. *Æn.* 75
* Orsilochum fugiens, magnúmq; agitata per orbem	11. *Æn.* 689
Eludit gyro interior, sequitúrque sequentem.	
† Increpuit malis, morsúque elusus inani est.	12. *Æn.* 755
* Expectata seges vanis elusit aristis.	4. *Geor.* 226
† --& nostris illuserit advena regnis.	4. *Æn.* 591
* Circumfusa ruit, certántque illudere capto.	2. *Æn.* 64
† Trajicit. I, verbis virtutem illude superbis.	9. *Æn.* 634
* Falle dolo, & notos pueri, puer, indue vultus.	1. *Æn.* 688
† Occultum inspires ignem, fallásque veneno.	692
* Iudice te metuam, si nunquam fallit imago.	2. *Ecl.* 27
† --nunquam te crastina fallet	1. *Geor.* 426
Hora, nec insidiis noctis capiére serenæ.	
* Semina: nec miseros fallunt aconita legentes.	2. *Geor.* 152
† Tum laqueis captare feras & fallere visco.	1. *Geor.* 140
* At secura quies, & nescia fallere vita.	2. *Geor.* 467
† Detinet, infandum si fallere possit amorem.	4. *Æn.* 85
* At Regina dolos (quis fallere possit amantem?)	396
Præsensit. --	
† Dii cujus jurare timent, & fallere numen.	6. *Æn.* 324
* Impia nec veriti dominorum fallere dextras.	613
† Haud Ligurum extremus, dum fallere fata sinebant.	11. *Æn.* 696

7. Æn. 49	*Iámque dies(ni fallor)adest,quem semper acerbum.
4. Æn. 96	† Nec me adeò fallit, veritam te mœnia nostra.
9. Æn. 243	* --nec nos via fallet euntes.
383	† --fallítque timor regione viarum.
10. Æn. 608	* Vt rebare, Venus (nec te sententia fallit.)
812	† Fallit te incautum pietas tua.--.
12. Æn. 877	* --nec fallant jussa superba Magnanimi Iovis.--
5. Æn. 591	† Falleret indeprensus, & irremeabilis error.
6. Ecl. 48	* Prœtides implêrunt falsis mugitibus agros.
1. Geor. 464	† --solem quis dicere falsum Audeat?--
2. Æn. 83	*-quem falsâ sub proditione Pelasgi Demisêre neci.-
3. Æn. 302	† Ante urbem in luco falsi Simoëntis ad undam.
1. Æn. 720	* Et magnum falsi implevit genitoris amorem.
6. Æn. 430	† Hos juxta falso damnati crimine mortis.
513	* Námque ut supremam falsa inter gaudia noctem.
696	† Sed falsa ad cœlum mittunt insomnia Manes.
4. Ecl. 24	* Occidet, & serpens, & fallax herba veneni.
6. Æn. 344	† Dic age, námque mihi fallax haud antè repertus, Hoc uno responso animum delusit Apollo; Qui fore te ponto incolumem, finésque canebat Venturum Ausonios, en hæc promissa fides est? Ille autem: neque te Phœbi cortina fefellit.
9. Æn. 391	*-rursus perplexũ iter omne revolvens Fallacis sylvæ
10 Æn. 642	† Aut quæ sopitos deludunt somnia sensus.
11. Æn. 710	* Vane Ligur, frustráque animis elate superbis, Nequicquam patrias tentasti lubricus artes, Nec fraus te incolumem fallaci perferet Auno.
5. Æn. 849	† --ména huic confidere monstro? Æneam credam quid enim fallacibus Austris, Et cœli toties deceptus fraude sereni?
4. Æn. 442	* Verùm ubi nulla fugam reperit fallacia, victus.
8. Ecl. 18	† Conjugis indigno Nisæ deceptus amore.
3. Æn. 181	* Séque novo veterum deceptum errore locorum.
4. Æn. 17	† Postquàm primus amor deceptam morte fefellit.
2. Æn. 90	* --invidiâ postquàm pellacis Vlyssi.
10. Æn. 521	† Ille astu subit, ac tremebunda supervolat hasta.
11. Æn. 704	* Consilio versare dolos, ingressus, & astu.

v. Dolus, Mendax.

LVNA, PHOEBE, LATONIA:
Lunatus: Mensis, Menstruus.

1. Geor. 276 — IPsa dies alios alio dedit ordine Luna Felices operum, quintam fuge,

* Nec

* Nec fratris radiis obnoxia surgere Luna.	1. Geor. 396
† Si verò solem ad rapidum, lunásque sequentes	424
Ordine respicies, nunquam te crastina fallet Hora	
* Luna revertentes cùm primùm colligit ignes,	428
Si nigrum obscuro comprenderit aëra cornu,	
Maximus agricolis, pelagóque parabitur imber:	
At si virgineum suffuderit ore ruborem,	
Ventus erit: vento, semper rubet aurea Phœbe;	
Sin ortu in quarto (namque is certissimus author)	
Pura, nec obtusis per cœlum cornibus ibit,	
Totus & ille dies, & qui nascentur ab illo,	
Exactum ad mensem, pluviâ, ventísque carebunt,	
† In somnis multo manifesti lumine, quà se	3. Æn. 151
Plena per insertas fundebat luna fenestras	
* A Tenedo tacitæ per amica silentia lunæ Ibat.--	2. Æn. 254
† Tertia jam lunæ se cornua lumine complent.	3. Æn. 645
* Et lunam in nimbo nox intempesta tenebat.	451
† Lucentémque globum Lunæ, Titaniáque astra.	6. Æn. 725
* Aspirant auræ in noctem: nec candida cursum	7. Æn. 8
Luna negat, splendet tremulo sub lumine pontus.	
† Sæpè diem, noctémque, & totum ex ordine mensem	3. Geor. 341
* Sicut aquæ tremulum labris ubi lumen ahenis	8. Æn. 22
Sole repercussum, aut radiantis imagine Lunæ.	
† Suscipiens altam Lunam, sic voce precatur:	9. Æn. 403
Tu Dea, tu præsens, nostro succurre labori,	
Astrorum decus, & nemorum Latonia custos, &c.	
* Iamque dies cœlo concesserat, almaque curru	10. Æn. 215
Noctivago Phœbe medium pulsabat Olympum.	
† Duxit Amazonidum lunatis agmina peltis.	1. Æn. 494
* Fœminea exsultant lunatis agmina peltis.	11. Æn. 668

v. Diana, Astrum, Sol, & Mensis.

LVPVS, LVPA, LVPATVM (LVPINVM.)

v. Oves, & Agnus.

Torva leæna lupum sequitur, lupus ipse capellam.	3. Ecl. 63
Iam fugit ipsa: lupi Mœrin videre priores.	9. Ecl. 54
† Triste lupus stabulis, maturis frugibus imbres,	3. Ecl. 80
* Nec lupus insidias pecori, nec retia cervis.	5. Ecl. 60
† -- curamus frigora, quantùm Aut numerũ lupus,--	7. Ecl. 51
* Nunc & oves ultrò fugiat lupus, aurea duræ.	8. Ecl. 52
† Non lupus insidias explorat ovilia circum.	3. Geor. 537
* Ac veluti pleno lupus insidiatus ovili. &c.	9. Æn. 59
† -- balatibus agnum Martius à stabulis rapuit lupus.--	565
* Occiso pastore, lupus, magnóve juvenco, &c.	11. Æn. 811

8. Ecl. 97 † His ego sæpè lupum fieri, & se condere sylvis;
1. Geor. 130 † Prædaríque lupos jussit, pontúmque moveri.
486 * Per noctem resonare lupis ululantibus urbes.
3. Geor. 264 † Quid lynces Bacchi variæ, & genus acre luporum.
407 * Nocturnum stabulis furem, incursúsque luporum.
7. Æn. 18 † Sævire, ac formæ magnorum ululare luporum.
2. Æn. 355 * --inde lupi ceu Raptores atrâ in nebulâ -- &c.
1. Æn. 275 † Inde lupæ fulvo nutricis tegmine lætus Romulus.-
8. Æn. 630 * Procubuisse lupam, geminos huic ubera circum, &c.
7. Æn. 688 †--fulvósque lupi de pelle galeros Tegmen habent.--
11. Æn. 680 *--caput ingens oris hiatus, Et malæ texêre lupi.--&c.
3. Geo. 208 † Verbera lenta pati, & duris parere lupatis.
1. Geor. 75 *--tristísque lupini Sustuleris fragiles calamos.--

---

LVXVRIA, LVXVRIES, VOLVPTAS, Flamma, Calor, Cupido, Amor, Luxus, Venus, Turpis concubitus, Lascivus; Adulterium.

3. Ecl. 64 MAlo me Galatea petit, lasciva puella,
Et fugit ad salices, & se cupit antè videri.
6. Ecl. 50 * At non tam turpeis pecudum tamen ulla secuta est
Concubitus.--
2. Geor. 329 † Et Venerem certis repetunt armenta diebus.
3. Geor. 63 * Solve mares, mitte in Venerem pecuaria primus,
Atque aliam ex alia generando suffice prolem.
1. Ecl. 46 † Pascite ut antè boves, pueri, submittite tauros.
3. Geor. 98 * Frigidus in Venerem senior, frustráque laborem
Ingratum trahit.--
73 † Tu modò quos in spem statuis submittere gentis.
131 * Atque ubi concubitus primos jam nota voluptas
Sollicitat, frondésque negant.--
241 † Sed non ulla magis vires industria firmat,
Quam Venerem, & cæci stimulos avertere amoris;
136 * Hoc faciunt nimio ne luxu obtusior usus
Sit genitali arvo, & sulcos oblimet inertes,
Sed rapiat sitiens Venerem, interiúsque recondat.
160 † Et quos aut pecori malunt submittere habendo.
210 * Continuóque avidis ubi subdita flamma medullis,
Vere magis (qui vere redit calor ossibus) illæ
Vento concipiunt.-- (*Equæ.*)
4. Geor. 247 † Vulcani, Martísque dolos, & dulcia furta,
Aque Chao, densos Divûm numerabat amores,
2. Geor. 191 * At si luxuriâ foliorum exuberat umbra,

† Luxuriem segetum tenerâ depascit in herbâ. 117
*Luxuriátque toris animosum pectus, honesti (*Equus.*) 3. *Geor.* 80
† Illum adeo placuisse apibus mirabere morem, 4. *Geor.* 197
Quòd nec concubitu indulgent nec corpora segnes
In Venerem solvunt, aut fœtus nixibus edunt. 1. *Æn.* 641
* At domus interior regali splendida luxu
Instruitur, mediísque parant convivia tectis. 4. *Æn.* 193
† Tunc hyemem inter se luxu, quàm longa, fovere,
Regnorum immemores, turpíque cupidine captos. 198
* Hic Ammone satus, raptâ Garamantide Nymphâ, 6. *Æn.* 24
† Hic crudelis amor tauri, suppostáque furto
Pasiphaë: mistúmque genus, prolésque biformis
Minotaurus inest, Veneris monumenta nefandæ. 612
* Quíque ob adulterium cæsi, quíque arma secuti,
Inclusi pœnam expectant.-- 606
† Regifico luxu, epulæque ante ora paratæ. 9. *Æn.* 614
* Vobis picta croco, & fulgenti murice vestis,
Desidiæ cordi: juvat indulgere choreis.
Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ:
O verè Phrygiæ (neque enim Phryges) ite per alta
Dindyma; ubi assuetis biforem dat tibia cantum:
Tympana vos, buxúsque vocat Berecynthia matris
Idæe: sinite arma viris, & cedite ferro. 10. *Æn.* 388
† Hinc Helenum petit, & Rhœti de gente vetustâ,
Anchemolum, thalamos ausum incestare novercæ. 11. *Æn.* 736
* At non in Venerem segnes, nocturnáque bella;
Aut ubi curva choros induxit tibi Bacchi,
Expectare dapes, & plenæ pocula mensæ,
Hic amor, hoc studium.-- 12. *Æn.* 100
† Semiviri Phrygis, & fœdare in pulvere crines
Vibratos calido ferro, myrrhâque madentes. 139
* (*Iuturna.*) --stagnis quæ fluminibúsque sonoris
Præsidet: hunc illi Rex ætheris altus honorem
Iuppiter, ereptâ pro virginitate, sacravit:
Scis ut te cunctis unam, quæcunque Latinæ
Magnanimi Iovis ingratum ascendêre cubile,
Prætulerim, cœlíque libens in parte locarim,

v. Voluptas, Virginitas, & Fœcundus.

MAGNVS, GRANDIS, INGENS, Immanis, Immensus, Maximus, Amplus, Infestus, Nimius, Vastus, Non parvus: Parvus, Parvulus, Exiguus, Angustus, Arctus.

3. Ecl. 104 — DIC quibus in terris, & eris mihi magnus Apollo.
2. Geor. 327 — † Magnus alit, magno commistus corpore fœtus.
4. Ecl. 13 — * - & incipient magni procedere mēses,
5 — † Magnus ab integro seclorum nascitur ordo.
1. Æn. 241 — * - quem das finem Rex magne, laborum' (*i. Iuppiter.*)
3. Æn. 106 — † Centum urbes habitant magnas, uberrima regna.
5. Ecl. 4 — * Tu major: tibi me est æquum parere, Menalca.
4. Ecl. 1 — † Sicelides Musæ, paulò majora canamus.
10. Æn. 438 — * Mox illos sua fata manent majore sub hoste.
2. Ecl. 84 — † Majoresque cadunt altis de montibus umbræ.
3. Ecl. 35 — * Verùm id, quod multò tute ipse fatebere majus.
1. Geor. 26 — † --& te maximus orbis. Accipiat.--
244 — * Maximus hic flexu sinuoso elabitur anguis.
1. Æn. 741 — † Personat auratâ docuit quæ maximus Atlas.
2. Geo. 170 — * Scipiadas duros bello, & te maxime Cæsar.
8. Æn. 572 — † At vos, ô Superi, & Divûm tu maxime rector.
470 — * Maxime Teucrorum Ductor, quo sospite nunquā.
5. Ecl. 36 — † Grandia sæpe quibus mandavimus hordea sulcis.
10. Ecl. 25 — * Florentes ferulas, & grandia lilia quassans.
1. Geor. 498 — † Grandiáque effossis mirabitur ossa sepulcris.
4. Geor. 26 — * Transversas salices, & grandia conjice saxa.
3. Geor. 427 — † Atque notis longam maculosus grandibus alvum.
11. Æn. 90 — * It lacrymans, guttisque humectat grandibus ora.
1. Geor. 195 — † Grandior ut fœtus siliquis fallacibus esset.
Et quamvis igni exiguo properata maderent.
380 — * Angustum formica terens iter, & bibit ingens Arcus.-
476 — † Vox quoq; per lucos vulgò exaudita silentes Ingēs.-
11. Æn. 396 — * Haud ita me experti Bitias, & Pandarus ingens.
12. Æn. 896 — † Nec plura effatus, saxum circumspicit ingens.
927 — * Ingens ad terram duplicato poplite Turnus Incidit.-
6. Æn. 215 — † Ingentem struxêre pyram, cui frondibus atris.
413 — * Ingentem Æneam: gemuit sub pondere Cymba.
4. Geor. 84 — † Ingenteis animos angusto in pectore versant.
1. Æn. 208 — * --curisque ingentibus æger Spem vultu simulat.-
11. Æn. 124 — † --ô famâ ingens, ingentior armis Vir Trojane.--

† --Immanésque columnas Rupibus excidunt.--	1. Æn. 42
* --ille immania saxa Vestras, Eure, domos.--	139
† Non jam sufficiût, nam quà globus imminet ingens, Immanem Teucri molem, volvúntque, ruúntque.	9. Æn. 515
* An Deus immensi venias maris, ac tua nautæ.	1. Geor. 29
† Iam maris immensi prolem, & genus omne natantû.	3. Geor. 541
* Sæpe etiam immensum cœlo venit agmen aquarû.	1. Geo. 322
† Sed nos immensum spatiis confecimus æquor.	2. Geor. 541
* --jacuitque per antrum Immensum.--	3. Æn. 631
† Clamorem immensum tollit, quo pontus, & omnes Intremuêre undæ, penitúsque exterrita tellus.	672
* Hanc tamen immensam Calchas attollere molem.	2. Æn. 185
† Aspectans sylvam immensam, & sic ore precatur.	6. Æn. 186
* Immensam sine more furit lymphata per urbem.	7. Æn. 377
† Illius immensæ ruperunt horrea messes.	1. Geor. 49
* --immensis orbibus angues Incumbunt pelago.	2. Æn. 204
† Immensásque trahit nubes.--	4. Geor. 557
* (*Serpens.*) --sinuátque immensa volumine terga.	2. Æn. 208
† Huc illuc vinclorum immensa volumina versat.	5. Æn. 408
* Tres Notus hybernas immensa per æquora noctes.	6. Æn. 355
† Vincet amor patriæ, laudúmque immensa cupido.	823
* Tum variæ venêre artes. Labor omnia vincit Improbus, & duris urgens in rebus egestas.	1. Geor. 145
† Fertur in abruptum magno mons improbus actu.	12. Æn. 687
* Fert ingens toto connixus corpore saxum Haud partem exiguam montis Lyrnesius Agmon.	10. Æn. 127
† Saxa quoque infesto volvebant pondere.--	9. Æn. 512
* Hoc faciunt, nimio ne luxu obtusior usus Sit --	3. Geor. 135
† Sensit enim nimiâ cæde, atque cupidine ferri.	9. Æn. 354
* --- vocémque per ampla volutant Atria.--	1. Æn. 725
† Deïphobi dedit ampla ruinâ Vulcano superâte dom⁹.	2. Æn. 310
* --& spolia ampla refertis Túq; puérq; tuus.--	4. Æn. 93
† Illos porticibus Rex accipiebat in amplis.	3. Æn. 353
* --exinde per amplum Mittimur Elysium.--	6. Æn. 743
† Sensibus hæc imis (res est non parva) reponas.	3. Ecl. 54
* --patrum gratia talem Parva manet.--	9. Æn. 298
† Vt cerasis, ulmísque etiam Parnassia laurus Parva sub ingenti matris, se subjicit umbrâ.	2. Geor. 18
* --parva duorû Corpora natorum serpens amplexus.-	12. Æn. 213
† Parva metu primo, mox sese attollit in auras Fama.	4. Æn. 176
* --nec parva sequetur Gloria delectos Latio.--	11. Æn. 430
† Pabula parva legens, nidísque loquacibus escas.	12. Æ. 475
* Hunc petimus fessi, & parvæ succedimus urbi.	3. Æn. 276

4. *Ecl.* 60 * Incipe, parve puer, risu cognoscere matrem.
1. *Æn.* 674 † Hærebat parvúmque patri tendebat Iülum.
320 * --parvúmque nepotem Ipse trahit.--
6. *Æn.* 811 † Fundabit, Curibus parvis & paupere terrâ.
4. *Geor.* 201 * --ipsæ Regem parvósque Quirites Sufficiunt.--
4. *Æn.* 328 † --si quis mihi parvulus aulâ Luderet Æneas.--
2. *Geo.* 472 * Et patiens operum, & parvo assueta Iuventus.
3. *Æn.* 685 † Inter utramque viam, lethi discrimine parvo,
10. *Æn.* 316 * --casus evadere ferri Cui licuit parvo.--
494 † --haud illi stabunt Æneïa parvo Hospitia.--
2. *Æn.* 104 * Hoc Ithacus velit, & magno mercentur Atridæ.
4. *Æn.* 176 † Non aliter (si parva licet componere magnis)
1. *Ecl.* 23. * Sic canibus catulos similes, sic matribus hœdos
Noram, sic parvis componere magna solebam:
Verùm hæc tantùm alias inter caput extulit urbes,
Quantùm lenta solent inter viburna cupressi.
2. *Geor.* 201 † Et quantùm longis carpent armenta diebus,
Exiguâ tantùm gelidus ros nocte reponet.
4. *Geor.* 87 * Pulveris exigui jactu compressa quiescent.
5. *Æn.* 764 † Exigui numero, sed bello vivida virtus.
8. *Æn.* 473 * Exiguæ vires: hinc Tusco claudimur amni.
1. *Geor.* 70 † Hîc sterilem exiguus ne deserat humor arenam.
181 * ---exiguus mus Sub terris posuítque domos.--
4. *Geor.* 295 † Exiguus primùm, atque ipsos contractus ad usus
Eligitur locus, hunc angustique imbrice tecti
Parietibúsque premunt arctis.--
35 * Angustos habeant aditus, nam frigore mella, &c.
3. *Geor.* 290 † Quàm sit, & angustis hunc addere rebus honorem.
2. *Æn.* 332. * Obsedêre alii telis angusta viarum.
11. *Æn.* 309 † ---spes sibi quisque: sed hæc quàm angusta videtis;
4. *Geor.* 206 * Ergo ipsas quamvis angusti terminus ævi.
11. *Æn.* 524 † Vrget utrimque latus, tenuis quà semita ducit,
Angustæque ferunt fauces, aditúsque maligni.
4. *Æn.* 405 * Convectant calle angusto, pars grandia trudunt.
1. *Æn.* 293 † --& compagibus arctis Claudentur belli portæ.--
v. Altus, Supereminere.

MALVM, PERICVLVM, PERICLVM, Malignus, Exitium, Exitialis.

11. *Æn.* 360 QVid miseros toties in aperta pericula cives
Projicis? ò Latio caput horum, & causa malorum,
10. *Æn.* 55 * --quid pestem evadere belli

Iuvit, & Argolicos medium fugisse per ignes?
Totque maris, vastæque exhausta pericula terræ?

* Sæpè malum hoc nobis (si mens non læva fuisset) De cœlo tactas memini prædicere quercus.	1. *Ecl.* 16
† Non tamē omne malum miseris,nec funditùs omnes Corporeæ excedunt pestes, penitúsque necesse est.	6. *Æn.* 735
* --penitúsque in viscera lapsum Serpentis furiale malum totámque pererrat.	7. *Æn.* 374
† -ac magis horror Crebrescit, propiúsq; malum est.-	2. *Æn.* 406
* Et famam extingui veterum sic posse malorum.	6. *Æn.* 627
† --at læva malorum Exercet pœnas.--	542
* Aut Deus ille malis hominum mitescere discat.	10. *Ecl.* 61
† --tu prima furentem His,germana,malis oneras.-	4. *Æn.* 548
* Eripe me his,invicte, malis.-- (*Palinurus Æneæ.*)	6. *Æn.* 365
† Accipite hæc, meritúmque malis avertite numen.	4. *Æn.* 611
* Tu ne cede malis, sed contrà audentior ito.	6. *Æn.* 95
† Effuge, cuncta malis habitantur mœnia Graiis.	3. *Æn.* 398
* Assuetúmque malo Ligurem,--	2. *Geor.* 168
† O socii (neque enim ignari sumus antè malorum) O passi graviora, dabit Deus his quoque finem.	1. *Æn.* 201
* Ille dies primus lethi,primúsq; malorū Causa fuit.-	4. *Æn.* 169
† --Veterúmque malorum Supplicia expendunt.-	6. *Æn.* 739
* --nec veterum memini, lætórve malorum.	11. *Æn.* 280
† --frustráque malorum Velle fugam.--	9. *Æn.* 538
* Projicis? ô Latio caput horum,& caussa malorum?	11. *Æn.* 361
† Non ignara mali, miseris succurrere disco.	4. *Æn.* 634
* Hinc mihi prima mali labes: hinc semper Ulysses.	2. *Æn.* 97
† Solaménque mali, de collo fistula pendet.	3. *Æn.* 661
* Caussa mali tanti conjux iterum hospita Teucris.	6. *Æn.* 93
† --Lavinia virgo Caussa mali tanti.--	11. *Æn.* 479
† Agnovit longè gemitum præsaga mali mens.	10. *Æn.* 843
† Atque malâ vites incidere falce novellas.	3. *Ecl.* 11.
* Cingite, ne vati noceat mala lingua futuro.	7. *Ecl.* 28
† --in faucibus Orci mala mentis Gaudia.--	9. *Æn.* 278
* Sæpè sub immotis præsepibus aut mala tactu Vipera delituit cœlúmque exterrita fûgit.	3. *Geor.* 415
† Vt vidi ut perii, ut me malus abstulit error.	8. *Ecl.* 40
* Multa malus simulans vanâ spe lusit amantem.	1. *Æn.* 356
† Est etiam ille malus Calabris in saltibus anguis.	3. *Geor.* 426
* Huc ager ille malus, dulcésque à fontibus undæ.	2. *Geor.* 243
† Daphnis me malus urit,ego hanc in Daphnide laurū.	8. *Ecl.* 83
* At matres primò ancipites, oculísque malignis.	5. *Æn.* 554
† Quale per incertam lunam sub luce malignâ.	6. *Æn.* 270

11. Æn 525 * Angustæque ferunt fauces, aditúsque maligni.
2. Geor. 179 † Difficiles primùm terræ, collésque maligni.
3. Ecl. 102 * Idem amor exitium est pecori, pecorísque magistro.
3. Geor. 503 † Hæc ante exitium primis dant signa diebus.
2. Æn. 131 * Vnius in miseri exitium conversa tulêre.
190 † Tum magnum exitiû (quod Dii priùs omen in ipsum
Convertant) Priami imperio, Phrygibúsque futurum.
10. Æn. 12 * Cùm fera Carthago Romanis arcibus olim
Exitium magnum, atque Alpeis immittet apertas.
12. Æn. 760 † Æneas mortem contrà, præsénsque minatur
Exitium si quisquam adeat, terrétque trementes.
921 * -volat atri turbinis instar Exitiû dirû hasta ferens.
3. Geor. 511 † Mox erat hoc ipsum exitio, furiísque refecti,
Dii meliora piis, errorémque hostibus illum.
5. Æn. 625 * Infelix, cui te exitio fortuna reservat?
9. Æn. 315 † --multis tamen antè futuri Exitio.--
7. Æn. 128 * -hæc nos suprema manebant Exitiis positura modû.
. Æn. 511 † Sed me fata mea, & scelus exitiale Lacænæ
His mersêre malis. Illa hæc monimenta reliquit.
2. Æn. 31 * Pars stupet innuptæ donum exitiale Minervæ.

v. Pestis, & Morbus.

MANES.

1. Geor. 252 SUb pedibus nox atra videt, Manésque profundi.
4. Geor. 468 † Ingressus, Manésque adiit, regémq; tremendum.
488 * Ignoscenda quidem, scirent si ignoscere Manes.
504 † Quo fletu Manes, quâ Numina voce moveret.
3. Æn. 303 * Libabat cineri Andromache, Manésque vocabat.
561 † Subductâ ad Manes imos descendimus undâ.
4. Æn. 387 * Audiam, & hæc Manes veniet mihi fama sub imos.
12. Æn. 882 † Terra mihi? Manésque Deam demittat ad imos?
4. Æn. 34 * Id cinerem, aut Manes credis curare sepultos?
427 † Nec patris Anchisæ cineres Manésque revelli.
490 * Nocturnósque ciet Manes, mugire videbis.
5. Æn. 99 † Anchisæ magni, Manésque Acheronte remissos.
6. Æn. 1.0 * Si potuit Manes arcessere conjugis Orpheus.
506 † Constitui, & magnâ Manes ter voce vocavi.
743 * Quisque suos patimur Manes.--
896 † Sed falsa ad cœlum mittunt insomnia Manes.
8. Æn. 246 * Cernatur, trepidéntque immisso lumine Manes.
10. Æn. 33 † -responsa sequuti - Quæ Superi, Manésq; dabant.
39 * Per patrios Manes.-- . Te precor.--

† Concessit mœsta ad Manes, vita per auras. 10. Æn. 52

* Manibus hoc referes, telo cecidisse Camillæ. 11. Æn. 683

† Vsq; adeò-ne mori miserum est? vos ô mihi Manes 12. Æn. 646
Este boni, quoniam Superis aversa voluntas.

* --stant Manibus aræ Cæruleis mœstæ vittis.-- 3. Æn. 63

v. Anima.

MARE, ÆQVOR, ALTVM, PONTVS, Fretum, Salum: Salis campi, Liquentes: Cærula, Pelagus, Marmor, Gurges, Profundum, Monstrum.

ET quando infidum remis impellere marmor. 1. Geor. 254

† Quam multi Lybico volvūtur marmore fluctus. 7. Æn. 723

* Et freta destituent nudos in littore pisces. 1. Ecl. 61

† --petet ille fugam, penitúsque profundo Vela dabit.- 12. Æn. 264

* - multum ille & terris jactatus, & alto. 1. Æn. 7.

† --& campos salis ære secabant. 10. Æn. 222

* Fit sonitus spumante salo, jamque arva tenebant. 2. Æn. 209

† --nuper me in littore vidi, 2. Ecl. 26
Cùm placidum ventis staret mare.--

* Et nunc omne tibi stratum silet æquor, & omnes 9. Ecl. 57
(Aspice) ventosi ceciderunt murmuris auræ.

† Omnia vel medium fiant mare, vivite sylvæ. 8. Ecl. 58

* An Deus immensi venias maris. 1. Geo. 29

† Prædaríque lupos jussit pontúmque moveri. 130

* Quàm quibus in patriam ventosa per æquora vectis 205
Pontus & ostriferi fauces tentantur Abydi.

† Cum sonitu, fervétque fretis spirantibus æquor. 327

* Continuò ventis surgentibus, aut freta ponti 356
Incipiunt agitata tumescere, & aridus altis
Montibus audiri fragor, aut resonantia longè
Littora misceri, & nemorum increbrescere murmur.
Iam sibi tum curvis malè temperat unda carinis.

† An mare, quod suprà memorem? quódq; alluit infrà? 2. Geor. 158
Atque indignatum magnis stridoribus æquor?
Iulia quà ponto longè sonat unda refuso,
Tyrrhenúsque fretis immittitur æstus Avernis.

* Vnde tremor terris: quâ vi maria alta tumescant 479
Objicibus ruptis, rursúsque in se ipsa residant.

† Sed nos immensum spatiis confecimus æquor. 541

* Cæcâ nocte natat serus freta: quem super ingens. Geor. 260
Porta tonat cœli, & scopulis illisa reclamant

Æquora; nempè abruptis turbata procellis.

3.Geor.471 † Non tam creber, agens hyemem ruit æquore turbo.

238 * Fluctus ut in medio cœpit cùm albescere ponto
Longiùs, ex altóque sinum trahit, útque volutus
Ad terras immanè sonat per saxa, nec ipso
Monte minor procumbit: at ima exæstuat unda.

4.Geor.262 † Vt mare sollicitum stridet refluentibus undis.

371 * Eridanus, quo non alius per pinguia culta
In mare purpureum violentior influit amnis.

528 † --& se jactu dedit æquor in altum,
Quáque dedit, spumantem undam sub vertice torsit.

1.Æn.35 * Vela dabant læti, & spumas salis ære ruebant.

32 † --multósque per annos
Errabant, acti fatis maria omnia circum.

40 * --atque ipsos potuit submergere ponto.

43 † Disjecítque rates, evertítque æquora ventis.

70 * --aut disjice corpora ponto.

67 † Gens inimica mihi Tyrrhenum navigat æquor.

66 * Et mulcere dedit fluctus, & tollere vento.

29 † --jactatos æquore toto.

117 * Torquet agens circũ, & rapidus vorat æquore vortex.
Apparent rari nantes in gurgite vasto.

124 † Intereà magno misceri murmure pontum,
Emissámque hyemem sensit Neptunus, & imis.

114 * Ipsius ante oculos ingens à vertice pontus
In puppim ferit.--

138 † Non illi imperium pelagi, sævúmque Tridentem,
Sed mihi sorte datum.--

142 * Sic ait, & dicto citiùs, tumida æquora placat.

135 † Quos ego, sed motos præstat componere fluctus.

150 * --& temperat æquor.
Ac veluti magno in populo cùm sæpe coorta est
Seditio, sævitque animis ignôbile vulgus, &c.

154 † Sic cunctus pelagi cecidit fragor, æquora postquàm.

163 *--quorum sub vertice latè Æquora tuta silent.

172 † Et sale tabenteis artus in littore ponunt.

213 * --cùm Iuppiter æthere summo
Despiciens mare velivolum, terrásque jacenteis.

244 † Vnde per ora novem vasto cum murmure montis,
It mare præruptum, & pelago premit arva sonanti.

510 * --ater quos æquore turbo
Dispulerat, penitúsque alias advexerat oras.

523 † Troës te miseri, ventis maria omnia vecti Oramus.

† Cùm subitò assurgens fluctu nimbosus Orion, 1. Æn. 534
In vada cæca tulit, penitúsque procacibus Austris,
Pérque undas superante salo, pérque invia saxa
Dispulit, hùc pauci vestris adnavimus oris.
* --stridunt sylvæ, sævítque tridenti 2. Æn. 419
Spumeus, atque imo Nereus ciet æquora fundo.
† Proxima quæ nostri perfunditur æquoris æstu. 3. Æn. 397
* Adnixi torquent spumas, & cœrula verrunt. 207
† --sed fluctu spumabant cœrula cano. 8. Æn. 672
* Pauca tibi è multis, quò tutior hospita lustres 3. Æn. 377
Æquora.--
† Obsidet: atque imo barathri ter gurgite vastos 421
Sorbet in abruptum, fluctus, rursúsque sub auras
Erigit alternos, & sidera verberat undâ.
* Et gemitum ingentem pelagi, pulsatáque saxa 555
Audimus longè, fractásque ad littora voces:
Exultántque vada, atque æstu miscentur arenæ.
Et pater Anchises: nimirùm hæc illa Charybdis,
Hos Helenus scopulos, hæc saxa horrẽda canebat, &c.
† --totúmque videres 4. Æn. 410
Misceri ante oculos tantis clamoribus æquor.
* --& sæva quierant Æquora.-- 523
† Iam mare turbari trabibus, sævásque videbis 566
Collucere faces, jam fervere littora flammis.
* --latet sub classibus æquor. 582
† Littoráque, & vacuos sensit, sine remige portus. 588
* --tu testis in undis 5. Æn. 789
Quam molem subitò excierit: maria omnia cœlo
Miscuit, Æoliis nequicquam freta procellis.
† Iungit equos curru genitor, spumantiáque addit 817
Fræna feris, manibúsque omnes effundit habenas:
Cœrúleo per summa levis volat æquora curru,
Subsidunt undæ, tumidúmque sub axe tonanti,
Sternitur æquor aquis, fugiunt vasto æthere nimbi.
* Méne salis placidi vultum, fluctúsque quietos 848
Ignorare jubes? méne huic confidere monstro?
Æneam credam quid enim fallacibus austris?
† O nimium cœlo, & pelago, confise sereno! 870
* Principio cœlum, ac terras, campósque liquentes. 6. Æn. 714
† --magnas obeuntia terras, 11. Æn. 58
Tot maria intravi, duce te.--
* Quos simul à Trojâ ventosa per æquora vectos, 335
Obruit Auster, aquâ involvens navémque, virósque.

11. Æn. 532 † --pelagine venis erroribus actus?
348 * --nec me Deus æquore mersit.
729 † Et quæ marmoreo fert monstra sub æquore pontus;
7. Æn. 213 * --nec fluctibus actos
Atra subegit hyems vestris succedere terris,
Nec sydus regione viæ, littúsve fefellit.
6 † --postquàm alta quierunt
Æquora, tendit iter velis, portúmque relinquit.
8 * --nec candida cursum
Luna negat: splendet tremulo sub lumine pontus.
27 † --omnísque repentè resedit
Flatus, & in lento luctantur marmore tonsæ.
197 * Quid petitis, quæ caussa rates, aut cujus egenteis
Littus ad Ausonium per tot vada cærula vexit?
Sive errore viæ, seu tempestatibus acti,
Qualia multa mari nautæ patiuntur in alto,
Fluminis intrastis ripas, portúque sedetis.
3. Æn. 714 † Miscent se maria, & nigræ attolluntur arenæ.
10. Æn. 763 * --magnus Orion,
Cùm pedes incedit medii per maxima Nerei
Stagna viam scindens, humeris supereminet undas.
303 † Tum Zephyri posuêre, premit placida æquora põtus;
11. Æn. 263 * --petet ille fugam, penitúsq; profundo Vela dabit, --

V. Tempestus, Fluctus.

MARINUS, ÆQUOREUS, Marmoreus.

6. Ecl. 74 QVid loquar? aut Scyllam Nisi, quam fama sequuta est,
Candida succinctam latrantibus inguina monstris,
Dulichias vexasse rates, & gurgite in alto,
Ah! timidos nautas canibus lacerasse marinis?
2. Geor. 158 † An-ne lacus tantos? te, Lari maxime, téque
Fluctibus, & fremitu assurgens, Benace, marino?
67 * Nascitur & casus abies visura marinos.
1. Geor. 391 † --cúmque marinæ In sicco ludunt fulicæ.--
7. Æn. 780 * --quòd littore currum,
Et juvenem monstris pavidi effudêre marinis.
3. Geor. 243 † Et genus æquoreum, pecudes, pictæque volucres.
6. Æn. 729 * Et quæ marmoreo fert monstra sub æquore pontus

v. Mare, Fluctus.

MARITVS, VIR, CONIVX.

SParge, marite, nuces, tibi deserit Hesperus Oetam. 8. Ecl. 30
† Quem legêre ducem, & pecori dixêre maritum. 3. Geor. 124
* Et patrio Andromachen iterum cessisse marito. 3. Æn. 297
† Esto: ægram nulli quondam flexêre mariti. 4. Æn. 35
* Auspiciis, liceat Phrygio servire marito 103
† Experiar? Numidûmque petam connubia supplex. 535
Quos ego sum toties jam dedignata maritos?
* O digno conjuncta viro, dum despicis omnes. 8. Ecl. 32
† Cui se pulchra viro dignetur jungere Dido. 4. Æn. 192
* Iam matura viro, jam plenis nubilis annis, 7. Æn. 53
Multi illam magno è Latio, totâque petebant
Ausoniâ, petit ante alios pulcherrimus omnes
Turnus avis, atavísque potens, quem regia conjux
Adjungi generum miro properabat amore.
† Est mihi nata, viro gentis quam jungere nostræ. 268
* Vir gregis ipse caper deerraverat. — 7. Ecl. 7
† Cui Iuno summissa, Quid, ô pulcherrime conjux, 10. Æn. 611
Sollicitas ægram, & tua tristia dicta timentem?
* Vt vidit, quæ mens tam dira, miserrime conjux, 2. Æn. 519
Impulit his cingi telis? aut quò ruis? inquit.
† Ille meos primus, qui me sibi junxit, amores 4. Æn. 29
Abstulit, ille habeat secum, servétque sepulcro.

v. Nuptiæ, & Vxor.

MARMOR, MARMOREVS, PARIVS lapis: Adamas, Iaspis: Columnæ.

SI proprium hoc fuerit, lævi de marmore tota 7. Ecl. 31
Puniceo stabis suras evincta cothurno.
* Nunc te marmoreum pro tempore fecimus: at tu, 34
Si fœtura gregem suppleverit, aureus esto.
† Tum, quoque marmoreâ caputà cervice revulsum. 4. Geor. 522
* — tum Phœbo solido de marmore têpla Instituam. — 6. Æn. 69
† Et viridi campo templum de marmore ponam. 3. Geor. 13
* Stabunt & Parii lapides, spirantia signa. 34
† Quale manus addunt ebori decus, aut ubi flavo 1. Æn. 591
Argentum, Pariúsque lapis circumdatur auro.
* Marmoreo referunt thalamo collapsáque membra. 4. Æn. 391
† Credo equidem, vivos ducent de marmore vultus. 840
* — Æneæ stellatus iaspide fulvâ Ensis erat. — 4. Æn. 261

1. Æn. 428 * Fundamenta locant alii, immanésque columnas
Rupibus excidunt, scenis decora alta futuris.
7. Æn. 170 † Tectum augustum, ingens, centum sublime columnis
Vrbe fuit summâ, Laurentis regia Pici.
12. Æn. 92 * Exin, quæ in mediis ingenti adnixa columnæ
Ædibus astabat, validam vi corripit hastam.
3. Geor. 29 † --ac navali surgentes ære columnæ.
6. Æn. 552 * Porta adversa ingens, solidóque adamante columnæ.
v. Metallum.

MARS, MARTIVS, MAVORS. Mavortius, Deus bellator, Bellipotens, Rex, Pater: Indomitus, Sanguineus, Anhelus, Magnus, Secundus, Dubius: Gradivus: Bellona.

12. Æn. 712 INvadunt Martem clypeis, atque ære sonoro.
790 † Insistunt contrà certamine Martis anheli.
6. Æn. 165 * Ære ciere viros, Martémque accendere cantu.
7. Æn. 603 † Roma colit, cùm prima movent in prælia Martem,
11. Æn. 153 * Cautiùs ut sævo velles te credere Marti.
389 † --an tibi Mavors
Ventosa in lingua, pedibúsque fugacibus istis
Semper erit? --- (*Turnus Dranci.*)
12. Æn. 332 * Sanguineus Mavors clypeo increpat, atque furentes
Bella movens immitit equos. ---
9. Æn. 700 † ---sævit medio in certamine Mavors,
Cælatus ferro, tristésque ex æthere Diræ. &c.
10. Æn. 755 * Iam gravis æquabat luctus, & mutua Mavors
Funera, cædebant pariter, paritérque ruebant.
12. Æn. 335 † ---circúmque atræ Formidinis ora,
Iræque, insidiæque, Dei comitatus, aguntur.
9. Æn. 720 * Vndique conveniunt, quoniam data copia pugnæ,
Bellatórque animo Deus incidit.---
11. Æn. 6 † ---Æneas fulgentiáque induit arma
Mezentî ducis exuvias, tibi magne trophæum,
Bellipotens.---
10. Æn. 541 * ---arma Serestus
Lecta refert humeris tibi, Rex Gradive, trophæum.
3. Æn. 34 † Multa movens animo, Nymphas venerabar agrestes,
Gradivúmque patrem, Geticis qui præsidet arvis.
11. Æn. 899 * Ingruere infensos hostes, & Marte secundo
Omnia corripuisse, metum jam ad mœnia ferri.
12. Æn. 497 † ---& Marte secundo

Terribilis sævam nullo discrimine cædem Suscitat.--

† Turnus ut infractos adverso Marte Latinos Defecisse videt, sua nunc promissa reposci. 12. Æn. 1

* Atque ea per campos, æquo dum Marte geruntur. 7. Æn. 540

† Prælia, sed dubius mediis Mars errat in armis. 2. Geor. 283

* Nunc insanus amor duri me Martis in armis Tela inter media, atque adversos detinet hostes. 10. Ecl. 44

† Sic Martem indomitum, Danaósq; ad tecta ruentes Cernimus.-- 2. Æn. 440

*-totúmq; instructo Marte videres Fervere Leucatê.- 8. Æn. 676

† ---vix primi prælia tentant Portarum vigiles, & cæco Marte resistunt. 2. Æn. 334

* Accendámque animos insani Martis amore. 7. Æn. 550

† Sunt geminæ Belli portæ, sic nomine dicunt, Religione sacræ, & sævi formidine Martis. Centum ærei claudunt vectes, æternáque ferri Robora, nec custos absistit limine Ianus. 607

* Quantos ille virûm magnam Mavortis ad urbem Campus aget gemitus? -- 6. Æn. 872

† Fecerat & viridi fœtam Mavortis in antro Procubuisse lupam.-- 8. Æn. 650

* Insignis facie genitor, quem miserat Arcens Eductum Marti luco.-- 9. Æn. 583

† --- sævit toto Mars impius orbe. 1. Geor. 511

* Pacémne exanimis, & Martis so te peremptis Oratis? --- (*Æneas Oratoribus.*) 11. Æn. 110

† Mars perdere gentem Immanem Lapithum valuit.- 7. Æn. 304

* Ipse Quirinali trabeâ, cinctúque Gabino Insignis reserat stridentia limina Consul. 612

† At puer Ascanius muro, fossísque tenetur, Tela inter media, atque horrentes Marte Latinos. 10. Æn. 236

* --jam Diva precor, túque inclyte Mavors, Cuncta tuo qui bella pater sub numine torques. 12. Æn. 179

† Hic Mars armipotens animum, virésque Latinis Addidit, & stimulos acreis sub pectore vertit, Immisítque fugam Teucris, atrúmque timorem. 9. Æn. 717

* --sub te tolerare magistro Militiam, & grave Martis opus, tua cernere facta Assuescat, primis & te miretur ab annis. 8. Æn. 515

† -at nunc horrentia Martis Arma, virúmq; cano.- 1. Æn. 4

* ---donec Regina Sacerdos Marte gravis geminam partu dabit Ilia prolem, Inde lupæ fulvo nutricis tegmine lætus 271

Romulus excipiet gentem, & Mavortia condet
Mœnia, Romanósque suo de nomine dicet.

6. Æn. 778 † Quin & avo comitem sese Mavortius addet
Romulus, Assaraci quem sanguinis Ilia mater
Educet: viden' ut geminæ stant vertice cristæ?
Et pater ipse suo Superûm jam signat honore?

3. Geor. 89 * Talis Amyclæi domitus Pollucis habenis
Cyllarus, & quorum Graii meminêre Poëtæ,
Martis equi bijuges, & magni currus Achillis.

9. Æn. 565 † Quæsitum aut matri multis balatibus agnum
Martius à stabulis rapuit lupus. --

11. Æn. 721 * Quàm facilè accipiter saxo sacer ales ab alto
Consequitur pennis sublimem in nube columbam.

7. Æn. 189 † Picus equûm domitor, quem-- Fecit avem Circe.

319 * Et Bellona manet te pronubá, nec face tantùm.

8. Æn. 703 † Quam cum sanguineo sequitur Bellona flagello.

v. Arma, Bellum, Cædes.

MEDICINA, MEDERI, MEDICARI;

Arte levare: Medendi usus, Manus medica, Medicatus: Immedicabile vulnus, Herba Pœonia, Panacéa, Dictamnum: Iapis.

10. Ecl. 59 IRe, libet Partho torquere Cydonia cornu
Spicula, tanquam hæc sit nostri medicina doloris.

6. Æn. 420 † Melle soporatam, & medicatis frugibus offam
Objicit. -- (*Æneas Cerbero.*)

7. Æn. 770 * Turbatis distractus equis, ad sydera rursùs
Ætheria, & superas cœli venisse sub auras
Pœoniis revocatum herbis, & amore Dianæ.
Tû pater omnipotens aliquem indignatus ab umbris
Mortalem infernis ad lumina surgere vitæ,
Ipse repertorem medicinæ talis, & artis,
Fulmine Phœbigenam Stygias detrusit ad undas.

757 † Archippi Regis missu fortissimus Vmbro:
Vipereo generi, & graviter spirantibus hydris
Spargere qui somnos cantúque manúque solebat,
Mulcebátque iras, & morsus arte levabat.
Sed non Dardaniæ medicari cuspidis ictum
Evaluit, neque eum juvêre in vulnera cantus
Somniferi, & Marsis quæsitæ in montibus herbæ.

12. Æn. 391 * Iámque aderat Phœbo ante alios dilectus Iapis

Scire potestates herbarum, usúmque medendi
Maluit, & mutas agitare inglorius artes.
† Æneas lacrymis immobilis, ille retorto — 12. Æn. 400
Pæonium in morem senior succinctus amictu,
Multa manu medicâ, Phœbique potentibus herbis
Nequicquam trepidat, nequicquam spicula dextrâ
Sollicitat, prensâtque tenaci forcipe ferrum.
* Dictamnum genitrix Cretæâ carpit ab Idâ, — 412
Puberibus caulem foliis, & flore comantem
Purpureo; non illa feris incognita capris
Gramina, cùm tergo volucres hæsêre sagittæ.
Hoc Venus obscuro faciem circumdata nimbo
Detulit: hoc fuscum labris splendentibus amnem
Inficit, occultè medicans, spargitque salubreis
Ambrosiæ succos, & odoriferam panaceam.
Fovit eâ vulnus lymphâ longævus Iapis
Ignorans, subitóque omnis de corpore fugit
Quippe dolor, omnis stetit imo vulnere sanguis,
Iamque sequuta manum, nullo cogente, sagitta
Excidit, atque novæ rediêre in pristina vires.
† Laurus erat, folia haud ullis labentia ventis, — 2. Geor. 133
Flos apprimè tenax: animas, & olentia Medi
Ora fovent illo, & senibus medicantur anhelis.
* Ipsæ confident medicatis sedibus -- (Apes.) — 4. Geor. 65
† Semina vidi equidem multos medicare ferentes, — 1. Geor. 193
Et nitro priùs, & nigrâ perfundere amurcâ.
* Non tamen ulla magis præsens fortuna laborum est, — 3. Geor. 452
Quàm si quis ferro potuit rescindere summum
Vlceris os: alitur vitium, vivítque tegendo:
Dum medicas adhibere manus ad vulnera pastor
Abnegat, & meliora Deos sedet omnia poscens.
Quinetiam ima dolor balantum lapsus ad ossa
Cùm furit, atque artus depascitur arida febris:
Profuit incensos æstus avertere, & inter
Ima ferire pedis salientem sanguine venam.
† --haudquaquam dictis violentia Turni — 12. Æn. 45
Flectitur, exuperat magis, ægrescítque medendo.
* Talis amor teneat, nec sit mihi cura mederi. — 8. Ecl. 89
† Armatam sævi Parthus quam felle veneni, — 12. Æn. 857
Parthus, sive Cydon, telum immedicabile, torsit.

v. Apollo, Morbus,

MELLA FINGERE, STIPARE, Construere: Mel aerium, Favus, Cera, Regna cerea, Examen, Cella, Donum cæleste: Roscidum, Tenax, Liquefactum, Liquens, Liquidum Spumans, Purissimum, Fragrans, Humidum, Constructum, Servatum: Nectar dulce: Alvearia, &c.

4. Geor. 1 PRotinùs aërii mellis cœlestia dona. Exequar.--
3. Ecl. 89 † Mella fluant illi, ferat & rubus asper amomū.
4. Ecl. 30 * Et duræ quercus sudabunt roscida mella.
4. Geor. 35 † Angustos habeant aditus: nam frigore mella
Cogit hyems, eadémque calor liquefacta remittit.
57 * --hinc arte recenteis
Excudunt ceras, & mella tenacia fingunt.
100 † Hæc potior soboles, hinc cœli tempore certo
Dulcia mella premes, nec, tantùm dulcia, quantùm
Et liquida, & durum Bacchi domitura saporem.
139 * Ergo apibus fœtis idem atque examine multo
Primus abundare, & spumantia cogere pressis
Mella favis. --
159 † --pars intra septa domorum
Narcissi lacrymam, & lentum de cortice gluten
Prima favis ponunt fundamina, deinde tenaceis
Suspendunt ceras. --
163 * --Aliæ purissima mella
Stipant, & liquido distendunt nectare cellas.
169 † Fervet opus, redoléntque thymo fragrantia mella.
4. Geor. 178 * --grandævis oppida curæ,
Et munire favos, & Dædala fingere tecta.
202 † --aulásque, & cerea regna refingunt;
204 * --ultróque animam sub fasce dedêre:
Tantus amor florum, & generandi gloria mellis.
213 † Amisso rupêre fidem, constructáque mella
Diripuêre ipsæ; & crates solvêre favorum.
228 * Si quando sedem angustam, servatáque mella
Thesauris relines: priùs haustu sparsus aquarum
Ora fove, fumósque manu prætende sequaces.
1. Æn. 436 † --aut cùm liquentia mella
Stipant, & dulci distendunt nectare cellas.
4. Geor. 265 * Melláque arundineis inferre canalibus ultrò
Hortantem, & fessas ad pabula nota vocantem.

† Spargens humida mella, soporiferúmque papaver.	4. Æn. 485
* Sic vos non vobis mellificatis apes.	In Epigr.
v. Apes.	

MEMINISSE, RECORDARI, VENIRE IN mentem, Reminisci, Memor, Non immemor, Memorabilis, Memoratus, Memorandus.

ANtè leves ergo pascentur in æthere cervi,	1. Ecl. 60
Quàm nostro illius labatur pectore vultus.	
† --tantùm vicine Palæmon,	3. Ecl. 53
Sensibus hæc imis, res est non parva, reponas.	
* Parciùs ista viris tamen objicienda memento.	6
† Perdita, nec feræ meminit decedere nocti.	8. Ecl. 88
* --numeros memini, si verba tenerem.	9. Ecl. 45
† Omnia fert ætas, animum quoque; sæpè ego longos	51
Cantando puerum memini me condere Soles,	
Nunc oblita mihi tot carmina. --	
* Cyllarus, & quorum Graii meminêre Poëtæ.	3. Geor. 90
† --alternos Musæ meminisse volebant:	7. Ecl. 19
Hos Corydon, illos referebat in ordine Thyrsis.	
* Id metuens, veterísque memor Saturnia belli,	1. Æn. 27
Necdum etiam caussæ irarum, sævíque dolores	
Exciderant animo, manet altâ mente repostum	
Iudicium Paridis, spretæque injuria formæ.	
† Cùm Iuno æternùm servans sub pectore vulnus.	36
* --neque enim ignari sumus antè malorum.	197
† --forsan & hæc olim meminisse juvabit.	202
* Quanquã animus meminisse horret, luctúq; refugit.	2. Æn. 12
† --subiit cari genitoris imago,	560
Vt regem æquævum crudeli vulnere vidi.	
* --subiit deserta Creüsa,	561
Et direpta domus, & parvi casus Iüli.	
† --nullũ memorabile nomen Fœmineâ in pœnâ est.-	538
* -& te memorande canemus Pastor ab Amphryso.--	3. Geor. 1
† Nequicquam memoratus Erix? --	5. Æn. 392
* Degenerémque Neoptolemum narrare memento.	2. Æn. 549
† Tu regere imperio populos, Romane, memento.	6. Æn. 851
* --ritè audita recordor.	3. Æn. 107
† Accipite hæc animis, atque hæc mea figite dicta.	250
* Multa viri virtus animo, multúsque recursat	4. Æn. 3
Gentis honos, hærent infixi pectore vultus.	

4. Æn. 15 † Si mihi non animo fixum, immotúmque sederet,
Ne cui me vinclo vellem sociare jugali.
39 * Nec venit in mentem, quorum consederis arvis.
334 † (Æneas.) --nunquam Regina negabo
Promeritam, nec me meminisse pigebit Elisæ,
Dum memor ipse mei, dum spiritus hos reget artus.
5. Æn. 39 * --veterum non immemor ille parentum.
6. Æn. 235 † --æternúmque tenet per secula nomen.
13 * Námque ut supremam falsa inter gaudia noctem
Egerimus, nosti, & nimium meminisse necesse est.
664 † Quique sui memores alios fecêre merendo.
7. Æn. 438 * --nec regia Iuno Immemor est nostri.--
231 † --nec vestra feretur
Fama levis, tantíque abolescet gratia facti.
650 * Et meministis enim, Divæ, & memorare potestis.
9. Æn. 447 † Nulla dies unquam memori vos eximet ævo.
8. Æn. 155 * Accipio, agnoscóque libens, ut verba parentis,
Et vocem Anchisæ magni, vultúmque recordor,
Nam memini Hesiones visentem regna sororis.
9. Æn 256 † Ascanius meriti tanti non immemor unquam.
10. Æn. 824 * Et mentem patriæ subiit pietatis imago.
782 † Et dulces moriens reminiscitur Argos.
12. Æn. 439 * Sis memor, & te animo repetentem exempla tuorum,
Et pater Æneas, & avunculus excitet Hector.
v. Oblivisci.

MENDAX, VANUS, FICTOR FANDI, Simulans, Malus.

2. Æn. 79 HOc primùm: nec si miserum fortuna Sinonem
Finxit, vanũ etiã, mendacémq; improba finget.
8. Æn. 644 † Raptabátque viri mendacis viscera Tullus:
4. Æn. 12 * Credo equidem, nec vana fides, genus esse Deorum.
1. Æn. 896 † Ni frustrà augurium vani docuêre parentes.
356 * Multa malus simulans, vanâ spe lusit amantem.
6. Æn. 283 † quam sedem Somnia vulgò Vana tenere ferunt.
8. Æn. 42 * Iámque tibi, ne vana putes hæc fingere somnum.
2. Æn. 287 † Ille nihil, nec me quærentem vana moratur.
8. Æn. 187 * Vana superstitio, veterúmve ignara Deorum.
259 † Hîc Cacum in tenebris incendia vana vomentem.
10. Æn. 630 *-maneț insõté gravis exitus, aut ego veri Vana feror.
11. Æn. 849 † Vt vidit fulgentem armis, ac vana tumentem.
10. Æn. 593 * Prodidit, aut vanæ vertêre ex hostibus umbræ,

† Fœmineâ tegat, & vanis sese occulat umbris. 12.Æn.55
* Nec vanos horret strepitus. -- (*Equus.*) 3.Geor.78
† Nos juvenem vano mœsti comitamur honore. 11.Æn.51
* Non hic Atridis, nec fandi fictor Vlysses. 9.Æn.602

v. Dolus.

MENSIS, MENSTRVVS.

TOtus & ille dies, & qui nascentur ab illo 1.Geor.434
Exactum ad mensem, pluviâ, ventísque carebũt.
† Pollio. & incipient magni procedere menses. 4.Ecl.12
* Matri longa decem tulerunt fastidia menses. 61
† Hoc metuens, cœli menses, & sydera serva. 1.Geor.335
* Septem illum totos perhibent ex ordine menses 4.Geor.507
Flevisse, & gelidis hæc evolvisse sub antris.
† An-ne novum tardis sydus te mensibus addas. 1.Geor.32
* Pingue solum primis extemplò à mensibus anni 64
Fortes invertant tauri, glebásque jacentes.
† Præsertim incertis si mẽsibus amnis abundãs Exit.- 115
* Hic ver assiduum, atque alienis mensibus æstas. 2.Geor.149
† Incipit, exactis gravidæ cùm mensibus errant. 3.Geor.139
* Annuus exactis completur mensibus orbis. 5.Æn.46
† Triginta magnos volvendis mensibus orbes. 1.Æn.269
* Obscuram, qualem primo qui surgere mense 6.Æn.454
Aut videt, aut vidisse putat per nubila Lunam.
† Ipse pater statuit quid menstrua Luna moneret. 1.Geor.353

v. Annus, & Luna.

MENTVM, BARBA, MALÆ, *Genæ, Tempora, Supercilia, &c.*

CAndidior postquàm tondenti barba cadebat. 1.Ecl.28
* Dúmq; tibi est odio mea fistula, dúmq; capellæ, 8.Ecl.33
Hirsutúmque supercilium, prolixáque barba.
† Et crurum tenùs à mento palearia pendent. 3.Geor.53
* Nec minùs intereà barbas, incanáque menta 312
Cinyphii tondent hirci, setásque comantes.
† Stiriáque impexis induruit horrida barbis. 3.Geor.366
* Squallentem barbam, & concretos sanguine crines.- 2.Æn.277
† Respicimus, dira illuvies, immissáque barba. 3.Æn.593
* Nix humeros infusa tegit, tum flumina mento 4.Æn.250
Præcipitant senis, & glacie riget horrida barba.
† At nunc ille Paris cum semiviro comitatu 215

Mæoniâ mentum mitrâ, crinémque madentem.

6.Æn.299 † Terribili squalore Charon, cui plurima mento
Canities inculta jacet, stant lumina flammâ.

809 * Sacra ferens: Nosco crines, incanáque menta
Regis Romani, primus qui legibus urbem.

8.Æn. 160 † Tum mihi prima genas vestibat flore juventa.

9.Æn.750 * Et mediam ferro gemina inter tempora frontem
Dividit, impubésque immani vulnere malas.

5.Æn. 436 † Dant sonitus, errátque aures, & tempora circum
Crebra manus, duro crepitant sub vulnere malæ.

11.Æn. 681 * Et malæ texêre lupi cum dentibus albis.

9.Æn. 181 † Ora puer primâ signans intonsa juventâ.

10.Æn.324 * Tu quoque flaventem primâ lanugine malas,
Dum sequeris Clytium infelix, nova gaudia, Cydon.

346 † Advenit, & rigidâ Dryopen ferit eminùs hastâ
Sub mentum graviter pressâ, pariterque loquentis
Vocem, animámque rapit, trajecto gutture.--

5.Æn.173 * Nec lacrymis caruêre genæ.--

4.Æn.6[illegible] † Sanguineam volvens aciem, maculísq; trementes
Interfusa genas, & pallida morte futurâ.

10.Æn.838 * Colla fovet fusus propexam in pectore barbam.

12.Æn.300 † Occupat os flammis: illi ingens barba reluxit,
Nidorémque ambusta dedit.--

221 * Pubentésque genæ, & juvenili in corpore pallor.

MERCARI, REDIMERE, REDEMPTUS, Emere, Vendere.

1.Æn.367 Mercatíque solum, facti de nomine Byrsam.

2.Æn.104 *Hoc Ithacus velit, & magno mercéntur Atridæ.

10.Æn. 503 † Turno tempus erit, magno cùm optaverit emptum
Intactum Pallanta,--

6.Æn. 121 * Si fratrem Pollux alternâ morte redemit.

9.Æn. 213 † Sit qui me raptum pugnâ, pretióve redemptum
Mandet humo solitâ.--

1.Æn. 484 * Exanimúmque auro corpus vendebat Achilles.

6.Æn.621 † Vendidit hic auro patriam dominúmq; potentem.

4.Ecl. 38 * Cedet & ipse mari vector, nec nautica pinus
Mutavit merces: omnis feret omnia tellus.

Merces, Pretium.

6.Ecl.26 † Huic aliud mercedis erit.-- --carmina vobis.

2.Geor.62 * Cogendæ in sulcum, ac multâ mercede domandæ.

4.Geor. 150 † --pro quâ mercede canoros Curetum sonitus.--

7.Æn.317 * Hac gener, atque socer coëant mercede suorum.

† Et palmæ pretium victoribus, armáque, & ostro. 5. Æn. 111

* Invitat pretiis animos, & præmia ponit. 292

† --urbem Exiguam pretio posuit. -- 4. Æn. 211

* Haud equidem pretio inductus, pulchróque juvenco 5. Æn. 399
Venissem, nec dona moror.--

† --fixit leges pretio, atque refixit. 6. Æn. 621

* Ausus Pelidæ pretium sibi poscere currus: 12. Æn. 350
Illum Tydides alio pro talibus ausis
Affecit pretio, nec equis aspirat Achillis.

v. Præmia, & Munera.

MERCVRIVS, MAIA GENITVS, CYLLEnius, Cyllenia proles, Interpres Divûm.

* HÆc ait, & Maiâ genitum demisit ab alto, 1. Æn. 301
Vt terræ, útque novæ pateant Carthaginis arces
Hospitio Teucris: ne fati nescia Dido
Finibus arceret: volat ille per aëra magnum
Remigio alarum, ac Libyæ citus astitit oris,
Et jam jussa facit, ponúntque ferocia Pœni
Corda, volente Deo: in primis Regina quietum
Accipit in Teucros animum, mentémque benignam.

† Tunc sic Mercurium alloquitur:-- (*Iupiter.*) 4. Æn. 222
Vade, age, Nate, voca Zephyros, & labere pennis,
Dardaniúmque ducem, Tyriâ Carthagine qui nunc
Expectat, fatísque datas non respicit urbes,
Alloquere, & celereis defer mea dicta per auras.

* Dixerat: ille patris magni parere parabat 823
Imperio, & primùm pedibus talaria nectit
Aurea, quæ sublimem alis sive æquora supra,
Seu terram, rapido pariter cum flamine portant:
Tum virgam capit, hac animas ille evocat Orco
Pallenteis, alias sub tristia Tartara mittit,
Dat somnos, adimítque, & lumina morte resignat:
Illâ fretus agit ventos, & turbida tranat
Nubila: jámque volans apicem, & latera ardua cernit.

† Hîc primùm paribus nitens Cyllenius alis 252
Constitit: hinc toto præceps se corpore ad undas
Misit, avi similis, quæ circum littora, circum
Piscosos scopulos, humilis volat æquora juxta.
Haud aliter terras inter, cœlúmque volabat,
Littus arenosum Libyæ, ventósque secabat,
Materno veniens ab avo Cyllenia proles,

Vt primùm alatis tetigit magalia plantis;
Æneam fundantem arces, ac tecta novantem
Continuò invadit: Tu nunc Carthaginis altæ
Fundamenta locas, &c.--

4.Æn.268 † Ipse Deûm tibi me claro demittit Olympo,
Ipse hæc ferre jubet celeres mandata per auras.

276 * — tali Cyllenius ore locutus,
Mortales visus medio sermone reliquit,
Et procul in tenuem ex oculis evanuit auram.

356 † Nunc etiam interpres Divûm Iove missus ab ipso
(Testor utrumque caput) celeres mandata per auras
Detulit, ipse Deûm manifesto in lumine vidi
Intrantem muros, vocémque his auribus hausi.

377 * Nunc Lyciæ sortes, nunc & Iove missus ab ipso
Interpres Divûm fert horrida jussa per auras.

556 † Huic se forma Dei vultu redeuntis eodem
Obtulit in somnis: rursúsque ita visa monere est:
Omnia Mercurio similis, vocémque, colorémque,
Et crines flavos, & membra decora juventæ.

8.Æn.138 * Vobis Mercurius pater est, quem candida Maia
Cyllenes gelido conceptum vertice fudit.

MERIDIES.

2.Ecl.8 Nunc etiam pecudes umbras, & frigora captant,
Nunc virides etiam occultant spineta lacertos,
Thestylis & rapido fessis messoribus æstu
Allia, serpyllúmque herbas contundit olentes:
Sole sub ardenti resonant arbusta cicadis.

3.Geor.134 † Cùm graviter tunsis gemit area frugibus, & cùm
Surgentem ad Zephyrum paleæ jactantur inanes.

328 * Inde ubi quarta sitim cœli collegerit hora,
Et cantu querulæ rumpent arbusta cicadæ.

4.Geor.401 † Ipsa ego te medios cum sol accenderit æstus,
Cùm sitiunt herbæ, & pecori jam gratior umbra est,
In secreta senis ducam, quò fessus ab undis
Se recipit, facilè ut somno aggrediare jacentem.

426 * Iam rapidus torrens sitientes Sirius Indos
Ardebat cœlo, & medium sol igneus orbem
Hauserat: arebant herbæ, & cava flumina siccis
Faucibus ad limum radii tepefacta coquebant,
Cùm Proteus consueta petens è fluctibus antra.

6.Æn.535 † Hac vice sermonum roseis Aurora quadrigis

Iam

Iam medium æthereo cursu trajecerat axem.
† Sol medium cœli conscenderat igneus orbem. 8. Æn. 97
v. Æstas, & Calor.

META, FINIS, EXITUS, LIMES, Terminus, Terminare.

His ego nec metas rerum nec tempora pono. 1. Æn. 282
* Præstat Trinacrii metas lustrare Pachini. 3. Æn. 429
† Fata vocant, metásque dati pervenit ad ævi. 10. Æn. 472
* Hic vel ad Elei metas, & maxima campi 2. Geor. 301
Sudabit spatia, & spumas aget ore cruentas.
† Hîc viridem Æneas frondenti ex ilice metam 5. Æn. 129
Constituit, signum nautis pater, unde reverti Scirent.
* Iámque propinquabant scopulo, metámq; tenebant. 159
† Iámque ferè mediam cœli nox humida metam 835
Contigerat, placidâ laxarant membra quiete.
* Præterit, & metis tenet æquora tuta, relictis. 171
† Quæ finis standi? quò me decet usque teneri? 384
* Eripe, nate, fugam, finémque impone labori. 2. Æn. 619
† Conticuit tandem, factóque hîc fine quievit. 3. Æn. 718
* --finibus omnes, Haud mora, prosiluère suis.-- 5. Æn. 139
† --docuit pòst exitus ingens. 235
* Nunc manet insontem gravis exitus.-- 10. Æn. 630
† Nec plura effatus, saxum circunspicit ingens, 12. Æn. 896
Saxum antiquum, ingens campo qui fortè jacebat
Limes agro positus, litem ut discerneret arvis.
* Hinc tibi, quæ semper vicino ab limite sepes. 1. Ecl. 54
† Nec signare quidem, aut partiri limite campum 1. Geor. 130
Fas erat.--
* Arboribus positis secto via limite quadret. 2. Geor. 287
† --tum longo limite sulcus Dat lucem.- (Cometa.) 2. Æn. 697
* Cùm procul hos lævo flectentes limite cernunt. 9. Æn. 372
† Hæc ego vasta dabo, & lato te limite ducam. 323
* Proxima quæque metit gladio, latúmque per agmen 10. Æn. 513
Ardens limitem agit ferro.--
† Ergo ipsas quamvis angustus terminus ævi 4. Geor. 205
Excipiat (neque enim plus septima ducitur æstas.)
* Et si fata Iovis poscunt, hîc terminus hæret. 4. Æn. 614
† Imperium Oceano, famam qui terminet astris. 1. Æn. 291
Stat sua cuique dies, breve & irreparabile tempus. 10. Æn. 465

METALLUM, ÆS, ÆRATUS, ÆREUS, Chalybs, Ahenus, Ahenum. Lebetes.

2.*Geor.* 165 HÆc eadem argenti rivos, æris que metalla
Ostendit venis, atque auro plurima fluxit.
10.*Æn.* 174 † Insula inexhaustis chalybum generosa metallis.
6.*Æn.* 144 * Aureus & simili frondescit virga metallo.
8.*Æn.* 445 † Sortiti, fluit æs rivis, auríque metallum,
Vulnificúsque chalybs vastâ fornace liquescit.
1.*Ecl.* 36 * Non unquã gravis ære domum mihi dextra redibat.
5.*Ecl.* 90 † Formosum paribus nodis, atque ære, Menalca.
2.*Geor.* 281 * --latè fluctuat omnis Ære renidenti tellus.--
3.*Geor.* 29 † Nilum ac navali surgentes ære columnas.
1.*Æn.* 35 * Vela dabant læti, & spumas salis ære ruebant.
448 † Ærea cui gradibus surgebant limina, nexæque
Ære trabes: foribus cardo stridebat ahenis.
2.*Æn.* 545 * Conjecit, rauco quod pro inùs ære repulsũ, (*telum.*)
3.*Æn.* 239 † --dat signum speculâ Misenus ab altâ Ære cavo.--
5.*Æn.* 266 * Tertia dona facit, geminos ex ære lebetas.
6.*Æn.* 165 † Ære ciere viros, Martémque accendere cantu.
7.*Æn.* 804 * Agmen agens equitum, & florentes ære catervas.
8.*Æn.* 621 † Fatiferúmque ensem, loricam ex ære rigentem,
9.*Æn.* 503 * At tuba terribilem sonitum procul ære canoro.
12.*Æn.* 210 † Olim arbos, nunc artificis manus ære decoro.
712 * Invadunt Martem clypeis, atque ære sonoro.
1.*Geor.* 480 † Et mœstum illacrymat templis ebur, æráq; sudant.
2.*Geor.* 464 * Illusásque auro vestes, Ephyreïáque æra.
4.*Geor.* 151 † Curetum sonitus, crepitantiáque æra sequutæ.
172 * --alii stridentia tingunt Æra lacu.--
2.*Æn.* 734 † Ardentes clypeos, atque æra micantia cerno.
3.*Æn.* 111 * Hinc mater cultrix Cybele, Corybantiáque æra.
6.*Æn.* 247 † Excudent alii spirantia molliùs æra.
7.*Æn.* 526 * ætáque fulgent
Sole lacessita, & lucem sub nubila jactant.
9.*Æn.* 809 † Tinnitu galea, & saxis solida æra fatiscunt.
10.*Æn.* 166 * Massicus æratâ princeps secat æquora Tigri.
11.*Æn.* 656 † Tulláque, & æratam quatiens Tarpeia securim.
7.*Æn.* 743 * Æratæque micant peltæ, micat æreus ensis.
9.*Æn.* 122 † Quot priùs æratæ steterant ad littora proræ.
10.*Æn.* 887 * Immanem ærato circumfert tegmine sylvam.
2.*Æn.* 480 † --postésque à cardine vellit Æratos.--
3.*Geor.* 173 * Instrepat, & junctos temo trahat æreus orbes.
5.*Æn.* 198 † --vastis tremit ictibus ærea puppis.

† Ærea quem obliquum rota transiit. (*Serpentem.*)	5. *Æn.* 274
* --dejectámque ærea sortem Accepit galea.--	490
† Æreáque assensu conspirant cornua rauco.	7. *Æn.* 615
* Æneam petit, huic gladio, pérque ærea scuta, Per tunicam squallentem auro, latus hauri apertum.	10. *Æn.* 313
† Fixerit æripedem cervam licet, aut Erymanthi.	6. *Æn.* 802
* --stridúntque cavernis Stricturæ chalybum, & fornacibus ignis anhelat.	8. *Æn.* 420
† India mittit ebur, At Chalybes nudi ferrum.--	1. *Geor.* 57
* Et foliis undam tepidi despumat aheni.	296
† Littore ahena locant alii, flammásque ministrant.	1. *Æn.* 213
*--& centum vinctus ahenis Post tergum nodis.--	295
† Falcibus & messæ ad Lunam quæruntur ahenis Pubentes herbæ, nigri cum lacte veneni.	4. *Æn.* 513
* Sicut aquæ tremulum labris ubi lumen ahenis.	8. *Æn.* 22
† -ahenis Horrebat squâmis, suásq. incluserat auro.	11. *Æn.* 487
* Spumantémque agitabat equum, quem pellis ahenis In plumam squammis auro conserta tegebat.	770
† Alii thoracas ahenos, lento ducunt argento.	7. *Æn.* 633
* Indulgent vino, & vertunt crateras ahenos.	9. *Æn.* 165
† Exultat telis, & luce corusca ahenâ. (*Pyrrhus.*)	2. *Æn.* 470
* Ordine ahena locant alii, fusique per herbam,	5. *Æn.* 102
† Pars calidos latices, & ahena undantia flammis.	6. *Æn.* 218
* Virgea suggeritur costis undantis aheni. (*flamma.*)	7. *Æn.* 463
† Ingens argentum, Dodonæósque lebetas.	3. *Æn.* 466

v. *Aurum.*

METAMORPHOSIS, CIRCE,
Circæus, Proteus.

AVt ut mutatos Terei narraverit artus?	6. *Ecl.* 78
† Proteus, ille suæ contrà non immemor artis, Omnia transformat sese in miracula rerum, Ignémq; , horribilémq; feram, fluviúmq; liquentem.	4 *Geor.* 441
* Cui mater mediâ sese tulit obvia sylvâ, Virginis os, habitúmque gerens, & virginis arma Spartanæ, vel qualis equos Threïssa fatigat Harpalice, volucrémque fugâ prævertitur Hebrum. Námq; humeris de more habilem suspenderat arcum Venatrix, dederátque comas diffundere ventis, Nuda genu, nodóque sinus collecta fluenteis.	1. *Æn.* 315
† O quam te memoré, virgo! námq; haud tibi vultus Mortalis, nec vox hominem sonat; ô Dea certè,	331

An Phœbi soror? an Nympharum sanguinis una?

1.Æn.656 * At Cytherea novas arteis, nova pectore versat
Consilia, ut faciem mutatus, & ora Cupido,
Pro dulci Ascanio veniat, donísque furentem
Incendat reginam, atque ossibus implicet ignem.

688 † Paret Amor dictis charæ genitricis, & alas
Exuit: & gressu gaudens incedit Iüli.

5.Æn.618 * Ergo inter medias sese haud ignara nocendi
Conjicit, & faciémque Deæ, vestémque reponit.
Fit Beroë, Ismarii conjunx, longæva Dorycli.

9.Æn.646 † Ascaniúmque petit, formâ tum vertitur oris
Antiquum in Buten: hic Dardanio Anchisæ
Armiger antè fuit, fidúsque ad limina custos:
Tum comitem Ascanio pater addidit. Ibat Apollo
Omnia longævo similis, vocémque, colorémque,
Et crines albos, & sæva sonoribus arma:
Atque his ardentem dictis affatur Iülum.

4.Æn.556 * Huic se forma Dei vultu redeuntis eodem, &c.
Omnia Mercurio similis, vocemque colorémque, &c.

319 † Oro (si quis adhuc precibus locus) exue mentem.

1.Æn.587 * Restitit Æneas, claráque in luce refulsit
Os, humerósque Deo similis: námque ipsa decoram
Cæsariem nato genitrix, luménque juventæ
Purpureum, & lætos oculis afflarat honores.

5.Æn.841 † (*Somnus.*) – puppíque Deus consedit in alta,
Phorbanti similis, fudítque has ore loquelas.

6.Æn.446 * Evadnénque, & Pasi haën? his Laodameia
It comes, & juvenis quondam, nunc fœmina, Cæneus,
Rursus & in veterem fato revoluta figuram.

7.Æn.17 † Setigeríque sues, atque in præsepibus ursi
Sævire, ac formæ magnorum ululare luporum:
Quos hominum ex facie Dea sæva potentibus herbis
Induerat Circe in vultus, ac terga ferarum.

320 * Tartareæ monstrum, tot sese vertit in ora.

415 † Alecto torvam faciem, & furialia membra
Exuit, in vultus sese transformat aniles,
Et frontem obscœnam rugis arat, induit albos
Cum vitta crines, tum ramum innectit olivæ.

9.Æn.120 * Ima petunt: hinc virgineæ, mirabile monstrum,
Reddunt se totidem facies, pontóque feruntur
Quot priùs æratæ steterant ad littora proræ.

7.Æn.189 † Picus equûm domitor: quem capta cupidine conjux
Aureâ percussum virgâ, versúmque venenis,

Fecit avem Circe, sparsítque coloribus alas.
† - hanc genitrix faciem miserata refecit, 10.Æn.234
Et dedit esse Deas, ævúmque agitare sub undis.
* Et potes in totidem classes convertere Nymphas. 83
† Longè illi Dea mater erit: quæ nube fugacem 12.Æn.50
Fœmineâ tegat, & vanis sese occulat umbri.
* In medias acies, formam assimulata Camerti: 224
† Hoc concussa metu mentem Iuturna virago 468
Aurigam Turni media inter lora Metiscum
Excutit, & longè lapsum temone relinquit:
Ipsa subit, manibúsque undanteis flectit habenas
Cuncta gerens, vocémque & corpus, & arma Metisci.
* Alitis in parvæ subitò collecta figuram, 862
Quæ quondam in bustis, aut culminibus desertis
Nocte sedens, serum canit importuna per umbras:
Hanc versa in faciem, Turni se pestis ad ora
Fértque, refértque sonans, clypeúmq; everberat alis.
† Carminibus Circe socios mutavit Vlyssi. 8,Ecl. 70
* Et salis Ausonii tentandum navibus æquor, 3.Æn,385
Infernique lacus, Æææque insula Circes.
† Proxima Circææ raduntur littora terræ, 10
Dives inaccessos ubi Solis filia lucos
Assiduo resonat cantu, &c.--
* --patri quos Dædala Circe 282
Suppositâ de matre nothos furata creavit.
† --Rutulóque exercent vomere colles, 797
Circæúmque jugum. --
* Atque huic in faciem soror ut conversa Metisci 12.Æn.623
Aurigæ, currúmque, & equos, & lora regebat.
† O soror, & dudum agnovi, cùm prima per artem 632
Fœdera turbasti. --
* Verte omnes tete in facies, & contrahe quicquid 891
Sive animis, sive arte vales, opta ardua pennis
Astra sequi, clausúmque cavâ te condere terrâ.

MILES, MILITIA, MARTIS OPUS,
Dux, Ductor, Amazones.

Impius hæc tam culta novalia miles habebit! 1. Ecl. 71
Barbarus has segetes? en quò discordia cives.
† Non secus, ac patriis acer Romanus in armis. 3.Geor. 347
* Hûc delecta virûm sortiti corpora furtim, 2. Æn. 18

Includunt cæco lateri: armato milite complent.

2. Geor. 171 * Hæc genus acre virûm, Marsos, pubémq; Sabellam,
Assuetúmque malo Ligurem, Volscósque verutos
Extulit: hæc Decios, Marios, magnósque Camillos,
Scipiadas, duros bello, & te maxime Cæsar.

6. Æn. 842 † Quis Gracchi genus, aut geminos duo fulmina belli
Scipiadas, cladem Libyæ, parvúmque nepotem.

9. Æn. 176 * Nisus erat portæ custos acerrimus armis
Et juxta comes Euryalus, quo pulchrior alter
Non fuit Æneadum, Trojana nec induit arma.

6. Æn. 479 † --Partenopéus hic inclytus armis.

7. Æn. 766 * Virbius, Hippolyti soboles pulcherrima bello.

2. Æn. 347 † Quos ubi consertos audére in prælia vidi,
Incipio super his: Iuvenes fortissima frustrà
Pectora, si vobis audentem extrema cupido.

355 * Sic animis Iuvenum furor additus: inde lupi ceu,
Faucibus expectant siccis: per tela, per hostes
Vadimus haud dubiam in mortem, &c.

8. Æn. 513 † Ingredere ô Teucrum atq; Italûm fortissime ductor,
Hunc tibi prætereà spes, & solatia nostri,
Pallanta adjungam, sub te tolerare magistro
Militiam, & grave Martis opus, tua cernere facta
Assuescat, primis & te miretur ab annis.
Arcadas, huic equites bis centum, robora pubis
Lecta dabo, totidémque suo tibi nomine Pallas.

11. Æn. 173 * Tu quoque nunc stares immanis truncus in armis,
Esset par ætas, & idem si robur ab annis.

261 † Militâ ex illâ diversum ad littus adacti.

415 * Quanquam, ô si solitæ quicquam virtutis adesset:
Ille mihi ante alios, fortunatúsque laborum,
Egregiúsque animi: qui ne quid tale videret,
Procubuit moriens, & humum semel ore momordit.

10. Æn. 602 † Talia per campos edebat funera ductor
Dardanius, torrentis aquæ vel turbinis atri
More furens.--

11. Æn. 438 * Ibo animis contra, vel magnum præstet Achillem,
Factáque Vulcani manibus paria induat arma
Ille licet: vobis animam hanc, soceróque Latino
Turnus ego, haud ulli veterum virtute secundus
Devoveo: solum Æneas vocat, & vocet oro.

584 † - vellem haud correpta fuisset
Militiâ tali, conata lacessere Teucros.

5. Æn. 759 * Exigui numero, sed bello vivida virtus.

† Trojanas ſuſtentat opes, non vivida bello 10. Æn. 609
Dextra viris, animúſque ferox, patiénſque pericli.
* Bis ſeptem Rutuli muros, qui milite ſervent 9. Æn. 161
Delecti: aſt illos centeni quemque ſequuti.
† --Catillus Iolam, 11. Æn. 640
Ingentémque animis, ingentem corpore, & armis
Deiicit Herminium: nudo cui vertice fulva
Cæſaries, nudíque humeri, nec vulnera terrent,
Tantus in arma patet; latos huic haſta per armos.
* Funditur ater ubique cruor: dant funera ferro 645
Certantes, pulchrámque petunt per vulnera mortem.
At medias inter cædes exultat Amazon,
Vnum exerta latus pugnæ, pharetrata Camilla.
† Bellum importunum, cives, cum gente Deorum, 305
Invictíſque viris gerimus, quos nulla fatigant
Prælia, nec victi poſſunt abſiſtere ferro.
* Vt bivias armato obſidam milite fauces. 516
† Et circumfuſo volitabant milite Volſci. 546
* Immiſſi Danaï latè loca milite complent: 2. Æn. 495
Non ſic aggeribus ruptis cùm ſpumeus amnis
Exiit, oppoſitáſque evicit gurgite moles,
Fertur in arva furens cumulo, &c.
† – pariúſque ornaverat armis, 12. Æn. 364
Vel conferre manum, vel equo prævertere ventos.
* Vſque adeóne mori miſerum eſt? vos ô mihi Manes 646
Eſte boni, quoniam Superis averſa voluntas,
Sancta ad vos anima, atque iſtius inſcia culpæ,
Deſcendam, magnorũ haud unquam indignus avorũ.
† --ſtat quicquid acerbum eſt Morte pati. -- 678
* Cui genus à proavis ingens, clarúmque paternæ 225
Nomen erat virtutis, & ipſe acerrimus armis,
In medias dat ſeſe acies haud neſcia rerum.
† --primúſque Tolumnius augur 258
Hoc erat: hoc votis, inquit, quod ſæpe petivi:
Accipio, agnoſcóque Deos: me me duce ferrum
Corripite, ô Rutuli quos improbus advena bello, &c.
* --fert impetus ipſum. 369

v. Arma, Bellum, Certamen, Fortis, Æneas, Turnus, Cæſar, &c.

MINISTRARE, FAMULARI, *Servire, Sufficere, Minister, Ministra, Ministerium, Famulus, Famula, Serva.*

6.Æn.222 †-pars ingenti subiêre pheretro Triste ministerium
7.Æn.623 * --aversúsque refûgit Fœda ministeria.--
3.Geor.125 † Florentésque secant herbas, fluviósque ministrant.
1.Æn.217 * Littore ahena locant alii, flammásque ministrant.
8.Æn.181 † Dona laboratæ Cereris, Bacchúmque ministrant.
2.Geor.213 * Vix humiles apibus casias, rorémque ministrat.
431 † --tædas sylva alta ministrat.
1.Æn.154 * Iámque faces, & saxa volant, furor arma ministrat.
5.Æn.640 † Neptuno, Deus ipse faces, animúmque ministrat.
6.Æn.302 * Ipse ratem conto subigit, velísque ministrat.
9.Æn.764 † In tergum, Iuno vires, animúmque ministrat.
10.Æn.218 * Ipse sedens clavúmque regit, velísque ministrat.
11.Æn.71 † Non jam mater alit tellus, virésque ministrat.
4.Geor.145 *Iámq; ministrantem platanum potantibus umbram.
1.Æn.705 † Dăt famuli manibus lymphas, Cererémq; canistris
Expediunt, tonsísque ferunt mantilia villis:
Quinquaginta intus famulæ, quibus ordine longo
Cura penum struere, & flammis adolere Penates,
Centum aliæ, totidémque pares ætate ministri,
Qui dapibus mensas onerent, & pocula ponant.
1.Æn.580 * Iliadum turbâ, & Phrygiis comitata ministris.
100 † Nec requievit enim, donec Calchante ministro.
3.Geo.488 * Inter cunctantes cecidit moribunda ministros.
11.Æn.652 † Italides, quas ipsa decus sibi dia Camilla
Delegit, pacísque bonas, bellíque ministras.
3.Æn.329 * Me famulam famulóq; Heleno transmisit habendá.
2.Æn.712 † Vos famuli, quæ dicam, animis advertite vestris.
5.Æn.95 * Incertus Geniúne loci, famulúne parétis Esse putet,-
263 † Vix illam famuli Phegeus, Sagarísque ferebant
Multiplicem, connixi humeris.--
4.Æn.391 *(*Didonem.*) -suscipiunt famulæ, collapsáque mébra
Marmoreo referunt thalamo, stratísque reponunt.
8.Æn.411 † Noctem addens operi, famulásque ad lumina longo
Exercet penso, castum ut servare cubile.
584 * --famuli collapsum in tecta ferebant.
9.Æn.329 † Tres juxta famulos temerè inter tela jacentes.
11.Æn.34 *Circum omnes famulûmq; manus, Trojanáq; turba.
558 † Ipse pater famulam voveo.--
1.Geor.29 * Numina sola colant, tibi serviat ultima Thule.

† Auspiciis, liceat Phrygio servire marito. 4.Æn. 103
* Olli serva datur, operum haud ignara Minervæ, 5.Æn.284
Cressa genus Pholoë, geminíque sub ubere nati.
† Mœonio regi quem serva Lycimnia furtim 9.Æn. 546
Sustulerat.-- (*Helenorem.*)
* Ipse pater Danaïs animos, virésque secundas 2.Æn.617
Sufficit, ipse Deos in Dardana suscitat arma.
† Aut illæ pecori frondem, aut pastoribus umbram 2,Geor.435
Sufficiunt, sepémque satis, & pabula melli.
* Ipsa satis tellus, cùm dente recluditur unco, 423
Sufficit humorem, & gravidas cum vomere fruges.
v. Libertas.

MISERARI, MISERESCERE, MISEReri, Miseret: Miser, Miserabilis, Miserandus, Lamentabilis.

MEliceat casum miserari insontis amici. 5.Æn. 350
* Dii Iovis in tectis iram miserantur inanem. 10.Æn.758
† O, sola infandos Trojæ miserata labores. 1.Æn.597
* Phœbe, graves Trojæ semper miserate labores. 6.Æn. 56
† Prosequitur lacrymâs longè, & miseratus euntê est. 476
* Contusósque animos, & res miserabere fractas. 4.Geor.240
† Aut doluit miserans inopem, aut invidit habenti. 2.Geor.499
* Æquævúmque ab humo miserans attollit amicum. 5.Æn.452
† Heu miserande puer, si quà fata aspera rumpas. 6.Æn.882
* Qui juvenum tibi semper erant, miserande jaceres. 10.Æn.327
† -- miserandáq; vênit Arboribúsq; , satisque lues.- 3.Æn.139
* Quo te cunq; lacus miserantem incommoda nostra. 8.Æn.76
† His lacrymis vitam damus, & miserescimus ultro. 2.Æn. 145
* Iuppiter, Arcadii, quæso, miserescite regis. 8.Æn.573
† Terra mihi? vos, ô, potiùs miserescite venti. 10.Æn.676
* Nil nostri miserere, moti me denique cogis. 2.Ecl.7
† Intemerata fides, oro, miserere laborum 2.Æn.143
Tantorum, miserere animi non digna ferentis.
* Ipse manu mortem inveniam, miserebitur hostis. 649
† Et te lapsorum miseret: quæ munera Niso. 5. Æn. 354
* O genitor? nec te miseret natæ que, tuique? 7.Æn. 360
Nec matris miseret, quam primo Aquilone relinquet.
† Et magni Æneæ, segnes miserétque, pudétque. 9.Æn. 787
* Non ignara mali, miseris succurrere disco. 4.Æn. 630
† Optima quæque dies miseris Mortalibus ævi. 3.Geor.66
* Perge; decet; forsan miseros meliora sequentur. 12.Æn.153

3.Ecl.28 † Stridenti miserum stipulâ disperdere carmen ?
2.Æn.79 * --nec si miserum Fortuna Sinonem
Finxit, vanum etiam, mendacémque improba finget.
655 † Rursus in arma feror, mortémq; miserrimus opto.
411 *--oriúrque miserrima cædes Armorum facie.--
519 †--quæ mens tam dira miserrime conjux, Impulit?
4 * Trojanas ut opes, & lamentabile regnum
Eruerint Danaï, quæque ipse miserrima vidi.
12.Æn 646 † Vsque adeóne mori miserum est? --
6.Æn.21 * Cecropidæ jussi (miserum) septena quotannis.
4.Geor.519 † Flet noctē, ramóq; sedēs miserabile carmē Integrat.-
2.Æn.797 * Collectam exilio pubem, miserabile vulgus.
1.Æn.111 † In brevia, & Syrtes (miserabile visu.)
12.Æn.338 * Fumantes sudore quatit (miserabile) cæsis.
v. Felix.

MOERERE, MOERENS, MOESTVS, *Mœstissimus, Contristare.*

4 Æn.82 Sola domo mœret vacuâ, stratisq; relictis Incubat.-
4. Geor.511 † Qualis populeâ mœrens philomela sub umbrâ,
12.Æn.399 * Æneas magno juvenum, & mœrentis Iüli
Concursu, lacrymisque immobilis. --
3,Geor.515 † Extremósque ciet gemitus: it tristis arator
Mœrentem abjungens fraternâ morte juvencum.
1.Æn.197 * Dividit, & dictis mœrentia pectora mulcet.
11.Æn.76 † --supremum mœstus honorem. Induit.--
1.Ecl 37 * Mirabar, quid mœsta Deos, Amarylli vocares.
2.Æn.280 † Compellare virum, mœstásque expromere voces.
11.Æn.52 * Nos juvenem vano mœsti comitamur honore.
1.Geor.480 † Et mœstū illacrymat templis ebur, æráque sudant.
4.Geor.515 * --& mœstis latè loca questibus implet.
2.Æn.681 † Námque manus inter, mœstorúmq; ora parentum.
6.Æn.333 * Cernit ibi mœstos, & mortis honore carentes.
2.Æn.270 † In somnis ecce ante oculos mœstissimus Hector.
10.Ecl.31 * Tristis at ille tamen.-- (*Gallus.*)
3.Geor.67 † Prima fugit; subeunt morbi, tristisque senectus.
4. Geor.135 * Et cùm tristis hyems etiam nunc frigore saxa.
320 † Tristis ad extremi sacrum caput astitit amnis,
Multa querens, &c.-- (*Aristæus ad Cyrenem.*)
11.Æn.589 * Tristis ubi infausto committitur omine pugna.
12.Æn.409 †--it tristis ad æthera clamor Bellantum juvenum.-
6.Æn.695 *--genitor tua tristis imago Sæpiùs occurrens--
3.Ecl.80 † Triste lupus stabulis, maturis frugibus imbres.

† Effigiem statuêre, nefas quæ triste piaret. 2.Æn.184
* Pars ingenti subiêre pheretro Triste ministerium.- 6 Æn 222
† Triste per augurium Teucrorum pectora ducunt. 5.Æn.7
* Nónne fuit satius tristeis Amaryllidis iras? (pati) 2.Ecl. 14
† --occasum Trojæ, tristeísque ruinas Solabar.-- 1.Æn 238
* Vt tristeis sine sole domos, loca turbida adires? 6. Æn 534
† Vare, tuas cupiant, & tristia condere bella. 6.Ecl.7
* Exportant tectis, & tristia funera ducunt. 4.Georg.256
† Tristius haud illis monstrum, nec sævior ulla Pestis. 3.Æn.214
* Nascitur, & pluvio contristat frigore cœlum. 3.Geor.279
† Nascitur & lævo contristat lumine cœlum. 10.Æn.275
* Cui Iuno illacrymans: quid si quod voce gravaris. 628

v. Lacrymæ, Lætitia.

MOLES, MOLIRI, MACHINA.

† --molémque & montes insuper altos Imposuit.- 1. Æn.61
* Miratur molem Æneas, magalia quondam. 421
† Molirique arcem, & manibus subvolvere saxa. 424
* Et molem mirantur equi. -- 2.Æn.32
† Quo molé hâc immanis equi statuêre? quis author? 150
Quídve petunt? quæ religio? quæ machina belli?
* Hanc tamen immensam Calchas attollere molem 185
Roboribus textis, cœlóque educere jussit.
† --totámque infusa per artus Mens agitat molem. 6.Æn.726
* Miscere, & tantas audetis tollere moles? 1.Æn.134
† -oppositásque evicit gurgite moles spumeus amnis 2.Æn.496
* Hîc ubi disjectas moles, avulsáque saxis Saxa vides. 608
† Quin & fatales murorum attollere moles. 11.Æn.130
* Saxea pila cadit, magnis quam molibus antè 9.Æn.711
Constructam jaciunt ponto: sic illa ruinam.
† Ille velut celsam oppugnat qui molibus urbem. 5.Æn.439
* Ergo avidus muros optatæ molior urbis. 3.Æn.132
† Nec super ipse suâ molitur laude laborem. 4. Æn.233
* Ipse pater nocte, corusca Fulmina molitur dextrâ.- 1.Geor.328
† Inde datum molitur iter, jámque arva tenebant. 6.Æn. 477
* Emicat in currum, & manibus molitur habenas. 12.Æn.327
† Si quando lethum horrificum, morbósq. Deûm rex 851
Molitur, meritas aut bello territat urbes.
* Tantæ molis erat Romanam condere gentem. 1. Æn. 33
† Aut hæc in nostros fabricata est machina muros. 2.Æn. 46
* .-scandit fatalis machina muros. 237
† Murorum ingentes, æquatáque machina cœlo. 4.Æn.89

v. Magnus.

MOLLIO, MOLLIS, MOLLIOR, MOLLISsimus, Molliter: Aspero, Asper, Asprum, Asperrimus, Rudis, Durus, Durissimus, Duro, Duresco.

1. Æn. 57 SCeptra tenens, mollitque animos, & temperat iras.
2. Geor. 36 † Agricolæ, fructûsque feros mollite colendo.
2. Ecl. 72 * Viminibus, mollíque paras detexere junco.
3. Ecl. 55 † Dicite, quandoquidem in molli consedimus herbâ.
2. Geor. 120 * Quid nemora Æthiopum molli canentia lanâ?
3. Geor. 464 † Quam procul aut molli succedere sæpiùs umbræ.
2. Æn. 683 * --tactûque innoxia molli Lambere flamma comas.--
4. Æn. 142 † --mollíque fluentem Fronde premit crinem.--
8. Æn. 387 * hunc Diva lacertis Cúctantẽ amplexu molli fovet.--
10. Æn. 138 † Accipit, & molli subnectit circulus auro.
192 * Canentem molli plumâ duxisse senectam.
10. Ecl. 42 † Hîc gelidi fontes, hîc mollia prata Lycori.
11. Æn. 622 * --& mollia colla reflectunt.
8. Æn. 415 † Mollibus è stratis opera ad fabrilia surgit.
9. Æn. 817 * Accepit venientem, ac mollibus extulit undis.
7. Ecl. 45 † Muscosi fontes, & somno mollior herba.
1. Geor. 341 * Tunc agni pingues, & tunc mollissima vina.
4. Æn. 293 † Tentaturũ aditus, & quæ mollissima fandi Tẽpora.--
9. Æn. 804 * Demisit germanæ haud mollia jussa ferentem.
12. Æn. 25 † --hæc haud mollia fatu Sublatis aperire dolis.--
11. Æn. 452 * Pectora, & arrectæ stimulis haud mollibus iræ.
728 † Suscitat, & stimulis haud mollibus incitat iras.
10. Ecl. 33 * Arcades, ô mihi tum quàm molliter ôssa quiescant.
6. Æn. 847 † Excudent alii spirantia molliùs æra.
7. Æn. 357 * Molliùs & solito matrum de more loquuta est.
3. Geor. 398 † --glacies ne frigida lædat Molle pecus.--
3. Geor. 285 ET glacialis hyems Aquilonibus asperat undas.
3. Ecl. 89 * Mella fluant illi, ferat & rubus asper amomum.
3. Geor. 149 † Asper acerba sonans, quo tota exterrita sylvis.
10. Ecl. 49 * Ah! tibi ne teneras glacies secet aspera plantas.
1. Geor. 152 † Carduus, intereunt segetes, subit aspera sylva.
9. Æn. 167 * Dant sonitum flictu galeæ, pugna aspera surgit.
11. Æn. 901 † Deserit obsessos colles, nemora aspera linquit.
9. Æn. 62 * --lupus asper, & improbus irâ Sævit in absentes.--
793 † --leo territus ille, Asper acerba tuens, retrò redit.--
11. Æn. 635 * Semianimes volvuntur equi, pugna aspera surgit.
2. Æn. 379 † Improvisum aspris veluti qui sentibus anguem
1. Æn. 14 * Ostia, dives opum, studiísque asperrima belli.
11. Æn. 318 † Aurunci, Rutulíque serunt, & vomere duros.

Exercent colles, atque horum asperrima pascunt.
† Olli, pestis enim tacitis latet aspera sylvis. 7.Æn. 505
* Bina dabo argento perfecta, atq; aspera signis Pocula.- 9. Æn. 263
† Nunc scio quid sit Amor, duris in cotibus illum, &c. 8. Ecl. 43
* Nunc insanus amor duri me Martis in armis. 10. Ecl. 44
† Durus uterque labor: laudato ingentia rura. 2.Geor. 412
* Hic quos durus amor crudeli tabe peredit. 6. Æn. 442
† Amissos queritur fœtus, quos durus arator Detraxit. 4.Geor. 512
* Scipiadas duros bello, & te maxime Cæsar. 2. Geor. 170
† Deucalion vacuum lapides jactavit in orbem, 1. Geor. 62
Vnde homines nati, durum genus.--
* Improbus, & duris urgens in rebus egestas. 146
† Dicendum, & quæ sint duris agrestibus arma. 160
* Ferrea progenies duris caput extulit arvis. 2.Geor. 341
† Impositos duris crepitare incudibus enses. 540
* --sed duris genuit te cautibus horrens Caucasus.-- 4. Æn. 366
† Gnosius hæc Rhadamantus habet durissima regna. 6. Æn. 566
* Seu durat magis, & venas astringit hiantes. 1. Geor. 91
† Multa virûm volvens durando secula vincit. 2.Geor. 295
* Deferimus, sævóque gelu duramus & undis, 9. Æn. 604
† Durate, & vosmet rebus servate secundis. 1. Æn. 207
* Tùm durare solum, & discludere Nerea ponto. 6. Ecl. 35
† Limus ut hic durescit, & hæc ut cera liquescit 8. Ecl. 80
Vno, eodémque igni, sic nostro Daphnis amore.
* Et segnem patiêre situ durescere campum. 1. Geor. 72

MONS, MONTANVS, MONTOSVS

Collis, Scopulus, Ardua terrarum, Silex, Rupes, Saxum, Vertex, Agger, Tumulus.

Majoréſque cadunt altis de montibus umbræ. 1. Ecl. 84
† Mille meæ Siculis errant in montibus agnæ. 2. Ecl. 21
* Hæc ubi dicta, cavum conversâ cuspide montem 1. Æn. 85
Impulit in latus, ac venti velut agmine facto. &c.
† Dat latus, insequitur cumulo præruptus aquæ mōs. 109
* Instar mōtis equū divinâ Palladis arte Ædificant.-- 2. Æn. 15
† Vix ea fatus erat, summo cùm monte videmus 3. Æn. 655
Ipsum inter pecudes.-- (*Polyphemum.*)
* --quales cùm vertice celso 679
Aëriæ quercus, aut coniferæ cyparissi Constiterant.-
† Atlantis, cinctum assiduè cui nubibus atris 4. Æn. 248
Piniferum caput, & vento pulsatur, & imbri. &c.
* Hinc, atque hinc vastæ rupes, geminíque minantur 1. Æn. 162

In cœlum ſcopuli, quorum ſub vertice latè.

5.Ecl.76 † Dum juga montis aper, fluvios dum piſcis amabit.

4.Æn.195 *Optat aprum, aut fulvum deſcendere monte leonem.

168 † --ſummóque ulularunt vertice Nymphæ.

6.Æn.830 * Aggeribus ſocer Alpinis, atque arce Monœci.

805 † Liber agens celſo Niſæ de vertice tigres.

8.Æn.604 *--celſóque omnis de colle videri Iam poterat legio.-

4.Æn.152 †Poſtquàm altos ventum in montes, atq; invia luſtra, Ecce feræ ſaxi dejectæ vertice capræ Decurrêre jugis.-

1.Æn.418 * Iámque aſcendebant collem, qui plurimus urbi Imminet, adverſáſque aſpectat deſuper arces.

184 † Æneas ſcopulum interea conſcendit, & omnem Proſpectum latè pelago petit, Anthea ſi quà Iactatum vento videat, Phrygiáſque biremes.

2.Æn.305 * --aut rapidus montano flumine torrens.

3.Æn.91 † --totúſque moveri Mons circum.--

5.Æn.440 * Aut montana ſedet circum caſtella ſub armis.

694 † --tonitrúque tremiſcunt Ardua terrarũ, & campi.-

6.Æn.234 *Monte ſub aërio qui nunc Miſenus ab illo Dicitur.-

7.Æn.749 † Et te montoſæ miſêre in prælia Nurſæ.

8.Æn.190 * Iam primùm ſaxis ſuſpenſam hanc aſpice rupem, Disjectæ procul ut moles, deſertáque montis Stat domus, & ſcopuli ingentem traxêre ruinam.

221 † --& aërii curſu petit ardua montis.

692 * --aut montes concurrere montibus altos.

11.Æn.513 † --ipſe ardua montis Per deſerta jugo properans adventat ad urbem.

369 * Paſtorum, & ſolis exegit montibus ævum.

12.Æn.134 † At Iuno ex ſummo (qui nunc Albanus habetur, Tum neque nomen erat, neq; honos, aut gloria monti) Proſpiciens tumulo, campum ſpectabat, & ambas.

928 * --totúſque remugit Mons circùm.--

685 † Ac veluti montis ſaxum de vertice præceps Cùm ruit avulſum vento, ſeu turbidus imber Proluit, aut annis ſolvit ſublapſa vetuſtas: Fertur in abruptum magno mons improbus actu, Exultátque ſolo.-- &c.

11.Æn.853 * Siſtit, & Aruntem tumulo ſpeculatur ab alto.

6.Æn.754 † Et tumulum capit, unde omnes longo ordine poſſit Adverſos legere, & venientum diſcere vultus.

5.Æn.44 * Advocat Æneas, tumulique ex aggere fatur.

113 † Et tuba commiſſos medio canit aggere ludos.

7.Æn.6 * Aggere compoſito tumuli.-- (Æneas.)

† --celso medius stant aggere fatus. 12. Æn. 564

v. Altus, Rupes, Silex, Saxum, Parnassus.

MONSTRUM, PORTENTUM, ÆGÆON, Cacus, Triton, Harpyiæ, Hydra, Centauri, Briareus, Lerna: Mirabile, Triste, Immane, Horrendum, Informe, Ingens, &c.

Hic verò subitum, ac dictu mirabile monstrum 4. Geor. 554
Aspiciunt, liquefacta boum per viscera toto
Stridere apes utero, & ruptis effervere costis. &c.
*Cùm subitum, dictúque oritur mirabile monstrum: 2. Æn. 680
Námque manus inter, mœstorúmque ora parentum,
Ecce levis summo de vertice visus Iüli
Fundere lumen apex, tactúque innoxia molli
Lambere flamma comas, & circum tempora pasci.
† Horrendum, & dictu video mirabile monstrum. 3. Æn. 26
Nam, quæ prima solo ruptis radicibus arbos
Vellitur, huic atro linquuntur sanguine guttæ,
Et terram tabo maculant: mihi frigidus horror. &c.
* Tristius haud illis monstrum, nec sævior ulla 214
Pestis, & ira Deûm Stygiis sese extulit undis.
Virginei volucrum vultus, fœdissima ventris
Proluvies, uncæque manus, & pallida semper
Ora fame.--
† At Scyllam cæcis cohibet spelunca latebris 424
Ora exsertantem, & naveis in saxa trahentem:
Prima hominis facies, & pulchro pectore virgo
Pube tenùs: postrema immani corpore Pistrix,
Delphinum caudas utero commissa luporum.
* Noctem illam tecti sylvis, immania monstra 583
Perferimus: nec, quæ sonitum det causa, videmus.
† Vix ea fatus erat, summo cùm monte videmus 655
Ipsum inter pecudes vastâ se mole moventem
Pastorem Polyphemum, & littora nota petentem:
Mõstrũ horrẽdũ, informe, ingens, cui lumen ademptũ,
Trunca manum pinus regit, & vestigia firmat:
* Sola novum, dictúque nefas Harpyia Celæno 365
Prodigium canit, & tristes denunciat iras.
† Cernimus astantes nequicquam lumine torvo 677
Ætnæos fratres, cœlo capita alta ferenteis,
Concilium horrendum: qualis cùm vertice celso.

6. Æn. 24 † Hic crudelis amor tauri, suppostáque furto
Pasiphaë, mistúmque genus, prolésque biformis
Minotaurus inest.—
285 * Multáque prætereà variarum monstra ferarum
Centauri in foribus stabulant, Scyllæque biformes,
Et centum geminus Briareus, ac bellua Lernæ
Horrendum stridens, flammisque armata Chimæra,
Gorgones, Harpyiæque,& forma tricorporis umbræ.
576 † Quinquaginta atris immanis hiatibus Hydra,
Sævior intùs habet sedem, tum Tartarus ipse.
729 * Et quæ marmoreo fert monstra sub æquore pontus.
7. Æn. 21 † Quæ ne monstra pii paterentur talia Troës.
269 * --non plurima cœlo Monstra sinunt.--
327 † Odit & ipse pater Pluton, odêre sorores
Tartareæ monstrum, tot sese vertit in ora.
Tam sævæ facies, tot pullulat atra colubris.
576 * Tum verò infelix ingentibus excita monstris.
780 † Et juvenem monstris pavidi effudêre marinis.
58 * Sed variis portenta Deûm terroribus obstant.
8. Æn. 81 † Ecce autem subitum,atq; oculis mirabile mõstrum:
Candida per sylvam cum fœtu concolor albo
Procubuit viridique in littore conspicitur sus.
198 * Huic monstro Vulcanus erat pater, illius atros
Ore vomens ignes, magnâ se mole ferebat.
259 † Hic Cacum in tenebris incendia vana vomentem,
Corripit in nodum complexus, & angit inhærens
Elisos oculos, & siccum sanguine guttur.
533 * --ne quære perfectò Quem casum portenta ferant.--
264 † --pedibúsque informe cadaver
Protrahitur, nequeunt expleri corda tuendo
Terribiles oculos, vultum, villosáque setis
Pectora semiferi, atque extinctos faucibus ignes.
8. Æn. 697 * Necdum etiam geminos à tergo respicit angues,
Omnigenúmque Deûm monstra, & latrator Anubis.
9. Æn. 120 † Ima petunt: hinc virgineæ (mirabile monstrum)
Reddunt se totidem facies, pontóque feruntur,
Quot priùs æratæ steterant ad littora proræ.
Obstupuêre animis Rutuli.—
10. Æn. 209 * Hunc vehit immanis Triton,& cærula conchâ
Exterrens freta, cui laterum tenùs hispida nanti
Frons hominem præfert, in Pristin desinit alvus:
Spumea semifero sub pectore murmurat unda.
565 † Ægæon qualis, centum cui brachia dicunt,

Centenásque manus, quinquaginta oribus ignem,
Pectoribúsque arsisse: Iovis cùm fulmina contra
Tot paribus streperet clypeis, tot stringeret enses.
† Nunc etiam horribili visu portenta sequuntur. 11. Æn. 271
Et socii amissi petierunt æthera pennis. &c.
v. Prodigium, Cerberus, Charon, Alecto.

MORA, SEGNITIES, MORARI, Demorari, Cunctari, Tardare, Retardare: Paulatim, Longùm, Diù, Æternùm, &c.

QVin age, si quid habes; in me mora non erit ulla. 3. Ecl. 52
† Nam neque Parnassi vobis juga, nam neque Pindi Vlla moram fecêre.-- 10. Ecl. 11
* --en age, segnes Rumpe moras.-- 3. Geor. 42
† Non scopuli, rupesque cavæ, atque objecta retardant Fulmina.-- 252
* Manè ruunt portis, nusquam mora.-- 4. Geo. 185
† Haud mora, continuò matris præcepta facessit. 548
* --neu quis contingere posset, Molirive moram.-- 1. Æn. 413
† --vel quæ tardis mora noctibus obstet. 745
* Quæ tantæ tenuêre moræ? quibus Hector ab oris Expectate venis? -- 282
† Hûc Phœnissa tenet Dido, blãdísq; moratur Vocibus.- 669
* Festinate viri, nam quæ tam sera moratur Segnities? alii rapiunt. &c. 373
† Molli paulatim flavescet campus aristâ. 4. Ecl. 28
* Et quantum longis carpent armenta diebus: 2. Geo. 201
† Moliri, & longo fessi discedere bello. 2. Æn. 109
* Victor nec longùm lætabere.-- 10. Æn. 740
† Rhœbe diù (res si qua diù Mortalibus ulla est.) 861
* Et longum formose vale, vale, inquit Iola. 3. Ecl. 76
† -glebáque versis Æternùm frangenda bidentibus.-- 2. Geor. 399
* Æternùm latrans exangues terreat umbras. 6. Æn. 401
† Ille nihil, nec me quærentem vana moratur. 2. Æn. 287
* Intereà classem velis aptare jubebat Anchises, fieret vento mora ne qua ferenti. 3. Æn. 472
† ---quid ultrà Provehor, & fando surgentes demoror Austros? 480
* Haud mora continuo, per fectis ordine votis. 548
† Ipse pater dextram Anchises haud multa moratus Dat juveni.-- 610
* —nec longo deinde moranti Tempore,-- 3. Geor. 565

4.*Geor*. 257 † Aut intùs clausis cunctantur in ædibus omnes.
4. *Æn*. 51 * Indulge hospitio, causásque innecte morandi, Dum pelago desævit hyems, & aquosus Orion, Quassatæque rates, & non tractabile cœlum.
308 † Nec moritura tenet crudeli funere Dido.
568 * Si te his attigerit terris aurora morantem, Eia, age, rumpe moras. --
5. *Æn*. 368 † Nec mora, continuò vastis cum viribus effert Ora Dares. --
395 * --gelidus tardante senectâ Sanguis hebet.--
766 † Complexi inter se noctémque, diémque morantur.
6. *Æn*. 358 * Paulatim adnabam terræ, & jam tuta tenebam.
7. *Æn*. 315 † Attrahere, atque moras tantis licet addere rebus.
9. *Æn*. 13 * Rumpe moras omneis, & turbata arripe castra.
10. *Æn*. 308 † Nec Turnum segnis retinet mora, sed rapit acer
888 Totam aciem in Teucros, & contrà in littore sistit.
30 * Inde ubi tot traxisse moras, tot spicula tædet.
4. *Æn*. 649 † Et tua progenies mortalia demoror arma.
11. *Æn*. 19 * --paulum lacrymis, & mente morata.
† Ne qua mora ignaros, ubi primùm vellere signa Annuerint Superi, pubémque educere castris, Impediat, segnésque metu sententia tardet.
297 * Ausonidum turbata fremor, ceu saxa morantur Cùm rapidos amnes, clauso fit gurgite murmur.
12. *Æn*. 11 † Nulla mora in Turno, nihil est quòd dicta retractet.
74 * --neque enim Turni mora libera mortis.
430 † Ille avidus pugnæ suras incluserat auro. Hinc, atque hinc, odítque moras, hastámque coruscat.
506 * --haud multa moratus Excipit in latus.--
540 † --dedit obvia ferro Pectora, nec misero clypei mora profuit ærei.
12. *Æn*. 565 * Ne qua meis esto dictis mora, Iuppiter hàc stat.
553 † Nec mora, nec requies, vasto certamine tendunt,
823 * --quâ tibi lucem Arte morer? --
6. *Æn*. 847 † Vnus qui nobis cunctando restituit rem, Maximus.--
3. *Geor*. 488 * Inter cunctantes cecidit moribunda ministros.
4. *Æn*. 133 † Reginam thalamo cunctantem ad limina, primi Pœnorum expectant. --
390 * Linquens multa metu cunctantem, ac multa parantē Dicere.--
7. *Æn*. 454 † Cunctantem, & quærentem dicere plura Repputit.--
12. *Æ*. 940 * Et jam jámque magis cunctantem flectere sermo Cœperat.--

† --increpat ultrò Cunctantes socios.-- 10. Æn. 830
* Ille autem pavidus partes cunctatur in omnes. 717
† Cunctatúrque metu, telúmque instare tremiscit. 12. Æn. 916
Cunctanti telum Æneas fatale coruscat. 918
* Seminibus, quantùm non noxia corpora tardant. 6. Æn. 731
† --& quanquam vis alto vulnere tardat. 10 Æn. 857
* --ille juvare parans, infantis amore Tardatur.-- 11. Æn. 549
† At non tardatus casu, nec territus heros. 5. Æn. 453
v. Velox, Velociter, Senectus, Tempus, Iners.

MORBVS, ÆGER, FEBRIS, Podagra, Scabies, Tussis, Ægrescere, & Languere, Languescere, Languens, Languidus.

SI verò tristi languebunt corpora morbo: 4. Geor. 251
Quod jam non dubiis poteris cognoscere signis.
Continuò est ægris alius color, horrida vultum
Deformat macies.--
* Et multâ duram stipulâ, filicúmque maniplis 3. Geor. 297
Sternere subter humum, glacies ne frigida lædat
Molle pecus, scabiémque ferat, turpeísque podagras.
† Hic quondam morbo cœli miseranda coorta est 478
Tempestas, totóque Autumni incanduit æstu,
Et genus omne neci pecudum dedit, omne ferarum.
* Morborum quòque te caussas, & signa docebo, 440
Turpis oves tentat scabies.--
† Quin etiam ima dolor balantum lapsus ad ossa 458
Cùm furit, atque artus depascitur arida febris.
* Quam procul aut molli succedere sæpiùs umbrâ 465
Videris, aut summas carpentem ignaviùs herbas,
Extremámque sequi, aut medio procumbere campo
Pascentem, & seræ solam decedere nocti.
† --sed ubi ignea venis 483
Omnibus acta sitis miseros adduxerat artus,
Rursus abundabat fluidus liquor, omniáque in se
Ossa minutatim morbo collapsa trahebat.
* Hinc canibus blandis rabies venit, & quatit ægros 97
Tussis anhela sues, ac faucibus angit obesis.
† Ac velut in somnis, oculos ubi languida pressit 12. Æn. 908
Nocte quies, nequicquam avidos extendere cursus
Velle videmur, & in mediis conatibus ægri
Succidimus: non lingua valet, non corpore notæ

Sufficiunt vires, nec vox, aut verba sequuntur.

3. *Geor.* 505 * Sin in processu cœpit crudescere morbus,
Tum verò ardentes oculi, atque attractus ab alto
Spiritus, interdum gemitu gravis, imáque longo
Ilia singultu tendunt. --

565 † Nec tōdere quidē morbo, illuviéque peresa Vellera.--

95 * Hūc quoq; ubi aut morbo gravis, aut jā segnior annis
Deficit, abde domo, nec turpi ignosce senectæ.

4. *Geor.* 532 † Hæc omnis morbi causa, hinc miserabile Nymphæ.

6. *Æn.* 275 * Pallentésque habitant morbi, tristísque senectus.

10. *Æn.* 273 † --Syrius ardor,
Ille sitim, morbósque ferens Mortalibus ægris.

1. *Ecl.* 12 * --en ipse capellas Protinùs æger ago.--

3. *Geor.* 512 † (*Equi.*) --ipsique suos jam morte sub ægrâ
Discissos nudis laniabant dentibus artus.

4. *Geor.* 463 * Ipse cavâ solans ægrum testudine amorem.

1. *Æn.* 212 † Talia voce refert, curísque ingentibus æger.

2. *Æn.* 565 * Deseruêre omnes defessi, & corpora saltu
Ad terram misêre, aut ignibus ægra dedêre.

5. *Æn.* 355 † --& ægram --Vanâ spe lusit amantem.

10. *Æn.* 837 * Ipse æger anhelans.-- Colla fovet.--

3. *Æn.* 140 † Linquebant dulces animas, aut ægra trahebant
Corpora..-- &c.
Arebant herbæ, & victum seges ægra negabat.

4. *Æn.* 35 * Esto: ægram nulli quondam flexêre mariti.

2. *Æn.* 268 † Tempus erat, quo prima quies Mortalibus ægris
Incipit, & dono Divûm gratissima serpit.

5. *Æn.* 468 * Ast illum fidi æquales, genua ægra trahentem,
Iactantémque utroque caput, crassúmque cruorem
Ore ejectantem, mistósque in sanguine dentes.

651 † Ægrā indignātem, tali quòd sola careret Munere.--

11. *Æn.* 874 * Sed laxos referunt humeris languentibus arcus.

9. *Æn.* 436 † Languescit moriens.-- &c. (*Flos.*)

11. *Æn.* 67 * Qualem virgineo demessum pollice florem,
Seu mollis violæ, seu languentis hyacinthi.
Cui neque fulgor adhuc, necdum sua forma recessit.
Non jam mater alit tellus, virésque ministrat.

12. *Æn.* 46 † --exuperat magis, ægrescitque medendo.

850 * --Diræ --acuúntque metum Mortalibus ægris.

849 † Si quando lethum horrificum, morbósq; Deûm Rex
Molitur, meritas aut bello terrritat urbes.

v. *Medicina*, & *Malum*.

MORI, MORS, LETHUM, INTERITUS, Fatum, Obitus, Exitium, Funus, Nex: Interire: Dare, Reddere, & Linquere animas: Expirare: Obire mortem: Vitam & Lucem relinquere: Concedere ad Manes: Vitam, & Lucem, per auras recedere; Exhalare: Dispergere vitam in auras: Occumbere, Procumbere, Oppetere, Cadere: Effundere animam, Fundere vitam: Necari, Sterni: Demitti Orco, Vitâ spoliari, Dari letho, Sub Tartara mitti, Trucidari: Animâ artus seducere, Abrumpere lucem, Ire sub umbras, & sub terras: Nexos artus resolvere, Vitam in ventos recedere, &c. Mortifer, Lethalis, Lethifer, Corpora vitâ defuncta, Mortua, &c.

Extinctum Nymphæ crudeli vulnere Daphnim — *5. Ecl. 20*
Flebant. --
† --postquàm te fata tulerunt. — *6. Ecl. 30*
* --extremâ moriens tamen alloquor horâ. — *8. Ecl. 20*
† --extremum hoc munus morientis habeto. — *60*
* Penè simul tecum solatia rapta, Menalca? — *9. Ecl. 18*
† --ô mihi tum quàm moll ter ossa quiescant. — *10. Ecl. 33*
* Nec moritura super crudeli funere virgo. — *3 Geor. 261*
† Daphni, tuum Pœnos etiam ingemuisse leones — *5. Ecl. 27*
Inter tum, montésque feri, sylvæque loquuntur.
* Interit, & curvis frustrà defensa latebris Vipera.-- — *3. Geor. 544*
† Carduus, intereunt segetes, subit aspera sylva, — *1. Geor. 151*
* --felix, qui inexorabile fatum — *2. Geor. 490*
Subjecit pedibus, strepitúmque Acherontis avari.
† Optima quæque dies miseris Mortalibus ævi — *3. Ecl. 66*
Prima fugit, subeunt morbi, tristísque senectus,
Et labor, & duræ rapit inclementia mortis.
* Nec via mortis erat simplex.-- — *3. Geor. 482*
† Hinc lætis vituli vulgò moriuntur in herbis, — *495*
Et dulces animas plena ad præsepia reddunt.
* --ea visa salus morientibus una. — *511*
† Et ferrugineâ subvectat corpora cymbâ: — *6. Æn. 303*
Huc omnis turba ad ripas effusa ruebat,
Matres, atque viri: defunctáque corpora vitâ. &c.
Quàm multa in sylvis Autumni frigore primo
Lapsa cadunt folia, aut ad terram gurgite ab alto, &c.

3.*Geor.* 517 † Concidit, & mistum spumis vomit ore cruorem.
Extremósque ciet gemitus, it tristis arator,
Mœrentem abjungens fraternâ morte juvencum.
547 * --ipsis est aër avi us non æquus, & illæ
Præcipites altâ vitam sub nube relinquunt.
140 † Linquebant dulceis animas.--
4.*Geor.* 253 *--tum corpora luce carentum Exportant tectis.--
204 † --ultróque animam sub fasce de ere.
218 * --& corpora bello
Objectant, pulchrámque petunt per vulnera mortem.
238 † --animasque in vulnere ponunt. (*Apes.*)
300 * --huic geminæ nares, & spiritus oris,
Multa reu anti obstruitur, plagísque perempta.
526 † Ah! miseram Eurydicen, animâ fugiente, vocabat.
1.*Æn.* 44 * Illum expirantem transfixo pectore flammas.
466 † Sunt lacrymæ rerum, & mentem mortalia tangunt.
94 * --ô térque, quatérque beati,
Queis ante ora patrum Trojæ sub mœnibus altis
Contigit oppetere: ô Danaûm fortissime gentis
Tydide, mene Iliacis occumbere campis
Non potuisse: tuâque animam hanc effundere dextrâ
Sævus ubi Æacidæ telo jacet Hector.--
220 † Nunc Amyci casum gemit, & crudelia secum
Fata Lyci.--
231 * Quid Troës potuêre? quibus tot funera passis.
546 † Neque adhuc crudelibus occubat umbris.
61 * (*Sinon.*) -- atque in utrumque paratus,
Seu versare dolos, seu certæ occumbere morti.
84 † Insontem, infando indicio, quia bella vetabat,
Demisêre neci, nunc cassum lumine lugent.
2.*Æn.* 126 * --tectúsque recusat
Prodere voce suâ quenquam, aut opponere morti.
90 † --superis concessit ab oris.
317 * --pulchrúmque mori succurrit in armis.
368 † Victorésque cadunt Danai: crudelis ubique
Luctus, ubique pavor, & plurima mortis imago.
355 * --moriamur, & in media arma ruamus.
398 † --multos Danaûm dimittimus Orco.
408 * Et sese medium injecit moriturus in agmen.
424 † --primúsque Chorœbus
Penelei dextrâ, Divæ armipotentis ad aram
Procumbit, cadit & Ripheus justissimus unus.
494 * Fit via vi, rumpunt aditus, primósque trucidant.

Dîs aliter visum: pereunt Hypanísque, Dymásque,
Confixi à sociis: nec te tua plurima, Panthu,
Labentem pietas, nec Apollinis infula texit.
† --& si fata fuissent, Vt caderem, meruisse manu.-- 2. *Æn.* 433
* Extremâ jam in morte parant defendere telis. 447
† --illum ardens infesto vulnere Pyrrhus 529
Insequitur; jam jámque manu tenet, & premit hastâ;
Concidit, ac multo vitam cum sanguine fudit.
Hîc Priamus, quanquam in mediâ jam morte tenetur.
* --qui nati coràm me cernere lethum 538
Fecisti, & patrios fœdasti funere vultus.
† Vadimus haud dubiã in mortem per tela per hostes. 359
* Vt Regem æquævum crudeli vulnere vidi 561
Vitam exhalantem.--
† --(& ni mea cura resistat) 599
Iam flammæ tulerint, inimicus & hauserit ensis.
* --patet isti janua letho. 661
† Rursus in arma feror, mortémque miserrimus opto. 1. *Æn.* 655
* Ipse manu mortem inveniam.-- 645
† --nunquam omnes hodie moriemur inulti. 670
* Si periturus abis, & nos rape in omnia tecum. 975
† Nate Deâ, vivísne? aut si lux alma recessit? 3. *Æn.* 311
* --num Sigeis occumbere campis? 294
† Discurrunt alii ad portas, primósque trucidant. 11. *Æn.* 577
* --hac animas ille evocat Orco 4. *Æn.* 242
Pallenteis, alias sub tristia Tartara mittit,
Dat somnos, adimítque, & lumina morte resignat.
† --hæret lateri lethalis arundo. 73
* Et cùm frigida mors animâ seduxerit artus. 385
† Mortem orat, tædet cœli convexa tueri: 451
Quò magis inceptum peragat, lucémque relinquat.
* Hæc effata silet, pallor simul occupat ora. 499
† Quin morere, ut merita es, ferróq; averte dolorem. 547
* Auxilium imploret, videátque indigna suorum 617
Funera.-- --nec optatâ luce fruatur,
Sed cadat ante diem, mediâque inhumatus arenâ.
† Hæc ait, & partes animum versabat in omneis 630
Invisam quærens quàm primùm abrumpere lucem.
* Accipite hanc animam, méque his exolvite curis: 652
Vixi, & quem dederat cursum fortuna, peregi,
Et nunc magna mei sub terras ibit imago.
† Sed moriamur, ait, sic sic juvat ire sub umbras. 660
* Dixerat: atque illam media inter talia ferro 663

Collapsam aspiciunt comites, ensémque cruore
Spumantem, sparsásque manus.--

4. Æn. 678 † --eadem me ad fata vocasses.
Idem ambas ferro dolor, atque eadem hora tulisset.

683 * --date, vulnera lymphis
Abluam, & extremus si quis super halitus errat,
Ore legam. Sic fata, gradus evaserat altos.
Semianimémque sinu germanam amplexa fovebat
Cum gemitu, atque atros siccabat veste cruores:
Illa graveis oculos conata attollere, rursus
Deficit, infixum stridet sub pectore vulnus:
Ter sese attollens, cubitóque innixa levavit,
Ter revoluta toro est, oculísque errantibus alto
Quæsivit cœlo lucem, ingemuítque repertâ.

693 † Tum Iuno omnipotens longum miserata dolorem,
Difficilésque obitus: Irim demisit Olympo:
Quæ luctantem animam, nexósque resolveret artus,
Nam quia nec fato, meritâ nec morte peribat,
Nondum illi flavum Proserpina vertice crinem
Abstulerat, Stygióque caput damnaverat orco.

703 * --téque isto corpore solvo,
Sic ait: & dextrâ crinem secat, omnis & unà
Dilapsus calor, atque in ventos vita recessit.

5. Æn. 336 † Ille autem spissâ jacuit revolutus arenâ.

374 * Perculit, & fulvâ moribundum extendit arenâ.

481 † Sternitur, exanimísque tremens procumbit humi bos.

516 * Plaudentem nigrâ figit sub nube columbam.
Decidit exanimis, vitámque reliquit in astris Aëriis.-

614 † Amissum Anchisen flebant.--

623 * O miseræ, quas non manus, inquit, Achaïca bello
Traxerit ad lethum, patriæ sub mœnibus: ô gens
Infelix, cui te exitio fortuna reservat?

806 † Millia multa daret letho, gemeréntque repleti
Amnes: nec reperire viam, atque evolvere posset
In mare se Xanthus.--

815 * Unum pro multis dabitur caput.

6. Æn. 163 † Vt venêre, vident indignâ morte perẽptũ Misenũ.

168 * Postquàm illum victor vitâ spoliavit Achilles.

174 † Inter saxa virum spumosa immerserat unda.

277 * Terribiles visu formæ, lethúmque, labórque,
Mortiferúmque adverso limine bellum.

303 † --habitant in faucibus Orci.

325 * Hæc omnis quam cernis inops, inhumatáq; turba est,

Portitor

Portitor ille Charon: hi, quos vehit unda, sepulti.
Nec ripas datur horrendas, nec rauca fluenta
Transportare priùs quàm sedibus ossa quierunt.
Centum errant annos, volitántq; hæc littora circum,
Tum demum admissi stagna exoptata revisunt.
* Continuò auditæ voces, vagitus & ingens, 6. Æn. 426
Infantúmque animæ flentes in limine primo,
Quos dulcis vitæ exortes, & ab ubere raptos
Abstulit atra dies, & funere mersit acerbo,
Hos juxta falso damnati crimine mortis.
† Proxima deinde tenent mœsti loca, qui sibi lethum 434
Insontes peperére manu, lucémque perosi
Projecêre animas: quàm vellent æthere in alto
Nunc & pauperiem, & duros perferre labores!
Fata obstant, tristíque palus innabilis undâ
Alligat, & novies Styx interfusa coërcet.
* Quin & supremo cùm lumine vita reliquit: 735
Nō tamē omne malū miseris, nec funditùs omnes, &c. 7. Æn. 41
† Dicam acies, actósq; animis in funera reges. 533
* Sternitur: hæsit enim sub gutture vulnus, & udæ 773
Vocis iter, tenuémq; inclusit sanguine vitam:
Corpora multa virûm circa: seniórq; Galesus.
† Fulmine Phœbigenam Stygias detrusit ad undas. 8. Æn. 578
* Sin aliquem infandum casum fortuna minaris:
Nunc, ô, nunc liceat crudelem abrumpere vitam. 8. Æn. 159
† Fata mihi, ferro sceleratam exscindere gentem. 347
* Pectore in adverso totum cui comminùs ensem
Condidit assurgenti, & multâ morte recepit:
Purpuream vomit ille animā, & cum sanguine mista
Vina refert moriens.-- 400
† --an sese medios moriturus in hostes
Inferat, & pulchram properet per vulnera mortem.
Volvitur ille, vomens calidum de pectore flumen
Frigidus, & longis singultibus ilia pulsat.
* Volvitur Euryalus letho, pulchrósq; per artus 431
It cruor, ínque humeros cervix collapsa recumbit.
Purpureus veluti cùm flos succisus aratro,
Languescit moriens: lassóve papavera collo
Demisêre caput, pluviâ cùm fortè gravantur, &c.
Fulmineum: donec Rutuli clamantis in ore
Condidit adverso, & moriens animam abstulit hosti.
Tum super exanimem sese projecit amicum
Confossus, placidâque ibi demùm morte quievit,

9. Æn. 493 † Figite me, si qua est pietas, in me omnia tela
Conjicite, ô Rutuli: me primam absumite ferro:
Aut tu, magne pater Divûm, miserere, tuóque
Invisum hoc detrude caput sub Tartara telo,
579 Quando aliter nequeo crudelem abrumpere vitam.
* Et lævo infixa est lateri manus, abditáque intus
589 Spiramenta animæ lethali vulnere rupit.
631 † Diffidit, ac multâ porrectum extendit arenâ.
11. Æn. 687 * - sonat unà lethifer arcus.
9. Æn. 708 † Aut ipso portæ posuêre in limine vitam.
* - collapsa ruunt immania membra:
Dat tellus gemitum, & clypeum super intonat ingens;
Qualis in Euboico Baiarum littore quondam
Saxea pila cadit. -
751 † Dividit, impubésq; immani vulnere malas,
Fit sonus, ingenti concussa est pondere tellus:
Collapsos artus, atque arma cruenta cerebro
Sternit humi moriens: atque illi partibus æquis
Huc caput, atque illuc humero ex utroq; pependit.
10. Æn. 318 * Immanémq; Gyan, sternentes agmina clavâ,
Dejecit letho: nihil illos Herculis arma,
Nil validæ juvêre manus. --
346 † --& rigidâ Dryopen ferit eminus hastâ,
Sub mentum graviter pressâ, paritérq; loquentis
Vocem, animámq; rapit trajecto gutture: at ille
Fronte ferit terram, & crassum vomit ore cruorem.
385 * -- nam Pallas antè ruentem,
Dum furit, incautum crudeli morte sodalis,
Excipit, atque ensem tumido in pulmone recondit.
419 † Ut senior letho canentia lumina solvit.
Injecêre manum Parcæ, telísque sacrarunt
Evandri. --
467 * Stat sua cuique dies, breve, & irreparabile tempus
Omnibus est vitæ, &c. - Trojæ sub mœnibus altis,
Tot nati cecidêre Deûm, quin occidit unà
Sarpedon, mea progenies: etiam sua Turnum
Fata vocant, metásque dati pervenit ad ævi.
486 † Ille rapit calidum frustrà de vulnere telum,
Unâ, eadémque viâ sanguísque, animúsq; sequuntur,
Corruit in vulnus: sonitum super arma dedêre,
Et terram hostilem moriens petit ore cruento.
507 * O dolor, atque decus magnum rediture parenti!
Hæc te prima dies bello dedit, hæc eadem aufert,

Cùm tamen ingentes Rutulorum linquis acervos.

* --subit oras hasta per imas | 10. Æn, 588
Fulgentis clypei: tum lævum perforat inguen,
Excussus curru moribundus volvitur arvis.

† - Teucrísque pio dat sanguine pœnas.

* Morte obitâ quales fama est volitare figuras. | 817

† Illum autem Æneas absentem in prælia poscit, | 641
Obvia multa virûm demittit corpora morti. | 661

* Quósq; (nefas) omnes infandâ in morte reliqui?

† Sternitur infelix Acron, & calcibus atram | 673
Tundit humum expirans, infractáque tela cruentat. | 730

* Ille autem expirans: Non me quicunq; es, inulto,
Victor, nec longum lætabere: te quoque fata | 739
Prospectant paria, atq; eadem mox arva tenebis.

† --hoc dicens, eduxit corpore telum:
Olli dura quies oculos, & ferreus urget | 744
Somnus: in æternam clauduntur lumina noctem.

* Iam gravis æquabat luctus, & mutua Mavors
Funera; cædebant pariter, paritérque ruebant | 755
Victores, victíque; neque his fuga nota, nec illis.

† Sternitur infelix alieno vulnere, cœlúmque
Aspicit, & dulces moriens reminiscitur Argos. | 781

* Rhœbe, diù (res si qua diù Mortalibus ulla est)
Viximus, aut hodie victor spolia illa cruenta. | 861

† - extremáq; Lauso
Parcæ fila legunt: validum námque exigit ensem | 814
Per medium Æneas juvenem, totúmq; recondit.
Implevítque sinum sanguis, tum vita per auras
Concessit mœsta ad Manes, corpúsque reliquit.
At verò ut vultum vidit morientis, & ora,
Ora modis Anchisiades pallentia miris.

* Hoc tamen infelix miseram solabere mortem.
Æneæ magni dextra cadis.-- | 829

† Tantáne me tenuit vivendi, nate, voluptas,
Vt pro me hostili paterer succedere dextræ, | 846
Quem genui; tuáne hæc genitor per vulnera servor
Morte tuâ vivens.--

* Vltor eris mecum.-- Occumbes pariter.-- | 864

† Debueram patriæ pœnas, odiísque meorum, | 853
Omneis per mortes animam sontem ipse dedissem,
Nunc vivo: neque adhuc homines, lucémq; relinquo,
Sed linquam.--

11. Æn. 27 † Mittatur Pallas, quem non virtutis egentem
Abstulit atra dies, & funere mersit acerbo.

158 * --túque, ô sanctissima conjunx
Felix morte tuâ: neque in hunc servata dolorem.

166 † -quòd si immatura manebat
Mors natum, cæsis Volscorum millibus antè
Ducentem in Latium Teucros cecidisse juvabit.

172 * Magna trophæa ferunt, quos dat tua dextera letho.

366 † --sat funera fusi
Vidimus, ingentes & desolavimus agros.

372 * Nos animæ viles, inhumata, infletáque turba
Sternamur campis.--

397 † Et quos mille duces victor sub Tartara misi.

408 * Nunquā animā talem dextrâ hac (absiste moveri)
Amittes: habitet tecum, & sit pectore in isto.

418 † Procubuit moriens, & humum semel ore momordit.

617 * Præcipitat longè, & vitam dispergit in auras.

634 †- permisti cæde virorū Semianimes volvuntur equi.

647 * Certantes, pulchrámq; petunt per vulnera mortem.

664 † Quem telo primum, quem postremum aspera virgo
Dejicis? aut quot humi morientia corpora fundis?

666 * -cujus apertum
Adversi longâ transverberat abiete pectus:
Sanguinis ille vomens rivos cadit, atq; cruentam
Mandit humum, moriénsq; suo se in vulnere versat.

676 † Quótque emissa manu contorsit spicula virgo,
Tot Phrygii cecidêre viri.--

696 * Sterneret ut subitâ turbatam morte Camillam.

803 † Hasta sub exertam donec perlata papillam
Hæsit, virgineúmque altè bibit acta cruorem:
Concurrunt trepidæ comites, dominámq; ruentem
Suscipiunt, fugit ante omnes exterritus Aruns, &c.

816 * Illa manu moriens telum trahit, ossa sed inter
Ferreus ad costas alto stat vulnere mucro,
Labitur exanguis, labuntur frigida letho
Lumina, purpureus quondam color ora reliquit:
Tum sic expirans Accam ex æqualibus unam
Alloquitur.-
Hactenus Acca soror potui, nunc vulnus acerbum
Conficit, & tenebris nigrescunt omnia circum.

827 † Iámque vale, simul his dictis linquebat habenas
Ad terram non sponte fluens, tum frigida toto
Paulatim exolvit se corpore, lentáque colla

Et captum letho posuit caput, arma relinquens,
Vitáque cum gemitu fugit indignata sub umbras.
† Nam quicunque tuum violavit vulnere corpus, 11. Æn. 848
Morte luet meritâ.--
* --hæsitque in corpore ferrum: 864
Illum expirantem socii, atque extrema gementem,
Obliti linquunt---
† Nec miseram effugiunt mortem: 881
Mœnibus in patriis, atque inter tuta domorum
Confixi expirant animas.--
* --primæq; mori pro mœnibus audent. 895
† Delatas Volscorum acies, cecidisse Camillam. 898
* Accelera, & fratrem, si quis modus, eripe morti. 12. Æn. 157
† Transadigit costas, fulvâque extendit arenâ. 272
* Adverso proterret equo: ruit ille recedens, 291
Et miser oppositis à tergo volvitur aris
In caput, ínq; humeros; at fervidus advolat hastâ,
Hoc habet, hæc melior magnis data victima Divis:
Concurrunt Itali, spoliántque cadentia membra.
† Cæsariem lævâ turbati corripit hostis, 302
Impressóq; genu nitens, terræ applicat ipsum, &c.
Disjicit, & sparso latè rigat arma cruore:
Olli dura quies oculos, & ferreus urget
Somnus, in æternam clauduntur lumina noctem:
* Multa virûm volitans dat fortia corpora letho, 328
Semineces volvit multos, aut agmina curru.
† Semianimi, lapsóq; supervenit, & pede collo 356
Impresso, dextrâ mucronem extorquet, & alto
Fulgentem tinxit jugulo, atq; hæc insuper addit:
En agros, & quam bello Trojane petisti,
Hesperiam, metire jacens, hæc præmia qui me, &c.
* --it tristis ad æthera clamor 409
Bellantum juvenum, & duro sub Marte cadentum.
† Excipit in latus, & quà fata celerrima, crudo 508
Transadigit costas, & crates pectoris ense, &c.
Hunc mucrone ferit, currúq; abscissa duorum
Suspendit capita, & rorantia sanguine portat.
* Præcipitem scopulo, atque ingentis turbine saxi 531
Excutit, effundítque solo: hunc lora, & juga subter
Provolvêre rotæ, crebro super ungula pulsu
Incita, nec Domini memorum proculcat equorum.
† Te quoque Laurentes viderunt, Æole, campi 542
Oppetere, & latè terram consternere tergo.

Occidis, Argivæ quem non potuêre phalanges
Sternere, nec Priami regnorum eversor Achilles:
Hîc tibi mortis erant metæ: domus alta sub Ida.

12. Æn. 598 * Infelix pugnæ juvenem in certamine credit
Extinctum, & subito mentem turbata dolore,
Se caussam clamat, crimenq; caputq; malorum:
Purpureos moritura manu discindit amictus,
Et nodum informis lethi trabe nectit ab altâ,
Quam cladem miseræ postquàm accepêre Latinæ.

628 † Insequitur Æneas Italis, & prælia miscet,
Et nos sæva manu mittamus funera Teucris.

638 * Vidi oculos ante ipse meos, me voce vocantem,
Oppetere ingentem, atque ingenti vulnere victum:
Occidit infelix: ne nostrum dedecus Vfens Cerneret.

659 † Præterea regina, tui fidissima, dextrâ
Occidit ipsa suâ, lucémq; exterrita fûgit.

7 0 * Æneas mortem contrà, præsénsque minatur
Exitium, si quisquam adeat, terrétque trementes,
Excisurum urbem minitans --

873 † - quâ tibi lucem Arte morer? --

935 * Et me seu corpus spoliatum lumine mavis,
Redde meis.--

943 † --victum quem vulnere Turnus Straverat.--

9 8 * --Pallas te hoc vulnere, Pallas
Immolat, & pœnam scelerato ex sanguine sumit.
Hoc dicens: ferrum adverso sub pectore condit
Fervidus: ast illi solvuntur frigore membra:
Vitáque cum gemitu fugit indignata sub umbras.

v. Cædes, Bellum, Occidere, Morbus, & Pestis.

MOS, RITVS, RITE, SOLITVM, Habitus, Cultus, Modus, Instar, hoc Pacto.

3 *Geor.* 2?3 NEc mos bellantes unà stabulare, sed alter.

1. *Æn.* 340 † Virginibus Tyriis mos est gestare pharetram.

7. *Æn.* 606 * Mos erat Hesperio in Latio, quem protinus urbes
Albanæ coluere sacrum, nunc maxima rerum
Roma colit, cùm prima movent in prælia Martem.

8. *Æn.* 305 † Génsque virûm truncis, & duro robore nata,
Queis neq; mos, neq; cultus erat, nec jûgere tauros, &c

1. *Geor.* 51 * Ventos, & varium cœli prædiscere morem
Cura sit, ac patrios cultúsq; habitúsq; locorum, &c.

* Illum adeò placuisse apibus mirabere morem. 4.*Geor*.196
† Quod genus hoc hominũ? quæve hũc tã barbara morẽ 1. *Æn*. 543
Permittit patria? hospitio prohibemur arenæ.
* Hũc morem, hos cursus, atq; hæc certamina primus 5. *Æn*. 596
Rettulit.--
† Hunc socii morem sacrorum, hunc ipse teneto. 3. *Æn*. 408
* Hæ tibi erunt artes, pacíque imponere morem. 6. *Æn*. 852
† --morem, ritúsque sacrorum 12. *Æn*. 836
Adjiciam, faciámque omnes uno ore Latinos.
* Sed picis in morem, ad digitos lentescit habendo. 2. *Geor*. 250
† Castrorum in morem pinnis, atque aggere tingit. 7. *Æn*. 159
* --excussus Aconteus Fulminis in morem.-- 11. *Æn*. 610
† More patrum, niveæ implebunt mulctralia vaccæ. 3. *Geor*. 176
*--hũc corpora quisque suorum More talêre patrũ, - 11. *Æn*. 185
† Intima more suo sese in cunabula condent. 4. *Geor*. 65
* --volat atri turbinis instar. 12. *Æn*. 9 3
† Instar montis, equum, divinâ Palladis arte. 2. *Æn*. 15
* Argolici clypei, aut Phœbeæ lampadis instar. 3. *Æn*. 637
† Pinguis itẽ quæ sit tellus hoc deniq; pacto Discimus. 2. *Geor*. 248
*- expertem crimine vitam Degere, more feræ.-- 4. *Æn*. 550
†-- subjectã, more parentum, Aversi tenuêre facem.-- 6. *Æn*. 223
* Saturni gentem haud vinclo, nec legibus, æquam, 7. *Æn*. 203
Sponte suâ, veterísque D[e]i se more tenentem.
† --torrentis aquæ, vel turbinis atri More furens.-- 10. *Æn* 603
* --cùm jura vocatis More, daret populis.-- 7. *Æn*. 246
† Námq; humeris de more habilẽ suspenderat arcum. 1. *Æn*. 322
* Et circum Iliades crinem de more solutæ. ?. *Æn*. 65
† - de more vetusto Funereas rapuêre faces.-- 11 *Æn*. 1 2
* Molliùs & solito matrum de more locuta est. 7. *Æn*. 357
† Tum fatus Anchisâ cunctis ex more vocatis. 5 *Æn*. 44
* Has ex more dapes, hanc tantam muneris aram 8. *Æn*. 186
Imposuit.--
† Immensam sine more furit lymphata per urbem. 7. *Æn*. 377
* Nec procul hinc Romã, & raptas sine more Sabinas. 8. *Æn*. 635
† Omnibus in morem tonsâ coma pressa coronâ. 5. *Æn*. 556
* Pœonium in morem senior succinctus amictu. 12. *Æn*. 401
† Rara sit, an supra morem si densa requiras. 2 *Geor*. 125
* Teutonico ritu solitos torquere cateias. 7. *Æn*. 742
† --fundunt simul undique tela Crebra, nivis ritu.-- 11. *Æn*. 605
* Ergo ritè suum Baccho dicemus honorem. 2. *Geor*. 397
† Ritè secundarent visus, oménque levarent. 3. *Æn*. 39
* Maximus unde pater (si ritè audita recordor) 107
† Carpebat somnos, rebus jam ritè paratis. 4. *Æn*. 555

4. Æn. 638 * Sacra Iovi Stygio, quæ ritè incepta paravi.
5. Æn. 25 † Si modo ritè memor servata remetior astra.
1. Geor. 412 * Nescio quâ præter solitum dulcedine læti.
11. Æn. 383 † Proinde tona eloquio, so itu t bi (*Turnus Dranci.*)
9. Æn. 119 * Delphinúmque modo, demersis æquora rostris.
705 † Sed magnum stridens contorta phalarica venit
Fulminis acta modo, quam nec duo taurea terga.
4. Æn. 475 * - tempus secum ipsa, modúmque Exigit.--
10. Æn. 501 † Et servare modum, rebus sublata secundis.
2. Geor. 71 * Nec modus inserere, atq; oculos imponere simplex.
4. Geor. 537 † Sed modus orandi qui sit, priùs ordine dicam.

v. Assuesco.

MORES, STVDIA.

4. Geor. 5 MOres, & studia, & populos, & prælia dicā. (*Apū.*)
1. Æn. 267 † --populósq; feroces
Contundet, moresq; viris, & mœnia ponet.
6. Æn. 683 * Fortè recensebat fata virûm, moresq; manúsque.
9. Æn. 253 †- præmia primùm Dii moresq; dabunt vestri.--
11. Æn. 347 * Cujus ob auspicium infaustum, moresq; sinistros.
12. Æn. 814 † Sermonem Ausonii patrium, moresq; tenebunt.

MVLIER, FOEMINA, MATRES, Matronæ, Muliebris, Fœmineus.

7. Æn. 665 *- sub luminis edidit auras Mista Deo mulier.--
11. Æn. 682 † Advenit qui vestra dies muliebribus armis
Verba redargueret, nomen tamen haud leve partum.
3. Geor. 215 *-- uritque videndo Fœmina.-- (*debellnis.*)
1. Æn. 368 † Pygmalionis opes: dux fœmina facti.
4. Æn. 93 * Egregiam verò laudem, & spolia ampla refertis,
Túque, puérq; tuus; magnum & memorabile nomen,
Vt a dolo Divûm si fœmina victa duorum est,
569 † -- varium & mutabile semper Fœmina.--
5. Æn. 6 * --notúmque furens quid fœmina possit.
6. Æn. 448 † It comes, & juvenis quondā, nunc fœmina Cæneus.
8. Æn. 407 * Inde ubi prima quies medio jam noctis abactæ
Curriculo expulerat somnum, ceu fœmina primùm,
Cui tolerare colo vitam, tenuiq; Minervâ,
Impositum cinerem, & sopitos suscitat ignes,
Noctem addens operi, famulásq; ad lumina longo
Exercet penso, castum ut servare cubile
Conjugis, & possit parvos educere natos:
Haud secùs Ignipotens, opera ad fabrilia surgit,

†--quid tam egregium si fœmina forti Fidis equo? 11. *Æn.* 700
*Fœmina palantes agit, atque hæc agmina vertit. 734
† Non ita, námq; etsi nullum memorabile nomen 2. *Æn.* 583
Fœmineâ in pœnâ est, nec habet victoria laudem.
* Fœminea exultant lunatis agmina peltis. 11. *Æn.* 6 8
† Longè illi Dea mater erit, quæ nube fugacem 12. *Æn.* 52
Fœmineâ tegat -- (*Turnus de Ænea*)
* Fœmineæ ardentem curæque, iræq; coquebant. 7. *Æn.* 345
† Bellatrix, non illa colo, calathísve Minervæ 810
Fœmineas assueta manus, sed prælia virgo
Dura pati, cursúq; pedum prævertere ventos, &c.
Turbáque miratur matrum.-- (*Camilla.*)
* At domus interior gemitu, miseróq; tumultu 2. *Æn.* 486
Miscetur, penitúsque cavæ plangoribus ædes
Fœmineis ululant, ferit aurea sydera clamor:
Tum pavidæ tectis matres ingentibus errant,
Amplexæq; tenent postes, atque oscula figunt.
† Hic Hecuba, & natæ nequicquam altaria circum 515
Præcipites atrâ ceu tempestate columbæ
Condensæ, & Divûm amplexæ simulacra tenebant.
*--penitus modò non genus omne perosos Fœmineū.- 9. *Æn.* 142
† Pulvis, & è speculis percussæ pectora matres 11. *Æn.* 872
Fœmineum clamorem ad cœli sydera tollunt.
* Buccina, tunc muros variâ cinxêre coronâ 475
Matronæ, puerìq; vocat labor ultimus omnes.
Necnon ad templum, summásq; ad Palladis arces,
Subvehitur magnâ matrum regina catervâ,
Dona ferens, juxtáque comes Lavinia virgo,
Causa mali tanti, atque oculos dejecta decoros:
Succedunt matres, & templum thure vaporant.
† Ipsa de muris summo certamine matres 886
(Monstrat amor verus patriæ) ut vidêre Camillam,
Tela manu trepidæ jaciunt, ac robore duro,
Stipitibus ferrum, sudibúsque imitantur obustis,
Præcipites, primæq; mori pro mœnibus audent.
* Tum studio effusæ matres, & vulgus inermum. 12. *Æn.* 131

Mater, *Parens*, *Genitrix*, *Creatrix*, *Parens*, *Noverca*, *Maternus*. *v.* *Nutrix*.

†--Berecynthia mater Læta Deûm partu:-- 6. *Æn.* 784
* Matre Deâ monstrante viam.-- (*Venere.*) 1. *Æn.* 382
† Incipe, parve puer, risu cognoscere matrem, 4. *Ecl.* 60
Matri longa decem tulerunt fastidia menses:
Incipe parve puer: cui non risêre parentes,

Nec Deus hunc mensâ, Dea nec dignata cubili est.

5. Ecl. 22 † Cùm complexa sui corpus miserabile nati,
Atque Deos, atque astra vocat crudelia mater.

9. Æn. 474 * Nuntia fama ruit, matrísque allabitur aures
Euryali, ac subitus miseræ calor ossa reliquit:
Excussi manibus radii, revolutáq; pensa;
Evolat infelix, & fœmineo ululatu,
Scissa comam, muros amens, atque agmina cursu
Prima petit; non illa virûm, non illa pericli,
Telorúmque memor, cœlum dehinc questibu implet:
Hunc ego te Euryale aspicio? tu-ne ille senectæ, &c.

6. Æn. 367 †-- si qua via est, si quâ tibi Diva creatrix Ostendit.-

8. Æn. 534 * Hoc signum cecinit missuram Diva creatrix.

2. Geor. 128 † Pocula si quando sævæ infecêre novercæ.

3. Ecl. 33 * Est mihi námque domi pater, est injusta noverca.

3. Geor. 282 † Hippomanes, quod sæpe malæ legêre novercæ.

10. Æn. 389 * Anchelomum thalamos ausum incestare novercæ.

7. Æn. 765 † Námq; ferunt famâ Hippolytû postquâ arte noverca
Occiderit, patriásq; explêrit sanguine pœnas
Turbatis distractus equis --

4. Æn. 227 * Non illum nobis genitrix pulcherrima talem
Promisit.--

2. Æn. 788 † Sed me magna Deûm genitrix his detinet oris.

2. Geor. 177 * Salve magna parens frugum, Saturnia tellus.

4. Æn. 363 † Nec tibi Diva parēs, generis nec Dardanus author.

2. Æn. 664 * Hoc erat alma parens, quòd me per tela, per ignes
Eripis?--

4. Æn. 478 † Illum terra parens irâ irritata Deorum.

1 Geor. 37 * --cingens maternâ tempora myrto.

6. Æn. 193 † Maternas agnoscit aves, lætúsque precatur.

4. Æn. 144 * Deserit ac Delum maternam invisit Apollo.

Soror, Germana.

11. Æn. 215 † Hîc matres, miseræq; nurus, hic chara sororum
Pectora mœrentum, puerıq; parentibus orbi
Dirum execrantur bellum, Turníque hymenæos.

6. Ecl. 65 * Aonas in montes ut duxerit una sororum.

2. Geor. 494 Panáque, Sylvanúmq; senem, Nympháſq; sorores.

4. Æn. 31 † Anna refert: ô luce magis dilecta sorori,

478 * Inveni germana viam, gratare sorori.

493 † Testor cara Deos & te germana tuúmque
Dulce caput, magicas invitam accingier artes.

12. Æn. 870 * Et germana Iovis, Saturníq; altera proles.

872 † Quid nunc te tua, Turne, potest germana juvare?

Ant quid jam miseræ superest mihi? quâ tibi lucem
Arte morer? -- (*Iuturna.*)
† -Divûm incedo regina, Iovísq; Et soror, & conjux.- 1. *Æn.* 46

MVNERA, DONA, PRÆMIA, Votum, Officium, Munuscula, Dare, Donare, Ditare, Donis accumulare, & onerare, Muneribus decorare, Dono dare, Munere concedere, Gratus, Ingratus.

Fistula, Damœtas dono mihi quam dedit olim. 2. *Ecl.* 37.44
* --quoniam sordent tibi munera nostra. 56
† Rusticus es Corydon, nec munera curat Alexis:
Nec si muneribus certes, concedat Iolas.
* -Phœbo sua semper apud me
Munera sunt lauri, & suave rubens Hyacinthus. 3. *Ecl.* 63
† Parta meæ Veneri sunt munera, námq; notavi
Ipse locum, aëriæ quo congessêre palumbes, 68
Quod potui puero, sylvestri ex arbore lecta
Aurea mala decem misi, cras altera mittam.
* Mella fluant illi, ferat & rubus asper amomum, 89
Qui te, Pollio, amat.--
† At tibi prima, puer, nullo munuscula cultu 4. *Ecl.* 18
Errantes hederas, fundet cum baccare tellus.
* An quicquam nobis tali sit munere majus? 5. *Ecl.* 53
† Quæ tibi, quæ tali reddam pro carmine dona? 81
* --extremum hoc munus morientis habeto. 8. *Ecl.* 60
† At tu sume pedum, quod me cùm sæpe rogaret 5. *Ecl.* 88
Non tulit Antigenes, & erat tum dignus amari,
Formosum paribus nodis, atque ære, Menalca.
* Protinus aërii mellis cœlestia dona Exequar.-- 4. *Geor.* 2
† Námque erit ille mihi semper Deus, illius aram 1. *Ecl.* 7
Sæpè tener nostris ab ovilibus imbuet agnus,
Ille meas errare boves, ut cernis, & ipsum,
Ludere quæ vellem calamo permisit agresti.
*--duæ Mortalibus ægris Munere concessæ Divûm.- 1. *Geor.* 264
† --tu munera supplex Tende petens pacem.-- 4. *Geor.* 534
* Munera præterea Iliacis erepta ruinis 1. *Æn.* 646
Ferre jubet: pallam signis, auróq; rigentem,
Et circumtextum croceo velamen acantho,
Ornatus Argivæ Helenæ.--
† Mirantur dona Æneæ.-- 708
* --Matris Ledæ mirabile donum. 651

1. Æn. 678 † Dona ferens pelago, & flammis restantia Trojæ.
71 * Sunt mihi bis septem præstanti corpore Nymphæ,
Quarum quæ formâ pulcherrima Deiopeiam,
Connubio jungam stabili, propriámq; dicabo,
Omneis ut tecum meritis pro talibus annos
Exigat, & pulchra faciat te prole parentem.
2. Æn. 17 † Votum pro reditu simulant, ea fama vagatur.
31 * Pars stupet innuptæ domum exitiale Minervæ.
43 † -aut ulla putatis Dona carere dolis Danaûm.
49 * Quidquid id est, timeo Danaos, & dona ferentes.
36 † Aut pelago Danaûm insidias, suspectáque dona
Præcipitare jubent, subjectísque urere flammis.
189 * Nam si vestra manus violasset dona Minervæ.
268 † Tempus erat, quo prima quies Mortalibus ægris
Incipit, & dono Divûm gratissima serpit.
3. Æn. 438 * -dominámque potentem Supplicibus supera donis.
464 † Dona dehinc auro gravia, sectóque elephanto
Imperat ad naves ferri, stipátque carinis
Ingens argentum, Dodonæósque lebetas,
Loricam consertam hamis, auróque trilicem. &c.
482 * Nec minùs Andromache digressu mœsta supremo.
Fert picturatas auri subtegmine vestes,
Et Phrygiam Ascanio chlamydem: nec cedit honori.
Textilibúsque onerat donis, ac talia fatur:
Accipe & hæc, manuũ tibi quæ monumenta mearum
Sint puer, & longum Andromaches testentur amorem
Conjugis Hectoreæ: cape dona extrema tuorum.

Gratus.

4. Æn. 333 † --ego te quæ plurima fando
Enumerare vales, nunquam, Regina, negabo
Promeritam, nec me meminisse pigebit Elisæ,
Dum memor ipse mei, dum spiritus hos reget artus.
Pro re pauca loquar.--
1. Æn. 548 * --officio nec te certasse priorem Pœniteat.--
5. Æn. 846 † Ipse ego paulisper pro te tua munera obibo.
7. Æn. 229 * Diis sedem exiguam patriis, littúsque rogamus
Innocuum, & cunctis undamque, aurámq; patentem.
Non erimus regno indecores: nec vestra feretur
Fama levis, tantíque abolescet gratia facti,
Nec Trojam Ausonios gremio excepisse pigebit.

Ingratus.

4. Æn. 373 † Nusquam tuta fides, ejectum littore, egentem
Excepi, & regni demens in parte locavi,

Amissam classem, sociósque à morte reduxi.
† -- Tyrióq; ardebat murice læna 4.Æn.262
Demissa ex humeris, dives quæ munera Dido
Fecerat, & tenui telas discreverat auro.
* Iámq; adeò donati omnes, opibúsque superbi. 5.Æn.269
† Tertia dona facit geminos ex ære lebetas, 266
Cymbiáque argento perfecta, atque aspera signis.
* Sergestum Æneas promisso munere donat 282
Servatam ob navem, lætus, sociósque reductos.
Olli serva datur operum haud ignara Minervæ.
† Invitat pretiis animos, & præmia ponit: 305
Nemo ex hoc numero mihi non donatus abibit:
Gnosia bina dabo levato lucida ferro
Spicula, cælatámq; argento ferre bipennem:
Omnibus hic erit unus honos, tres præmia primi
Accipient, flaváque caput nectentur olivâ.
Primus equum phaleris insignem victor habeto:
Alter Amazoniam pharetram, plenámq; sagittis
Threïciis, lato quam circum amplectitur auro
Balteus, & tereti subnectit fibula gemmâ.
Tertius Argolicâ hac galeâ contentus abito.
* -- extremum hoc miseræ det munus amanti. 4.Æn.429
† Muneráq; in naveis ternos aptare juvencos, 5.Æn.247
Vináque, & argenti magnum dat ferre talentum,
Ipsis præcipuos ductoribus addit honores:
Victori chlamydem auratam, quam plurima circum
Purpura Mæandro duplici Melibœa cucurrit. &c.
* At qui deinde locum tenuit virtute secundum 258
Lævibus huic hamis consertam, auróque trilicem
Loricam. --
† Tum pater Æneas, vestra, inquit, munera vobis 348
Certa manent pueri, & palmam movet ordine nemo.
Sic fatus, tergum Getuli immane leonis
Dat Salio villis onerosum, atque unguibus aureis.
Hic Nisus, Si tanta, inquit, sunt præmia victis,
Et te lapsorum miseret, quæ munera Niso
Digna dabis, primam merui qui laude coronam?
* Et clypeum efferri jussit, Didymaonis artes, 359
Neptuni sacro Danaïs de poste refixum:
Hoc juvenem egregium præstanti munere donat.
Pòst ubi confecti cursus, & dona peregit.
† Sic ait, & geminum pugnæ proponit honorem: 365
Victori, velatum auro, vittísque juvencum;

Ensem, atque insignem galeam, solatia victo.
5. Æn. 478 † Qui donum astabat pugnæ. -- (*juvencus.*)
532 * Muneribus cumulat magnis, ac talia fatur.
535 † Ipsius Anchisæ longævi hoc munus habebis,
Cratera impressum signis, quem Thracius olim
Anchisæ genitori in magno munere Cysseus
Ferre sui dederat monimentum, & pignus amoris.
543 * Proximus ingreditur donis qui vincula rupit.
570 † Extremus, formâq; ante omnes pulcher Iülus,
Sidonio invectus equo, quem candida Dido
Esse sui dederat monumentum, & pignus amoris.
6. Æn. 408 * - Ille admirans venerabile donum Fatalis virgæ. --
525 † Intra tecta vocat Menelaum, & limina pandit,
Scilicet id magnum sperans fore munus amanti.
884 * Purpureos spargam flores animámque nepotis,
His saltē accumulē donis, & fungar inani Munere. --
142 † Hoc sibi pulchra suum ferri Proserpina munus
Instituit -- (*De ramo aureo.*)
224 * -- congesta cremantur Thurea dona. --
7. Æn. 186 † -- huc dona Sacerdos Contulit. --
243 * Dat tibi prætereà fortunæ parva prioris
Munera relliquias Trojâ ex ardente receptas,
Hoc pater Anchises auro libabat ad aras:
Hoc Priami gestamen erat, cùm jura vocatis
More daret populis, sceptrúmque, sacérq; Tiaras,
Iliadúmq; labor vestes. --
251 † (*Latinum.*) -- nec purpura Regem
Picta movet, nec sceptra movent Priameïa tantùm.
8. Æn. 612 * En perfecta mei promissâ conjugis arte
Munera. -- (*Venus Æneæ.*)
617 † Ille Deæ donis, & tanto lætus honore,
Expleri nequit, atq; oculos per singula volvit.
464 * Sermonum memor, & promissi muneris heros.
9. Æn. 26 † Bina dabo argento perfecta, atque aspera signis
Pocula, devictâ genitor quæ cepit Arisbâ,
Et tripodas geminos, auri duo magna talenta:
Cratera antiquum, quem dat Sidonia Dido. &c.
Vidisti, quo Turnus equo, quibus ibat in armis
Aureus? ipsum illum clypeum, cristásq; rubenteis
Excipiam sorti, jam jam nunc tua præmia, Nise.
Prætereà bis sex genitor lectissima matrum
Corpora, captivósque dabit, suáq; omnibus arma,
283 * -- sed te super omnia dona

Vnum oro, genitrix Priami de gente vetustâ
Est mihi, quam miseram tenuit non Ilia tellus.
† Multa virûm solido argento perfecta relinquunt — 9. Æn. 357
Armáque, craterásq; simul, pulchrósque tapetas,
Euryalus phaleras Rhamnetis, & aurea bullis
Cin ula, Tyburti Remulo ditissimus olim,
Quæ mittit dona, hospitio cùm jungeret absens.
* -- & tua largâ — 10. Æn. 619
Sæpè manu, multísque oneravit limina donis.
† --*quid si, quod voce gravaris Mente dares? -- 628
* Quid tibi nunc, miserande puer, pro laudibus istis, 825
Quid pius Æneas tantâ dabit indole dignum?
† Ite (ait) egregias animas, quæ sanguine nobis — 11. Æn. 24
Hanc patriam peperêre suo: decorate supremis
Muneribus. -
* Legati responsa ferunt: nihil omnibus actum — 227
Tantorum impensis operum, nil dona, nec aurum,
Nec magnas valuisse preces: alia arma Latinis
Quærenda. --
† Munera præferimus, nomen, patriámq; docemus. 247
* Vnum etiam donis istis, quæ plurima mitti — 352
Dardanidis, ducíq; jubes, unum optime Regum
Adjicias, nec te ullius violentia vincat,
Quin etiam egregio g nero, digniśq; Hymenæis
Des pater, & pacem hanc æterno fœdere jungas.

v. Præmia.

MVNDVS, ORBIS, ET EIVS Creatio.

ET penitùs toto divisos orbe Britannos. — 1. Ecl. 67
† -- ac toto surget gens aurea mundo. — 4. Ecl. 9
* Aspice convexo nutantem pondere mundum, — 50
Terrásque, tractúsque maris, cœlúmq; profundum.
† -- quo tempore primùm — 1. Geor. 61
Deucalion vacuum lapides jactavit in orbem,
Vnde homines nati, durum genus. --
* Non alios primâ nascentis origine mundi — 2. Geor. 336
Illuxisse dies, aliúmve habuisse tenorem
Crediderim: ver illud erat, ver magnus agebat
Orbis, & hybernis parcebant flatibus Euri.
† Cùm primùm lucem pecudes hausêre, virûmque — 340
Ferrea progenies duris caput extulit arvis,

Immissæque feræ sylvis, & sydera cœlo.

6. Ecl. 31 † Námque canebat, uti magnum per inane coacta
Semina terrarúmque, animæq; , marísve fuissent,
Et liquidi simul ignis; ut his exordia primis
Omnia, & ipse tener mundi concreverit orbis.
Tum durare solum, & discludere Nerea ponto
Cœperit, & rerum paulatim sumere formas.
Iámq; novum ut terræ stupeant lucescere Solem:
Altiùs atque cadant submotis nubibus imbres.
Incipiant sylvæ cum primùm surgere, cúmq;
Rara per ignotos errent animalia montes.
Hinc lapides Pyrrhæ jactos, Saturnia regna,
Caucaseásq; refert volucres, furtúmq; Promethei.

1. Geor. 9 * -- vos, ô clarissima mundi Lumina. --

232 † Per duodena regit mundi Sol aureus astra.
Quinque tenent cœlum zonæ, quarum una corusco
Semper Sole rubens, & torrida semper ab igni:
Quam circum extremæ dextrâ, lævâque trahuntur:
Cæruleâ glacie concretæ, atque imbribus atris.
Has inter, mediámque, duæ Mortalibus ægris
Munere concessæ Divûm, & via secta per ambas,
Obliquus quà se Signorum verteret ordo.
Mundus ut ad Scythiam, Riphæásque arduus arces
Consurgit, premitur Libyæ devexus in Austros.
Hic vertex nobis semper sublimis, at illum
Sub pedibus Styx atra videt, Manésq; profundi.

26 * Terrarúmque velis curam, & te maximus orbis
Auctorem frugum, tempestatúmque potentem
Accipiat. -- (*de Cæsare.*)

7. Æn. 223 † -- quibus actus uterque
Europæ, atque Asiæ fatis concurrerit orbis:
Audiit, & si quem tellus extrema refuso
Summovet Oceano, & si quem extenta plagarum
Quattuor in medio dirimit plaga Solis iniqui.

2. Geor. 122 * Aut quos Oceano propior gerit India lucos,
Extremi sinus orbis.

12. Æn. 707 † - stupet ipse Latinus,
Ingentes genitos diversis partibus orbis.

4. Ecl 18. * Pacatúmque reget patriis virtutibus orbem.

2. Geor. 118 † Aspice & extremis domitum cultoribus orbem.

1. Æn. 461 * Belláque jam famâ totum vulgata per orbem.

237 † Cunctus ob Italiam terrarum clauditur orbis.

4. Æn. 607 * Sol, qui terrarum flammis opera omnia lustras.

† Et quo sub cœlo tandem, quibus orbis in oris — 1. Æn. 335
Iactemur, doceas: ignari hominúmque, locorúmq;
Erramus. --
* Principio cœlum ac terras, campósque liquentes, — 6. Æn. 724
Lucentémq; globum Lunæ, Titaniáq; astra,
Spiritus intùs alit, totámq; infusa per artus
Mens agitat molem, & magno se corpore miscet.
Inde hominum, pecudúmque genus, vitæq; volantum,
Et quæ marmoreo fert monstra sub æquore pontus.
† Filius huic contrà, torquet qui sydera mundi. — 9. Æn. 93

MVRMVRARE, IMMVRMVRARE, Mussare, Fremere, Susurrare, Strepere, Strepitare: Murmur, Fremor, Fremitus, Fremens, Frendens, Infrendens, Fragor, Fragosus, Susurrus, Strepitus, &c.

SPumea semifero sub pectore murmurat unda. — 10. Æn. 212
* Fit sonitus, mussántque oras, & limina circum. — 4. Æn. 188
† Quid fortuna ferat populi, sed dicere mussant. — 11. Æn. 345
* Flent mœsti, mussántque patres: hic undiq; clamor — 454
Dissensu vario magnus se tollit ad auras.
† In te oculos referunt, mussat Rex ipse Latinus, — 12. Æn. 658
Quos generos vocet, aut quæ sese ad fœdera flectat.
* Stat pecus omne metu mutum, mussántq; juvencæ, — 718
Quis pecori imperitet, quem tota armenta sequantur.
† Venti indignantes magno cum murmure montis — 1. Æn. 55
Circum claustra fremunt. --
* -- cuncti simul ore fremebant Dardanidæ. -- — 559
† Lamentis, gemitúque, & fœmineo ululatu — 4. Æn. 667
Tecta fremunt, resonat magnis plangoribus æther.
* Mutati transversa fremunt. -- (*Venti.*) — 5. Æn. 19
† Ergo omnes magno circùm clamore fremebant. — 6. Æn. 175
* Vt pelagi rupes, magno veniente fragore, — 7. Æn. 587
Quæ sese, multis circùm latrantibus undis
Mole tenet, scopuli nequicquam, & spumea circùm
Saxa fremunt, laterique illisa refunditur alga.
† Lætitiâ, ludísque viæ, plausúque fremebant. — 8. Æn. 717
* Post tergum nodis, fremet horridus ore cruento. — 1. Æn. 296
† Cùm fremit ad caulas ventos perpessus, & imbres. — 6. Æn. 60
* Trinacriæ mirata fremit, Trojæque Iuventus. — 5. Æn. 555
† -- unda cadens raucû per lævia murmur Saxa ciet. -- — 1. Geor. 109

9. *Ecl.* 58 * Aspice ventosi ceciderunt murmuris auræ.
4. *Æn.* 210 † Terrificant homines, & inania murmura miscent.
10. *Æn.* 96 * Talibus orabat Iuno, cunctiq; fremebant
Cœlicolæ assensu vario, ceu flamina prima
Cùm deprensa fremunt sylvis, & cæca volutant
Murmura, venturos nautis prodentia ventos.
11. *Æn.* 296 † Vix ea legati: variúsque per ora cucurrit
Ausonidum turbata fremor: ceu saxa morantur
Cùm rapidos amnes, clauso fit gurgite murmur,
Vicinæq; fremunt ripæ crepitantibus undis,
Vt primùm placati animi, & trepida ora quierunt.
2. *Æn.* 338 * Quò fremitus vocat, & sublatus ad æthera clamor.
11. *Æn.* 607 † Adventúsq; virûm fremitúsque ardescit equorum.
12. *Æn.* 398 * Stabat acerba fremens, ingentem nixus in hastam.
82 † Poscit equos, gaudétque tuens ante ora frementes.
7. *Æn.* 638 * Ille frementes Ad juga cogit equos. --
5. *Æn.* 338 † Prima tenet, plausúque volat, fremitúque secundo.
9. *Æn.* 54 * Clamore excipiunt socii, fremitúque sequuntur.
1. *Geor.* 356 † Continuò ventis surgentibus, aut freta ponti
Incipiunt agitata tumescere, & aridus altis
Montibus audiri fragor, aut resonantia longè
Littora misceri, & nemorum increbrescere murmur.
5. *Æn.* 677 * Sylva locum, & magno cedunt virgulta fragore.
567 † Vrget utrinque latus nemoris, medióque fragosus
Dat sonitum saxis, & torto vortice torrens.
4 *Geor.* 260 * Tum sonus auditur gravior, tractímque susurrant,
Frigidus ut quondam sylvis immurmurat auster,
Vt mare sollicitum stridet refluentibus undis,
Æstuat ut clausis rapidus fornacibus ignis.
6. *Æn.* 709 † - strepit omnis murmure campus
9. *Æn.* 808 * - strepit assiduo cava tẽpora circũ Tinnitu galea. --
10. *Æn.* 568 † Tot paribus strepere clypeis. -
1. *Geor* 412 * Nescio quâ præter solitum dulcedine læti
Inter se foliis strepitant. -- (*Corvi.*)
8. *Æn.* 305 † Consonat omne nemus strepitu, collésque resultant.
3. *Geor.* 79 * Nec vanos horret strepitus. -- (*Equus.*)
9. *Æn.* 394 † Audit equos, audit strepitus, & signa sequentum.
1. *Æn.* 422 * Miratur portas, strepitúmque, & strata viarum.
2. *Geor* 492 † Subjecit pedibus, strepitúmq; Acherontis avari.
6. *Æn.* 559 * Constitit Æneas, strepitúmque exterritus hausit.

MVSÆ, SORORES, DEÆ, Divæ, Nymphæ: Camœnæ, Pierides, Sicelides, Libethrides, Phœbi chorus: Parnassus, Castalia, Pindus, Helicon: Permessus, Montes Aones, Aganipe, Aonius vertex, &c.

ALternis dicetis: amant alterna Camœnæ.	3. *Ecl.* 59
† Sicelides Musæ, paulò majora canamus.	4. *Ecl.* 1
* Me verò primùm, dulces ante omnia Musæ, Quarum sacra fero, ingenti perculsus amore Accipiant, cœlíque vias, & sydera monstrent.	2. *Geor.* 475
† Quis Deus hanc, Musæ quis nobis extudit artem?	4. *Geor.* 315
* Quis Deus, ô Musæ, tam sæva incendia Teucris?	9. *Æn.* 77
† Musa mihi causas memora, quo numine læso.	1. *Æn.* 8
* Pandite nunc Helicona Deæ, cantúsque movete.	7. *Æn.* 643
† Hæc sat erit vestrum, Divæ, meminisse Poëtam,	10 *Ecl.* 70
* Tu vatem, tu Diva mone, dicam horrida bella.	7. *Æn.* 41
† Aonas in montes ut duxerit una Sororum.	6. *Ecl.* 65
* Pergite Pierides. Chromis, & Mnasylus in antro.	13
† Dicite Pierides, Non omnia possumus omnes.	8. *Ecl.* 63
* -- & me fecêre Poëtam Pierides. --	9. *Ecl.* 33
† Pierides, vos hæc facietis maxima Gallo.	10. *Ecl.* 72
* Pierides, vitulam pastori pascite vestro.	3. *Ecl.* 85
† Vtque viro Phœbi chorus assurrexerit omnis.	6. *Ecl.* 66
* Nymphæ, noster amor, Libethrides, aut mihi carmen Qualemeo Codro, concedite. --	7. *Ecl.* 21
† Sed me Parnassi deserta per ardua dulcis Raptat amor: juvat ire jugis, quà nulla priorum Castaliam molli divertitur orbita clivo.	3. *Geor.* 291
* Nam neque Parnassi vobis juga, nam neque Pindi Vlla moram fecêre, neque Aonia Aganippe.	10. *Ecl.* 11
† Primus ego in patriam mecū (modò vita supersit) Aonio rediens deducam vertice Musas.	3. *Geor.* 10
* Pandite nunc Helicona Deæ, cantúsq; movete.	10. *Æn.* 163
† Tum canit errantem Permessi ad flumina Gallum.	6. *Ecl.* 64
* Vos, ô Calliope, precor aspirate canenti.	9. *Æn.* 525
† Et meministis enim Divæ, & memorare potestis.	7. *Æn.* 415
* Carmina Calliope libris Heroïca mandat.	*In Epigr.*
† Non me carminibus vincet, nec Thracius Orpheus, Nec Linus, huic mater quamvis, atq; huic pater adsit: Orphei Calliopeia, Lino formosus Apollo.	4. *Ecl.* 55
* Prima Syracusio dignata est ludere versu,	6. *Ecl.* 1

Nostra nec erubuit sylvas habitare Thalia.

5. Æn. 82 † Nesæe, Spióque, Thaliáque, Cymodocéque.

In Epigr. * Comica lascivo gaudet sermone Thalia.

7. Æn. 37 † Nunc age, qui Reges Erato, quæ tempora rerum &c.
Expediam, & primæ revocabo exordia pugnæ.

In Epigr. * Plectra gerens Erato saltat pede, carmine, vultu.

4. Geor. 339 † Clióque, & Beroë soror. Oceanitides ambæ,
Ambæ auro, pictis incinctæ pellibus ambæ.

In Epigr. * Clio gesta canens transactis tempora reddit.

De M s. inventu. † Melpomene tragico proclamat mœsta boatu,
Dulciloquis calamos Euterpe flatibus urget:
Vranie cœli motus scrutatur, & astra:
Signat cuncta manu, loquitur Polyhymnia gestu.

v. Invocatio, & Poëta.

NATVS, FILIVS, PVER, SATVS; Creatus, Cretus, Gens, Genitus, Generatus, Sanguis, Progenies, Proles, Stirps, Soboles: Nothus, &c.

1. Æn. 668 NAte, meæ vires, mea magna potentia solus.

75 * - & pulchrâ faciat te prole parentem.

2. Æn. 138 † Nec dulces natos, exoptatúmque parentem. -

594 * Nate, quis indomitas tantus dolor excitat iras?

6. Æn. 89 † Natus & ipse Deâ. -- (Achilles.)

4. Æn. 33 * Nec dulces natos, Veneris nec præmia nôris.

7. Æn. 413 † Conjugis, & parvos possit educere natos.

9. Æn. 604 * Durum à stirpe genus, natos ad flumina primùm
Deferimus, sævóq; gelu duramus, & undis.

4. Geor. 152 † Solæ communes natos, consortia tecta
Vrbis habent. -- (Apes.)

3. Geor. 177 * Sed tota in dulces consument ubera natos: (Vaccæ.)

2. Æn. 789 † Iámque vale, & nati serva communis amorem.

5. Æn. 285 * Cressa genus Pholoë, geminíq; sub ubere nati.

1. Æn. 324 † Sic Venus, at Veneris contrà sic filius orsus.

7. Æn. 50 * Filius huic fato Divûm, proléfque virilis
Nulla fuit, primâq; oriens erepta juventâ est.

654 † Filius huic juxtà Lausus, quo pulchrior alter.

4. Æn. 93 * Egregiam verò laudem, & spolia ampla refertis,
Tûq;, puérq; tuus. -- (Venus & Cupido.)

† Incipe parve puer, risu cognoscere matrem. 4. Ecl. 60
* Disce puer, virtutem ex me, verúmque laborem, 12. Æn. 435
Fortunam ex aliis. - (*Æneas Iulo.*)
† Hic Ammone satus, raptâ Garamantide Nymphâ. 4. Geor. 198
* Tum satus Anchisa cunctis ex more vocatis. 5. Æn. 244
† - sate sanguine Divûm Tros Anchisiade. -- 6. Æn. 124
* -- Salmone creatos Quattuor hîc juvenes rapit. -- 10. Æn. 517
† Instaurat acies Vulcani stirpe creatus Cæculus. -- 543
* (*Sinonem.*) hortamur fari, quo sanguine cretus. 2. Æn. 76
† Venisse Æneam Trojano à sanguine cretum. 4. Æn. 191
* Electrâ (ut Graii perhibent) Atlantide cretus. 8. Æn. 135
† Quid meus Æneas in te committere tantùm, 1. Æn. 235
Quid Troës potuêre? -- (*Venus Iovi.*)
* (*Hecuba Priamo*) -- nec defensoribus istis 2. Æn. 521
Tempus eget: non si ipse meus nunc afforet Hector.
† Saltem si qua mihi de te suscepta fuisset 4. Æn. 327
Ante fugam soboles, si quis mihi parvulus aulâ
Luderet Æneas, qui te tantum ore referret.
* Et primum Antiphaten (is enim se primus agebat) 9. Æn. 696
Thebanâ de matre nothum Sarpedonis alti,
Conjecto sternit jaculo, volat Itala cornus.
† Illorum de gente, patri quos Dædala Circe 7. Æn. 282
Suppositâ de matre nothos furata creavit.
* (*Dranci.*) -- genus huic materna superbum 11. Æn. 340
Nobilitas dabat, incertum de patre ferebat.

NATA, FILIA.

† Est mihi nata, viro gentis quam jungere nostræ. 7. Æn. 268
* Multa super natâ lacrymans, Phrygiisq; hymenæis. - 358
† Oscula libavit natæ. -- (*Iupiter Veneri.*) 1. Æn. 260
* Hic thalamum invasit natæ, vetitósq; hymenæos, 6. Æn. 623
Ausi omnes immane nefas, ausóque potiti.
† Hic Hecuba, & natæ nequicquam altaria circum. 2. Æn. 515
* Iliadum hîc una è multis, quæ maxima natu 5. Æn. 644
Pyrgo, tot Priami natorum regia nutrix.
† Ne pete connubiis natam sociare Latinis. 7. Æn. 96
* Me natam nulli veterũ sociare procorum Fas erat. -- 12. Æn. 27
† Prodiderim natam, & connubia nostra petentem. 42
* Sola domum, & tantas servabat filia sedes, 7. Æn. 52
Iam matura viro, jam plenis nubilis annis. &c.
† Arma rogo, genitrix nato, te filia Nerei, 8. Æn. 383
Te potuit lacrymis Tithonia flectere conjux.
* Filia prima manu flavos Lavinia crines. 12. Æn. 601
† Præterea sceptrum Ilione quod gesserat olim, 1. Æn. 657.

Maxima natarum Priami , collóque monile.
v. Gens, Ibique *Conjanguineus.*

NAVIS, NAVIGIVM, CYMBA, Rates, Lembus, Biremes, Carina. Puppis Prora, Classis, Trabs cava, Pinus, Abies: Carbasus, Vela, Antennæ, Anchora, Gubernâculum, Clavus, Remi, Palmula, Contus, Vincula, Funes, Retinacula, Rudentes, Transtra, Fori, Saburra: Portus, Ostia, Statio, &c.

1. *Æn.* 120 IAm validam Ilionei navem, jam fortis Achatæ,
Et quâ vectus Abas, & quâ grandævus Alethes,
Vicit hyems: laxis laterum compagibus omnes
Accipiunt inimicum imbrem, rimísque fatiscunt.
4. *Geor.* 104 † Vt cymbæ instabiles fluctu jactante saburram.
505 * Illa quidem Stygiâ nabat jam frigida cymbâ.
1. *Geo.* 200 † In pejus ruere, ac retrò sublapsa referri:
Non aliter, quam qui adverso vix flumine lembum
Remigiis subigit. --
1. *Æn.* 103 * Velum adversa ferit, fluctúsq; ad sydera tollit,
Franguntur remi, tum prora avertit & undis
Dat latus. --
114 † Ipsius ante oculos ingens à vertice pontus
In puppim ferit, excutitur pronúsque magister.
113 * Vnam, quæ Lycios, fidúmq; vehebat Orontem.
167 † -- hîc fessa non vincula naveis
Vlla tenent, unco non alligat anchora morsu.
181 * Iactatum vento videat, Phrygiásque biremes.
380 † Bis denis Phrygium conscendi navibus æquor.
383 * Vix septem convulsæ undis, Euróque supersunt.
389 † Namq; tibi reduces socios, classémq; relatam
Nuncio, & in tutum versis Aquilonibus actam.
550 * Quassatam ventis liceat subducere classem,
Et sylvis aptare trabes, & stringere remos.
2. *Æn.* 23 † Nunc tantùm sinus, & statio malefida carinis.
179 * Quod pelago, & curvis secum advexêre carinis.
198 † Non anni domuêre decem, non mille carinæ.
3. *Æn.* 71 * Deducunt socii naves, & littora complent.
135 † Iámq; ferè sicco subductæ littore puppes.
549 * Cornua velatarum obvertimus antennarum.
472 † Intereà classem velis aptare jubebat
Anchises, fieret vento mora ne qua ferenti.

† Auræ vela vocant, inflatur carbasus Austro. 3. Æn. 557
* Felix, heu! nimiùm felix, si littora tantùm 4. Æn. 657
Nunquam Dardaniæ tetigissent nostra carinæ.
† Quòque magis fessas optem dimittere naveis. 5. Æn. 29
* Festinare fugam, tortósque incidere funes. 4. Æn. 575
† Quà cursus, ventúsq;, gubernatórque vocabant, 3. Æn. 269
* Ipse gubernator puppi Palinurus ab altâ. 5. Æn. 12
† Rectorem navis compellat voce Menœtem: 161
Littus ama, & lævas stringat sine Palmula cautes.
* Parte prior, partem rostro premit æmula Pristis. 187
† Inde Gyan, ipsámque ingenti mole Chimæram 223
Consequitur, cedit, quoniam spoliata magistro est.
* Ipse gubernaclo rector subit, ipse magister, 176
Hortatúrq; viros, clavúmque ad littora torquet.
† Cùm sævo è scopulo multà vix arte revulsus, 270
Amissis remis, atque ordine debilis uno,
Irrisam sine honore ratem Sergestus agebat:
Qualis sæpe viæ deprensus in aggere serpens. &c.
* Tali remigio navis se tarda movebat, 280
Vela facit tamen, & plenis subit ostia velis.
† Ipsi trastra novant, flammísque ambesa reponunt 752
Robora navigiis, aptant remósque rudentésq;
* Quin agite & mecum infaustas exurite puppes. 635
† Pars spoliant aras, frondem ac virgulta, facésq; 662
Conjiciunt, furit immissis Vulcanus habenis
Transtra per, & remos, & pictas abiete puppes.
* Implentúrque super puppes, semiusta madescunt 696
Robora, restinctus donec vapor omnis & omnes,
Quattuor amissis, servatæ à peste carinæ.
† Ipse ratem conto subigit, velísque ministrat, 6. Æn. 302
Et ferrugineâ subvectat corpora cymbâ. (*Charon.*)
* Námq; gubernaclum multâ vi fortè revulsum, 349
Cui datus hærebam custos, cursúsque regebam,
Præcipitans traxi mecum: maria aspera juro,
Non ullum pro me tantum cepisse timorem,
Quàm tua ne spoliata armis, excussa magistro,
Deficeret tantis navis surgentibus undis.
† Cæruleam advertit puppim, ripæq; propinquat. 410
Inde alias animas, quæ per juga longa sedebant,
Deturbat, laxátque foros, simul accipit alveo
Ingentem Æneam: gemuit sub pondere cymba
Sutilis, & multam accepit rimosa paludem. &c.
* Tum se ad Caietæ recto fert littore portum: 900

Anchora de prora jacitur : ſtant littore puppes.

8. Æn. 79 * Sic memorat, geminâſque legit de claſſe biremes;
Remigióq; aptat, ſocios ſimul inſtruit armis.

90 † -- rumore ſecundo Labitur uncta vadis abies. --

9. Æn. 78 * -- tantos ratibus quis depulit ignes?

91 † Neu curſu quaſſatæ ullo, neu turbine venti
Vincantur, proſit noſtris in montibus ortas.

95 * Mortaline manu factæ, immortale carinæ
Fas habeant? certúſq; incerta pericula luſtret,
Æneas? cui tanta Deo permiſſa poteſtas?

98 † Imò ubi defunctæ, finem, portúſque tenebunt
Auſonios: olim quæcunque evaſerit undis,
Dardaniúmq; ducem Laurentia vexerit arva,
Mortalem eripiam formam, magniq; jubebo
Æquoris eſſe Deas, qualis Nereïa Doto, &c.

108 * -- cùm Turni injuria matrem
Admonuit ſacris ratibus depellere tædas.

116 † Quàm ſacras dabitur pinus, vos ite ſolutæ,
Ite Deæ pelagi, genitrix jubet, & ſua quæque
Continuò puppes abrumpunt vincula ripis,
Delphinúmque modo demerſis æquora roſtris
Ima petunt: hinc virgineæ (mirabile monſtrum)
Reddunt ſe totidem facies, pontóque feruntur
Quot prius æratæ ſteterant ad littora proræ.

10. Æn. 156 * Extremo commiſſa duci Æneïa puppis,
Prima tenet roſtro Phrygios ſubjuncta Leones.

218 † Ipſe ſedens, clavúmq; regit, velíſque miniſtrat.

301 * Donec roſtra tenent ſiccum, & ſedêre carinæ
Omnes innocuæ, ſed non puppis tua Tarchon,
Námq; inflicta vadis dorſo dum pendet iniquo,
Anceps ſuſtentata diu, fluctúſque fatigat,
Solvitur atque viros mediis exponit in undis
Fragmina remorum, quos, & fluitantia tranſtra
Impediunt, rettahítque pedes ſimul unda relabens,

11. Æn. 325 † Eſt animus, poſſúntq; ſolo decedere noſtro,
Bis denas Italo texamus robore naveis;
Seu plures complere valent, jacet omnis ad undam
Materies: ipſi numerúmque, modúmque carinis
Præcipiant, nos æra, manus, navalia demus.

3. Æn. 191 * Vela damus, vaſtúmq; cavâ trabe currimus æquor.

v. Navigare, mox.

NAVIGARE, NARE, ADNARE, *Innare, Natare, Tranare, &c.* Phrases item hîc varias *Appellendi* atque *de Portu solvendi* reperies.

NOn aliter, quàm qui adverso vix flumine lembũ Remigiis subigit, si brachia fortè remisit, Atque illum in præceps prono rapit alveus amne. — 1. *Geor.* 201
* Et quando infidum remis impellere marmor Conveniat, quando armatas deducere classes. — 254
† Ceu pressæ cùm jam portum tetigêre carinæ, Puppibus & læti nautæ imposuêre coronas. — 303
Jam sibi tum curvis malè temperat unda carinis: Cùm medio celeres revolant ex æquore mergi.
* Omnia tunc pariter vento, nimbísq; videbis Fervere: non illâ quisquam me nocte per altum Ire, neque à terrâ moneat convellere funem. — 456
† Aut summâ nantes in aquâ colludere plumas. — 369
* Dant alios aliæ fœtus, dant utile lignum Navigiis pinos, domibus cedrósque, cupressósque. — 2. *Geor.* 443
† -- & pandas ratibus posuêre carinas. — 445
* Nec non & torrentem undam levis innatat alnus. — 451
† Sollicitant alii remis freta cæca. -- — 503
* Sed nos immensum spatiis confecimus æquor. — 542
† Primus & ire viam, & fluvios tentare minaces Audet, & ignoto sese committere ponti. (*Equus.*) — 3. *Geor.* 77
* Carpere prata fugâ, fluviósque innare rapaces. — 143
† -- superant montes, & flumina tranant. — 271
* -- nempe abruptis turbata procellis — 260
† Cæcâ nocte natat serus freta. --. — 262
* Vela traham, & terris festinem advertere proram. — 4. *Geor.* 117
† Accepítque sinu vasto, misítque sub amnem, Iámque domum mirans genitricis, & humida regna, Ibat & ingenti motu stupefactus aquarum: Omnia sub magnâ labentia flumina terrâ. — 362
* Illa quidem Stygiâ nabat, jam frigida cymbâ. — 506
† Vix è conspectu Siculæ telluris in altum Vela dabant læti, & spumas salis ære ruebant. — 1. *Æn.* 34
* Atque rotis summas levibus perlabitur undas. — 147
† (*Neptunus.*) -- Æquora postquàm Prospiciens genitor, cœlóque invectus aperto, Flectit equos, currúque volans dat lora secundo. — 154
Defessi Æneadæ quæ proxima littora cursu — 156

Contendunt petere, & Libyæ vertuntur ad oras.

1. Æn. 170 * -- ac magnò telluris amore
Egressi optatâ potiuntur Troës arenâ,
Et sale tabenteis artus in littore ponunt.

306 † -- quas vento accesserit oras.

331 * -- vento hûc, & vastis fluctibus acti.

361 † -- naveis quæ forte paratæ
Corripiunt, oneréntq; auro: portantur avari
Pygmalionis opes pelago, dux fœmina facti.

380 * Bis denis Phrygium conscendi navibus æquor,
Matre Deâ monstrante viam. --

398 † Haud aliter puppésque tuæ pubésque tuorum
Aut portum tenet, aut pleno subit ostia velo.

540 * -- hûc pauci vestri adnavimus oris,

122 † Apparent rari nantes in gurgite vasto.
Bella cient, primâque vetant consistere terrâ.

2. Æn. 25 * Nos abiisse rati, & vento petiisse Mycenas.

203 † Ecce autem gemini à Tenedo tranquilla per alta
Incumbunt pelago, paritérq; ad littora tendunt.

254 * Et jam Argiva phalanx instructis navibus ibat,
Littora nota petens. --

295 † Magna pererrato statues quæ denique ponto.

780 * Longa tibi exilia, & vastum maris æquor arandum.

3. Æn. 7 † Incerti quò fata ferant, ubi sistere detur.

11 * -- feror exul in altum Cum sociis. --

61 † Linquere pollutũ hospitiũ, & dare classibus austros.

69 * Inde ubi prima fides pelago, placatáque venti
Dant maria, & lenis crepitans vocat Auster in altum.
Deducunt socii naves, & littora complent:
Provehimur portu: terræque, urbésque recedunt.

116 † Nec longo distant cursu (modò Iuppiter adsit)
Tertia lux classem Cretæis sistet in oris.

124 * Linquimus Ortygiæ portus pelagóque volamus.

128 † Nauticus exoritur vario certamine clamor:
Hortamur socii. Cretam, proavósque petamus:
Prosequitur surgens à puppi ventus euntes,
Et tandem antiquis Curetum allabimur oris.

157 * Nos tumidum sub te permensi classibus æquor.

191 † Vela damus vastúmque cavâ trabe currimus æquor.
Postquàm altum tenuêre rates: nec jam ampliùs ullæ
Apparent terræ, cœlum undiq;, & undiq; pontus.

205 * Quarto terra die primùm se attollere tandem
Visa, aperire procul montes, ac volvere fumum,

Vela cadunt, remis insurgimus, haud mora nautæ
Adnixi torquent spumas, & cærula verrunt.
* -- tum littore funem 3. Æn. 266
Diripere, excussósque jubet laxare rudentes,
Tendunt vela Noti: fugimus spumantibus undis,
Quà cursum, ventúsq; gubernatórq; vocabant:
Iam medio ap paret fluctu nemorosa Zacynthos.
† Anchora de prorâ jacitur stant littore puppes, 277
Ergo insperata tandem tellure potiti,
Lustramúrq; Iovi, votísque incendimus aras.
* Linquere tum portus jubeo, & consídere transtris, 289
Certatim socii feriunt mare, & æquora verrunt.
† Iámq; dies, altérque dies processit, & auræ 556
Vela vocant tumidóque inflatur carbasus Austro.
* Antè, & Trinacriâ lentandus remus in undâ: 384
Et salis Ausonii lustrandum navibus æquor.
† Quamvis increpitent soci, & vi cursus in altum 454
Vela vocet, possísque sinus implere secundos.
* Remigium supplet, socios simul instruit armis. 471
† Ecce tibi Ausoniæ tellus, hanc arripe velis, 476
Et tamen hanc pelago præter labare necesse est.
* Vobis parta quies, nullum maris æquor arandum, 495
† Provehimur pelago. 506
* Vela legunt socii, & proras ad littora torquent. 532
† Iámque rubescebat stellis aurora fugatis, 521
Cùm procul obscuros colles, humilémq; videmus
Italiam: Italiam primus conclamat Achates.
* Nec dum orbem medium nox horis acta subibat, 512
Haud segnis strato surgit Palinurus, & omneis
Explorat ventos, atque auribus aëra captat:
Sydera cuncta notat tacito labentia cœlo.
Postquàm cuncta videt cœlo constare sereno,
Dat clarum è puppi signum nos castra movemus,
Tentamúsque viam, & velorum pandimus alas.
† - Tacitíque incidere funem: 667
Verrimus & proni certantibus æquora remis.
* Quin etiam hyberno moliris sidere classem, 2. Æn. 439
Et mediis properas Aquilonibus ire per altum.
† Troja per undosum peteretur classibus æquor. 313
* I, sequere Italiam ventis: pete regna per undas. 4. Æn. 381
† Tum verò Teucri incumbunt, & littore celsas 397
Deducunt toto naves, natat uncta carina:
Frondentésque ferunt remos, & robora sylvis,

Infabricata, fugæ studio. --

4. Æn. 416 † Anna vides toto properari littore circum,
Vndique convenêre, vocat jam carbasus auras,
Puppibus & læti nautæ imposuêre coronas.

546 * Rursus agam pelago? & ventis dare vela jubebo?

573 † Præcipites vigilate viri, & considite transtris:
Solvite vela citi, Deus æthere missus ab alto, &c.

579 * -- dixit, vaginâque eripit ensem
Fulmineum, strictóque ferit retinacula ferro.
Idem omnes simul ardor habet, rapiúntque ruúntq;.
Littora deseruêre, latet sub classibus æquor,
Adnixi torquent spumas & cærula verrunt.

587 † Vidit, & æquatis Classem procedere velis,
Littoráque, & vacuos sensit sine remige portus.

593 * Diripiéntque rates alii navalibus? ite,
Ferte citi flammas, date vela, impellite remos.

5. Æn. 1 † Intereà medium Æneas jam classe tenebat
Certus iter, fluctúsque atros Aquilone secabat.

8 * Vt pelagus tenuêre rates: nec jam ampliùs ulla
Occurrit tellus, maria undique, & undique cœlum.

15 † Colligere arma jubet, validísque incumbere remis,
Obligátque sinus in ventum. --

8. Æn. 32 * Hæc ubi dicta, petunt portus: & vela secundi
Intendunt Zephyri, fertur cita gurgite classis.

25 † Tum pius Æneas: equidem sic poscere ventos
Iamdudum, & frustrà cerno te tendere contrà.
Flecte viam velis, an sit mihi gratior ulla,
Quóque magis fessas optem dimittere naveis?

21 * Consurgunt venti, atque in nubem cogitur aër,
Nec nos obniti contrà nec tendere tantùm
Sufficimus, &c. --

114 † Prima pares ineunt gravibus certamina remis
Quatuor ex omni delectæ classe carinæ.
Velocem Mnestheus agit acri remige Pristin:
Ingentémque Gyas ingenti mole Chimæram,
Vrbis opus, triplici pubes quam Dardana versu,
Impellunt; terno consurgunt ordine remi.

5. Æn. 140 * -- ferit æthera clamor
Nauticus, adductis spumant freta versa lacertis:
Infindunt pariter sulcos, totúmque dehiscit
Convulsum remis, rostrísque stridentibus æquor.

158 * -- & longæ sulcant vada salsa carinæ.

161 * Quò tantùm mihi dexter abis, hùc dirige cursum:

Littus ama, & lævas stringat sine palmula cautes:
Altum alii teneant: dixit; sed cæca Menœtes
Saxa timens, proram pelagi detorquet ad undas.
† Ille inter navémque Gyæ, scopulósque sonanteis — 5. Æn. 169
Radit iter lævum interior, subitúsque priorem
Præterit, & metis tenet æquora tuta relictis.
* Ipse gubernaclo rector subit, ipse magister, — 176
Hortatúrque viros, clavúmq; ad littora torquet.
† -- nunc nunc insurgite remis, Hectorei socii. -- 189
* -- olli certamine summo — 197
Procumbunt, vastis tremit ictibus ærea puppis,
Subtrahitúrque solum. -
† -- dum proram ad saxa suburget, — 202
Infelix saxis in procurrentibus hæsit.
* Concussæ cautes, & acuto in murice remi — 205
Obnixi crepuêre, illisáq; prora pependit;
Consurgunt nautæ, & magno clamore morantur,
Ferratásque sudes, & acutâ cuspide contos
Expediunt, fractósq; legunt in gurgite remos. — 211
† Agmine remorum celeri, ventísque vocatis
Prona petit maria, & pelago decurrit aperto:
Qualis speluncâ subitò commota columba,
Cui domus, & dulces latebroso in pumice nidi,
Fertur in arva volans, plausúmque exterrita pennis
Dat tecto ingentem: mox aëre lapsa quieto
Radit iter liquidum, celeres neque commovet alas.
Sic Mnestheus, sic ipsa fugâ secat ultima Pristis
Æquora: sic illam fert impetus ipse volantem.
* Dii, quibus imperium pelagi, quorum æquora curro. — 235
† Et pater ipse manu magnâ Portunus euntem — 241
Impulit, illa Noto citiùs, volucríq; sagittâ
Ad terram fugit, & portu se condidit alto.
* Delphinum similes, qui per maria humida nando — 594
Carpathium, Libycúmque secant, ludúntq; per undas.
† -- tædet pelagi perferre laborem. — 617
* Cùm freta, cùm terras omnes, tot inhospita saxa, — 627
Syderáque emensæ ferimur, tum per mare magnum
Italiam sequimur fugientem, & volvimur undis.
† -- placidi straverunt æquora venti, — 763
Creber & aspirans rursùs vocat Auster in altum.
* Prosequitur surgens à puppi ventus euntes, — 777
Certatim socii feriunt mare, & æquora verrunt.
† Quod superest, oro liceat dare tuta per undas — 796

Vela tibi. - - -

5. Æn. 799 * Tum Saturnius hæc domitor maris edidit alti,
Fas omne est, Cytherea, meis te fidere regnis.

828 † Gaudia pertentant mentem, jubet ocyùs omnes
Attolli malos, intendi brachia velis,
Vnà omnes fecêre pedem, paritérq; sinistros,
Nunc dextros solvere sinus, unà ardua torquent
Cornua, detorquéntq; : ferunt sua flumina classem:
Princeps ante omnes densum Palinurus agebat
Agmen: ad hanc alii cursum contendere jussi.

843 * Iaside Palinure, ferunt ipsa æquora classem,
Æquatæ spirant auræ, datur hora quieti.

862 † Currit iter tutum non seciùs æquore lassis,
Promissísque patris Neptuni interrita fertur:
Iámq; adeò scopulos Sirenum advecta subibat,
Tum rauca assiduo longè sale saxa sonabant. &c.

870 * O nimiùm cœlo, & pelago confise sereno.

6. Æn. 1 † Sic fatur lacrymans, classíque immittit habenas,
Et tandem Euboïcis Cumarum allabitur oris:
Obvertunt pelago proras, tum dente tenaci,
Anchora fundabat naveis, & littora curvæ
Prætexunt puppes. - -

671 * Venimus, & magnos Erebi tranavimus amnes.

7. Æn. 6 † - - postquam alta quierunt
Æquora, tendit iter velis portúmq; relinquit:
Aspirant auræ in noctem, nec candida cursum
Luna negat, splendet tremulo sub lumine pontus:
Proxima Circææ raduntur littora terræ.

21 * Quæ ne monstra pii paterentur talia Troës,
Delati in portus, neu littora dira subirent,
Neptunus ventis implevit vela secundis,
Atque fugam dedit, & præter vada fervida vexit.

27 † Cùm venti posuêre, omnísque repentè resedit
Flatus, & in lento luctantur marmore tonsæ.

8. Æn. 57 ** Ipse ego te ripis, & recto flumine ducam,
Adversum remis superes subvectus ut amnem.

86 † Tybris eâ fluvium, quàm longa est, nocte tumentem
Leniit, & tacitâ refluens ita substitit undâ,
Mitis ut in morem stagni, placidæque paludis
Sterneret æquor aquis, remo ut luctamen abesset,
Ergo iter incœptum celerant rumore secundo,
Labitur uncta vadis abies, mirantur & undæ.

93 * Scuta virûm fluvio, pictásq; innare carinas,

Olli remigio noctémque, diémque fatigant,
Et longos superant flexus, variísque teguntur
Arboribus, viridésque secant placido æquore sylvas.
* Ocyùs advertunt proras, urbíq; propinquant. 8. Æn. 101
† Vt celsas vidêre rates atque inter opacum 107
Allabi nemus, & tacitis incumbere remis.
* Et fluvium vinclis innaret Clælia ruptis. 650
† Hæc inter tumidi latè maris ibat imago 671
Aurea, sed fluctu spumabant cœrula cano,
Et circum argento clari Delphines in orbem
Æquora verrebant caudis, æstúmque secabant.
In medio classes æratas, Actia bella
Cernere erat, totúmque instructo Marte videres
Fervere Leucaten, auróque effulgere fluctus.
* Vnà omnes ruere, ac totum spumare reductis 689
Convulsum remis, rostrísque stridentibus æquor:
Alta petunt: pelago credas innare revulsas
Cycladas, aut montes concurrere montibus altos.
† Ipsa videbatur ventis regina vocatis, 707
Vela dare, & laxos jam jámque immittere funes.
* Et Galatea, secant spumantem pectore pontum. 9. Æn. 103
† -- vitam committere ventis. 10. Æn. 69
* -- freta nocte secabant. 147
† Quæ manus interea Thuscis comitetur ab oris 164
Ænean, armétq; rates, pelagóque vehatur,
Massicus ærata princeps secat æquora Tigri.
* Instat aquæ, saxúmq; undis immane minatur 197
Arduus, & longâ sulcat maria alta carinâ.
† Quos patre Benaco velatus arundine glaucâ 205
Mincius infestâ ducebat in æquora pinu.
It gravis Auletes, centenâque arbore fluctum
Verberat assurgens, spumant vada marmore verso.
* Spumea semifero sub pectore murmurat unda. 211
† -- quas alma Cybele 220
Numen habere maris, Nympháſque è navibus esse
Jusserat, innabant pariter, fluctúsque secabant,
Quot priùs æratæ steterant ad littora proræ.
* Ponè sequens dextrâ puppim tenet, ipsáque dorso 226
Eminet, ac lævâ taciti subremigat undis.
† Tot lecti proceres, ter denis navibus ibant 213
Subsidio Trojæ, & campos salis ære secabant.
* Dixerat, & dextrâ discedens impulit altam, 246
Haud ignara modi, puppim: fugit illa per undas

Ocyor & jaculo, & ventos æquante sagittâ.

10. Æn. 268 † -- donec versas ad littora puppes
Respiciunt, totúmque allabi classibus æquor.

287 * Intereà Æneas socios de puppibus altis
Pontibus exponit. multi servare recursus
Languenteis pelagi, & brevibus se credere saltu,
Per remos alii. --

294 † Nunc, ô lecta manus, validis incumbite remis,
Tollite, ferte rates: inimicam findite rostris
Hanc terram, sulcúmque sibi premat ipsa carina,
Frangere nec tali puppes statione recuso,
Arreptâ tellure semel. --

659 * Vix proram attigerat, rumpit Saturnia funem,
Avulsámque rapit revoluta per æquora navem.

683 † Fluctibus an jaciat mediis, & littora nando
Curva petat. --

676 * -- vos ô potiùs miserescite venti,
In rupes, in saxa, volens vos Turnus adoro,
Ferte ratem, sævísque vadis immittite Syrtis,
Quò neque me Rutuli, neque conscia fama sequatur.

763 † -- quam magnus Orion,
Cùm pedes incedit medii per maxima Nerei
Stagna viam scindens, humeros supereminet undas.

NAVITA, NAUTA, MAGISTER, *Gubernator, Rector, Vector.*

1. Geor. 137 NAvita tum stellis numeros, & nomina fecit.
372 * -- omnis navita ponto Vela legit. --
6. Æn. 315 † Navita sed tristis nunc hos, nunc accipit illos.
385 * Navita quos jam inde ut Stygiâ prospexit ab undâ.
6. Ecl. 77 † Ah timidos nautas canibus lacerasse marinis.
1. Geor. 28 * An Deus immensi venias maris: ac tua nautæ
Numina sola colant, tibi serviat ultima Thule.
3. Æn. 207 † -- haud mora nautæ Adnixi torquent spumas. --
4. Æn. 418 * Puppibus & læti nautæ imposuêre coronas.
543 † Quid tum? sola fugâ nautas comitabar ovantes.
5. Æn. 207 * Consurgunt nautæ, & magno clamore morantur.
836 † Contigerat, placidâ laxarunt membra quiete,
Sub remis fusi per dura sedilia nautæ.
7. Æn. 199 * Sive errore viæ, seu tempestatibus acti,
Qualia multa mari nautæ patiuntur in alto.
5. Æn. 867 † Cùm pater amisso fluitantem errare magistro
Sensit, & ipse ratem nocturnis rexit in undis.

† Námque gubernaclum multâ vi fortè revulsum, 6.Æn.349
Cui datus hærebam custos, cursúsque regebam, &c.
Quàm tua ne spoliata armis, excussa magistro
Deficeret tantis navis surgentibus undis.
* Inde Gyan, ipsámque ingenti mole Chimæram 5.Æn.223
Consequitur: cedit quoniam spoliata magistro est.
† Méne salis placidi vultum fluctúsque quietos 848
Ignorare jubes? méne huic confidere monstro? &c.
Æneam credam quid enim fallacibus Austris,
Et cœli toties deceptus fraude sereni?
Talia dicta dabat, clavúmque affixus, & hærens
Nusquam amittebat, oculósque sub astra tenebat.
* Oblitus decorísq; sui, sociúmq; salutis (*Menœten.*) 174
In mare præcipitem puppi deturbat ab alta.
Ipse gubernaclo rector subit, ipse magister,
Hortaturque viros, clavúmq; ad littora torquet.
† Tendunt vela Noti, fugimus spumantibus undis, 3.Æn.268
Quà cursum ventúsque, gubernatórq; vocabant.
* Ipse gubernator puppi Palinurus ab alta, 12
Heu quianam tanti cinxerunt æthera nimbi?
† Ecce gubernator sese Palinurus agebat, 6.Æn.337
Qui Libyco nuper cursu, dum sydera servat,
Exciderat puppi mediis effusus in undis.
* Rectorem navis compellat voce Menœten, 5.Æn.161
Littus ama, & lævas stringat sine palmula cautes.
† Cedet, & ipse mari vector, nec nautica pinus 4.Ecl.38
Mutabit merces, omnis feret omnia tellus.

Navalis, Nauticus, Naufragus, Navifragus.

* -- ac navali surgentes ære columnas: 3.Geor.28
† Quem modò navali Mnestheus certamine victor 5.Æn.493
Consequitur, viridi Mnesteus evinctus olivâ.
* Tempora navali fulgent rostrata coronâ. 8.Æn.684
† Diripiéntque rates alii navalibus? Ite, 4.Æn.593
Ferte citi flammas. --
* Bis denas numero texamus robore naveis, 11.Æn.325
Seu plures complere valent, jacet omnis ad undam
Materies: ipsi numerúmque, modúmque carinis
Præcipiant, nos æra, manus, navalia demus.
† Nauticus exoritur vario certamine clamor. 3.Æn.128
* -- ferit æthera clamor Nauticus. -- 5.Æn.140
† -- proluit, & genus omne natantûm 3.Geor.541
Littore in extremo, ceu naufraga corpora, fluctus.

3. Æn. 553 * Caulonísq; arces, & navifragum Scylacæum.
1. Æn. 118 † Ipsius ante oculos ingens à vertice pontus
In puppim ferit: excutitur pronúsque magister
Volvitur in caput, ast illam ter fluctus ibidem
Torquet agens circũ, & rapidus vorat æquore vortex
Apparent rari nantes in gurgite vasto:
Arma virûm, tabulæque, & Troia gaza per undas.
126 * Vicit hyems: laxis laterum compagibus omnes
Accipiunt inimicum imbrem, rimísque fatiscunt.
6. Æn 412 † Deturbat, laxátque foros, simul accipit alveo
Ingentem Ænean, gemuit sub pondere cymba
Sutilis, & multam accepit rimosa paludem.

NECTAR, ET AMBROSIA.

5. Ecl. 70 Vina novum fundam calathis Arvisia nectar.
1. Æn 437 * Stipant, & dulci distendunt nectare cellas.
4. Æn. 163 † Stipant, & liquido distendunt nectare cellas.
383 * Ter liquido ardentem perfudit nectare Vestam.
4. Geor. 415 † -- & liquidum Ambrosiæ diffudit odorem,
Quo totum nati corpus perduxit. --
1. Æn. 407 * Ambrosiæque comæ divinum verticé odorem
Spiravêre, pedes vestis defluxit ad imos. (*Veneris.*)
12. Æn. 418 † Infi it occultè medicans, spargítque salubreis
Ambrosiæ succos, & odoriferam Panaceam.

NEPOTES, MINORES, NATI.

2. Geor. 56 Nam quæ seminibus jactis se sustulit arbos,
Tarda venit, seris factura nepotibus umbram.
9. Ecl. 50 * Insere Daphni pyros, carpent tua poma nepotes,
2. Æn. 194 † -- & nostros ea fata manere nepotes.
3. Æn. 158 * Idem venturos tollemus in astra nepotes.
408 † Hinc socii morem sacrorum, hunc ipse teneto:
Hac casti maneant in relligione nepotes.
504 * Atque idem casus, unam faciemus utramque
Trojam animis, maneat nostros ea cura nepotes.
4. Æn. 629 † Imprecor, arma armis: pugnent ipsíque nepotes.
6. Æn. 680 * Inclusas animas, superúmque in lumen ituras
Lustrabat studio recolens; omnémque suorum
Fortè recensebat numerum, carósque nepotes.
756 † Nunc age, Dardaniam prolẽ quæ deinde sequatur
Gloria, qui maneant Italâ de gente nepotes,

Illustres animas, nostrúmque in nomen ituras.

† Læta Deûm partu, centum complexa nepotes. 6. Æn. 786

* Externi veniunt generi, qui sanguine nostrum 7. Æn. 98
Nomen in astra ferant, quorúmq; à stirpe nepotes,
Omnia sub pedibus, quà sol utrumque recurrens
Aspicit Oceanum, vertíque, regíque videbunt.

† Quinquaginta illi thalami, spes tanta nepotum. 2. Æn. 503

* Filius anne aliquis magnâ de stirpe nepotum. 6. Æn. 864

† Attollens humero famámque, & fata nepotum. 8. Æn. 731

* -- nunc fama Minores Italiam dixisse. -- 1. Æn. 576

† Hunc lætum Tyriísque diem, Trojàque profectis 736
Esse velis, nostrósque hujus meminisse Minores.

* Infelix, utcunque ferent ea fata Minores. 6. Æn. 822

† Hîc domus Æneæ cunctis dominabitur oris, 3. Æn. 97
Et nati natorum, & qui nascentur ab illis.

* -- animámq; nepotis His saltem accumulem donis. -- 6. Æn. 884

NEPTVNVS, SATVRNIVS, TRITON,
Oceanus, Nereus, Genitor, Portunus, Phorcus, Domitor maris, Neptunius, Nereïus, Nerine: Tridens.

AT Venus intereà Neptunum exercita curis 5. Æn. 779
Alloquitur, talésque effundit pectore questus.
Iunonis gravis ira, & inexsaturabile pectus
Cogunt me, Neptune, preces descendere in omnes.

† Heu, quiánam tanti cinxerunt æthera nimbi? 13
Quídve Pater Neptune paras? --

* Currit iter tutum non seciùs æquore classis, 862
Promissísque Patris Neptuni interrita fertur.

† Nec latuêre doli fratrem Iunonis, & iræ. 1 Æn. 134

* Et patriam Epeirum referat, fortésque Mycenas, 3. Geor. 121
Neptuníque ipsa deducat origine gentem.

† At Messapus equûm domitor, Neptunia proles. 7. Æn. 691

* -- subit & Neptunia proles Insignis Messapus equis -- 10. Æn. 353

† Quippe ita Neptuno visum est, immania cujus 4. Geor. 394
Armenta, & turpes pascit sub gurgite Phocas.

* Sic fatus, meritos aris mactavit honores, 3. Æn. 118
Taurum Neptuno, taurum tibi, pulcher Apollo.

† Nec tantis mora prodigiis, en quatuor aræ 5. Æn. 639
Neptuno, Deus ipse faces, animúmque ministrat.

* Et clypeum efferri jussit Didymaonis artes, 359
Neptuni sacro Danais de poste refixum.

2. Æn. 624 * Tum verò omne mihi visum considere in ignes
Ilium, & ex imo verti Neptunia Troja.

3. Æn. 2 † -- ceciditque superbum,
Ilium, & omnis humo fumat Neptunia Troja.

73 * Sacra mari colitur, medio gratissima tellus
Nereïdum matri, & Neptuno Ægæo.

9. Æn. 144 † -- an non viderunt mœnia Trojæ
Neptuni fabricata manu, considere in ignes?

5. Æn. 810 * Nube cavâ eripui, cuperem cùm vertere ab imo,
Structa meis manibus perjuræ mœnia Trojæ.

790 † Quam molem subitò excierit, maria omnia cœlo
Miscuit, Æoliis nequicquam freta procellis,
In regnis hoc ausa tuis. *(Ven⁹ de iunone, Neptuno)*

795 *(Quanquã ô) sed superent, quib⁹ hoc Neptune dedisti.

800 † Tum Saturnius hæc domitor maris edidit alti,
Fas omne est, Cytherea, meis te fidere regnis,
Vnde genus ducis, merui quoque: sæpè furores
Compressi, & rabiem tantam cœlique, marísq; &c.

1. Æn. 128 * Intereà magno misceri murmure pontum,
Emissámque hyemem sensit Neptunus. & imis
Stagna refusa vadis, graviter commotus, & alto
Prospiciens, summâ placidum caput extulit undâ.

142 † Non illi imperium pelagi, sævúmque Tridentem,
Sed mihi sorte datum. -- *(de Æolo.)*

2. Æn. 610 * Neptunus muros, magnóq; emota Tridenti
Fundamenta quatit, totámque à sedibus urbem
Eruit. --

1. Æn. 158 † -- æquora postquàm
Prospiciens genitor, cœlóq; invectus aperto,
Flectit equos, currúque volans dat lora secundo.

5. Æn. 816 * Hæc ubi læta Deæ permulsit pectora dictis,
Iungit equos curru genitor, spumantiáque addit
Fræna feris, manibúsque omnes effundit habenas,
Cæruleo per summa levis volat æquora curru:
Subsidunt undæ, tumidúmque sub axe tonanti
Sternitur æquor aquis, fugiunt vasto æthere nimbi.

1. Geor. 12 † (*Neptune.*) -- túque ô, cui prima frementem
Fudit equum magno tellus percussa Tridenti.

1. Æn. 146 * Sic ait, & dicto citiùs tumida æquora placat,
Collectásque fugat nubes, Solémque reducit.

148 † Cymothoë, simul & Triton, adnixus acuto
Detrudunt naves scopulo, levat ipse Tridenti,
Et vastas aperit Syrtes, & temperat æquor.

Atque rotis, summas levibus perlabitur undas. &c.

† Sed tum fortè cavâ dum personat æquora conchâ 6. Æn. 171
Demens, & cantu vocat in certamina Divos,
Æmulus exceptum Triton (si credere dignum est).
Inter saxa virum, spumosa immerserat unda.

* Et mater, cape Mæonii Carchesia Bacchi, 4. Geor. 380
Oceano libemus, ait, simul ipsa precatur
Oceanúmque patrem rerum, Nympháſq; sorores.

† Dii quibus imperium pelagi, quorum æquora curro, 5. Æn. 238
Dixit, eúmq; imis sub fluctibus audiit omnis
Nereïdum, Phorcíq; chorus, Panopeáq; virgo.

* Tum variæ comitum facies, immania Cete, 822
Et senior Glauci chorus, Inoüſque Palæmon,
Tritonésque citi, Phorcíque exercitus omnis. &c.

† (*Proteum.*) & Nymphæ veneramur, & ipse 4. Geor. 391
Grandævus Nereus, novit námq; omnia vates.

* - sævíq; tridenti 2. Æn. 418
Spumeus, atque imo Nereus ciet æquora fundo.

† - quàm magnus Orion 10. Æn. 763
Cùm pedes incedit medii per maxima Nerei
Stagna, viam scindens, humero supereminet undas.

* Arma rogo genitrix nato: te filia Nerei, 8. Æn. 383
Te potuit lacrymis Tithonia flectere conjux.

† Nerine Galatea, thymo mihi dulcior Hyblæ. 7. Ecl. 37

* Mortalem eripiam formam, magníq; jubebo 9. Æn. 101
Æquoris esse Deas, qualis Nereïa Doto,
Et Galatea, secant spumantem pectore pontum.

† Et pater ipse manu magnâ Portunus euntem 5. Æn. 241
Impulit. - (*Navem.*)

NIDVS, DOMVS AVIVM, CVBILIA alta, Nidificare, &c.

ANtiquáſq; domos avium cum stirpibus imis 2. Geor. 209
Eruit: illæ altum nidis petiêre relictis.

* Ore ferunt, dulcem nidis immitibus escam. (*Apes.*) 4. Geor. 17

† Qualis populeâ mœrens philomela sub umbra, 511
Amissos queritur fœtus, quos durus arator
Observans nido implumes detraxit: at illa.

* Qualis spelunca subitò commota columba, 5. Æn. 213
Cui domus, & dulces latebroso in pumice nidi,
Fertur in arva volans. --

† Tum liquidas corvi presso ter gutture voces, 1. Geor. 410

Aut quater ingeminant, & sæpe cubilibus altis
Nescio quâ præter solitum dulcedine læti
Inter se foliis strepitant, juvat imbribus actis
Progeniem parvam, dulcésque revisere nidos.

4. Geor. 55 * Summa leves, hinc nescio quâ dulcedine lætæ
Progeniem, nidósq; fovent.-- (*Apes.*)

307 † Garrula quàm tignis nidum suspendat hirundo.

8. Æn. 233 * Stabat acuta silex, præcisis undique saxis,
Speluncæ dorso insurgens, altissima visu,
Dirarum nidis domus opportuna volucrum.

12. Æn. 473 † Nigra velut magnas domini cùm divitis ædes
Pervolat, & pennis alta atria lustrat hirundo,
Pabula parva legens, nidísque loquacibus escas.

3. Ecl. 67 * Parta meæ Veneri sunt munera: námq; notavi
Ipse locum, aëriæ quo congessêre palumbes.

In Epigr. † Sic vos non vobis nidificatis aves.

v. Avis, & Volare.

NOCERE, OBESSE, OFFICERE, *Lædere, Lacessere: Gravem, Infestum esse & Noxium, &c.*

7. Ecl. 27 AVt si ultra placitum laudarit, baccare frontem
Cingite, ne vati noceat mala lingua futuro.

1. Geor. 122 * --nihil improbus anser,
Strimoniæque grues, & amaris intyba fibris
Officiunt, aut umbra nocet.--

1. Ecl. 74 † Surgamus, solet esse gravis cantantibus umbra:
Iuniperi gravis umbra, nocent & frugibus umbræ.

2. Geor. 256 * --piceæ tantùm, taxíque nocentes.

3. Ecl. 15 † Et si non aliquà nocuisses, mortuus esses.

2. Geor. 375 * Frigora nec tantùm canâ concreta pruinâ,
Aut gravis incumbens scopulis arentibus æstas,
Quantùm illi nocuêre greges, duríq; venenum
Dentis, & admorso signata in stirpe cicatrix.

3. Geor. 506 † --non illis epulæ nocuêre repostæ.

5. Æn. 618 * Ergo inter medias sese haud ignara nocẽdi Conjicit.-

6. Æn. 694 † Quàm metui, ne quid Libyæ tibi regna nocerent.

7. Æn. 337 * (de Alecto) - tibi nomina mille,
Mille nocendi artes: fœcúndum concute pectus.

516 † At sæva è speculis tempus Dea nacta nocendi.

3. Geor. 373 * --nunquam imprudentibus imber Obfuit.--

1. Geor. 68 † --officiant lætis ne frugibus herbæ.

† Efficiam posthac, ne quemquam voce lacessas.	3. Ecl. 51
* Æneadæ referent, ferróve hæc regna lacessent.	12. Æn. 186
† - ventósque lacessit Ictibus.-- (Taurus.)	3. Geor. 233
* Irritátque virum telis, & voce lacessit	10. Æn. 644
† Illum ardens infesto vulnere Pyrrhus Insequitur.--	2. Æn. 529
* Illa sibi infestos eversa ob Pergama Teucros,	571
† --quantùm non noxia corpora tardant.	6. Æn. 731
* Iræque, insidiæque, & crimina noxia cordi.	7. Æn. 326
† Miscuerúntque herbas, & non innoxia verba.	2. Geor. 129
* Mantua væ miseræ nimiùm vicina Cremonæ.	9. Ecl. 28
† Convertêre vias, infestáque tela tulêre.	5. Æn. 582
* Tantùm effatus, & infestâ subit obvius hastâ.	10. Æn. 873
† --infesto fulmine morti Demitte.--	5. Æn. 691
* Nec mala vicini pecoris contagia lædent.	1. Ecl. 51
† Cantantes licet usque (minùs via lædet) eamus,	9. Ecl. 64
* --ah! ne te frigora lædant, Ah! tibi ne teneras glacies secet aspera plantas.	10. Ecl. 48
† Nec scabie, & salsâ lædit rubigine ferrum.	2. Geor. 219
* Et multâ durum stipulâ, filicúmque maniplis Sternere subter humum, glacies ne frigida lædat Molle pecus, scabiémq; ferat, turpésque podagras.	3. Geor. 306
† Deterior qui visus, eum ne prodigus obsit Dede neci, melior vacuâ sine regnet in undâ.	4. Geor. 88

v. Injuria.

NON, HAUD, HAUDQUAQUAM, *Nequicquam, Nec, Neque, Nihil, Nil, Minimè, Etiam, Necnon, Ita, Sic, &c.*

NOn equidem invideo, miror magis.--	1. Ecl. 11
* De grege non ausim quicquam deponere tecũ.	3. Ecl. 32
† Haud equidem credo, quia sit divinitùs illis.	1. Geor. 415
* Præterea genus haud unum nec fortibus ulmis.	2. Geor. 83
† Haudquaquam ob meritum pœnas. - Suscitat.--	4. Geor 456
* --haudquaquam dictis violentia Turni Flectitur.--	12. Æn. 45
† --nihil est quòd dicta retractent Ignavi Æneadæ.--	11
* Nequicquam pingues paleæ teret area culmos.	1. Geor. 192
† Nequicquã seros exercet noctua cãtus. (i. non seros.)	403
* Nec minùs intereà fœtu nemus omne gravescit.	2. Geor. 429
† Nec plura effatus, saxum circumspicit ingens.	12 Æn. 896
* Quid facerem, neque servitio me exire licebat.	1. Ecl. 41
† Nam neque tum stellis acies obtusa videtur.	1. Geor. 395
* O crudelis Alexi, nihil mea carmina curas.	2. Ecl. 6

2. *Ecl.* 7 † Nil nostri miserere, mori me denique cogis.
8. *Ecl.* 103 * Aggrediar, nihil ille Deos, nil carmina curat.
6. *Æn.* 96 † via prima salutis
(Quod minimè reris) Graiâ pandetur ab urbe.
2. *Ecl.* 8 * Nunc etiam pecudes umbras, & frigora captant,
Nunc virides etiam occultant spineta lacertos.
41 † Capreoli, sparsis etiam nunc pellibus albo.
1. *Geor.* 212 * Necnon & lini segetem, & cereale papaver.
2. *Geor.* 2 † Nunc te, Bacche, canam, necnon sylvestria tecum.
4. *Geor.* 394 * Quippe ita Neptuno visum est.--
12. *Æn* 10 † Tum sic affatur Regem, atque ita turbidus infit.
2. *Æn.* 644 * Sic, ô, sic positum affati discedite corpus.

NOX, UMBRA, TENEBRÆ, SOMNUS; Vesper, Hesperus, Serus, Serò, Tardus, Occasus, &c.

5. *Ecl.* 83 ET jam summa procul villarum culmina fumant,
Majoresque cadunt altis de montibus umbræ.
2. *Ecl.* 65 † Aspice aratra jugo referunt suspensa juvenci,
Et Sol crescentes decedens duplicat umbras.
6. *Ecl.* 85 * Cogere oves donec stabulis, numerúmq; referre
Iussit, & invito processit vesper Olympo.
7. *Ecl.* 39 † Cùm primùm pasti repetent præsepia tauri.
8. *Ecl.* 30 * --tibi deserit Hesperus Oetam.
88 † --nec seræ meminit decedere nocti.
10. *Ecl.* 77 * Ite domum saturæ, venit Hesperus, ite capellæ.
1. *Geor.* 208 † Libra diê, somníque pares ubi fecerit horas,
Et medium luci, atque umbris jam dividet orbem.
247 * Illic (ut perhibent) aut intempesta silet nox.
Semper, & obtentâ densantur nocte tenebræ.
389 † Nocte leves meliùs stipulæ, nocte arida prata
Tondentur.--
426 * --neque insidiis noctis capière serenæ.
467 † Cùm caput obscurâ nitidum ferrugine texit,
Impiáque æternam timuerunt secula noctem.
458 * At si, cùm referétque diem, condétq; relatum.
450 † Hoc etiam emenso cum jam decedet Olympo.
477 * --simulacra modis pallentia miris
Visa sub obscurum noctis.--
2. *Geor.* 202 † Exiguâ tantùm gelidus ros nocte reponet.
205 * --non ullo ex æquore cernes
Plura domum tardis decedere plaustra juvencis.

† Quid tantùm Oceano properent se tingere Soles — 2 *Geor* 482
Hyberni, vel quæ tardis mora noctibus obstet.
* --armentáque pasces — 3. *Geor*. 156
Sole recèns orto, aut noctem ducentibus astris.
† Solis ad occasum, tùm frigidus aëra vesper — 337
Temperat, & saltus reficit jam roscida Luna,
Littoráque halcyonem resonant, & acanthida dumi.
* --rursus easdem — 4. *Geor*. 185
Vesper ubi è pastu tandem decedere campis
Admonuit, tum tecta petunt, tum corpora curant.
† Ipse (velut stabuli custos in montibus olim — 433
Vesper ubi è pastu vitulos ad tecta reducit,
Auditísque lupos acuunt balatibus agni.)
* Eripiunt subitò nubes, cœlúmque, diémq; — 1. *Æn*. 89
Teucrorum ex oculis, ponto nox incubat atra.
† Antè, diem clauso componet vesper Olympo. — 373
* Necnon & vario noctem sermone trahebat — 747
Infelix Dido.--
† --& jam nox humida cœlo — 2. *Æn*. 8
Præcipitat, suadéntque cadentia sydera somnos.
* Vertitur intereà cœlum, & ruit Oceano nox, — 250
Involvens umbrâ magnâ terrámque, polúmque,
Myrmidonúmque dolos: fusi per mœnia Teucri
Conticuêre: sopor fessos complectitur artus,
Et jam Argiva phalanx instructis navibus ibat
A Tenedo, tacitæ per amica silentia Lunæ.
† Tempus erat, quo prima quies Mortalibus ægris — 268
Incipit, & dono Divûm gratissima serpit.
* - nox atra cavâ circumvolat umbrâ. — 260
† Nox erat, & terris animalia somnus habebat. — 9. *Æn*. 147
* Involvêre diem nimbi, & nox humida cœlum — 198
Abstulit.-- *&c.* - cæcis erramus in undis.
Ipse diem, noctémque negat discernere cœlo.
† Sol ruit intereà, & montes umbrantur opaci, — 508
Sternimur optatæ gremio telluris ad undam, &c.
Necdum orbem medium nox horis acta subibat.
Haud segnis strato surgit Palinurus, & omneis
Explorat ventos, atque auribus aëra captat,
Sydera cuncta notat tacito labentia cœlo.
* Nam neq; erant astrorum ignes, nec lucidus æthrâ — 585
Sidereâ polus, obscuro sed nubila cœlo,
Et Lunam in nimbo nox intempesta tenebat.
† Pòst ubi digressi, luménq; obscura vicissim — 4. *Æn*. 80

Luna premit, suadéntque cadentia sydera somnos.

4. Æn. 351 † Me patris Anchisæ quoties humentibus umbris
Nox operit terras, quoties astra ignea surgunt,
Admonet in somnis --

461 * - nox cùm terras obscura teneret.

522 † Nox erat, & placidum carpebant fe[illegible]a soporem
Corpora per terras, sylvæque, & sæva quierant
Æquora, cùm medio volvuntur syd[e]ra lapsu:
Cùm tacet omnis ager, pecudes, pictæq; volucres,
Quæque lacus latè liquidos, quæq; aspera dumis
Rura tenent, somno positæ sub nocte silenti
Lenibant curas, & corda oblita laborum

570 * --sic fatus, nocti se immiscuit atræ.

5. Æn. 721 † Et nox atra polum bi[g]is subvecta tenebat.

738 * Iámque vale, torquet medios nox humida cursus,
Et me sævus equis Oriens afflavit anhelis.

835 † Iámque ferè mediam cœli nox humida metam
Contigerat: placida laxarant membra quiete
Sub remis nautæ.--

6. Æn. 268 * Ibant obscuri solâ sub nocte per umbram,
Pérque domos Ditis vacua, & inania re[g]na,
Quale per incertam Lunam sub luce malignâ
Est iter in sylvis, ubi cœlum condidit umbrâ
Iuppiter, & rebus nox abstulit atra colorem.

461 † Sed me jussa Deûm, quæ nunc hâs ire per umbras,
Per loca senta situ cogunt, noctémque profundam
Imperiis egêre suis --

390 * Vmbrarum hic locus est, somni, noctísq; soporæ.

249 † --ipse atri velleris agnam
Æneas matri Eumenidum, magnæq; sorori
Ense ferit.-- (i. Nocti.)

539 * Nox ruit, Ænea, nos flendo ducimus horas.

827 † Concordes animæ nunc, & dum nocte premuntur.

866 * Sed nox atra caput tristi circumvolat umbrâ

7. Æn. 138 † --tum noctem, noctísque orientia signa Invocat.--

8. Æn. 26 * Nox erat, & terras animalia fessa per omnes
Alituum, pecudúmq; genu[s] sopor altus habebat,
Cùm pater in ripâ, gelidíque sub ætheris axe
Æneas tristi turbatus pectora bello
Procubuit, serámque dedit per m[e]mbra quietem.

280 † Devexo intereà propior fit vesper Olympo.

369 * Nox ruit, & fuscis tellurem amplectitur alis.

407 † Inde ubi prima quies medio jam noctis abactæ

Curriculo expulerat somnum.--
† Noctem addens operi, famulásq; ad lumina longo Exercet penso.-- 8. Æn. 411
* Galli per dumos aderant, arcémque tenebant Defensi tenebris, & dono noctis opacæ. 658
† --noctem custodia ducit Insomnem ludo.-- 9. Æn. 166
* Et juvenem Serranum, illâ qui plurima nocte Luserat, insignis facie, multóque jacebat Membra Deo victus: felix si protinùs illum Æquasset nocti ludum, in lucémque tulisset. 335
† Iámque dies cœlo concesserat, almáq; curru Noctivago Phœbe medium pulsabat Olympum. 10. Æn. 215
* Non secùs ac liquidâ si quando nocte cometæ Sanguinei lugubrè rubent.-- 272
† --nec avelli possunt, nox humida donec Invertit cœlum stellis fulgentibus aptum. 11. Æn. 201
* Continuóque ineant pugnas, & prælia tentent, Ni roseus fessos jam gurgite Phœbus Ibero Tingat equos, noctémq; die labente reducat. 412
† Somnus, in æternam clauduntur lumina noctem. 12. Æn. 310

v. Somnus, & Dies.

NOCTVRNVS, NOCTIVAGVS, *Noctua.*

NEc nocturna quidem carpentes pensa puellæ. 1 Geor. 390
*Pascuntúrq; ignes nocturni, & lumina fundunt. 2. Geor. 432
† Horrebis canibus nunquam custodibus illis Nocturnum stabulis furem, incursúsq; luporum. 3. Geor. 406
* Non lupus insidias explorat ovilia circum, Nec gregibus nocturnus obambulat.-- 537
† Inter sacra Deûm, nocturnáq; Orgia Bacchi. 4. Geor. 520
* Orgia, nocturnúsque vocat clamore Cithæron. 4. Æn. 303
† Nocturnósque ciet Manes.-- 490
* Nocturnísque Hecate triviis ululata per urbes. 609
† Sensi & ipse ratem nocturnus rexit in undis. 5. Æn. 868
* Noctivago Phœbe medium pulsabat Olympum. 10. Æn. 215
† Nequicquam seros exercet noctua cantus. 1. Geor. 403
* Alitis in parvæ subitò collecta figuram, Quæ quondam in bustis, aut culminibus desertis Nocte sedens, serum canit importuna per umbras. 12. Æn. 862
† Tum Stygio Regi nocturnas inchoat aras. 6. Æn. 252
* Vrit odoratam nocturna in lumina cedrum. 7. Æn. 13

11. Æn. 731 † At non in Venerem segnes, nocturnáque Bella.
v. Dies, Somnus, Tenebræ.

NVBES, NEBVLA, NIMBVS, Vmbra, Obscurus aër, Turbo piceus, Niger, Ater; Caligo atra, Picea: Nubigena.

3. Geor. 410 AT nebulæ magis ima petūt, campóq; recumbunt.
2. Geor. 221 * Quæ tenuem exhalat nebulā, funéiq; volucres.
1. Geor. 4 1 † Conditus in nubem.--
2. Geor. 308 * Et totum involvit flammis nemus, & ruit atram
Ad cœlum piceâ crassus caligine nubem.
3. Geor. 114 † --at fulvæ nimbus arenæ Tollitur.--
1. Geor. 455 * Omnia tūc pariter vēto, nimbísq; videbis Fervere.
407 * --unde serenas Ventus agat nubes.--
470 * --frustrà terrebere nimbis.
4. Geor. 423 † --Nympha procul nebulis obscura recessit.
1. Æn. 410 * At Venus obscuro gradientes aëre sēpsit,
Et multo nebulæ circum Dea fudit amictu:
Cernere ne quis eos, neu quis contingere posset.
579 † --jamdudum erumpere nubem Ardebant.--
585 * Vix ea fatus erat, cùm circumfusa repentè
Scindit se nubes, & in æthera purgat apertum.
2. Æn. 355 † --inde lupi ceu Raptores atrâ in nebulâ.--
113 * --toto sonuerunt æthere nimbi.
2. Æn. 616 † Insēdit nimbo effulgens.-- (Pallas.)
3. Æn. 572 * Interdúmque atram prorumpit ad æthera nubem,
Turbine fumantem piceo, & candente favillâ.
1. Geor. 320 † --ita turbine nigro
Ferret hyems, culmúmq; levem, stipulásq; volantes.
10. Æn. 600 * Dardanius torrentis aquæ, vel turbinis atri
More furens; tandem erumpunt, & castra relinquūt.
3. Æn. 98 † Involvēre diem nimbi, & nox humida cœlum
Abstulit, ingeminant abruptis nubibus ignes.
1. Æn. 88 * Eripiunt subitò nubes, cœlúmque, diémque
Teucrorum ex oculis, ponto nox incubat atra.
143 † Collectásque fugat nubes, Solémque reducit.
4. Æn. 248 * Atlantis cinctum assiduè cui nubibus atris
Piniferum caput & vento pulsatur, & imbri.
5. Æn. 20 † Consurgunt venti, atque in nubem cogitur aër.
8. Æn. 592 * Stant pavidæ in muris matres, oculísq; sequuntur
Pulveream nubem.--

† loricam ex ære rigentem qualis,cùm cærula nubes 8. Æn. 621
Solis inardescit radiis, longéque refulget.
* Hic subitam nigro glomerari pulvere nubem 9. Æn. 33
Prospiciunt Teucri, ac tenebras insurgere campis,
Primus ab adversâ conclamat mole Caïcus,
Quis globus, ô cives, caligine volvitur atrâ?
Fer e citi ferrum.--
† Tu potes Æneam manibus subducere Graiûm: 10. Æn. 81
Próq; viro nebulam, & ventos obtendere inaneis.
* Longè illi Dea mater erit, quæ nube fugacem 1. Æn. 52
Fœmineâ tegat, & vanis sese occulat umbris.
† Fumus agit, nebuláq; ingens specus æstuat atrâ. 8. Æn. 268
* --dum nubila pendent. 1. Geor. 213
† --dum nubila ventus agebat. 430
* Aut ubi sub lucem densa inter nubila sese 445
Diversi erumpent radii.--
† Cùm subitò assurgens fluctu nimbosus Orion. 1. Æn. 539
* Mox & Leucatæ nimbosa cacumina montis. 3. Æn. 274
† Illâ fretus agit ventos, & turbida tranat 4. Æn. 245
Nubila.-- (*Mercurius, virgâ suâ*)
*Hoc Venus obscuro faciem circumdata nimbo 12. Æn. 416
Detulit.--
† Ceu duo nubigenæ cùm vertice montis ab alto 7. Æn. 674
Descendunt Centauri, Hómolen, Othrínq; nivalem.
* Tu nubigenas invictæ bimēbreis, Hylæúq; Pholúq; 8. Æn. 293
v. Pluvia, Tonitrua, & Fumus.

NVMERARE, ENVMERARE, RECENSERE numerum, & Referre, Numero comprehendere. Numerus, Vnus, Duo, &c. Primus, Alter, Secundus, &c. Vltimus, Postremus, Extremus: Binus, Ternus, &c. Semel. Iterùm, Rursus, Rursùm. Crebrà, pro Crebrò, &c.

Bisque die numerant pecus, alter & hædos. 3. Ecl. 34
† Stat fortuna domûs,& avi numerantur avorum. 4. Geor. 209
* Aque chao densos Divûm numerabat amores. 2. Geor. 103
† Sed neque quàm multæ species,nec nomina quæ sint
Est numerus: neq; enim numero comprehendere refert 347
* Omnia sint paribus numeris dimensa viarum. 284
† --ruit omnis in urbem Pastorum ex acie numerus,-- 7. Æn. 573
* Navita tum stellis numeros, & nomina fecit. 1. Geor. 137
† Huc septem Æneas collectis navibus omni 1. Æn. 170
Ex numero subit.--

1. Geor. 263 † Aut pecori signum, aut numeros impressit acervis.
6. Ecl. 85 *Cogere donec oves stabulis, numerũq; referre iussit.-
7. Ecl. 51 † Hic tantùm Boreæ curamus frigora, quantùm
Aut numerum lupus, aut torrentia flumina ripas.
4. Geor. 433 * Ipse velut stabuli custos in montibu olim,
Vesper ubi è pastu vitulas ad tecta reducit,
Consedit scopulo medius, numerúmq; recenset;
1. Æn. 192 † Nec priùs absistit, quàm septem ingentia victor
Corpora fundat humi, & numerũ cum navibus æquet.
4. Geor. 226 * sed viva volare Sideris in numerum.--
3. Æn 445 † --carmina virgo Digerit in numerum.--
9. Ecl. 45 * --numeros memini, si verba tenerem.--
6. Æn. 641 † Obloquitur numeris septem discrimina vocum,
9. Æn. 776 * Et citharæ cordi, numerósq; intendere nervis.
6. Ecl. 27 †--in numerum Faunósq; ferásq; videres Ludere.--
4. Æn. 333 *--ego te, quæ plurima fando Enumerare vales.--
2. Æn. 756 † Iampridem hanc prolem cupio enumerare meorum.
6. Æn. 717 * Atque hîc ingentem comitum affluxisse novorum
Invenio admirans nnmerum, matrésq; virósque.
545 † Descendam, explebo numerum, reddárq; tenebris.
682 * Forrè recensebat numerum, carósque nepotes.
7. Æn. 211 † Accipit, & numerum Divorum altaribus auget.
11. Æn. 328 * ipsi numerúmq; modúmq; carinis Præcipitant.--
8. Æn. 457 † --multâ vi brachia tollunt In numerum.--
12. Æn. 630 * Nec numero inferior, pugnâ, nec honore recedes,
230 † Objectare animam, numeróne an viribus a qui.
11. Æn. 598 * Compositi numero in turmas - exercitus omnis.
10. Æn. 329 † --septem numero, septenáq; tela Projiciunt.--
8. Æn. 548 * Quorum de numero - Præstantes virtute legit.--
7. Æn. 699 † Ibant æquati numero, Regémque canebant.
5. Æn. 754 * Exigui numero, sed bello vivida virtus.
560 † Tres equitum numero turmæ, terníq; vagantur.
305 * Nemo ex hoc numero mihi non donatus abibit.
61 † Bina boum vobis Trojâ generatus Acestes
Dat numero capita in naveis.--
3. Æn. 623 * Vidi egomet. duo de numero cùm corpora nostro
Frangeret ad saxum. - (*Polyphemus*)
2. Ecl. 32 † Pan primus calamos cerâ cõjungere plures Instituit.-
38 * Et dixit moriens, Te nunc habet ista secundum.
5. Æn. 310 † Primus equum phaleris insignem victor habeto:
Alter Amazoniam pharetram, plenámq; sagittis:
Tertius Argolicâ hac galeâ contentus abito.
3. Ecl. 30 * Bis venit ad mulctram, binos alit ubere fœtus,

† Terna tibi hæc primùm triplici diversa colore 8. Ecl. 73
Licia circumdo, terque hæc altaria circum
Effigiem duco, Numero Deus impare gaudet.
Necte tribus nodis ternos, Amarylli, colores.
* - ô térque, quatérque beati. 1. Æn. 94
† Quarto terra die primùm se attollere visa. 3 Æn. 205
* Temporibúsque parem diversis quattuor annum. 1 Geor. 258
† Quattuor à ventis obliquâ luce fenestras. 4. Geor. 298
* Quinque tenent cœlum zonæ, quarum una corusco. 1. Geor. 233
† Felices operum, quintam fuge, pallidus Orcus. 277
* - cædit quinas de more bidentes. 5. Æn. 96
† Bis sex lectissima matrum corpora, captivósq; dabit. 9. Æn. 272
* Vix illud lecti bis sex cervice subirent. 12. Æn. 899
† Sexcentos illi dederat Populonia mater. 10. Æn. 172
* Sunt mihi bis septem præstanti corpore Nymphæ. 1. Æn. 71
† --neque enim plus septima ducitur æstas. 4. Æn. 207
* Septima post decimam felix & ponere vites. 1. Geor. 284
† --septenósq; orbibus orbes Impediunt.-- 8. Æn. 448
* Huic à stirpe pedes temo protentus in octo. 1. Geor. 171
† Iámque dies epulata novem, gens omnis & aris. 5. Æn. 762
* - nona fugæ melior, contraria furtis (*Dies.*) 1. Geor. 286
† Pòst ubi nona suos aurora ostenderit ortus. 4 Geor. 544
* Alligat, & novies Styx interfusa coërcet. 480
† Aurea mala decem misi, cras altera mittam. 3. Ecl. 71
* Matri longa decem tulerunt fastidia menses. 4. Ecl. 61
† Non anni domuêre decem, non mille carinæ. 2. Æn. 198
* Esse putent, decimum quos distulit Hector in annum. 9. Æn. 155
† Hæsit & in decimum vestigia rettulit annum. 11 Æn. 290
* Bis quinos silet ille dies, tectúsque recusat. 2. Æn. 126
† Bis senos cui nostra dies altaria fumant. 1. Ecl. 44
* Viginti lectis equitum comitatus & urbi. 9. Æn. 48
† Triginta magnos volvendis mensibus orbes. 1. Æn 269
* Quinquaginta intùs famulæ, quibus ordine longo. 703
† Non mihi si linguæ centum sint, oráque centum, 2. Geor. 43
* Ægæon qualis centum cui brachia dicunt, 10. Æn. 565
Centenásque manus, quinquaginta oribus ignem.
† Hinc quoque quingentos in se Mezentius armat. 204
* Penthesilea furens, mediísque in millibus ardet. 1. Æn. 491
† --tibi nomina mille Mille nocendi artes.-- 7. Æn. 337
* Quàm multa in sylvis avium se millia condunt. 4. Æn. 473
† Quàm multa in sylvis Autumni frigore primo 6. Æn. 349
Lapsa cadunt folia, aut ad terram gurgite ab alto
Quàm multæ glomerantur aves, ubi frigidus annus

Trans pontum fugat, & terris immittit apricis.

6. Æn. 487 † Nec vidisse semel satis est; juvat usque morari.
2. Æn. 770 * Nequicquam ingeminans iterúmq; iterúmq; vocavi.
3. Æn. 436 † Prædicam, & repetens iterúq; iterúmq; monebo.
2. Geor. 78 * Aut rursum enodes trunci resecantur, & altè.
5. Æn. 229 † Rursùm in secessu longo, sub rupe cavata,
232 Rursùm ex diverso cœli, cæcisque tenebris.
10. Ecl. 62 * Iam neq; Hamadryades rursùs, nec carmina nobis
Ipsa placent: ipsæ rursùs concedite sylvæ.
1. Geor. 98 † Rursùs in obliquum verso prorumpit aratro,
Exercétque frequens tellurem, atque imperat arvis.
2. Geor. 232 * Rursùs humum & pedibus summas æquabis arenas.
2. Æn 248 † --miseri quibus ultimus esset Ille dies.--
4. Ecl. 4 * Vltima Cumæi vênit jam carminis ætas.
2. Æn. 714 † Hic labor extremus, longarum hæc meta viarum.
8. Ecl. 20 * Profeci, extremâ moriens tamen alloquor horâ.
11. Æn 664 † Quem telo primùm, quem postremum aspera virgo,
3. Geor. 404 * Nec tibi cura canum fuerit postrema.--
2. Æn. 324 † Vênit summa dies, & ineluctabile tempus.
9. Æn, 199 * --me socium summis adjungere rebus, Nise; fugis.--

Reliqua reperies apud Virgil. Centum *porrò,* Mille, *&* Sexcenta, *pro infinito numero sæpè accipiuntur.*

v. Ordo.

NVPTIÆ, HYMENÆI, CONjugium, Connubium, Vinclum jugale: Thalami, Lectus jugalis, Conjungere, Iugare, Iungere se, & Sociare; Dotari, Dotes, Dotalis, Faces, Tædæ, Pactum. Vir, Maritus, Vxor, Sponsa, Conjux, Pacta: Pronuba, Nubilis, Innupta; Procus, &c.

4. Ecl 63 NEc Deus hunc mensâ; Dea nec dignata cubili.
8. Ecl. 32 † O digno conjuncta viro, dum despicis omnes.
1. Æn 342 * Huic conjunx Sichæus erat, ditissimus agri.
344 † Cui pater intactam dederat, primísque jugarat
Ominibus, magno miseræ dilectus amore.
71 † Sunt mihi bis septem præstanti corpore Nymphæ,
Quarum quæ formâ pulcherrima, Deïopeiam
Connubio jungam stabili, propriámque dicabo,
Omnes ut tecum meritis pro talibus annos.

Exigat,

Exigat, & pulchrâ faciat te prole parentem.
* --lectúmq; jugalem Quo perii.-- 4. Æn. 496
† Impressúmq; nefas un. sub nocte jugali 10. Æn. 497
Cæsa manus Iuvenum fœdè, thalamíq; cruenti.
* Et lateri adglomerant nostro, Iuvenísq; Chorœbus 2. Æn. 341
Mygdonides, illis qui ad Trojam fortè diebus
Venerat, insano Cassandræ incensus amore,
Et gener auxilium Priamo, Phrygibúsq; ferebat,
Infelix, qui non sponsæ præcepta furentis Audierat.-
† En quid agam? rursúsne procos irrisa priores 4. Æn. 534
Experiar? Numidûmq; petam connubia supplex
Quos ego jam toties sum dedignata maritos?
* Illic res lætæ, regnúmque, & regia conjux 2. Æn. 783
Parta tibi: lacrymas dilectæ pelle Creüsæ.
† Conjugio, Anchisa, Veneris dignate superbo, 3. Æn. 475
Cura Deûm. --
* Si mihi non animo fixum immotúmq; sederet, 4. Æn. 15
Ne cui me vinclo vellem sociare jugali,
Postquàm primus amor deceptam morte fefellit;
Si non pertæsum thalami, tædæque fuisset;
Huic uni forsan potui succumbere culpæ.
† Ille meos, primus qui me sibi junxit, amores 28
Abstulit, ille habeat secum, servétque sepulcro.
* Iunoni ante omnes, cui vincla jugalia curæ. 59
† Quin potiùs pacem æternam, pactósq; Hymenæos, 99
Exercemus.--
* Deveniens, adero, & tua si mihi certa voluntas, 125
Connubio jungam stabili, propriámq; dicabo,
Hîc Hymenæus erit.--
† Speluncam Dido Dux, & Trojanus eandem 165
Deveniunt, prima & Tellus, & pronuba Iuno
Dant signum.--
* Nec jam furtivum Dido meditatur amorem, 17
Conjugium vocat: hoc prætexit nomine culpam.
† Cui se pulchra viro dignetur jungere Dido. 192
* --connubia nostra 213
Reppulit: ac dominum Ænean in regna recepit
† --nec conjugis unquam 338
Prætendi tædas, aut hæc in fœdera veni.
* Non jam conjugium antiquum, quod prodidit, oro. 431
† Non licuit thalami expertem sine crimine vitam 550
Degere more feræ? taleis nec tangere curas;
Non servata fides cineri promissa Sichæo.

11.Æn.647 † Ferre jubet, pallam signis, auróque rigentem,
Et circumtextum croceo velamen acantho,
Ornatus Argivæ Helenæ: quos illa Mycenis
Pergama cùm peteret, inconcessósq; Hymenæos,
Extulerat, matris Ledæ mirabile donum.
7. Æn. 52 * Sola domum, & tantas servabat filia sedes,
Iam matura viro, jam plenis nubilis annis.
Multi illam magno è Latio, totâq; petebant
Ausoniâ: petit ante alios pulcherrimus omnes
Turnus, avis, atavísq; potens: quem regia conjunx
Adjungi generum miro properabat amore, &c.
95 † - subita ex alto vox reddita luco est,
Ne pete connubiis natam sociare Latinis,
O mea progenies: thalamis neu crede paratis.
253 * Quantùm in connubio natæ, thalamóq; moratur.
268 † Est mihi nata: viro gentis quam jungere nostræ
Non patrio ex adyto sortes, non plurima cœlo
Monstra sinunt: generos externis affore ab oris.
314 * Atque immota manet fatis Lavinia conjunx.
318 † Sanguine Trojano, & Rutulo dotabere virgo,
Et Bellona manet te pronuba: nec face tantùm
Cisseis prægnans igneis enixa jugales.
357 * Molliùs, & solito matrum de more, locuta est
Multa super natâ lacrymans, Phrygiísq; Hymenæis:
Exulibúsne datur ducenda Lavinia Teucris,
O genitor? nec te miseret natæque, tuique?
Nec matris miseret? quâ primo Aquilone relinquet
Perfidus, alta petens, abductâ virgine prædo?
367 † Si gener externâ petitur de gente Latinis,
Idque sedet, Fauníq; premunt te jussa parentis.
397 * Ipsa inter medias flagrantem fervida pinum
Sustinet, ac natæ, Turníque canit Hymenæos.
423 † Rex tibi conjugium, & quæsitas sanguine dotes
Abnegat, externúsque in regnum quæritur hæres.
433 * Ni dare conjugium, & dicto parere fatetur.
† Talia connubia, & tales celebrent Hymenæos.
555 * Evolat, & natam frondosis montibus abdit
387 Quò thalamum eripiat Teucris, tædásq; moretur.
† - Turníque minorem
9. Æn. 593 Germanam, nuper thalamo sociatus habebat.
600 * En qui nostra sibi bello connubia poscunt.
10.Æn.649 † Quò fugis, Ænea? thalamos ne desere pactos.
10.Æn.607 * O germana mihi, atque eadem gratissima conjunx.

* Graius homo, infectos linquens profugus Hymenæos. 720
† Purpureum pennis, & pactæ conjugis ostro. 722
* Conjugis infandæ prima intra limina dextrâ 11. Æn. 267
Oppetii, devictâ Asiâ succedit adulter,
Conjugium optatum, & pulchram Calydona viderem.
† --non hæc dotalis regia Amatæ.
* --& si adeò dotalis regia cordi est, Aude. - 9. Æn. 737
† - liceat Phrygio servire marito, 11 Æn. 369
Dotaleísque tuæ Tyrios permittere dextræ. 4. Æn. 103
* Quin gnatam egregio genero, digníq; Hymenæis
Des pater: & pacem hanc æterno fœdere jungas. 11. Æn. 355
† Scilicet ut Turno contingat regia conjunx.
* - qui non acceperit ultrò 371
Dardanium Æneam, generúmque asciverit urbi. 471
† Me natam nulli veterum sociare procorum
Fas erat: ídque omnes Divíque, hominésq; canebant. 12. Æn. 27
Victus amore tui, cognato sanguine victus,
Conjugis & mœstæ lacrymis, vincla omnia rupi,
Promissam eripui genero, atque arma impia sumpsi
Ex illo qui me cas⁹, quæ Turne sequātur, Bella, vides.-
* --ad mortem si te (fors dicta refutet) 41
Prodiderim, natam, & connubia nostra petentem?
† Sunt aliæ innuptæ Latio, & Laurentibus agris, 24
Nec genus indecores.--
* --nec generum Æneam captiva videbo. 63
† Illò quæratur conjunx Lavinia campo. 80
* Multáque se incusat, qui non acceperit antè 612
Dardanium Æneam, generúmq; asciverit ultrò.
† --mussat rex ipse Latinus, 657
Quos generos vocet, aut quæ sese ad fœdera flectat.
* Mopso Nisa datur: quid non speremus amantes? 8. Ecl. 26
Mopse novas incide faces: tibi ducitur uxor:
Sparge marite nuces, tibi deserit Hesperus Oetam.
† Quid soceros legere, & gremiis abducere pactas? 10. Æn. 79
v. Maritus: Nauta.

NYMPHÆ, DEÆ, HESPERIDES, Dryades, Hamadryades, Oreades, Nereïdes, Naïades, Sirenes, Puellæ.

PAnáque Sylvanúmq; senem, Nymphásq; sorores. 1. Æn. 74
* Sunt mihi bis septē præstanti corpore Nymphæ, 2. Geor. 494

Quarum quæ formâ pulcherrima, Deïopeiam.

1. Æn. 131 *O quam te memorem virgo? Námq; haud tibi vultus
Mortalis, nec vox hominem sonat: O Dea certè.
An Phœbi soror, an Nympharum sanguinis una?

10. Æn. 83 † Et potes in totidem classes convertere Nymphas.

2. Ecl. 146 * Hùc ades, ô formose puer, tibi lilia plenis
Ecce ferunt Nymphæ calathis.--

1. Æn. 71 † Intus aquæ dulces, niveóque sedilia saxo,
Nympharum domus, hic fessas non vincula naves
Vlla tenent.--

3. Ecl. 9 * Et quo, sed faciles Nymphæ risêre, sacello.

9. Ecl. 19 † Quis caneret Nymphas, quis humū florentibus herbis
Spargeret, aut viridi fontes induceret umbra?

3. Æn. 34 * Multa movens animo, Nymphas venerabar agrestes.

5. Ecl. 74 † --& cùm solemnia vota
Reddemus Nymphis, & cùm lustrabimus agros.

6. Ecl. 61 * Tum canit Hesperidum miratam mala puellam.

4. Æn. 485 † Hic mihi Massylæ gentis monstrata Sacerdos
Hesperidum, templi custos, epulásque Draconi
Quæ dabat, & sacros servabat in arbore ramos.

3. Geor. 40 * Intereà Dryadum sylvas, saltúsq; sequamur
Intactos.--

460 † At chorus æqualis Dryadum, clamore supremos
Implerunt montes.--

1. Geor. 11 * Ferte simul, Fauníque pedem, Dryadésq; puellæ,
Munera vestra cano.--

5. Ecl. 58 † Ergo alacres sylvas, & cætera rura voluptas,
Panáque, pastorésque tenet, Dryadésq; puellas.

6. Ecl. 55 * --claudite Nymphæ,
Dictææ Nymphæ nemorum, jam claudite saltus.

8. Æn. 314 † Hæc nemora indigenæ Fauni, Nymphæq; tenebant.

4. Geor. 382 * --Nympháſque Sorores,
Centum quæ sylvas, centum quæ flumina servant.

10. Ecl. 62 † Iam neq; Hamadryades rursùs nec carmina nobis
Ipsa placent, ipsæ rursùs concedite sylvæ.

8 * Non canimus surdis, respondent omnia sylvæ:
Quæ nemora, aut qui vos saltus habuêre puellæ.

1. Æn. 502 † Qualis in Eurotæ ripis, aut per juga Cynthi
Exercet Diana choros, quam mille secutæ
Hinc, atque hinc glomerantur Oreades.--

10. Ecl. 55 * Intereà mistis lustrabo Mænala Nymphis.

8. Æn. 73 † Sacra mari colitur medio, gratissima tellus
Nereïdum matri, & Neptuno Ægæo.

† --cùmque imis sub fluctibus audiit omnis — 5. *Æn.* 239
Nereïdum, Phorcíque chorus, Panopeiáq; virgo.
* Atque illi medio in spatio chorus ecce suarum — 10. *Æn.* 219
Occurrit comitum, Nymphæ, quas alma Cybele
Numen habere maris, Nympháśq; è navibus esse
Iusserat, innabant pariter, fluctúsque secabant,
Quæ priùs æratæ steterant ad littora proræ.
† --vos ite solutæ, Ite Deæ pelagi, Genitrix jubet.-- — 7. *Æn.* 116
* Mortalem eripiam formam, magníq; jubebo — 9. *Æn.* 101
Æquoris esse Deas, qualis Nereïa Doto,
Et Galatea, secant spumantem pectore pontum.
† Téque sibi generum Tethys emat omnibus undis. — 1. *Geor.* 31
* Læva tenent Thetis, & Melite, Panopæáq; virgo. — 5. *Æn.* 825
† Arma rogo Genitrix Nato: te filia Nerei, — 8. *Æn.* 383
Te potuit lacrymis Tithonia flectere conjunx.
* tibi candida Naïs — 2. *Ecl.* 46
Pallentes violas, & summa papavera carpens.
† Nymphæ Laurẽtes, Nymphæ genus amnib⁹ unde est. — 8. *Æn.* 71
* Naiades, indigno cùm Gallus amore periret. — 10. *Ecl.* 10
† Addit se sociam, timidísque supervenit Ægle, — 6. *Ecl.* 20
Ægle Naïadum pulcherrima.--
* At mater sonitum, thalamo sub fluminis alti, — 4. *Geor* 334
Sensit: eam circum Milesia vellera Nymphæ
Carpebant hyali saturo fucata colore,
Drymóque, Xanthóque, Ligeáque, Phyllodocéque
Cæsariem effusæ nitidam per candida colla:
Cydippéque, & flava Lycorias: altera Virgo,
Altera tum primos Lucinæ experta labores, &c.
† Carmine quo captæ, dum fusis mollia pensa — 347
Devolvunt, iterum maternas impulit aures
Luctus Aristæi, vitreísque sedilibus omnes
Obstupuêre: sed ante alias Arethusa, sorores
Prospiciens, summâ flavum caput extulit undâ.
* Iámque adeo scopulos Sirenum advecta subibat — 5. *Æn.* 863
Difficiles quondam, multorúmque ossibus albos, &c.
† Sirenes varios cantus, Acheloïa proles, — *Sirenes*
Et solitæ miseros ore ciere modos. — *Epig. de ipſ.*
Illarum voces, illarum musa movebat — *canin.*
Omnia, quæ Thymele carmina dulcis amat, &c.

OBEDIRE, PARERE, IUBERE, *Sequi alium, Cedere alcui: Præcepta, Iussa, Mandata, Imperia.*

5. Æn. 46, INfelix, quæ tanta animum dementia cepit?
Nō vires alias, conversáq; numina sētis?
Cede Deo, dixítq;, & prælia voce diremit.

5. Æn. 114 * Ergo agite, & Divûm ducunt quà jussa sequamur.
9. Æn. 651 † Ergo avidum pugnæ dictis & numine Phœbi, Ascanium prohibent.--
3. Æn. 181 * Cedamus Phœbo, & moniti meliora sequamur.
12. Æn. 677 † Quò Deus, & quò dura vocat Fortuna, sequamur.
5. Æn. 709 * Nate Deâ, quò fata trahunt, retrahúntq; sequamur.
3. Æn. 9 † Et pater Anchises dare fatis vela jubebat.
4. Æn. 576 * --sequimur, te sancte Deorum, Quisquis es, imperióque iterùm paremus ovantes.
2. Æn. 402 † Heu! nihil invitis fas quemquam fidere Divis.
4. Æn. 127 *..non adversata petenti Annuit.-- (*Venus Iunoni.*)
4. Geor 4 8 † --Deûm præcepta secuti Venimus.--
6. Æn. 236 * His actis properè exequitur præcepta Sibyllæ.
1. Æn. 301 † Infelix qui non sponsæ præcepta furentis Audierat.-- (*Troilus Cassandræ.*)
4. Geor. 548 * Haud mora continuò Matris præcepta facessit.
1. Æn. 76 † *Æolus Iunoni.* --tuus, ô Regina quid optes Explorare labor, mihi jussa capessere fas est.
4. Æn. 294 * Iussa tamen Divûm exequitur, classémq; revisit.
6. Æn. 176 † - tum jussa Sibyllæ Haud mora festinant.--
1. Æn. 151 * Et jam jussa facit.-- (*Mercurius Iovis.*)
4. Æn. 503 † Ergo jussa parat.-- (*Iovis Æneas.*)
6. Æn. 40 * --nec sacra morantur Iussa viri.--
5. Æn 54 † Haud mora consiliis, nec jussa recusat Acestes.
2. Æn. 6 6 * (*Venus Æneæ.*) --tu ne qua parentis Iussa time: neu præceptis parere recusa.
1. Æn. 688 † Paret Amor dictis charæ Genitricis, & alas, &c.
3. Æn. 189 * Sic ait, & cuncti dictis paremus ovantes.
1. Æn. 994 † Iámque ibat dicto parens, & dona Cupido, &c. Dixerat: Ille Patris magni parere parabat, Imperio.
8. Æn. 444 * Ocyùs incubuére omnes, paritérque laborem

Sortiti, &c.-- (*Cyclopes Vulcano.*)
† Ite Deæ pelagi, Genitrix jubet, & sua quæq; 9. Æn. 117
Continuò puppes abrumpunt vincula ripis.
* Præceptísque Heleni, dederat quæ maxima, ritè. 3. Æn. 546
† Haud minus ac jussi faciunt: primúsq; rudentem, &c. 561
* Contrà, jussa monent Heleni.-- 684
† Hæc celerans, iter ad naveis tendebat Achates. 655
* Sed me jussa Deûm, quæ nunc has ire per umbras, 6. Æn. 461
Per loca senta situ cogunt, noctémque profundam
Imperiis egêre suis.--
† Haud mora, festinant jussi, rapidísque feruntur 7. Æn. 156
Passibus.--
* --jussísque ingentibus urget Apollo, 241
† Idque sedet, Fauníque premunt te jussa parentis. 368
* Cœlestûm vis magna jubet.-- 432
† --& dicto parere fatetur. 433
* Ipsa palàm fari omnipotens Saturnia jussit. 428
† His posuêre locis, matrísque egêre tremenda 8. Æn. 335
Carmentis Nymphæ monita, & Deus autor Apollo.
* --& præcepta facessunt. 9. Æn. 45
† Multa patri portanda dabat mandata: sed auræ 312
Omnia discerpunt, & nubibus irrita donant.
* --Aëriam cœlo nam Iuppiter Irim 803
Demisit, germanæ haud mollia jussa ferentem,
Ni Turnus cedat Teucrorum mœnibus altis.
† Effusæ, & hæc Turno mandata novissima perfer. 11. Æn. 825
* No patriâ amissâ dominis parere superbis Cogemur.- 12. Æn. 236
† Vrbem hodie causam belli regna ipsa Latini, 567
Ni frænum accipere, & victi parere fatentur,
Eruam, & æqua solo fumantia culmina ponam.

OBEX, OBIECTARE, OBIICERE, Opponere, Resistere, Obstare, Impedire, Tardare, Obstruere; Objectus, Oppositus.

Intùs se vasti Proteus tegit objice saxi, 4. Geor. 421
* Pendebat, fultósque emuniit objice postes. 8. Æn. 227
† Ecce maris magno claudit nos objice pontus. 10. Æn. 377
*-- quà vi maria alta tumescant Objicibus ruptis.-- 2 Geor. 479
† Non scopuli rupésq; cavæ, atque objecta retardant 3. Geor. 252
Flumina, correptos undâ torquentia montes.
* Ampliùs objectam passus transire paludem. 4. Geor. 502
†-& corpora bello Objectant, pulchrámq petunt, &c. 216

1. *Geor.* 386 * Nunc caput objectare fretis, nunc currere in undas.
2. *Æn.* 751 † Per Trojam, & rursùs caput objectare periclis.
11. *Æn.* 229 * Non pudet, ô Rutuli, cunctis pro talibus unam
Obje are animam? numeróne, an viribus æqui.
3. *Ecl.* 7 † Parciùs ista viris tamen objicienda memento.
8. *Æn.* 145 * --Méme ipse, meúmque Objeci caput --
1. *Æn.* 163 † --insula portum Efficit objectu laterum --
4. *Æn.* 549 * His germana malis oneras, atque objicis hosti.
12. *Æn.* 372 † Objecit sese ad currum, & spumantia frenis
Ora citatorum dextrâ contorsit equorum
10. *Æn.* 89 * --an miseros qui Troas Achivis Objecit.--
12. *Æn.* 377 † Ille tamen clypeo objecto conversus in hostem Ibat.-
2. *Æn.* 443 * --clypeósq; ad tela sinistris Protecti objiciunt.-
9. *Æn.* 45 † Objiciunt portas tamen: & præcepta facessunt,
Armatíque cavis exspectant turribus hostem.
379 * Objiciunt equites sese ad divortia nota
Hinc, atq; hinc, omnémq; aditum custode coronant.
3. *Geor.* 302 † Et stabula à ventis hyberno opponere soli.
2. *Æn.* 127 * Prodere voce suâ quemquam, aut opponere morti.
7. *Æn.* 300 † Ausa sequi, & profugis toto me opponere ponto.
10. *Æn.* 239 * --medias illis opponere turmas.
11. *Æn.* 115 † Æquius huic Turno fuerat se opponere morti.
12. *Æn.* 874 * --talin' possum me opponere monstro?
2. *Æn.* 496 † Non sic aggeribus ruptis cùm spumeus amnis
Exiit, oppositásque evicit gurgite moles.
5. *Æn.* 335 * Nam sese opposuit Salio per lubrica surgens.
2. *Æn.* 443 † - clypeósque ad tela sinistris Protecti objiciunt.
9. *Æn.* 55 * --non obvia ferre Arma viros.--
468 † Æneadæ duri murorum in parte sinistrâ,
Opposuêre aciem (nam dextera cingitur amni)
3. *Geor.* 213 * --post montem oppositum & trans flumina lata.
10. *Æn.* 428 † Pars ingens belli, sinit agmina, primus Abantem
Oppositum interimit, pugnæ nodúmque, morámq;.
2. *Æn.* 335 * Portarum vigiles, & cæco Marte resistunt.
7. *Æn.* 586 † Ille velut pelagi rupes immota, resistit,
Vt pelagi rupes magno veniente fragore,
Quæ sese multis circùm latrantibus undis
Mole tenet, scopuli nequicquam, & spumea circum
Saxa fremunt, laterique illisa refunditur alga.
3. *Geor.* 502 * Pellis, & ad tactum tractanti dura recessit.
2. *Geor.* 482 † --vel quæ tardis mora noctibus obstet.
484 * Frigidus obstiterit circum præcordia sanguis.
4. *Æn.* 440 † Fata obstant, placidásq; viri Deus obstruit aures.

† Sed variis portenta Deûm terroribus obstant. 7. Æn. 58
* Cara Iovis conjux, nec famam obstare furori. 4. Æn. 91
† Diíq;, Deæq;omnes,quibus obstitit Ilium,& ingens 6. Æn. 64
* --nihil urbibus inde Obstabit Tyriis.- 10. Æn. 54
† Idque placet, tantúmque bonis communibus obsto. 11. Æn. 435
* Interdum genua impediunt, cursúmque recusant. 12. Æn. 747
† Loricam clypeíque ingens onus impedit hasta. 10. Æn. 553
* Impediat, segnésque metu sententia tardet. 11. Æn. 21
† At non tardatus casu, neque territus heros. 5. Æn. 21

v. Mora, & Obsidere.

OBLIVISCI, MEMINISSE, Oblitus, Immemor.

NVnc oblita mihi tot carmina. 9. Ecl. 53
† Pomaque degenerant succos oblita priores. 2. Geor. 63
* Tempore non alio catulorum oblita Leæna. 3. Geor. 249
† Lenibant curas, & corda oblita laborum. 4. Æn. 528
* Laxabant curas, & corda oblita laborum. 9. Æn. 225
† Extruis, heu regni, rerúmque oblite tuarum. 4. Æn. 267
* Obliti ignoto camporum in littore linquunt. 11. Æn. 861
† --oblitos famæ melioris amantes. 4. Æn. 221
* (*Taurus.*) -- Præcépsque oblitum fertur in hostem. 3. Geor. 235
† Oblitúsve sui est Ithacus discrimine tanto. 3. Æn. 629
* Oblitus decorísque sui, sociûmque salutis 5. Æn. 174
† Non tamen Euryali, non ille oblitus amorum. 334
* Oblitus fatorum, Italásne capesseret oras. 703
† (*Animæ.*) - Lethæi ad fluminis undam 6. Æn. 714
Securos latices, & longa oblivia potant.
* Lethæum ad fluvium Deus evocat agmine magno, 749
Scilicet immemores supera ut convexa revisant.
† Quisquis es, amissos hinc jam oblivi cere Graios. 2. Æn. 148
* (*Dido.*) --paulatim abolere Sichæum Incipit.-- 4. Æn. 724
† Immemor herbarum quos est mirata juvenca. 8. Ecl. 2
* Perdita nec seræ meminit decedere nocti. 88
† Labitur infelix studiorum, atque immemor herbæ. 3. Geor. 512
* (*Proteus.*) --Ille suæ contrà non immemor artis. 4. Geor. 439
† Restitit, Eurydicénque suam jam luce sub ipsa 489
Immemor, heu victúsque animi respexit.--
* Instamus tamen immemores, cæcóque furore. 2. Æn. 244
† Regnorum immemores, turpíque cupidine captos. 4. Æn. 194

v. Memoria.

OBSIDERE, OBSESSVS, OBSIDIONE tenere, Levari: Oppugnare, Expugnare, Aggredi, Cingere vallis, & flammis; Obsidione premere: Aggeribus septus, &c.

2. Æn. 331 OBsedêre alii telis angusta viarum
Oppositi, stat ferri acies mucrone corusco,
Stricta, parata neci, vix primi prælia tentant.
440 * Sin Martem indomitum, Danaósq; ad tecta ruentes
Cernimus, obsessúmque actâ testudine limen:
Hærent parietibus scalæ, postésque sub ipsos
Nituntur gradibus, clypeósque ad tela sinistris
Protecti objiciunt, prensant fastigia dextris, &c.
449 † --alii strictis mucronibus imas
Obsedêre fores: has servant agmine denso:
Instaurati animi Regis succurrere tectis,
Auxilióque levare viros, vímque addere victis.
3. Æn. 420 * Dextrum Scylla latus, lævum implacata Charybdis
Obsidet, atque imo barathri ter gurgite vastos.
7. Æn. 334 † Æneadæ possint, Italósve obsidere fines.
9. Æn. 159 * Intereà vigilum excubiis obsidere portas
Cura datur Messapo, & mœnia cingere flammis:
Bis septem Rutuli, muros qui milite servent Delecti.
11. Æn. 303 † Et vellem, & fuerat melius; non tempore tali
Cogere concilium, cùm muros obsidet hostis.
516 * Vt bivias armato obsidam milite fauces.
3. Geor. 508 † Sanguis, & obsessas fauces premit aspera lingua.
802 * Ducebátque diem: Danaíque obsessa tenebant
Limina portarum, nec spes opis ulla dabatur.
10. Æn. 118 † Intereà Rutuli portis circùm omnibus instant
Sternere cæde viros, & mœnia cingere flammis.
Ast legio Æneadum vallis obsessa tenetur,
Nec spes ulla fugæ, miseri stant turribus altis
Nequicquam, & rarâ muros cinxêre coronâ.
604 * --tandem erumpunt, & castra relinquunt
Ascanius puer, & nequicquam obsessa Iuventus.
285 † Hæc ait: & secum versat, quos ducere contrà,
Vel quibus obsessos possit concredere muros.
22 * --non clausa tegunt jam mœnia Teucros:
Quin intra portas, atque ipsis prælia miscent
Aggeribus murorum, & inundant sanguine fossæ:
Æneas ignarus abest, nunquámne levari
Obsidione sines? muris iterum imminet hostis

Nascentis Trojæ, nec non exercitus alter.
* Seu fatis Italûm castra obsidione tenentur. 10. Æn. 1'9
† Dardaniæ, cingíque urbem obsidione videret. 3. Æn. 52
* - ingentíque urbem obsidione premebat. 8. Æn. 647
† Non pudet obsidione iterum, valloque teneri, 9. Æn. 598
Bis capti Phryges, & morti prætendere muros?
* Deserit obsessos colles, nemora aspera linquit. 11. Æn. 897
† Buccina, tunc muros variâ cinxêre coronâ 4 5
Matronæ, puerique: vocat labor ultimus omnes.
* Isque ubi se Turni media inter millia vidit, 9. Æn. 549
Hinc acies, atque hinc acies astare Latinas:
Vt fera quæ densâ venantûm septa coronâ,
Contra tela furit, seséque haud nescia morti
Injicit, & saltu supra venabula fertur:
Haud aliter juvenis medios moriturus in hostes
Irruit, & quà tela videt densissima, tendit.
† Stat gravis Entellus, nisúque immotus eodem, 5. Æn. 437
Corpore tela modò, atque oculis vigilantibus exit.
(*Dares.*) uti celsam oppugnat qui molibus urbem,
Aut montana sedet circum castella sub armis:
Nunc hos nunc illos aditus, omnémque pererrat
Arte locum, & variis assultibus irritus urget, &c.
* Ac velut ille canum morsu de montibus altis 10. Æn. 707
Actus aper, &c. postquàm inter retia ventum est,
Substitit, infremuítque ferox, & inhorruit armos:
Nec cuiquam irasci, propiúsve accedere virtus,
Sed jaculis, tutísque procul clamoribus instant.
† --Teucrûm mirantur inertia corda: 9. Æn. 55
Non æquo dare se campo, non obvia ferre
Arma viros, sed castra fovere, hùc turbidus, atq; hùc
Lustrat equo muros, aditúmque per avia quærit.
Ac veluti pleno lupus insidiatus ovili,
Cùm fremit ad caulas, ventos perpessus, & imbres, &c.
Sævit in absentes, collecta fatigat edendi
Ex longo rabies, & siccæ sanguine fauces,
Haud aliter Rutulo muros, & castra tuenti, &c.
Quâ tentet ratione aditus, & quæ via clausos
Excutiat Teucros vallo, atque effundat in æquor:
Classem, quæ lateri castrorum adjuncta latebat,
Aggeribus septam circum, & fluvialibus undis,
Invadit: sociósque incendia poscit ovantes, &c.
* Turris erat vasto suspectu, & pontibus altis,
Opportuna loco; summis quam viribus omnes

Expugnare Itali, summâq; evertere opum vi
Certabant: Troës contrà defendere saxis,
Pérque cavas densi tela intorquere fenestras. &c.

11. Æn. 92 * Me duce, Dardanius Spartam expugnavit adulter.
4. Geor. 405 † Se recipit, facilè ut somno aggrediare jacentem.
6. Ecl. 18 * Aggressi injiciunt ipsis ex vincula sertis
2. Æn. 165 † Fatale aggressi sacrato avellere templo
Palladium, cæsis summæ custodibus arcis.
460 * Turrim in præcipiti stantem, summísque sub astra
Eductam tectis, unde omnis Troja videri:
Aggressi ferro circùm quà summa labantes
Iuncturas tabulata dabant.--
6. Æn. 582 † Hîc & Aloidas geminos immania vidi
Corpora, qui manibus magnum rescindere cœlum
Aggressi, superisque Iovem detrudere regnis.
v. Obex.

OCCIDERE, CÆDERE, PERIMERE, Interficere; Dedere, Necare, & Dare neci, Sternere, Interimere, Mactare, Immolare, Obtruncare, Trucidare, Mulctare, &c.

11. Æn. 806 OCciso pastore, lupus, magnóve juvenco,
Cõscius audacis facti, se in montes abdidit altos.
193 * Hinc alii spolia occisi direpta Latinis.
2. Æn. 81 † Occideri ferro Priamus? Troja arserit igni?
5. Æn. 773 * Cædere deinde jubet Tempestatibus agnam.
2 Geor. 379 † Non aliam ob culpam Baccho caper omnibus aris
Cæditur.--
3 Geor. 374 * Cõminùs obtrũcant ferro, gravitérq; rudẽtes Cædũt.
2 Æn. 265 † Cæduntur vigiles, portísq; patentibus omnes.
5. Æn. 787 * - cineres, atque ossa peremptæ Insequitur.--
11. Æn. 110 † Pacẽ me exanimis, & Martis sorte perẽptis Oratis?
177 * Quòd vitam moror invisam, Pallante perempto.
4. Geor. 329. † Fer stabulis inimicum ignem, atque interfice messes.
8. Æn. 488 * Complexu in misero longâ sic morte necabant.
202 † Tergemini nece Geryoni, spoliísque superbus.
3. Geor. 480 * Et genus omne neci pecudum dedit, omne ferarum.
4. Geor. 98 † Deterior qui visus, eũ, ne prodigus obsit Dede neci.
2. Æn. 333 * Oppositi; stat ferri acies, mucrone corusco,
Stricta parata neci: vix primi prælia tentant.
12. Æn. 341 † Iámq; neci Stenelúmq; dedit, Thamirímq; Pholũq;

† Ille Talon, Tanaïnq; neci, fortémq; Cethegum, Treis uno congressu, & mœstum mittit Onyten. 12. *Æn* 513
* Plurima perq; vias sternũtur inertia passim Corpora. 2. *Æn*. 364
† Tyrrhenas i, sterne acies, rege pace Latinos. 7. *Æn*. 426
* Pronum sterne solo, portisque effunde sub altis. 11. *Æn*. 485
† Ter letho sternendus erat, cui tum tamen omnes Abstulit hæc animas dextra. -- (*de Rege Herilo.*) 8 *Æn*. 566
* - sternentes agmina clavâ Dejecit letho. -- 10. *Æn* 318
† Quem neque fas igni cuiquam, nec sternere ferro. 7. *Æn* 697
* Sternere cæde viros, & mœnia cingere flãmis Instãt - 10. *Æn*. 119
† Ipse neque adversos dignatur sternere morti. 12. *Æn*. 464
* Oppositum interimit, pugnæ nodúmque, morámq;, Sternitur Arcadiæ proles, sternuntur Etrusci. 10. *Æn*. 427
† Hic mactat Ladona, Pheretáque, Demodocúmq;. 412
* Ascaniúmque, patrémque meum, juxtáq; Creüsam, Alterum in alterius mactatos sanguine cernam? 2. *Æn*. 666
† Cœlicolũm Regi mactabam in littore taurum. 3. *Æn*. 21
* Multa boum circa mactantur corpora morti. 11. *Æn*. 197
† Terribilis, túne hinc spoliis indute meorum Eripiare mihi? Pallas te hoc vulnere, Pallas Immolat, & pœnam scelerato ex sanguine sumit. 12. *Æn*. 947
* Quem congressus agit campo, lapsúmq; superstans Immolat, ingentíq; umbrâ tegit. -- (*Æneas Æmonid.*) 10. *Æn*. 540
† Fas omne abrumpit, Polydorum obtruncat, & auro Vi potitur. -- 3. *Æn*. 55
* Excipit incautum, patriásque obtruncat ad aras. 331
† Obtruncant socios, ignem ad fastigia jactant. 8. *Æn*. 91
* Cædicus Alcathoum obtruncat, Sacrator Hydaspem. 10. *Æ*. 747
† Archetiũ Mnestheus, Epulonem obtrũcat Achates. 12. *Æn*. 459
* Fit via vi, rumpunt aditus, primósque trucidant. 2. *Æn*. 494
† Discurrunt alii ad portas, primósque trucidant. 12. *Æn*. 577
* Discerptum latos juvenem sparsêre per agros, Tum quoque marmoreâ caput à cervice revulsum. 4. *Geor*. 521
† Nam tibi, Tymbre, caput Evandrius abstulit ensis. 10. *Æn*. 394
* (*Priami.*) - jacet ingens littore truncus, Avulsúmque humeris caput, & sine nomine corpus. 2. *Æn*. 557
† Prospexit tristi mulctatam morte Camillam. 11. *Æn*. 839

v. Cædes, & Mors.

OCCVLTARE, OCCVLERE, VELARE; Condere, Recondere. Abscondere, Abdere, Tegere, Contegere, Celare, Obducere: Latere, Delitescere: Operire, Opacare: Inclusus, Occultus, Obtectus, Conditus, Secretus, Invisus, Abditus, Velatus, Tectus, Opertus, Adopertus, Cæcus, Opacus, Obscurus, Obductus, Latens, Latebrosus, Abstrusus, Septus, Arcanus, Furtivus: Turbatus, Turbidus: Latebræ, &c.

2. Ecl. 8 — NVnc virides etiam occultant spineta lacertos.
8. Æn. 210 — † Caudâ in speluncam tractos, versísque viarum
Indiciis raptos saxo occultabat opaco. (*Cacus.*)
2. Geor. 352 — * Sparge fimo pingui, & multâ memor occule terrâ.
1. Æn. 314 — † Classem in convexo nemorum sub rupe cavatâ
Arboribus clausam circum, atque horrentibus umbris
Occulit. -
2. Æn. 45 — * Aut hoc inclusi ligno occultantur Achivi.
12. Æn. 52 — † Longè illi Dea mater erit, quæ nube fugacem
Fœmineâ tegat, & vanis sese occulat umbris.
9. Æn. 391 — * Sylva fuit latè dumis, atque ilice nigrâ
Horrida, quam densi complerant undique sentes,
Rara per occultos ducebat semita calles.
Euryalum tenebræ ramorum, onerosáque præda
Impediunt, fallítque timor regione viarum.
2. Æn. 299 — † Et magis, atque magis (quanquam secreta parentis
Anchisæ domus, arboribúsq; obtecta recessit.)
3. Ecl. 19 — * Et cùm clamarem, quò nunc se proripit ille?
Tityre, coge pecus: tu post carecta latebas.
43 — † Necdum illis labra admovi, sed condita servo.
93 — * Frigidus, ô pueri, fugite hinc, latet anguis in herbâ.
6. Æn. 406 — † At ramum hunc (aperit ramum qui veste latebat.)
2. Æn. 135 — * Limosóque lacu per noctem obscurus in ulvâ
Delitui, dum vela darent, si fortè dedissent.
1. Geor. 221 — † Antè tibi Eoæ Atlantides abscondantur.
558 — * Donec humo tegere, ac foveis abscondere discant.
144 — † Interit, & curvis frustrà defensa latebris Vipera. --
4. Æn. 337 — * -- nec ego hanc abscondere furto
Speravi (ne finge) fugam. -- (*Æneas Didoni.*)
3. Æn. 291 — † Protinùs aërias Phæacum abscondimus arces.
2. Æn. 251 — * Nox operit terras, quoties astra ignea surgunt.
11. Æn. 679 — † Cui pellis latos humeros erepta juvenco
Pugnatori operit: caput ingens oris hiatus,
Et malæ texêre lupi, cum dentibus albis.

† (*Sol.*) -- Ille etiam cæcos instare tumultus 1.*Geor.*464
Sæpe monet, fraudémque & operta tumescere bella.
* Sed non antè datur telluris operta subire. 6. *Æn.* 140
† Purpureo velare comas adopertus amictu. 3. *Æn.* 405
* Nunc altæ frondes, & rami matris opacant. 2. *Geor* 55
† Dirigite in lucos, ubi pinguem dives opacat 6. *Æn.* 295
Ramus humum. --
* Sol ruit intereà, & montes umbrantur opaci. 3. *Æn.* 508
† Æneas: linquens antrum, cæcósque volutat 6. *Æn.* 157
Eventus animo secum. -
* Limen erat, cæcæque fores, & pervius usus. 2. *Æn.* 453
† -- quid me alta silentia cogis 10. *Æn.* 62
Rumpere, & obductum verbis vulgare dolorem?
* Bis segetem densis obducunt sentibus herbæ. 2. *Geor.*411
† Cui domus, & dulces latebroso in pumice nidi. 5. *Æn.* 214
* Rursum ex diverso cœli, cæcísque latebris. 3. *Æn.* 232
† -- latet arbore opacâ 6. *Æn.* 136
Aureus & foliis, & lento vimine ramus
Iunoni infernæ dictus sacer, hunc tegit omnis
Lucus, & obscuris claudunt convallibus umbræ:
Sed non antè datur telluris operta subire.
* -- ubi aut morbo gravis, aut jam segnior annis 3. *Geor.* 94
Deficit, abde domo, nec turpi ignosce senectæ.
† Sæpè sub immotis præsepibus, aut mala tactu 417
Vipera delituit, cælúmque exterrita fugit.
* Tyndarida tacitam secretâ in sede latentem. 2. *Æn.* 568
† Fas odisse viros, atque omnia ferre sub auras, 158
Si qua tegunt. -- (*Sinon.*)
* At Venus obscuro gradienteis aëre sepsit. 1. *Æn.* 415
Et multo nebulæ circum Dea fudit amictu,
Cernere ne quis eos, neu quis contingere posset.
† Infert se septus nebulâ (mirabile dictu) 439
Per medios, miscétque viris, nec cernitur ulli.
* -- nec jam furtivum Dido meditatur amorem. 4. *Æn.* 171
† Dejice, jámque fugâ tumidum caput abdidit altè. 3. *Geor.*423
* Sed pater omnipotens speluncis abdidit atris. 1. *Æn.* 64
† Extulit, ac lateri capulo tenùs abdidit ensem. 2. *Æn.* 553
* Abdiderat sese, atque aris invisa sedebat. 574
† Servantem, & tacitam secretâ in sede latentem. 568
* Evolat, & natum frondosis montibus abdit. 7. *Æn.* 387
† Cervice oranti: capulo tenùs abdidit ensem. 10. *Æn.* 536
* Continuò in montes sese avius abdidit altos, 11 *Æn.*805
Occiso pastore; lupus, magnóve juvenco.

12. Æn. 893 † -- opta, clausúmq; cavâ te condere terrâ,
3. Æn. 405 * Purpureo velare comas adopertus amictu.
6. Æn. 645 † Siste gradum, téque aspectu ne subtrahe nostro.
472 * Tandem proripuit sese, atque inimica refûgit
In nemus umbriferum. -- (Dido.)
8. Æn. 322 † (Saturnus.) -- Latiúmq; vocari
Maluit, his quoniam latuisset tutus in oris.
1. Æn. 213 * Spem vultu simulat, premit altum corde dolorem.
4. Æn. 477 † Consilium vultu tegit, ac spem fronte serenat.
12. Æn. 885 * Tantùm effata, caput glauco contexit amictu,
2. Æn. 696 † Cernimus Idæâ claram se condere sylvâ. (Cometã.)
11. Æn. 77 * -- arsurásque comas obnubit amictu.
2. Æn. 251 † Involvens umbrâ magnâ terrámq; polúmq; (Nox.)
3. Æn. 198 * Involvêre diem nimbi, & nox humida cœlum
Abstulit. --
6. Æn. 99 † Horrendas canit ambages. Obscuris vera involvens.
336 * Obruit Auster, aquâ involvens navémque, virósq;.
8. Æn. 253 † (Fumum.) Evomit, involvítq; domum caligine cæcâ.
2. Æn. 126 * -- tectúsque recusat Prodere voce suâ quemquam. -
11. Æn. 850 † -- terreno ex aggere bustum Opacâq; ilice tectum.--
2. Geor. 303 * Qui furtim pingui primùm sub cortice tectus (Ignis.)
3. Æn. 583 † Noctẽ illã tecti sylvis immania mõstra Pertulimus. -
9. Æn. 346 * Sed magnum metuens se post cratera tegebat.
2. Æn. 472 † Frigida sub terrâ tumidum quem bruma tegebat.
8. Æn. 193 * Hîc spelunca fuit vasto submota recessu
Semihominis Caci: facies, quam dira tegebat,
Solis inaccessam radiis.
9. Æn. 579 † Et lævo infixa est lateri manus, abditáq; intùs
Spiramenta animæ lethali vulnere rupit.
8. Æn. 32 * Populeas inter senior se attollere frondes
Visus, eum tenuis glauco velabat amictu
Carbasus, & crines umbrosa tegebat arundo.
10. Æn. 205 † Quos patre Benaco velatus arundine glauca
Mincius, infestâ ducebat in æquora pinu.
1. Geor 135 * Et silicis venis abstrusum excuderet ignem.
6. Æn. 6 † -- quærit pars semina flammæ
Abstrusa in venis silicis.
11. Æn. 13 * -- námque omnis eũ stipata tegebat Turba ducum.-
2. Æn. 227 † Sub pedibúsque Deæ clypeíque sub orbe teguntur.
8. Æn. 95 * -- variísque teguntur Arboribus. --
4. Æn. 123 † Diffugient comites, & nocte tegentur opacâ.
3. Geor. 454 * Vlceris os: alitur vitium, vivítq; tegendo.
138 † Sed rapiat sitiens Venerem, interiúsque recondat;

† Aut super Idalium sacratã sede recondam. 1. Æn.685
* Commendo sociis, & curvã valle recondo. 2. Æn.748
† Multi præterea, quos fama obscura recondit. 5. Æn. ·02
* At Trivia Hippolytum secretis alma recondit 7. Æn.779
Sedibus (& Nymphæ Ægeriæ, nemorique relegat
† Excipit, atque ensem tumido in pulmone recondit. 10. Æn.387
* Sed non antè datur telluris operta subire. 6. Æn.698
† Secreti celant calles, & myrtea circ m Sylva tegit. 443
* -- factúmq; di celavit, & ægram 1. Æn.355
Multa malus simulans, vanâ spe lusit amantem.
† Quale per incertam Lunam sub luce malignâ. 6. Æn.270
Est iter in sylvis, ubi cœlum condidit umbrâ
Iuppiter, & rebus nox abstulit atra colorem.
* Longiùs & volvens fatorum arcana movebo. 1. Æn. 262
† Hic ego námque tuas sortes, arcanáque fata 6. Æn. 72
Dicta meæ genti ponam, lectósque sacrabo.
* (Nunc repeto) Anchises fatorum arcana reliquit. 7. Æn. 123
† Te colere, arcanos etiam tibi credere sensus. 4 Æn.422
* - Cacum videre timentem, Turbatúmq; oculis. -- 8. Æn. 212
† Et septem gemini turbant trepida ostia Nili. 6. Æn. 800
* Discere, quàm multæ Zephyro turbentur arenæ. 2. Geor.106
† Præcipitant curæ, turbatáque funere mens est. 11. Æn.3
* -- & turbida tranat Nubila. -- 4. Æn.2,5
† Sed pulcher Ganges, atque auro turbidus Hermus. 2 Geor.137
* Turbidus hîc cœno, vastáque voragine gurges. 6. Æn.296
* Admonet in somnis, & turbida terret imago. 4. Æn. 353
* Vt tristes sine Sole domos, loca turbida adires? 6. Æn 534
† Tunc levis haud ultra latebras jam quærit imago, 10. Æn.663
Sed sublimè volans nubi se immiscuit atræ.

EVANESCERE.

* (Ænea.) -- tali Cyllenius ore loquutus 2. Æn.277
Mortales visus medio sermone reliquit, & 9. Æ.6.8
Et procul in tenuem ex oculis evanuit auram.
* -- sic fatus, nocti se immiscuit atræ. 4. Æn. 570
* Dixit, deinde lacu Fluvius se condidit alto 8. Æn. 66
Ima petens: nox Ænean, somnúsque reliquit.
† Ipse volans, tenues se sustulit ales in auras. 5. Æn. 861
* Dixerat, & spissis noctis se condidit umbris. 2. Æn. 621
† -- partem volucres dispersit in auras. 11. Æn. 790
* inq; Notos vocem vertere procellæ. 793
† Hîc juvenem in latebris aversum à limine Nympha 4. Geor.4:2
Collocat: ipsa procul nebulis obscura recessit.

1. Æn 893 * -- clausúmq; cavâ te condere terrâ.
885 † Tantùm effata, caput glauco contexit amictu
Multa gemens, & se fluvio Dea condidit alto.
1. Æn. 587 * Scindit se nubes, & in æthera purgat apertum.
4. Geor 528 † Hæc Proteus, & se jactu dedit æquor in altum,
Quáque dedit, spumantem undam sub vertice torsit.
410 * Excidet, aut in aquas tenueis dilapsus abibit.
5. Æn. 740 † Dixerat, & tenueis fúgit ceu fumus in auras.
Æneas: quò deinde ruis? quò proripis? inquit:
Quem fugis? aut quis te nostris amplexibus arcet?
6. Æn. 697 * -- da jungere dextram,
Da genitor, téque amplexu ne subtrahe nostro:
Ter conatus ibi collo dare brachia circum,
Ter frustrà comprensa manus effûgit imago,
Par levibus ventis, volucríque simillima vento.
547 † Tantùm effatus, & in verbo vestigia torsit.
2. Æn. 790 * Hæc ubi dicta dedit, lacrymantē, & multa volentē
Dicere deserüit, tenuésque recessit in auras:
Ter conatus ibi collo. --
4. Geor. 499 † Dixit, & ex oculis subitò, ceu fumus in auras
Commistus tenues, fugit diversa: neque illum
Prensantem nequicquam umbras, & multa volentem
Dicere, prætereà vidit -- (*Orpheus.*)
6. Æn. 455 * Siste gradum, téque aspectu ne subtrahe nostro.
Quem fugis? extremum fato quod te alloquor, hoc est.
4-9 † Tandem proripuit sese, atque inimica refugit,
10. Æn. 656 * Huc sese trepida Æneæ fugientis imago
Conjicit in tenebras. --
663 † Tum levis haud ultrà latebras jam quærit imago
Sed sublime volans nubi se immiscuit atræ.
5. Æn. 525 * Námque volans liquidis in nubibus arsit arundo,
Signavítque viam flammis, tenueísque recessit
Consumpta in ventos, ceu sæpè refixa
Transcurrunt, crinémque volantia sydera ducunt.
2. Æn. 691 † Illam summa super labentem culmina tecti
Cernibus Idæâ claram se condere sylvâ.
9. Æn. 312 * Multa patri portanda dabat mandata, sed auræ
Omnia discerpunt, & nubibus irrita donant.
11. Æn. 794 † Audiit, & voti Phœbus succedere partem
Mente dedit, partem volucres dispersit in auras.
809 * Haud secùs ex oculis se turbidus abstulit Aruns,
Conténtúsque fugâ, mediis se immiscuit armis.

v. Apparere, Oculus, Simulacrum, & Velare.

OCCVRRERE, OCCVRSARE, *Offerre se, Adesse, Præsentem esse, Obvius, Coràm, &c.*

HOstilis facies occurrat, & omnia turbet. 3. Æn. 407
* Ne quà scire dolos, mediúsve occurrere possit. 1. Æn. 682
† Facta patrum laudes: ultrò occurremus ad undam. 10. Æn. 282
* Audeo, & Æneadum promitto occurrere turmæ. 11. Æn. 503
† Seu dextrâ, lævâque velis occurrere pugnæ. 5:8
* Credere, nec telis occurrere virginis audet. 808
† Iuppiter, ínque omen Iuturnæ occurrere jussit. 12. Æn. 854
* Ille autem: Tua me genitor, tua tristis imago 6. Æn. 695
Sæpiùs occurrens, hæc limina tendere adegit.
† Occurrit, veterem Anchisen agnoscit amicum. 3. Æn. 82
* -- nec amplius ulla Occurrit tellus. -- 5. Æn. 8
† -- occurrit Acestes. (*Visis navibus.*) 36
* Hîc illi occurrit Tydeus, hîc inclytus armis. 6. Æn. 479
† chorus ecce suarum Occurrit comitum. -- 10. Æn. 219
* Talibus occurrit dictis, hàc Turne sequamur. 12. Æn 625
† Occursare capro (cornu ferit ille) caveto. 9. Ecl. 25
* Obvius adversóque occurrit, séq; viro vir Contulit.- 10. Æn. 734
† Obvia cui Volscorum acie comitante, Camilla 11. Æn. 498
Occurrit portísq; ab equo Regina sub ipsis Desiluit.--
* Si quà fortè ferant oculis sese obvia nostris 6. Ecl. 57
Errabunda bovis vestigia. --
† Obviáque hospitiis teneat frondentibus arbos, 4. Geor. 4
* Cui mater mediâ sese tulit obvia sylvâ. 1. Æn. 314
† Ni fratrum stipata cohors foret obvia. -- 10. Æn. 328
* -- non obvia ferre Arma viros. -- 9. Æn. 57
† Obvia multa virûm demittit corpora morti. 10. Æn. 662
* Ille velut rupes vastum quæ prodit in æquor 653
Obvia ventorum furiis, expostáque ponto.
† -- dedit obvia Pectora. -- 12. Æn. 540
* --non illi quisquam se impunè tulisset. 6. Æn. 878
Obvius armato. --
† -- raptóque volat telo obvius ipse. 8. Æn. 111
* Obvius huic primùm fatis adductus iniquis 10. Æn. 380
Fit Lagus. --
† Obvius ardenti sese obtulit. Ille reductâ. 552
* Huic contrà Æneas, speculatus in agmine longo 769
Obvius ire parat: manet imperterritus ille.
† Tantum effatus, & infestâ subit obvius hastâ. 877

12. Æn. 298 † Obvius ambustum torrem Chorinæus ab a
Corripit, & venienti Ebuso, plagámq; ferenti
Occupat os flammis, illi ingens barba reluxit.
481 * Haud minùs Æneas tortos legit obvius orbes.
4. Æn. 3 6 † Omnibus umbra locis adero. -- (*Dido Æneæ.*)
7. Æn. 4 1 * Et juveni antè oculos his se cum vocibus offert.
1. Æn. 595 † Improvisus ait: Coràm quem quæritis, adsum.
9. Æn. 4 7 * Me me adsum, qui feci, in me convertite ferrum.
2. Ecl. 45 † Hùc ades, ô formose puer, tibi lilia plenis.
5. Æn. 49 * Iamq; dies, ni fallor, adest, quem semper acerbum.
57 † Adsumus, & portus delati intramus amicos.
2. Æn. 330 * -- portis alii bipatentibus adsunt.
4. Ecl. 48 † Aggredere, ô magnos (aderit jam tempus) honores.
1. Æn. 520 * Postquàm introgressi, & coràm data copia fandi.
2. Æn. 538 † -- qui nati coram me cernere lethum Fecisti. --
3. Æn. 173 * Nec sopor illud erat, sed coràm agnoscere vultus,
Velatásque comas, præsentiáque ora videbar.
4. Æn. 351 † Me patris Anchisæ, quoties humentibus umbris
Nox operit terras, quoties astra ignea surgunt,
Admonet in somnis, & turbida terret imago.
9. Æn. 73 * Tum verò incumbunt, ur[illegible] præsentia Turni.
1. Æn. 91 † Præsentémque viris intentant omnia mortem.
12. Æn. 760 * Æneas mortem contrà, præsensq; minatur Exitiũ. --
v. Offerre.

OCVLVS, LVMEN, ACIES,
Apparere, Aspicere, Respicere, &c.

3. Ecl. 103 NEscio quis teneros oculus mihi fascinat agnos,
3. Geor. 505 † -- cœpit crudescere morbus,
Tum verò ardentes oculi. --
6. Ecl. 57 * Si quà ferant oculis sese obvia nostris.
1. Geor. 183 † Aut oculis capti fodere cubilia talpæ.
2. Geor. 230 * Antè, locum capies oculis, altéque jubebis.
255 † -- promptum est oculis prædicere nigram.
3. Geor. 522 * Solvuntur latera, atque oculos stupor urget inerteis
4. Geor. 450 † Et graviter frendens vates, vi denique multâ
Ardentes oculos intorsit lumine glauco.
498 * ex oculis subitò ceu fum⁹ in auras Cõmistus tenues.
1. Æn. 92 † Eripiunt subitò nubes cœlúmq;, diémq;
Teucrorum ex oculis: ponto nox incubat atra;
118 * Ipsius antè oculos ingens à vertice pontus
In puppim ferit. --

† Tristior & lacrymis oculos suffusa nitentes, 1. Æn. 232
* Diva solo fixos oculos aversa tenebat. 486
† Purpureum, & lætos oculis afflarat honores. 595
* Reginam petit. hæc oculis, hæc pectore toto Hæret.- 721
† Constitit, atq; oculis Phrygia agmina circumspexit. 2. Æn. 68
* Ardentésque oculos suffecti sanguine, & igni. 210
† In somnis ecce ante oculos mœstissimus Hector. 270
* Vt tandem ante oculos evasit, & ora parentum, 531
† Erranti: passímque oculos per cuncta ferenti. 570
* Cùm mihi se non antè oculis tam clara videndam 589
Obtulit, & purâ per noctem in luce refulsit. (*Venus.*)
† At pater Anchises oculos ad sydera lætus Extulit.-- 687
* Incertum, nec pòst oculis est reddita nostris. 740
† -- ipsius umbra Creüsa Visa mihi ante oculos.-- 773
* Penates visi ante oculos astare jacentis In somnis.- 3. Æn. 150
† O mihi sola mei super Astyanactis imago 489
Sic oculos, sic ille manus, sic ora ferebat.
* Audiit omnipotens, oculósq; ad mœnia torsit Regia.- 4. Æn. 220
† Et procul in tenuem ex oculis evanuit auram. 278
* Huc, illuc volvens oculos, totumq; pererrat 373
Luminibus tacitis. -- (*Dido accensa.*)
† Nec Saturnius hæc oculis pater aspicit æquis. 372
* Ægra fugit, séq; oculis avertit, & aufert. 389
† Solvitur in somnos, oculísve, aut pectore noctem 4. Æn. 530
Accipit. --
Hauriat hunc oculis ignem crudelis ab alto 661
Dardanus. --
* -- oculísque errantibus alto Quæsivit cœlo lucem.- 691
† Illa graves oculos conata attollere rursus Deficit.-- 688
* Munera principio ante oculos, circóque locantur. 5. Æn. 109
† Parte ferox, ardénsque oculis, & sibila colla. 277
* Corpore tela modò, atque oculis vigilantibus exit. 438
† Hic oculis subitò objicitur. - - monstrum.-- 522
* Alta petens, paritérq; oculos, telúmque tetendit. 508
† Postquàm omnem læti consessum, oculósq; suorum 577
Lustravêre in equis, signum clamore paratis.
* -- divini signa decoris, Ardentésq; notate oculos.-- 647
† At matres primò ancipites, oculísque malignis 654
Ambiguæ spectare rates, miserum inter amorem.
* (*Palinurus*) -- oculósque sub astra tenebat. 853
† -- quin Protinus omnia Perlegerent oculis.-- 6. Æn. 33
* Ergo altè vestigia oculis.- (*Ramum aureum.*) 146
† Illa solo fixos oculos aversa tenebat.-- (*Dido.*) 469

7. Æn. 250 † --solóq; immobilis hæret Intentos volvens oculos.--
420 * Et juveni ante oculos his se cum vocibus offert.
8. Æn. 81 †Ecce autem subitum, atque oculis mirabile mõstrum.
152 * Dixerat Æneas: ille os, oculósque loquentis
Iamdudum, & totum lustrabat lumine corpus.
222 † -- Cacum videre timentem Turbatúmq; oculis.--
253 * -- caligine cæcâ Prospectum eripiens oculis. -
265 † - nequeunt expleri corda tuẽdo Terribiles oculos.--
310 * Miratur, faciléfque oculos fert omnia circum.
592 † Stant pavidæ in muris matres, oculisque sequuntur
Pulveream nubem, & fulgentes ære catervas.
617 * Ille Deæ donis, & tanto lætus honore
Expleri nequit, atq; oculos per singula versat.
9. Æn. 110 † Hic primùm nova lux oculis effulsit. --
209 * Iuppiter, aut quicunque oculis hæc aspicit æquis.--
487 † Heu? mater nec pressi oculos, aut vulnera lavi.
10. Æn. 4 3 * Sic ait, atque oculos Rutulorum rejicit arvis.
745 † Olli dura quies oculos, & ferreus urget
Somnus, in æternam clauduntur lumina noctem.
11. Æn. 121 * Conversíque oculos inter se, atque ora tenebant.
311 † Ante oculos, intérque manus sunt omnia vestras.
480 * Causa mali tanti, oculos dejecta decoros Lavinia.--
507 † Turnus ad hæc, oculos horrendâ in virgine fixus.
740 * Tollitur in cœlum clamor, cunctíque Latini
Convertêre oculos. --
795 † Convertêre animos acies, oculósque tulêre
Cuncti ad Reginam Volsci. --
872 * Exclusi ante oculos, lacrymantúmq; ora parentum.
12. Æn. 483 † Voce vocat, quoties oculos conjecit in hostem.
2 * - sua nunc promissa reposci, Se signari oculis.--
638 † Vidi oculos ante ipse meos, me voce vocantem.
657 * -- in te ora Latini, In te oculos referunt. --
908 † Ac velut in somnis oculos ubi languida pressit
Nocte quies. --
930 * Ille humilis, suppléxq; oculos, dextrámq; precantẽ
Protenden, equidem merui. -- (*Turnus Æneæ.*)
12. Æn. 607 † Ardentes oculorum orbes ad mœnia torsit
Turbidus, éq; rotis magnam respexit ad urbem.
557 * Ille ut vestigans diversa per agmina Turnum
Huc, atque huc acies circumtulit, aspicit urbem,
3. Æn. 635 † Fundimur, & telo lumen terebramus acuto.
2. Æn. 172 * arsêre coruscæ Luminibus flammæ arrectis. --
12. Æn. 172 † Illi ad surgentem conversi lumina Solem.

†Labitur exanguis, labuntur frigida letho Lumina. -- 11. Æn. 814
* Cernat semineci sibi me rapere arma cruenta, 10. Æn. 462
Victorémq; ferant morientia lumina Turni.
v. Videre, Evanescere.

ODIUM, ODISSE, EXOSUS, Perosus, Aversus, Odio esse, &c.

QVi Bavium non odit, amet tua carmina, Mævi. 3. Ecl. 90
† Dúmq; tibi est odio mea fistula, dúmq; capellæ. 8. Ecl. 34
* Conveniunt, quibus aut odium crudele tyranni, 1. Æn. 365
Aut metus acer erat. -- (*Pygmalionis.*)
†Inconsulti abeunt, sedémq; odêre Sibyllæ. 3. Æn. 452
* Odit & ipse pater Pluton, odêre sorores. 7. Æn. 327
† -- oditq; moras, hastámq; coruscat. 12. Æn. 4[illegible]
* -- scio acerba meorum Circúmstare odia. -- 10. Æ. 904
† Turno tempus erit, cùm spolia ista, diémq; Oderit. - 503
* Talibus Æneas ardentem, & torva tuentem 6. Æn. 467
Lenibat dictis animum, lacrymásque ciebat:
Illa solo fixos oculos aversa tenebat. &c.
† Iuppiter omnipotens, si nondum exosus ad unum. 5. Æn. 687
* Non adeò has exosa manus victoria fugit. 11. Æn 436
† Et nunc cedo quidem, pugnásq; exosa relinquo. 12. Æn. 818
* Et Iuvenem exosum nequicquam bella Mezentem. 517
†-- penitus modò non genus omne perosos Fœmineū. 9. Æn. 141
* -- lucémq; perosi Projecêre animas. -- 6. Æn. 4[illegible]5
† Novimus & qui te, transversa tuentibus hircis. 3 Ecl. 9
* Talia dicentem jamdudum aversa tuetur, 4. Æn. 362
Hùc, illuc volvens oculos, totúmq; pererrat
Luminibus tacitis, & sic accensa profatur:
Nec tibi Diva parens, generis nec Dardanus autor.
† Frater ut Æneas pelago tuus omnia circum 1. Æn. 671
Littora jactetur, odiis Iunonis iniquæ.
* Tum vos, ò Tyrii, stirpem, & genus omne futurum 4. Æn. 622
Exercete odiis, cinerique hæc mittite nostro.
† Non mediâ de gente Phrygum exedisse nefandis 5. Æn. 785
Vrbem odiis, satis est, pœnam traxisse per omnem.
* (*Iuno.*) -- odiis haud exsaturata quievi. 7. Æ. 298
† Tu potes unanimes armare in prælia fratres, 335
Atque odiis versare domos. -- (*Iuno Alecto.*)
* Tum certare odiis, tum res rapuisse licebit. 10. Æn. 14
† Vni odiísque viro, telísq; frequentibus instant. 692
* Debueram patriæ pœnas, odiísque meorum, 853

11. Æn. 121 † Tum senior sempérque odiis, & crimine Drances
Infensus juveni Turno. --
12. Æn. 938 * Ulterius ne tende odiis, tua est Lavinia conjunx.
2. Æn. 96 † Promisi ultorem, & verbis odia aspera movi.
157 * Fas odisse viros. -- (*Sinon.*)
v. Invidia, & Ira.

ODOR, NIDOR, ODORATUS, Odorus, Fragrans, Odoriferus Olens. Graveolens: Spirare, Halare, Redolere.

1. *Ecl.* 11 Allia, serpyllúmq; herbas contundit olentes.
48 † Narcissum, & florem jungit beneolentis anethi,
Tum casiâ, atque aliis intexens suavibus herbis.
1. *Geor.* 56 * -- Nónne vides croceo ut Tmolus odores,
India mittit ebur, molles sua thura Sabæi,
108 † Invitênt croceis halantes floribus horti.
3. *Geor.* 254 * Nónne vides, ut tota tremor pertentet equorum
Corpora, si tantum notas odor attulit auras.
2. *Geor.* 132 † Et si non alium latè jactaret odorem, Laurus erat. --
2. *Ecl.* 54 * Et vos, ô Lauri, carpam, & te proxima myrte,
Sic positæ, quoniam suaves miscetis odores.
4. *Geor.* 49 † Aut ubi odor cœni gravis. (*ne ibi sint Apes*)
30 * -- & olentia latè
Serpilla, & graviter spirantis copia thymbræ.
3. *Geor.* 414 † Disce & odoratam stabulis accendere cedrum,
Galbanéoque agitare graves nidore chelydros.
2. *Geor.* 122 * Quid tibi odorato referam udantia ligno
Balsamáque & baccas semper frondentis acanthi.
169 † Fervet opus, redoléntque thymo fragrantia mella.
4. *Geor.* 269 * Cecropiúmq; thymum, & gravè olentia centaurea.
264. † Hîc jam galbaneos suadebo incendere odores.
267 * Proderit, & tunsum gallæ admiscere saporem,
Arentésque rosas, aut igni pinguia multo
Defruta, vel Psythiâ passos de vite racemos.
278 † Hujus odorato radices incoque Baccho.
415 * Hæc ait, & liquidum Ambrosiæ diffudit odorem,
Quo totum nati corpus perduxit: at illi
Dulcis compositis spiravit crinibus aura.
1. *Æn.* 402 † Ambrosiæque comæ divinum vertice odorem
Spiravêre: pedes vestis defluxit ad imos.
415 * --templum illi, centúmq; Sabæo
Thure calent aræ, sertísque recentibus halant.

† Massylíque

† Massilíque ruunt equites, & odora canum vis.	4. *Æn.* 132
* Immundo, tum vox tetrum dira inter odorem.	3. *Æn.* 228
† Inde ubi venēre ad fauces gravè olentis Averni.	6. *Æn.* 201
* Inter odoratum lauri nemus.--	658
† Urit odoratam nocturna in lumina cedrum.	7. *Æn.* 13
* Hic subitam canibus rabiem Cocyta virgo Objicit, & noto nares contingit odore, Ut cervum ardentes agerent. -	479
† Obvius ambustum torrem Chorinæus ab ara Occupat os flammis: illi ingens barba reluxit, Nidorémque ambusta dedit.--	12. *Æn.* 298
* Inclusas ut cùm latebroso in pumice pastor Vestigavit apes, fumóque implevit amaro, Volvitur ater odor tectis: tum murmure cæco Intus saxa sonant, vacuas it fumus ad auras.	587
† --spargítque salubreis Ambrosiæ succos, & odoriferam panaceam.	418

OFFERRE SE, OBIICERE, APPARERE.
Clarescere, Patescere, Prodere: Manifestus, Oblatus, Clarus, Lucidus, Patens, Patefactus.

At mihi sese offert ultrò meus ignis Amyntas.	3. *Ecl.* 66
* Primus se Danaûm, magnâ comitante catervâ, Androgeos offert nobis, socia agmina credens.	2. *Æn.* 371
† Clarescunt sonitus, armorúmque ingruit horror.	301
* --jam per mœnia clarior ignis Auditur.--	7
† Lucidus orbis erit, frustrà terrebere nimbis, Et claro sylvas cernes Aquilone moveri.	1. *Geor.* 459
* Æneas, strictámque aciem venientibus offert.	6. *Æn.* 291
† Et juveni ante oculos his se cum vocibus offert.	7. *Æn.* 420
* --seniórque Galesus Dum paci medium se offert.--	540
† I, nunc ingratis offer te, irrise, periclis.	430
* Cujus Aristæo quoniam est oblata facultas.	4. *Geor.* 436
† Hoc primùm in luco nova res oblata timorem Leniit.--	1. *Æn.* 454
* Iphitus, oblati per Lunam, Hypanísque, Dymásque;	2. *Æn.* 340
† Oblato gaudens componi fœdere bellum.	12. *Æn* 109
* Melle soporatam, & medicatis frugibus offam Objicit, ille fame rabidâ, &c. Corripit objectam.--	6. *Æn.* 420
† Hic aliud majus miseris, multóque tremendum Objicitur magis, atque improvida pectora turbat.	2. *Æn.* 199
* Hîc oculis subitò objicitur monstrum. -	3. *Æn.* 522

1. Æn. 591 † Via ea fatus erat, cùm circumfusa repentè
Scindit se nubes, & in æthera purgat apertum.
Restitit Æneas, claráque in luce refulsit.
122 * Apparent rari nantes in gurgite vasto.
3. Æn. 530 † Crebrescunt optatæ auræ, portúsque patescit
Iam propior, templúmque apparet in arce Minervæ.
9. Ecl. 59 * Hinc adeò media est nobis via, námq; sepulcrum
Incipit apparere Bianoris.--
2. Æn. 622 † Apparent diræ facies, inimicáque Trojæ Numina.-
12. Æn. 849 * Hæ Iovis ad solium sævíque in limine Regis
Apparent, acuúntque metum Mortalibus ægris.
5. Æn. 838 † Cùm levis ætheriis delapsus Somnus ab astris
Aëra dimovit tenebrosum, & dispulit umbras.
1. Æn. 645 * Æthere se mittit, spirantes dimovet auras.
8. Æn. 589 † Qualis ubi Oceani perfusus Lucifer undâ, &c.
Extulit os sacrum cœlo, tenebrásque resolvit.
4. Geor. 310 * -- sed ante alias Arethusa sorores
Prospiciens, summâ flavum caput extulit undâ.
8. Æn. 31 † Huic Deus ipse loci fluvio Tyberinus amœno
Populeas inter senior se attollere frondes Visus.--
2. Æn. 587 * Cùm mihi se non antè oculis tam clara videndam
Obtulit, & purâ per noctem in luce refulsit.
270 † In somnis, ecce ante oculos mœstissimus Hector
Visus adesse mihi, &c.
12. Æn. 143 * Funereas rapuêre faces, lucet via longo
Ordine flammarum, & latè discriminat agros.
40 † Vt vidit, lævíque patens in pectore vulnus,
5. Æn. 552 * Infusum populum, & campos jubet esse patentes.
2. Æn. 259 † --illos patefactus ad auras Reddit equus.--
1. Geor. 478 * --& simulacra modis pallentia miris
Visa sub obscurum noctis.--
9. Æn. 373 † Et galea Euryalum sublustri noctis in umbra
Prodidit immemorem, radiísque adversa refulsit.
2 Geor. 254 * Quæ gravis est, ipso tacitam se pondere prodit.
10 Æn. 693 † Ille velut rupes vastum quæ prodit in æquor.
2. Geor. 246 * At sapor indicium faciet manifestus, & ora
Tristia tentantum sensu torquebit amaror.
2. Æn. 309 † Tum verò manifesta fides, Danaûmq; patescunt
Insidiæ. -
3. Æn. 375 * Auspiciis manifesta fides, sic fata Deûm rex
4. Æn. 358 † Detulit: ipse Deûm manifesto in lumine vidi.
8. Æn. 16 * Eventum pugnæ cupiat, manifestius ipsi,
Quàm Turno regi, aut regi apparere Latino.

† Fatalem Æneam manifesto numine ferri. — 11. Æn 132
* ... visi ante oculos astare jacentis — 3. Æn. 150
In somnis, multo manifesti lumine --
v. Occurrere, Evanescere, Oculi, Patescere, Color.

OLYMPUS, OLYMPIACUS, MAGNUS, Summus, Frondosus.

CUm gemitu reboāt sylvæq;, & magnus Olympus. — 3. Geor. 227
† Sūme pater, nā te voluit rex magnus Olympi. — 5. Æn. 533
* Dum flammas Iovis, & sonitus imitatur Olympi. — 6. Æn. 586
† Haud pater ipse velit summi regnator Olympi. — 7. Æn. 563
* Haud tamen inter se magni regnator Olympi Passus. — 10. Æn. 437
† Iussit, & invito processit Vesper Olympo. — 6 Ecl. 36
* Flava Ceres alto nequicquam spectat Olympo. — 1. Geor. 105
† Hoc etiam emenso cùm jam decedet Olympo. — 439
* Ante diem clauso componet Vesper Olympo. — 1. Æn. 5[illegible]8
† Imperium terris, animos æquabit Olympo. — 6. Æn. 782
* Túque prior, tu parce, genus qui ducis Olympo. — 834
† Extremo veniens Sol aspiciebat Olympo. — 7. Æn. 218
* Devexo intereà propior fit Vesper Olympo. — 8. Æn. 280
† Quem casum portenta ferant; ego poscor Olympo. — 533
* Quod tua cara parens domito te poscit Olympo. — 9. Æn. 84
† Scilicet atque Ossæ frondosum involvere Olympū. — 1. Geor. 291
* Annuit, & totum nutu tremefecit Olympum. — 9. Æn. 106
† Noctivago Phœbe medium pulsabat Olympum. — 10. Æn. 216
* Seu quis Olympiacæ miratus præmia palmæ. — 3. Geor. 53
v. Cœlum.

OPES, OPULENTIA, GAZA, FORTUNA, Fortunæ, Largus opum, Opulentus, Dives, Abundans, Fortunatus, Ditissimus.

FOrtunate senex, ergo tua rura manebunt,
Et tibi magna satis. -- — 1. Ecl. 47
† ... sunt nobis mitia poma,
Castaneæ molles, & pressi copia lactis. — 81
* Quàm dives pecoris nivei, quàm lactis abundans,
Mille meæ Siculis errant in montibus agnæ, — 20
Lac mihi non æstate novum, non frigore desit.
† O fortunatos nimiùm, sua si bona norint,
Agricolas: Quibus ipsa procul discordibus armis — 2. Geor. 458

Fundit humo facilem victum justissima Tellus.

2 *Geor*. 507 * Condit opes alius, defessóque incubat auro.

Si non ingentem foribus domus alta superbis
Manè salutantûm totis vomit ædibus undam.

468 † Dives opum variarum, at latis otia fundis.

4. *Geor*. 132 * Regum æquabat opes animis.--

237 † Nam quà Pellæi gens fortunata Canopi
Accolit effuso stagnantem flumine Nilum,
Et viridem Ægyptum nigrâ fœcundat arenâ.

1. *Æn*. 14 * --dives opum, studiísq; asperrima belli.

119 † Arma virûm, tabulæque, & Troia gaza per undas.

362 * Corripiunt, onerántque auro: portantur avari
Pygmalionis opes, pelago.--

445 † Hîc templum Iunoni ingens Sidonia Dido
Condebat, donis opulentum, & numine Divæ.

575 * Auxilio tutos dimittam, opibúsque juvabo.

2. *Æn*. 4 † Trojanas ut opes, & lamentabile regnum
Eruerint Danaï.--

602 * --verùm inclementia Divûm
Has evertit opes, sternítque à culmine Trojam.

22 † Insula dives opum.-- (*Tenedos*.)

763 * Prædam adservabant. Hûc undique Troïa gaza
Incensis erepta adytis, mensæque Deorum,
Crater sq; auro solidi, captiváq; vestis Congeritur.-

789 † Vndique convenêre animis, opibúsque parati
In quascunque velim pelago deducere terras.

3 *Æn*. 53 * Ille ut opes fractæ Teucrûm, & fortuna recessit.

4 *Æn*. 75 † Sidonias ostentat opes, urbémque paratam.

5. *Æn*. 41 * Excipit ac fessos opibus solatur amicis.

268 † Iámque ibant donati omnes, opibúsque superbi.

6 *Æn*. 195 * --ubi pinguem dives opacat Ramus humum.--

683 † Fatáque, fortunásque virûm, moréfque, manúsque.

7. *Æn*. 261 * --non vobis, rege Latino,
Divitis uber agri, Trojæve opulentia deerit.

537 † Qui fuit, Ausoniísque olim ditissimus arvis.
Quinque greges illi balantum, quina redibant
Armenta, & terram centum vertebat aratris.

684 * --quos dives Anania pascit.

8. *Æn*. 317 † Aut componere opes norant, aut parcere parto,
Sed rami, atque asper victu venatus alebat.

364 * Aude hospes contemnere opes.--

475 † Sed tibi ego ingentes populos, opulentáq; regnis.
Iungere castra paro.--

† Auxilio lætos dimittam, opibúsque juvabo. 8. Æn. 171
* Dives equûm, dives pictaï vestis, & auri. 9 Æn. 26
† Expugnare Itali summâque evertere opum vi 532
Certabant.--
* Nósne tibi fluxas Phrygiæ res vertere fundo 1. Æn. 403
Conamur.--
† Iungit opes, fœdúsque ferit.-- (*Tarchon.*) 10. Æn. 154
* Mantua dives avis, sed non genus omnibus unum. 201
† Vt rebare Venus (nec te sententia fallit) 608
Trojanas sustentat opes.--
* O fortunatæ gentes, Saturnia Regna, 11. Æn. 252
Antiqui Ausonii.--
† Sin & opes nobis, populíque, auxilióq; supersunt. 420
* Largus opum, & linguâ melior.-- (*Dran es.*) 338
† Nigra velut magnas domini cùm divitis ædes 12. Æn. 473
Pervolat, & pennis alta atria lustrat hirundo.
* Pro se quisque viri summâ nituntur opum vi. 552
† Non hæc humanis opibus, non arte magistrâ 427
Proveniunt.--

v. Aurum, Auxilium, Divitiæ, Vestes, & Paupertas

OPVS, OPERA, OPERATVS.

INsanire libet quoniam tibi, pocula ponam 3. Ecl. 36
Fagina, cælatum divini opus Alcimedontis,
Lenta quibus torno facili superaddita vitis,
In medio duo signa Conon, &c.--
† Fervet opus, redoléntque thymo fragrantia mella. 4. Geor. 169
* Gratum opus Agricolis.-- (*Georgica.*) 1. Æn. 4
† Ingentémque Gyas, ingenti mole Chimæram 5. Æn. 118
Vrbis opus.-- (*Navis*)
* Tum pius Æneas hastam jacit: ille per orbem 10. Æn. 783
Ære cavum triplici, per linea terga, tribúsque
Transiit intextum tauris opus, imáque sedit.
†- facilis descensus Averni, Sed revocare gradum- 6. Æn. 126
Hoc opus, hic labor est.--
* Majus opus moveor - 7. Æn. 45
† Militiam, & grave Martis opus tolerare. 8. Æn. 516
* - sed famam extendere factis Hoc virtutis opus.-- 10. Æn. 468
† Nunc animi opus, Ænea, nunc pectore firmo. 6. Æn. 261
* Non armis mihi Vulcani, non mille carinis 9. Æn. 148
Est opus in Teucros.--
† --pendent opera interrupta, minæque 4. Æn. 88
Murorum ingentes.--

4. Æn. 607 * Sol qui terrarum flammis opera omnia lustras.
6. Æn. 183 † Nec non Æneas opera inter talia primus.
8. Æn. 415 * Mollibus è stratis opera ad fabrilia surgit. (*Vulcan.*)
411 † Noctem addens operi, famulásq; ad limina longo
Exercens penso -- (*Mulier sedula.*)
11. Æn. 183 * Aurora intereà miseris Mortalibus almam
Extulerat lucem, referens opera, atque labores.
12. Æn. 699 † Præcipitátque moras omnes, opera omnia rumpit.
49 * Major agit Deus, atque opera ad majora remittit.
3. Geor. 533 † Atque opere in medio defixa relinquit aratra.
4. Æn. 407 * Castigátque moras, opere omnis semita fervet.
6. Æn. 31 † Partem opere in tanto (sineret dolor) Icare haberes.
1. Æn. 508 * (*Dido.*) --instans operi, regnísq; futuris.
2. Æn. 235 † Accingunt omnes operi, pedibúsque rotarum.
8. Æn. 431 * Fulgores nunc terrificos, sonitúmque, metúmque
Miscebant operi.-- (*Cyclopes*)
10. Æn. 792 † Si qua fidem tanto est operi latura vetustas.
1. Geor. 85 * Ipsa dies alios alio dedit ordine Luna Felices operu-
2. Geor. 159 † Adde tot egregias urbes, operúmque laborem.
476 * Et patiens operum, parvóque assueta Juventus.
4. Geor. 183 † Omnibus una quies operum, labor omnibus unus.
214 * (*Rex apum.*) Ille operum custos.--
1. Æn. 459 † Artificúmq; manus inter se, operúmque laborem
Miratur, videt Iliacas ex ordine pugnas.
511 * Iura dabat, legésque viris, operúmque laborem
Partibus æquabat justis, aut sorte trahebat.
3. Æn. 19 † Sacra Dioneæ matri, Divísque ferebam
Auspicibus cœptorum operum --
5. Æn. 284 * Olli serva datur, operum haud ignara Minervæ.
11. Æn. 227 † Legati responsa ferunt, nihil omnibus actum
Tantorum impensis operum, nil dona, nec aurum.
3. Æn. 136 * Connubiis, arvísque novis operata Iuventus.
1. Geor. 348 † Sacra refer Cereri, lætis operatus in herbis.
v. Labor.

ORACVLVM, ORACLVM.

8. Æn. 131 SEd mea me virtus, & sancta Oracula Divûm,
Convexêre tibi.--
2. Geor. 16 † -- atque habitæ Graiis Oracula quercus.
4. Geor. 449 * Venimus huc lapsis quæsitum Oracula rebus.
2. Æn. 114 † Suspensi Eurypilum scitatum oracula Phœbi
Mittimus, ísque adytis hæc tristia dicta reportat.

† Quin adeas Vatem, precibúsq; Oracula poscas. 3. Æn. 456
* At Rex sollicitus monstris oracula Fauni 7. Æn. 81
Fatidici genitoris adit, lucósque sub altâ
Consulit Albuneâ.--
† Rursùs ad orâclum Ortygiæ, Phœbúmq, remenso, 3. Æn. 143
Hortatur Pater ire mari, veniámque precari.

v. Prædicere.

ORARE, ROGARE; SUPPLEX.
Suppliciter, Precari, Affari Deum, Adorare prece, Divôs vocare, Preces fundere, In vota vocare, Prosequi votis, & Venerari Deum, Implorare, Invocare, Ferre preces Divis: Vota duplicare, Vocare precibus Numina, Obtestari, Ferre preces alicui; Quæso, &c.

ORpheus.) Manésq; adiit, regémq; tremendum 4. Geor. 468
Nesciáque humanis precibus mansuescere corda.
At cantu commotæ Erebi de sedibus imis.
* --neque illum Orando flectes.-- 397
† Sed modus orandi qui sit, priùs ordine dicam. 556
* Ad te confugio, & supplex tua numina posco. 1. Æn. 665
† Troes te miseri, ventis maria omnia vecti 523
Oramus, prohibe infandos à navibus ignes:
Parce pio generi, & propiùs res aspice nostras.
* O qui res hominúmque, Deúmq; 228
Æternis regis imperiis, & fulmine terres:
Quid meus Æneas in te committere tantùm,
Quid Troë potuêre?--
† Orantes veniam, & templum clamore petebant. 523
* Tristior & lacrymis oculos suffusa nitenteis 227
Alloquitur Venus.--
† Ad quem tum Iuno supplex his vocibus usa est: 99
Æole (námque tibi Divûm pater, atq; hominum Rex,
Et mulcere dedit fluctus, & tollere vento)
Gens inimica mihi Tyrrhenum navigat æquor,
Incute vim ventis, submersásque obrue puppes:
Sunt mihi bis septem præstanti corpore Nymphæ, &c.
* Intereà ad templum non æquæ Palladis ibant 478
Crinibus Iliades passis, peplúmque ferebant
Suppliciter tristes, & tonsæ pectora palmis.
† Quod te per Superos, & conscia Numina veri, 2. Æn. 141
Per, si qua est quæ restat adhuc Mortalibus usquam

Intemerata fides oro, miserere laborum
Tantorum, miserere animi non digna ferentis.
2. Æn. 232 * --orandáque Divæ Numina con clamant.--
687 † At pater Anchises oculos ad sydera lætus
Extulit, & cœlo palmas cum voce tetendit;
Juppiter omnipotens, precibus si flecteris ullis,
Aspice nos; hoc tantùm: & si pietate meremur,
Da deinde auxilium pater, atque hæc omina firma.
Vix ea fatus erat senior: subitóque fragore
Intonuit lævum.--
699 * Hîc verò victus genitor se attollit ad auras,
Affatúrque Deos, & sanctum sydus adorat,
702 † Dii patrii servate domum, servate nepotem.
Vestrum hoc augurium, vestróque in numine Troja est:
3. Æn. 84 * Templa Dei saxo venerabar structa vetusto,
Da propriam, Tymbræe, domum, da mœnia fessis,
Et genus, & mansuram urbem: serva altera Trojæ
Pergama: relliquias Danaûm, atq; immitis Achilli.
Quem sequimur? quóve ire jubes? ubi ponere sedes?
Da pater augurium, atque animis illabere nostris?
Vix ea fatus eram: tremere omnia visa repentè.
176 † --tendóque supinas
Ad cœlum cum voce manus, & munera libo.
253 * Et pater Anchises passis de littore palmis,
Numina magna vocat, meritósque indicit honores:
Dii prohibete minas, Dii talem avertite casum:
Et placidi servate pios.--
437 † Junonis magnæ primùm prece numen adora,
Junoni cane vota libens: dominámq; potentem
Supplicibus supera donis: sic denique victor.
525 * Tum pater Anchises magnum cratera coronâ
Induit, implevítque mero, Divósque vocavit,
Stans celsa in puppi.--
Dii maris, & terræ, tempestatúmque potentes,
Ferte viam vento facilem, & spirate secundi.
Crebrescunt optatæ auræ, portúsque patescit
Jam propior templúmque apparet in arce Minervæ.
598 † Continuitque gradum, mox sese ad littora præceps
607 Cum fletu, precibúsque tulit: per sydera testor
Per Superos, atque hoc cœli spirabile lumen,
Tollite me Teucri, quascunque abducite terras.
* Dixerat & genua amplexus, genibúsq; volutans
Hærebat, Qui sit fari, quo sanguine cretus.

†Multa Iovem manibus supplex orasse supinis, 4 Æn. 205
Iuppiter omnipotens, cui nunc Maurusia pictis
Gens epulata toris, Lenæum libat honorem,
Aspicis hæc? an te genitor cùm fulmina torques
Nequicquam horremus?--
* - nos munera templis 217
Quippe tuis ferimus, famámque fovemus inanem.
Talibus orantem dictis, arásque tenentem,
Audiit omnipotens, oculósque ad mœnia torsit.
Tunc sic Mercurium alloquitur --Vade age, nate.--
† --per ego has lacrymas dextrámque tuam te 314
(Quando aliud mihi jam miseræ nihil ipsa reliqui)
Per connubia nostra, per incœptos Hymenæos,
Si bene quid de te merui, fuit aut tibi quidquam
Dulce meum, miserere domûs labentis, & istam
Oro (si quis adhuc precibus locus) exue mentem.
* Ire iterùm in lacrymas, iterùm tentare precando 413
Cogitur, & supplex animos submittere amori.
† Extremam hanc oro veniam (miserere sororis) 435
Quam mihi cùm dederis cumulatam morte relinquā.
* Accipite hæc, meritúmque malis advertite numen, 611
Et nostras audite preces.--
† Et fors æquatis cepissent præmia rostris
Ni palmas ponto tendens utrasque Cloanthus, 5. Æn, 232.
Fudissétque preces, Divósque in vota vocasset:
Dii quibus imperium pelagi, quorum æquora curro,
Vobis lætus ego hoc candentem in littore taurum
Constituam.--
Dixit, tumque imis sub fluctibus audiit omnis
Nereidum, Phorcíque chorus.--
* Tum pius Æneas, humeris abscindere vestem, 689
Auxilióque vocare Deos, & tendere palmas,
Iuppiter omnipotens, si nondum exosus ad unum,
Trojanos, si quid pietas antiqua labores
Respicit humanos, da flammam evadere classi
Nunc pater, & tenues Teucrûm res eripe letho,
Vel tu quod superest, infesto fulmine morti
Si mereor, demitte, tuâque hîc obrue dextrâ.
Vix hæc ediderat, cùm effusis imbribus atra
Tempestas sine more furit.--
† At Venus intereà Neptunum exercita curis 770
Alloquitur, talésque effundit pectore questus:
Iunonis gravis ira, & inexsaturabile pectus

Cogunt me, Neptune, preces descendere in omnes,
Quam nec longa dies, pietas nec mitigat ulla.
5. Æn. 795 * Quod superest oro, liceat dare tuta per undas
Vela tibi: liceat Laurentem attingere Tybrim.
Si concessa peto, si dant ea mœnia Parcæ,
Tum Saturnius hæc domitor maris edidit alti,
6. Æn. 55 Fas omne est, Cytherea, meis te fidere regnis, &c.
† Ossa tremor, fuditq; preces rex pectore ab imo,
Phœbe, graves Trojæ semper miserate labores,
Dardana qui Paridis direxti tela, manúsque,
Tot maria intravi duce te.--
65 * -- túque, ô sanctissima vates,
Præscia venturi da (non indebita posco
Regna meis fatis) Latio considere Teucros,
Tum Phœbo, & Triviæ solido de marmore templa
Instituam festósque dies de nomine Phœbi
-- lectósque sacrabo, Alma viros.--
51 †--cessas in vota, precésq; Tros ait Ænea, cessas?--
91 * --.cùm tu supplex in rebus egenis
Quas gentes Italûm, aut quas non oraveris urbes?
106 † Vnum oro (quando hîc inferni janua regis)
Ire ad conspectum chari genitoris, & ora
115 Contingat, doceas iter. - (*Æneas Sibyllæ.*)
* Quin ut te supplex peterem, & tua limina adirem,
Idem orans mandata dabat, natique, patrisque.
Alma precor, miserere, potes námq; omnia: nec te
Nequicquam lucis Hecate præfecit Avernis.
Si potuit Manes arcessere conjugis Orpheus
Threïciâ fretus citharâ, fidibúsque canoris, &c.
Talibus orabat dictis, arásque tenebat.
Tum sic orsa loqui vates: Sate sanguine Divûm.
186 † Aspectans sylvam immensam, & sic ore precatur:
Si nunc se nobis, &c.--
190 * Vix ea fatus erat, geminæ cùm fortè columbæ,
Ipsa sub ora viri cœlo venêre volantes
(*Æneas.*) - tum maximus Heros
Maternas agnoscit aves, lætúsque precatur,
Este duces, ô si qua via est, cursúmque per auras
Dirigite in lucos ubi pinguem dives opacat
Ramus humum: túque ô dubiis ne deficc rebus,
Diva parens: sic effatus vestigia pressit.
363 † Quod te per cœli jucundum lumen, & auras,
Per genitorem oro, per spem surgentis Iüli

Eripe me his, invicte malis, aut tu mihi terram
Injice (námque potes.) --
Aut si qua via est, si quam tibi Diva creatrix
Ostendit. -- Da dextram misero - (*Palinurus Æneæ.*)
† --precibúsque vocate Anchisen genitorem.-- 7. *Æn.* 133
* Idæúmque Iovem, Phrygiámque ex ordine matrem 139
Invocat, & duplices Cœlóque, Ere óq; parentes.
† Diis sedem exiguam patriis, littúsq; rogamus 229
Innocuum, & cunctis undámq. aurámque patentem.
Non erimus regno indecores, nec vestra feretur
Fama levis, tantíque abolescet gratia facti,
Nec Trojam Ausonios gremio excepisse pigebit.
Fata per Æneæ juro. dextrámque potentem
Sive fide, seu quis bello est expertus, & armis
Multi nos populi, multæ (ne temne quod ultro
Præferimus manibus vittas, ac verba precantum)
Et petiêre sibi, & voluêre adjungere gentes,
Sed nos fata, &c. --
*Hæc ubi dicta dedit, Divósque in vota vocavit. 7. *Æn.* 47
† Implorántque Deos, obtestantúrque Latinum. 581
* Vincor ab Ænea? quòd si mea numina non sunt 310
Magna satis, dubitē haud implorare quod usquam est?
Flectere si nequeo Superos, Acheronta movebo.
† (*Equus.*)-questúq; cruētus Atque implorāti similis.- 502
* Multa Deos aurásque pater testatus inanes, 553
Frangimur, heu fatis, inquit.--
† --votísque Deos venerabere seris. 597
* Surge age; nate Deâ, primúsque cadentibus astris 8. *Æn.* 59
Iunoni fer ritè preces: irámque, minásque
Supplicibus supera votis: mihi victor honorem
Persolves.--
† Surgit, & ætherii spectans orientia Solis 68
Lumina, ritè cavis undam de flumine palmis
Sustulit, ac taleis effudit ad æthera voces:
Nymphæ Laurentes, Nymphæ genus amnibus unde est
Túque, ô Tybri, tuo genitor cum flumine sancto
Accipite Ænean, & tandem arcete periclis:
Corniger Hesperidum fluvius regnator aquarum,
Adsis ô tandem, & propiùs tua numina firmes.
* Ergo eadem supplex venio, & sanctum mihi numen 382
Alma rogo genitrix nato: te filia Nerei,
Te potuit lacrymis Titonia flectere conjux.
† Quidquid in arte meâ possum promittere curæ, 401

Quod fieri ferro, liquidóve poteſt electro;
Quantùm ignes, animæq; valent: abſiſte precando,
Viribus indubitare tuis.-- (*Vulcanus*.)

6. Æn. 572 † At vos, ô Superi, & Divûm tu maxime rector,
Iuppiter, Arcadii quæſo miſereſcite Regis,
Et patrias audite preces, ſi numina veſtra
Incolumem Pallanta mihi, ſi fata reſervant,
Si viſurus eum vivo, & venturus in unum,
Vitam oro, patiar quemvis durare laborem.
Sin aliquem infandum caſum fortuna minaris:
Nunc, ô nunc liceat crudelem abrumpere vitam.

556 * Vota metu duplicant matres, propiúſque periclo,
It timor.--

9. Æn. 24 † Multa Deos orans, oneravítque æthera votis.

26 * Agnovit juvenis, duplicéſque ad ſydera palmas
Suſtulit, ac tali fugientem eſt voce ſequutus,
Iri, decus cœli. -

80 † Ipſa Deûm fertur genitrix Berecynthia magnum
Vocibus his affata Iovem: Da, Nate, petenti,
Quod tua cara parens, domito te poſcit Olympo.

90 * Solve metus, atque hoc precibus ſine poſſe parentē:
Neu curſu quaſſatæ ullo, neu turbine venti
Vincantur, proſit noſtris in montibus ortas.

308 † Protinùs armati incedunt, quos omnis euntes
Primorum manus ad portas juvenúmque, ſenúmque
Proſequitur votis, necnon & pulcher Iülus.

623 * Conſtitit ante Iovem, ſupplex per vota precatus:
Iuppiter omnipotens, audacibus annue cœptis,
Ipſe tibi ad tua templa feram ſolennia dona.
Audiit, & cœli genitor de parte ſerenâ
Intonuit lævum.--

10. Æn. 16 † --Venus aurea contrà Pauca refert.--
O pater, ô hominum, Divûmque æterna poteſtas,
Námque aliud quid ſit, quod jam implorare queamus?
Cernis ut inſultent --

152 * --humanis quæ ſit fiducia rebus
Admonet, immiſcétque preces.--

60 † Atque ſolum, quo Troja fuit, Xanthum, & Simoënta,
Redde oro miſeris, iterúmque revolvere caſus
Da, pater, Iliacos Teucris.--

420 * - quem ſic Pallas petit ante precatus,
Da nunc, Tybri pater, ferro quod miſſile libro,
Fortunam, atque viam duri per pectus Haleſi.

Hæc arma, exuviásque viri tua quercus habebit,
Audiit illa Deus: dum texit Imaona Halesus
Arcadio infelix telo dat pectus inermum.
† -- magnúmq; ita ad æthera fatur, 10. *Æn.* 459
Per patris hospitium, & mensas, quas advena adisti,
Te precor, Alcide, cœptis ingentibus adsis:
Cernat semineci sibi me rapere arma cruenta,
Victorémque ferant morientia lumina Turni.
* Et genua amplectens effatur talia supplex:
Per patrios Manes, & spes surgentis Iuli, 523
Te precor, hanc animam serves, natóque, patríq;.
† Et duplices cum voce manus ad sydera tendit:
Omnipotens genitor, tanton' me crimine dignum 667
Duxisti? --
* -- vos ô, potiùs miserescite venti,
In rupes, in saxa, volens vos Turnus adoro, 676
Ferte ratem. --
† Canitiem immundo deformat pulvere, & ambas
Ad cœlum tendit palmas, & corpore inhæret. 844
Tantáne me tenuit vivendi, Nate, voluptas?
* -- & nulli exaudita Deorum Vota, precésque meæ.
† -- nil dona, nec aurum, 11. *Æn.* 157
Nec magnas valuisse preces. -- 228
* Ipsum obtestemur, veniámque oremus ab ipso.
† Oremus pacem, & dextras tendamus inermes. 358
* -- & Superos Aruns sic voce precatur: 4'4
Summe Deûm, & sancti custos Soractis Apollo, 784
Quem primi colimus. --
Da pater, hoc nostris aboleri dedecus armis,
Omnipotens: non exuvias, pulsæve trophæum
Virginis aut spolia ulla peto, mihi cætera laudem.
Audiit, & voti Phœbus succedere partem
Mente dedit, partem volucres dispersit in auras,
Sterneret ut subita turbatam morte Camillam,
Annuit oranti: reducem ut patria alta videret,
Non dedit, ínque Notos vocem vertêre procellæ.
† Flebat, & ardentem generum moritura tenebat. 12. *Æn.* 55
Turne, per has ego te lacrymas, per si quis Amatæ
Tangit honos animum, spes tu nunc una senectæ,
Tu requies miseræ; decus, imperiúmque Latini,
Te penes: in te omnis domus inclinata recumbit:
Vnum oro, desiste manum committere Teucris.
* -- paterísque altaria libant: 174

Tum pius Æneas ſtricto ſic enſe precatur,
Eſto nunc Sol teſtis, & hæc mihi terra precanti.

12. Æn. 195 † Sic prior Æneas, ſequitur ſic deinde Latinus,
Suſpiciens cœlum, tendítque ad ſydera dextram,
Hæc eadem, Ænea, terram, mare, ſydera juro.

201 * Tango aras mediósque ignes, & numina teſtor.

219 † Adjuvat inceſſu tacito progreſſus, & aram
Suppliciter venerans, demiſſo lumine Turnus.

800 * Deſine jam tandem, precibúſque inflectere noſtris.

v. Invocatio, Votum.

ORATORES, FANDI DOCTISSIMUS, Copia fandi, Eloquio tonare, Lingua ventoſa, Curia verbis repleta, &c.

7. Æn. 152 TVm ſatus Anchiſâ, delectos ordine ab omni
Centum Oratores auguſta ad mœnia Regis
Ire jubet, ramis velatos Palladis omnes,
Donáque ferre viro, pacémque expoſcere Teucris.

8. Æn. 505 † Ipſe Oratores ad me, regníque coronam
Cum ſceptro miſit, mandátque inſignia Tarchon.

11. Æn. 100 * Iámq; Oratores aderant ex urbe Latinâ
Velati ramis oleæ, veniámque rogantes.

330 † Præterea qui dicta ferant, & fœdera firment
Centum Oratores primâ de gente Latinos
Ire placet, pacíſque manu prætendere ramos,
Munera portantes, eboríſque, auríque talenta.

6. Æn. 849 * Orabunt cauſas meliùs, cœlíque meatus
Deſcribent radio, & ſurgentia ſydera dicent.

11. Æn. 378 † Largus opum, & linguâ melior, ſed frigida bello
Dextera, conſiliis habitus non futilis autor,
Surgit, & his onerat dictis, atque aggerat iras.

378 * Larga quidem ſemper, Drance, tibi copia fandi
Tunc cùm bella manus poſcunt, patribúſque vocatis
Primus ades, ſed non replenda eſt curia verbis,
Quæ tutò tibi magna volant, dum diſtinet hoſtem.
Proinde tona eloquio, ſolitum tibi. -

389 † Imus in adverſos? quid ceſſas? an tibi Mavors
Ventoſâ in linguâ, pedibúſque fugacibus iſtis
Semper erit? – (*Hæc Turnus.*)

10. Æn. 225 * Quarum quæ fandi doctiſſima Cymodocéa
Ponè ſequens, dextrâ puppim tenet. -- (*de Nymphis.*)

6. Æn. 292 † Et ni docta comes... (*Sibylla Æneam moneat.*)

† Non, mihi si linguæ centum sint, oráque centum, 6. Æn. 625
Ferrea vox, omnes scelerum comprendere formas,
Omnia pœnarum percurrere nomina possem.*
*(*Dido.*) - pendétq; iterùm narrantis ab ore. (*Æneæ.*) 4. Æn. 79

v Carmen, Canere, & Attendere.

ORDO, SERIES.

INsere nunc, Melibœe, pyros, pone ordine vites. 1. Ecl. 74
† Ipsa dies alios, alio dedit ordine Luna. 1. Geor. 285
* -- Lunásque sequentes Ordine respicies -- 433
† - totiúsq; ex ordine gẽtis Mores & prælia dicam, - 4. Geor. 4
* Sed modus orandi qui sit, priùs ordine dicam. 536
† Germanæ manibus liquidos dant ordine fontes. 375
* Quídve moror, si omnes uno ordine habetis Achivos. 2. Æn. 102
† Anchisen facio certum, rémque ordine pando. 3. Æn. 179
* Haud mora continuò, perfectis ordine votis. 548
† Annua vota tamen, solennésque ordine pompas 5. Æn. 53
Exequerer, struerémque suis altaria donis?
* Ordine ahena locant alii, fusíque per herbam. 102
† Vrbis opus, triplici pubes quam Dardana versu 119
Impellunt, terno consurgunt ordine remi.
* Turbabat cœlo, nunc terras ordine longo. 1. Æn. 399
† Quinquaginta intùs famulæ, quibus ordine longo 707
Cura penum struere. -
* Funereas rapuêre faces, lucet via longo. 11. Æn. 143
Ordine flammarum, & latè discriminat agros.
† Hos Corydon, illos referebat in ordine Thyrsis. 7. Ecl. 20
* -- pugnatáque in ordine bella Fecerat ignipotens. - 8. Æn. 629
† Sæpè diem, noctémq;, & totum ex ordine mensem 3. Geor. 341
Pascitur, atque pecus longa in deserta sine ullis.
* Quinetiam veterum effigies ex ordine avorum. 7. Æn. 177
† Idæúmque Iovem, Phrygiámque ex ordine matrem 139
Invocat. --
* Illa manent immota locis, atque ab ordine cedunt. 3. Æn. 447
† Tum satus Anchisâ delectos ordine ab omni. &c. 7. Æn. 152
* Sin tumulis acclive solum, colléſque supinos, 2. Geor. 280
Indulge ordinibus, nec secius omnis in unguem
Arboribus positis secto via limite quadret.
Vt sæpè ingenti bello cùm longa cohortes
Explicuit legio, & campo stetit agmen aperto,
Directæque acies, ac latè fluctuat omnis
Ære renidenti tellus, necdum horrida miscent

Prælia, ſed dubius mediis Mars errat in armis;
Omnia ſint paribus numeris dimenſa viarum:
Non animum modò uti paſcat proſpectus inanem:
Sed quia non aliter vires dabit omnibus æquas
Terra, neque in vacuum poterunt ſe extendere rami.

4. Ecl. 5 † Magnus ab integro ſeclorum naſcitur ordo.
1. Geor. 248 * Obliquus quà ſe ſignorum verteret ordo.
3. Æn. 376 † Sortitur, volvítque vices, is vertitur ordo.
5. Æn. 707 * Hæc reſponſa dabat, vel quæ fatorum poſceret ordo.
7. Æn. 44 † -- major rerum mihi naſcitur ordo.
11. Æn. 94 * Poſtquàm omnis longè comitum proceſſerat ordo.
6. Æn. 754 † Et tumulum capit, unde omnes longo ordine poſſit
Adverſos legere, & venientum diſcere vultus.
1. Æn. 645 * Fortia facta patrum, ſeries longiſſima rerum
Per tot ducta viros antiquæ ab origine gentis.

v. Numerus.

ORPHEVS, THREICIVS,
Sacerdos, Thracius, Miſerabilis, &c.

3. Ecl. 44 ET nobis idem Alcimedon duo pocula fecit,
Orpheáque in medio poſuit, ſylváſque ſequentes.
4. Ecl. 55 * Non me carminibus vincet, nec Thracius Orpheus,
Nec Linus; huic mater quamvis, atque huic pater âdſit,
Orphei Calliopeia, Lino formoſus Apollo.
6. Ecl. 29 † Nec tantùm Phœbo gaudet Parnaſſia rupes:
Nec tantùm Rhodope miratur, & Iſmarus Orphea.
8. Ecl. 55 * Certent, & cygnis ululæ, ſit Tityrus Orpheus,
Orpheus in ſylvis, inter delphinas Arion.
4. Geor. 544 † Inferias Orphei lethæa papavera mittes.
454 * -- tibi has miſerabilis Orpheus, &c.
464 † Ipſe cavâ ſolans ægrum teſtudine amorem,
Te dulcis conjux, te ſolo in littore ſecum,
Te veniente die, te decedente canebat.
6. Æn. 119 * Si potuit Manes arceſſere conjugis Orpheus,
Threiciâ fretus citharâ, fidibúſque canoris.
644 † Pars pedibus plaudunt choreas, & carmina dicunt,
Necnon Threïcius longâ cum veſte ſacerdos
Obloquitur numeris ſeptem diſcrimina vocum:
Iámque eadem digitis, jam pectine pulſat eburno.

ORTVS DIEI, EOVS, AVRORA, Oriens, Lucifer surgens, Sol nascens, Diem reserat, Dies surgens, Iubar exortum, Lux albescit, Astra ignea surgunt, Orta dies, Sol recèns ortus, Primum Solis lumen, Lux alma, &c.

Frigida vix cœlo noctis decesserat umbra, — 8. *Ecl.* 14
Cùm ros in tenerâ pecori gratissimus herbâ est.
† Nascere, præq; diem veniens age, Lucifer almum. — 17
* Aut redit à nobis aurora, diémque reducit, — 1. *Geor.* 249
Nósque ubi primus equis oriens afflavit anhelis,
Illic sera rubens accendit lumina vesper.
† Aut cùm Sole novo terras irrorat Eous. — 298
* . . . aut ubi pallida surget — 446
Tithoni croceum linquens aurora cubile.
† Sol ubi nascentem maculis variaverit ortum. — 441
* At si cùm referétque diem, condétque relatum. — 458
† . . . armentáque pasces — 3. *Geor.* 156
Sole recèns orto, aut noctem ducentibus astris.
* Quòd surgente die mulsêre, horísque diurnis. — 401
† Iámq; jugis summæ surgebat Lucifer Idæ, — 2. *Æn.* 801
Ducebátque diem. --
* Iámque rubescebat stellis aurora fugatis, — 3. *Æn.* 521
Cùm procul obscuros colles, humilémq; videmus
Italiam. --
† Postera jámque dies primo surgebat Eoo, — 588
Humentémque Aurora polo dimoverat umbram,
Cùm subitò è sylvis, macie confecta supremâ, &c.
* Postera Phœbeâ lustrabat lampade terras, — 4. *Æn.* 6
Humentémque Aurora polo dimoverat umbram.
† . . . ubi primos crastinus ortus — 118
Extulerit Titan radiísque retexerit orbem.
* Oceanum intereà surgens Aurora reliquit, — 129
It portis jubare exorto delecta juventus.
† Me patris Anchisæ quoties humentibus umbris — 351
Nox operit terras; quoties astra ignea surgunt.
* Et jam prima novo spargebat lumine terras, — 584
Tithoni croceum linquens Aurora cubile:
Regina, è speculis ut primum albescere lucem
Vidit, & æquatis classem procedere velis.
† Si te his attigerit terris Aurora morantem. — 4. *Æn* 568
* Postera cùm primo stellas oriente fugârat, — 5. *Æn.* 42

Clara dies: socios in cœtum. -- Advocat Æneas.-

5. Æn. 104 † Expectata dies aderat, nonámque serenâ
Auroram Phaëtontis equi jam luce vehebant.

738 * Iámque vale, torquet mediôs nox humida cursus,
Et me sævus equis Oriens afflavit anhelis.

6. Æn. 255 † Ecce autem primi sub lumina Solis, & ortus,
Sub pedibus mugire solum. --

535 * Hac vice sermonum, roseis Aurora quadrigis,
Iam medium ætherio cursu trajecerat axem.

7. Æn. 25 † Iámq; rubescebat radiis mare, & æthere ab alto
Aurora in roseis fulgebat lutea bigis,
Cùm venti posuêre. -- &c.

130 * Quare agite, & primo læti cum lumine Solis,
Quæ loca, quíve habeant homines, ubi mœnia gentis,
Vestigemus. -

148 † Postera cùm primâ lustrabat lampade terras
Orta dies, urbem. --

8. Æn. 59 * Surge age, Nate Deâ, primísque cadentibus astris,
Iunoni fer ritè preces. --

67 † -- nox Æneam, somnúsque reliquit:
Surgit, & ætherii spectans orientia Solis Lumina.-

455 * Evandrum ex humili tecto lux suscitat alma,
Et matutini volucrum sub culmine cantus,
Consurgit senior, tunicâque induitur artus.-

588 † (*Pallas Tros.*) - & pictis conspectus in armis,
Qualis ubi Oceani perfusus Lucifer undâ,
Quem Venus ante alios astrorum diligit ignes,
Extulit os sacrum cœlo, tenebrásque resolvit.

9. Æn. 355 * Absistamus ait, nam lux inimica propinquat.

459 † Et jam prima novo spargebat lumine terras,
Tithoni croceum linquens Aurora cubile:
Iam Sole infuso, jam rebus luce retectis,
Turnus in arma viros -- Suscitat.

11. Æn. 1 * Oceanum intereà surgens Aurora reliquit.

4 † Vota Deûm primo victor solvebat Eoo.

182 * Aurora intereà miseris Mortalibus almam
Extulerat lucem, referens opera, atque labores.

12. Æn. 76 † -- cùm primùm crastina cœlo
Puniceis invecta rotis Aurora rubebit:
Non Teucros agat in Rutulos --

113 * Postera vix summos spargebat lumine montes
Orta dies, cùm primùm alto se gurgite tollunt
Solis equi, lucémque elatis naribus efflant.

OS, FACIES, VVLTVS, &c.

TAygete simul os terris ostendit honestum. 4 *Geor.* 231
† Virginis os, habitúque gerens, & virginis arma. 1. *Æn.* 119
* Os, humerósque Deo similis, -- 592
† - tantò magis ille fatigat Os rabidum. -- 6. *Æn.* 79
* Dixerat Æneas : ille os oculósque loquentis 8. *Æn.* 152
Iamdudum, & totum lustrabat lumine corpus.
† Extulit os sacrum cœlo, tenebrásq; resolvit. 589
* Occupat os, faciémq; adversam. 10. *Æn.* 699
† -- datur ora tueri, Nate tuæ. -- 6. *Æn.* 688
* Aurea fulcra toris, epulæque ante ora paratæ. 604
† Quem sese ore ferens, quàm forti pectore & armis. 4. *Æn.* 11
* Luderet Æneas, qui te tantùm ore referret. 329
† Æneas, tantum egregio decus enitet ore. 150
* Flagrantes perfusa genas, cui plurimus ignem 12. *Æn.* 65
Subjecit rubor, & calefacta per ora cucurrit,
Indum sanguineo veluti violaverit ostro,
Si quis ebur : vel mista rubent ubi lilia multâ
Alba rosâ, tales virgo dabat ore colores.
† His agitur furiis, totóque ardentis ab ore 101
Scintillæ absistunt, oculis micat acribus ignis.
* Nec te tantus edat tacitum dolor, & mihi curæ 801
Sæpè tuo dulci tristes ex ore recursent.
† - sæpe videmus Ipsius in vultu varios errare colores. 1. *Geor.* 451
* Est Dorycli conjux, divini signa decoris 5. *Æn.* 647
Ardentésque notate oculos : qui spiritus illi,
Qui vultus, vocísque sonus, vel gressus eunti.
† Ante fores, subitò non vultus non color unus. 6. *Æn.* 47
* At si virgineum suffuderit ore ruborem, 1. *Geor.* 459
† Post tergum nodis, fremet horridus ore cruento. 1. *Æn.* 300
* Cùm venit, & terram sicco spuit ore viator. 4. *Geor.* 96

OS, LOQVI.

† (*Venus Æneæ*) - roseóque hæc insuper addidit ore. 2. *Æn.* 593
* Atque hæc deinde canit divino ex ore Sacerdos. 3. *Æn.* 375
† Tercentum tonat ore Deos, Erebúmq;, Chaósque. 4. *Æn.* 10
* Exsurgítque facem attollens, atque intonat ore. 6. *Æn.* 607
† Hæc responsa patris Fauni, monitúsque silenti 7. *Æn.* 102
Nocte datos, non ipse suo premit ore Latinus.
* Nec plura alludens : ea vox audita laborum 117
Prima tulit finem, primámque loquentis ab ore
Eripuit pater, ac stupefactus numine pressit.
† Dii talia Graiis, -- pio si pœnas ore reposco. 6. *Æn.* 529

7. Æn.194 † Atque hæc ingressis placido prior edidit ore.
11. Æn.534 * Compellabat, & has tristes Latonia voces
Ore dabat. --
3. Geor.298 † Nunc veneranda Pales, magno nunc ore sonandum;
12. Æn.692 * Significâtque manu, & magno simul incipit ore.
47 † Vt primum fari potuit, sic incipit ore.
837 * -- faciámque omnes uno ore Latinos.
4. Æn.79 † Exposcit, pendétque iterùm narrantis ab ore.
v. Facies, Vultus, Dicere, & Vox.

OSCVLARI, AMPLECTI, AMPLEXVS, *Complexus: Oscula libare, Ligere, Delibare: Os imprimere, &c.*

2. Geor.527 INtereà pendent dulces circum oscula nati.
5. Ecl.21 * Cùm complexa sui corpus miserabile nati.
4. Æn.659 † Dixit, & os impressa toro. -- *(Dido.)*
1. Æn.254 * Vultu quo cœlum, tempestatésque serenat,
Oscula libavit natæ. -- *(Iupiter Veneri.)*
2. Æn.490 † Amplexæque tenent postes, atque oscula figunt.
1. Æn.68 * Cùm dabit amplexus, atque oscula dulcia figet.
609 † -- sic fatus, amicum
Ilionea petit dextrâ, lævâque Serestum,
Post alios fortémq; Giam, fortémque Cloanthum.
719 * ille ubi, complexu Æneæ, collóque pependit.
2. Æn.973 † Ecce autem complexa pedes in limine conjunx
Hærebat, parvúmque patri tendebat Iülum:
Si periturus abis, & nos rape in omnia tecum.
792 * Ter conatus ibi collo dare brachia circum,
Ter frustrà comprensa manus effûgit imago,
Par levibus ventis, volucríque simillima somno.
3. Æn.607 †--Et genua amplexus, genibúsq; volutans Hærebat.--
351 * Agnosco, Scææque amplector limina portæ.
5. Æn.765 † Exoritur procurva ingens per littora fletus,
Complexi inter se noctémque, diémque morantur;
Ipsæ jam matres, ipsi quibus aspera quondam
Visa maris facies, & non tolerabile numen,
Ire volunt, omnémque fugæ perferre laborem.
Quos bonus Æneas dictis solatur amicis,
Et consanguineo lacrymans commendat Acestæ.
4. Æn.689 * . extremus si quis super halitus errat, Ore legam.--
Semianimémq; sinu germanam amplexa fovebat.
616 † Finibus extorris, complexu avulsus Iüli.

† -- sed lætum amplexus Aceſtem Muneribus cumulat magnis. -	5. Æn. 532
* Quem fugis? aut quis te noſtris amplexibus arcet?	742
† -- da jungere dextram, Da genitor, téque amplexu ne ſubtrahe noſtro. Sic memorans, largo fletu ſimul ora rigabat, Ter conatus ibi collo dare brachia circùm. &c.	6. Æn. 697
* Tum pater Evandrus dextram complexus euntis Hæret inexpletum lacrymans, ac talia fatur, O, mihi præteritos referat ſi Iuppiter annos, Non ego nunc dulci amplexu divellerer uſquam Gnate tua. -- (*de Pallante.*)	8. Æn. 558
† Dixit, & amplexus nati, Cytherea, petivit.	6 5
* Dixerat, & niveis hinc, atque hinc Diva lacertis Cunctantem amplexu molli fovet. -- &c.	387
† Optatos dedit amplexus. --	405
* Mortua quin etiam jungebat corpora vivis, Componens manibúſque manus, atque oribus ora, Complexu in miſero, longâ ſic morte necabat.	485
† Dum te, care puer, mea ſera, & ſola voluptas, Complexu teneo. --	581
* Non hæc Evandro de te promiſſa parenti, Diſcedens, dederam cùm me complexus euntem Mitteret im magnum imperium. --	11. Æn. 45
† Aſcanium fuſis circùm complectitur armis, Summáque per galeam delibans oſcula, fatur: Diſce puer virtutem ex me, verúmque laborem, Fortunam ex aliis. -- (*Æneas filio.*)	12. Æn. 433

OTIVM, DESIDIA, LENTVS,
Reſes: Vacare: Otia facere, Amare, Terere, Agere; &c. Otia rumpere.

O Melibœe, Deus nobis hæc otia fecit.	1. Ecl. 6
* -- amat bonus otia Daphnis.	5. Ecl. 61
† -- tu Tityre, lentus in umbrâ Formoſam reſonare doces Amaryllida ſylvas.	1. Ecl. 4
* Dicite, quandoquidem molli conſedimus herbâ.	3. Ecl. 55
† -- lenti conſedimus arvis	12. Æn. 237
* Et vacet annales noſtrorum audire laborum:	1. Æn. 377
† Quid ſtruis? aut quâ ſpe Libycis teris otia terris?	4. Æn. 271
* Otia qui rumpet patriæ, reſidéſque movebit Tullus in arma viros, & jam deſueta triumphis.	6. Æn. 812

2. Geor. 467 † At ſecura quies, & neſcia fallere vita;
Dives opum variarum: at latis otia fundis
Speluncæ vivíq; lacus: at frigida Tempe,
Mugitúſque boum: molléſque ſub arbore ſomni
Non abſunt: illic ſaltus, ac luſtra ferarum.

3. Geor. 376 * Ipſi in defoſſis ſpecubus ſecura ſub alta
Otia agunt terra, congeſtáque robora totas
Advolvere focis ulmos, ignique dedêre.

4. Geor. 562 † Illo Virgilium me tempore dulcis alebat
Parthenope, ſtudiis florentem ignobilis otî.

1. Æn. 725 * Incipit, & vivo tentat prævertere amore
Iampridem reſides animos, deſuetáque corda.

7. Æn. 698 † Iãpridem reſides populos, deſuetáq; bello Agmina. --

4. Geor. 93 * -- ille horridus alter
Deſidiâ, latámq; trahens inglorius alvum.

9. Æn. 615 † Deſidiæ cordi, juvat indulgere choreis.

v. Iners, Quies, & Segnities.

OVES, MOLLE PECVS, FOETÆ, Matres, Lanigeræ pecudes, Grex balantum, & laniger: Ovile, Caula, Stabulum; &c.

1. Ecl. 50 NOn inſueta graves tentabunt pabula fœtas.

2. Ecl. 3 * -- Pan curat oves, oviúmque magiſtros.

41 † Bina die ſiccant ovis ubera. -- (*Capreoli.*)

3. Ecl. 98 * Cogite oves pueri, ſi lac præceperit æſtus.

94 † Parcite, oves nimiùm procedere, non benè ripæ
Creditur. --

5 * Hìc alienus oves cuſtos bis mulget in hora:
Et ſuccus pecori, & lac ſubducitur agnis.

8. Ecl. 52 † Nunc & oves ultrò fugit lupus. --

10. Ecl. 16 * Stant & oves circùm, noſtri nec pœnitet illas.
Et formoſus oves ad flumina pavit Adonis.

6. Ecl. 85 † Cogere donec oves ſtabulis, numerúmque referre
Iuſſit & invito proceſſit veſper Olympo.

1. Geor. 272 * Balantúmque gregem fluvio merſare ſalubri.

3. Geor. 446 † Dulcibus idcircò fluviis pecus omne magiſtri
Perfundunt, udíſque aries in gurgite villis
Merſatur, miſſúſq; ſecundo defluit amni.

1. Ecl. 4 * - paſtorem, Tityre, pingues Paſcere oportet oves. --

4. Geor. 546 † Et nigram mactabis ovem, lucúmque reviſes.

3. Geor. 291 * Lanigeros agitare greges, hirtáſque capellas.

537 † Nec lupus inſidias explorat ovilia circum,

Nec gregibus nocturnus obambulat. -
† Nam qualis, quantúſq; cavo Polyphemus in antro — 3. Æn. 641
Lanigeras claudit pecudes, atque ubera preſſat.
* Lanigeræ comitantur oves. - — 660
† Qui fuit, Auſoniiſque olim ditiſſimus arvis, — 7. Æn. 537
Quinque greges illi balantum, quina redibant
Armenta, & terram centum vertebat aratris.
* -- hæc dona Sacerdos — 86
Contulit, & cæſarum ovium, ſub nocte ſilenti,
Pellibus incubuit ſtratis, ſomnóſque petivit.
† Impaſtus ceu plena leo per ovilia turbans, — 9. Æn. 339
Suadet enim veſana fames, manditque, trahítque
Molle pecus, mutúmque metu, fremit ore cruento.
* Ac veluti pleno lupus inſidiatus ovili, — 59
Cùm fremit ad caulas, ventos perpeſſus, & imbres,
Nocte ſuper mediâ tuti ſub matribus agni
Balatum exercent, ille aſper, & improbus irâ Sævit. --

P A B V L A, P A S C V A.

NOn inſueta graveis tentabunt pabula fœtas, — 1. Ecl. 49
† [illegible] --& pabula terræ — 1. Geor. 86
Pinguia concipiunt. --
* Non liquidi gregibus fontes: non gramina deſunt
† Pabula guſtaſſent Trojæ, Xanthúmque bibiſſent. — 1. Ecl. 472
* Sufficiunt, humiléſque geniſtæ pabula melli. — 2. Geor. 440
† -- victúmque feres, & virgea lætus Pabula. -- — 3. Geor. 329
* Si tibi lanicium curæ, fuge pabula læta. — 365
† Corrupítque lacus, infecit pabula tabo. — 495
* -- nam pabula venti Ferre domum prohibent. -- — 4. Geor. 9
† Immuniſque ſedens aliena ad pabula fucus. — 243
* Hortantem, & feſſas ad pabula nota vocantem. — 265
† Pabuláque in foribus plenis appone caniſtris. — 279
* Pabula parva legens, nidíſque loquacibus eſcas. — 12. Æn. 475
† -- atque in ſola relegant Paſcua -- — 3. Geor. 212
* In ſaltus utrumque gregem, atque in paſcua mittes. — 323
† Quid tibi paſtores Libyæ? quid paſcua verſu — 548
Proſequar, & raris habitata mapalia tectis.
* Limoſóq; palus obducat paſcua junco. — 1. Ecl. 49

v. Paſcere, & Agna.

PALLAS, PALLADIUS, MINERVA, Dea, Tritonia virgo, Sæva, Tritonis, Diva non æqua, Belli præses armipotens, Armisona, Oleæ inventrix, Tenuis, Innupta, &c.

1. *Æn.* 34 † -- Pallásne exurere classem
Argivûm, atque ipsos potuit submergere ponto
2. *Æn.* 162 * Omnis spes Danaûm, & cœpti fiducia belli
Palladis auxiliis semper stetit, &c. --
1. *Æn.* 478 † Intereà ad templum, non æquæ Palladis ibant
Crinibus Iliades passis, peplúmque ferebant,
Suppliciter tristes, & tonsæ pectora palmis,
Diva solo fixos oculos aversa tenebat.
Frange manu telum Phrygii prædonis & ipsum
Pronum sterne solo portísque sub altis. -
3. *Æn.* 543 * -- tum Numina sancta precamur
Palladis armisonæ, quæ prima accepit ovantes.
533 † Iam propior, templúmque apparet in arce Minervæ.
2. *Æn.* 171 * Nec dubiis ea signa dedit Tritonia monstris
170 † -- fractæ vires, aversa Deæ mens.
225 * At gemini lapsu delubra ad summa Dracones
Effugiunt, sævæque petunt Tritonidis arcem,
Sub pedibúsque Deæ, clypeíque sub orbe teguntur.
2. *Æn.* 615 † Iam summas arces Tritonia, respice, Pallas
Insedit nimbo effulgens, & Gorgone sæva.
174 * -- térque ipsa solo, mirabile dictu,
Emicuit, parmámque ferens, hastámq; trementem.
1. *Geor.* 18 † Adsis, ô Tegeæe favens, oleæque Minerva
Inventrix. --
5. *Æn.* 284 * Olli serva datur, operum haud ignara Minervæ.
8. *Æn.* 409 † Cui tolerare colo vitam tenuique Minervâ.
7. *Æn.* 803 * Hos super advênit Volscâ de gente Camilla
Bellatrix; non illa colo, calathísve Minervæ
Fœmineas assueta manus sed prælia Virgo
Dura pati, cursúque pedum prævertere ventos.
4. *Geor.* 240 † Aut durum tineæ genus, aut invisa Minervæ
In foribus laxos suspendit aranea casses,
5. *Æn.* 704 * Tum senior Nautes, unum Tritonia Pallas
Quem docuit, multâque insignem reddidit arte,
2. *Æn.* 15 † Instar montis, equû divinâ Palladis arte Ædificant. --
168 * Virgineas ausi Divæ contingere vittas.
31 † Pars stupet innuptæ donum exitiale Minervæ.

† Palladis

† Palladiâ gaudent sylvâ vivacis olivæ. 2.Geor.181
* Tum satus Anchisâ delectos ordine ab omni 7.Æn.152
Centum Oratores, augusta ad mœnia Regis
Ire jubet, ramis velatos Palladis omnes.
† Iámque Oratores aderant ex urbe Latinâ, 11.Æn.100
Velati ramis oleæ, veniámque rogantes.
* Tum pater Æneas puppi sic fatur ab alta, 8.Æn.115
Paciferæque manu ramum prætendit olivæ.

Palladium, Simulacrum, sacra Effigies; & Templum, Arx summa, Delubrum.

† Vix positum castris simulacrum, arsêre coruscæ, &c. 2.Æn.172
* Fatale aggressi sacrato avellere templo 165
Palladium, cæsis summæ custodibus arcis
Corripuêre sacram effigiem, manibúsque cruentis
Virgineas ausi Divæ contingere vittas.
† Hanc pro Palladio moniti, pro numine læso 185
Effigiem statuêre, nefas quæ triste piaret.
* Hetrusci socios, tenebras, & inertia furta 9.Æn.149
Palladii, cæsis summæ custodibus arcis.
† Necnon ad templum, summásq; ad Palladis arces, 11.Æn.477
Subvehitur, magnâ matrum Regina catervâ.
* --Pallas quas condidit arces Ipsa colat.-- 2.Ecl.60
† Vultus avos Trojæ, templa & temerata Minervæ. 6.Æn.840
* --delubra ad summa dracones Effugiunt.-- 2.Æn.225

v. Equus Trojanus.

PALMÆ, MANUS, DEXTRA, *Læva, Sinistra, Pugnus, Digiti, Ungues, Brachia, &c.*

VT nuper, frustà pressabimus ubera palmis. 3.Ecl.99
† Invalidásq; tibi tendens, heu non tua, palmas. 4.Geor.497
* Ingemit & duplices tendens ad sydera palmas. 1.Æn.97
† --duplicésque ad sydera palmas Sustulit.-- 9.Æn.16
* Sustulit exutas vinclis ad sydera palmas. 2.Æn.153
† Ad cœlum tendens ardentia lumina frustrà, 405
Lumina, nam teneras arcebant vincula palmas.
* Et pater Anchises oculos ad sydera lætus 687
Extulit, & cœlo palmas cú voce tetendit: Iuppiter.--
† Ni palmas ponto tendens utrasque Cloanthus. 5.Æn.233
* Longævi palmas nequicquam ad sydera tendunt. 256
† Auxilióque vocare Deos, & tendere palmas. 686

6.Æn.685	* --alacreis palmas utrasque tetendit.
10.Æn.595	† --frater tendebat inermes Infelix palmas.--
844	* --& ambas Ad cœ'um tendit palmas. -
11.Æn.574	† --jaculo palmas oneravit acuto Infans.--
11.Æn.936	*--vicisti,& victum tendere palmas Ausonii vidêre.
3.Æn.263	† At pater Anchises passis de littore palmis Numina magna vocat, meritósque indicit honores.
5.Æn.364	* Adsit, & evinctis attollat brachia palmis.
7.Æn.508	† Sylvia prima soror palmis percussa lacertos Auxilium vocat ;& duros conclamat agrestes.
1.Æn.69	* --cavis undam de flumine palmis Sustulit.--
619	† --intérque manus, & brachia versat Terribilem galeam. --
8.Ecl.47	* Sævus amor docuit natorum sanguine matrem Commaculare manus.--
12.Æn.216	†Olim arbos,nūc artificis manus ære decoro Inclusit.-
7.Æn.677	* Agrestisque manus armat spatus.--
568	† --neque ipse manus feritate dedisset.
3.Æn.659	* Trunca manum pinus regit, & vestigia firmat.
5.Æn.401	† Cæstus, quibus acer Eryx in prælia suetus Ferre manum, duróque intendere brachia tergo.
5.Æn.577	* Nec minus intereà extremam Saturnia bello Imponit regina manum, ruit omnis in urbem.
9.Æn.44	† Ergò etsi conferre manum, pudor, iráq; monstrant.
577	* --ille manum, projecto tegmine, demens Ad vulnus tulit. --
1.Geor.179	† Et vertenda manu, & cretâ solidanda tenaci.
1.Æn.191	*--arcúmq; manu, celerésque sagittas Corripuit.--
315	† Bina manu lato crispans hastilia ferro.
2.Æn.239	* Sacra canunt, funémque manu contingere gaudent.
3.Æn.486	† Accipe & hæc, manuū tibi quæ monumenta meārū.
1.Ecl.36	*Non unquam gravis ære domū mihi dextra redibat.
4.Æn.597	† Tum decuit cùm sceptra dabas, en dextra, fidésque.
8.Æn.169	* Ergo & quam petitis juncta est mihi fœdere dextra.
1.Geor.329	† Fulmina molitur dextrâ.-- (*Iuppiter.*)
1.Æn.102	* Non potuisse,tuáque hanc animā effundere dextrâ?
615	† Ilionéa petit dextrâ,lævâque Serestum.
6.Æn.486	* Circunstant animæ dextrâ, lævâque frequentes.
656	† Conspicit ecce alios dextrâ, lævâque, per herbam.
9.Æn.677	* Ipsi intus dextrâ, ac lævâ pro turribus astant.
10.Æn.226	† Ponè sequens, dextrâ puppim tenet, ipsáque e dorso Eminet, ac lævâ tacitis subremigat undis.
5.Æn.457	* Nunc dextrâ ingeminant ictus, nunc ille sinistrâ.

*--Torvósque sinistrâ Intẽtãs angues.-(*Tisiphone.*) 6.*Æn.* 571
†-clypeum tum deinde sinistrâ Extulit ardentem.-- 10.*Æn.*261
* --clypeóque sinistram Insertabam aptans.-- 2.*Æn.*671
† --clypeúmque ex ære sinistræ Subligat.-- 11.*Æn.*10
* Nituntur gradibus, clypeísque ad tela sinistris 2.*Æn.*443
Protecti objiciunt, prensant fastigia dextris.
† Ægæon qualis, centum cui brachia dicunt, 10.*Æn.*565
Centenásque manus, quinquaginta oribus ignem.
* Matre caret, posuítque comas, & brachia ferro. 12.*Æn.*209
† Contendit telum, diversáque brachia ducens. 9.*Æn.*623
* Sed picis in morem, ad digitos lentescit habendo. 2.*Geor.* 251
† Tum satus Anchisâ cæstus pater extulit æquos, 5.*Æn.*424
Et paribus palmas amborum innexuit armis,
Constitit in digitos extemplò arrectus uterque,
Brachiáque ad superas interritus extulit auras.
* Obloquitur numeris septem discrimina vocum, 6.*Æn.* 646
Iámque eadem digitis, jam pectine pulsat eburno.
† Te decisa suum, Lanide, dextera quærit 10.*Æn.*395
Semianiméśque micant digiti, ferrúmq; retractant.
* Vnguibus ora soror fœdans, & pectora pugnis. 4.*Æn.*673
† Pectora nunc fœdans pugnis, nunc unguibus ora. 11.*Æn.*86
* Scorpius ipse tibi jam brachia contrahit ardens. 1.*Geor.*34
† Lembum Remigiis subigit, si brachia fortè remisit. 202
* Ter conatus ibi collo dare brachia circum. 2.*Æn.*791
† Tum fortes latè ramos, & brachia tendens.(*Arbor.*) 2.*Geor.* 296
* In medio ramos, annosáq; brachia pandit Vlmus.- 6.*Æn.*282
†-gemino demittunt brachia muro Tritis scopuli. - 3.*Æn.*535
*--intentáq; brachia remis. Intenti expectãt signũ.- 5.*Æn.*136
† Ostendit humeros latos, alternáque jactat 375
Brachia protendens, & verberat ictibus auras.(*Dares.*)
* Attolli malos, intendi brachia velis. 829
† Illi inter sese multâ vi brachia tollũt In numerũ.- 8.*Æn.*452
v. Oratio.

PALMA ARBOS, VICTORIA, Olympiaca, Idumæa, Merita: Palmosus.

† --etiam ardua palma Nascitur.-- 2.*Geo.* 67
* Palmáque vestibulum, aut ingens oleaster obumbret. 4.*Geor.*20
† Post Helymus subit, & nunc tertia palma Diores. 5.*Æn.*339
* Certa manent pueri & palmã movet ordine nemo. 349
† Amissâ solus palmâ superabat Acestes. 519
* Post hos insignem palmâ per gramina currum. 7.*Æn.* 655

5. Æn. 472 † Accipiunt, palmam Entello, taurúmq; relinquunt.
1. Geor. 58 * --Eliadum palmas Epiros equarum.
3. Geor. 11 † Primus Idumæas referam tibi, Mantua, palmas.
48 * Seu quis Olympiacæ miretur præmia palmæ.
101 † Et quis cuique dolor victo, quæ gloria palmæ.
5. Æn. 70 * Cuncti adsint, meritæque expectent præmia palmæ.
111 † Et palmæ pretium victoribus, armáq;, & ostro, &c.
346 * Qui subiit palmæ, frustráque ad præmia vênit.
3. Æn. 705 † Teque datis linquo ventis, palmosa Selinis.
v. Victoria, Merces, Munera, & Præmium.

PAN, TEGEÆUS, DEUS ARCADIÆ, *Ovium custos, &c.*

2. Ecl. 32 PAn primus calamos cerâ conjungere plures
Instituit: Pan curat oves, oviúmque magistros:
4. Ecl. 52 * Pan etiam Arcadiâ mecum si judice certet,
Pan etiam Arcadiâ dicat se judice victum.
5. Ecl. 59 † Panáque, pastoréfque tenet, Dryadásque puellas.
8. Ecl. 21 * Panáque, qui primus calamos non passus inertes.
10. Ecl. 26 † Pan Deus Arcadiæ vênit: quem vidimus ipsi
Sanguineis ebuli baccis minióque rubentem.
1. Geor. 14 * --& cultor nemorum, cui pinguia Cææ
Ter centum nivei tondent dumeta juvenci,
Ipse nemus linquens patrium, saltúsque Lycæi
Pan ovium custos, tua si tibi Mænala curæ,
Adsis, ô Tegeæe, favens. --
3. Geor. 392 † Munere si niveo lanæ (si credere dignum est)
Pan Deus Arcadiæ captum te Luna fefellit.
8. Æn. 344 * Parrhasio dictum Panos de more Lycæi.

PARERE, GIGNERE, PROGIGNERE, *Generare, Eniti, Creare, Edere: Dare prolem, Educere: Fundere conceptum.*

1. Ecl. 14 HIc inter densas corylos modò namq; gemellos,
Spem gregis, ah! silice in nudâ connixa reliquit.
4. Ecl. 23 † Ipsa tibi blandos fundent cunabula flores.
8. Ecl. 45 * Nec nostri generis puerum, nec sanguinis edunt.
1. Geor. 278 † Eumenidésque satæ, tum partu Terra nefando
Cœúmque, Iapetúmque creat, sævúmque Typhoea.
4. Geor. 162 * --aliæ spem gentis adultos Educunt fœtus.--
199 † In Venerem solvunt, aut fœtus nixibus edunt.

† Bis gravidos cogunt fœtus. -- 4. Geor. 231
* Cætera nec fœturæ habiles, nec fortis aratris. 3. Geor. 61
† Semper enim refice : ac ne pòst amissa requiras 70
Antè veni, & sobolem armento sortire quotannis,
Nec non & pecori est idem delectus equino :
Tu modò, quos in spem statuis submittere gentis.
* Sed si quem proles subitò defecerit omnis, 4. Geor. 282
Nec genus unde novæ stirpis revocetur, habebit.
† [illegible] quid me præclarâ stirpe Deorum 322
(Si modò quem perhibes, pater est Tymbræus Apollo)
Invisú fatis genuisti: aut quò tibi nostri Pulsus amor? --
* Altera tum primos Lucinæ experta labores. 340
† Progeniem sed enim Trojano à sanguine duci, 1. Æn. 19
Audierat, Tyrias olim quæ verteret arces.
* Connubio jungam stabili, propriámque dicabo, 73
Omnes ut tecum meritis pro talibus annos
Exigat, & pulchrâ faciat te prole parentem.
† Hinc fore ductores, revocato à sanguine Teucri. 234
* (Ilia.) --donec regina sacerdos 272
Marte gravis, geminam partu dabit Ilia prolem.
†. Nascetur pulchrâ Trojanus origine Cæsar. 285
* Italiam quæro patriam ; & genus ab Iove summo. 379
† --quæ te tam læta tulerunt 605
Secula ? qui tanti talem genuêre parentes.
* Tu-ne ille Æneas, quem Dardanio Anchisæ 621
Alma genus Phrygii genuit Simoëntis ad undam ?
† Séque ortum antiquâ Teucrorum à stirpe volebat. 625
* --quo sanguine cretus, Quíd ve ferat memoret. -- 2. Æn. 74
† --hinc Dardanus ortus 3. Æn. 167
Iasiúsque pater, genus à quo principe nostrum.
* Illam Terra parens irâ irritata Deorú Progenuit. -- 4. Æn. 179
† - genus alto à sanguine Teucri Proderet. -- 230
* Saltem si qua mihi de te suscepta fuisset 326
Ante fugam soboles : si quis mihi parvulus aulâ
Luderet Æneas, qui te tantùm ore referret,
Non equidem omnino capta, ac deserta viderer.
† Nec tibi Diva parens, generis nec Dardanus author, 365
Perfide, sed duris genuit te cautibus horrens
Caucasus Hircanæque admôrunt ubera tigres.
* Troïa Criniso conceptum flumine mater 5. Æn. 38
Quem genuit: veterum non immemor ille parentum.
† Bina boûm vobis Trojâ generatus Acestes Dat. 61
* Tum satus Anchisâ. (Æneas.) 244

6. Æn. 24 † Hîc crudelis amor tauri, suppostâque furto
Pasiphaë: mistúmque genus, prolésque biformis,
Minotaurus inest. --
125 * --sate sanguine Divûm Tros Anchisiade.--
322 † Anchisâ generate, Deûm certissima proles.
394 * Diis quanquam geniti, atque invicti viribus essent.
500 † Deiphobe armipotens, genus alto à sanguine Teucri.
756 * Nunc age Dardaniam prolem quæ deinde sequatur
Gloria: qui maneant Italâ de gente nepotes,
Illustres animas, nostrûq; in nomen ituras Expediã.-
761 † --primus ad auras
Æthereas Italo commistus sanguine surget
Sylvius, Albanum nomen, tua posthuma proles,
Quem tibi longævo serum Lavinia conjunx
Educet sylvis regem, regúmque parentem.
Vnde genus longâ nostrum dominabitur Albâ.
777 * Quin & avo comitem sese Mavortius addet
Romulus: Assaraci quem sãguinis Ilia mater Educet.-
786 † Læta Deûm partu, centum complexa nepotes,
Omnes Cœlicolas, omnes supera alta tenentes.
7. Æn. 434 * Oebale, quem generasse Telon Sebitide Nymphâ
Fertur. --
659 † Collis Aventini sylvâ quem Rhea Sacerdos
Furtivum partu sub luminis edidit auras,
Mista Deo mulier. --
320 * Cisseis prægnans igneis enixa jugales,
Quin idem Veneri partus suus, & Paris alter.
8. Æn. 43 † Littoreis ingens inventa sub ilicibus sus,
Triginta capitum fœtus enixa, jacebit
Alba solo recubans, albi circum ubera nati.
135 * Iliacæ primus pater urbis, & author,
Electrâ, ut Graii perhibent Atlantide cretus,
--Electram maximus Atlas Edidit.--
138 † Vobis Mercurius pater est, quem candida Maia
Cyllenes gelido conceptum vertice fudit,
At Maiam (auditis si quicquam credimus) Atlas
Idem Atlas generat, cœli qui sydera tollit,
Sic genus amborum scindit se sanguine ab uno.
628 * --illic genus omne futuræ
Stirpis ab Ascanio, pugnatáque in ordine bella
Fecerat, & viridi fœtam Mavortis in antro
Procubuisse lupam: geminos huic ubera circum
Ludere pendentes pueros, & lambere matrem

impavidos: illam tereti cervice reflexam
Mulcere alternos, & corpora fingere linguâ.
† Instaurant acies Vulcani stirpe creatus Cæculus.— 10. Æn. 543
* Sylvicolæ Fauno, Dryope quem Nympha crearat. 551
† Hasta volans ut fortè novem pulcherrima fratrum 12. Æn. 270
Corpora constiterant contrà, quos fida crearat
Vna tot Arcadio conjunx Tyrrhena Gilippo.

v. Gens, & Natus.

PARMA.

ENse levis nudo, primâque inglorius albâ. 9. Æn. 548
* Addit Halim comitem: & confixû Phegea parma. 765
† Dum genitor nati parmâ protectus abiret. 10. Æn. 800
* —& lævo dependet parma lacerto. 11. Æn. 693
† Ense pedes nudo, puràque interrita parmâ. 711
* Emicuit parmámque ferens, hastámq; trementem. 2. Æn. 175
† Transiit & parmam macro, levia arma minacis. 10. Æn. 817
* Extemplo turbatæ acies, versíque Latini, 11. Æn. 618
Rejiciunt parmas, & equos ad mœnia vertunt.

v. Clypeus, & Scutum.

PARNASSVS, PARNASSIVS, *Permessus, Pindus, Rhodope, &c.*

NAm neque Parnassi vobis juga, nam neq; Pindi 10. Ecl. 11
Vlla moram fecêre, neque Aonia Aganippe.
† Tum canit errantem Permessi ad flumina Gallum 6 Ecl. 64
Aonas in montes ut duxerit una sororum.
* Sed me Parnassi deserta per ardua dulcis 3. Geor. 295
Raptat amor, juvat ire jugis quà nulla priorum
Castaliam molli divertitur orbita clivo.
† Nec tantùm Phœbo gaudet Parnassia rupes, 6. Ecl. 29
Nec tantùm Rhodope miratur, & Ismarus Orphea,
* Vt cerasis, ulmísque: etiam Parnassia laurus 2. Geor. 22
Parva sub ingenti matris se subjicit umbrâ.

v. Musæ.

PARVM, PAVLVM, PAVLO, PAVLISper: *Multùm, Multò, Magis, Plurimà, Multà.*

SEd frons læta parùm, & dejecto lumina vultu. 6. Æn. 862
† —pulsúsque parumper Corde dolor tristi.— 382

4. Ecl. 1 † Sicelides Musæ, paulò majora canamus.
3. Æn. 597 * Arma procul, paulùm aspectu conterritus hæsit.
4. Æn. 649 † Conspexit, paulùm lacrymis, & mente morata.
5. Æn. 846 * Ipse ego paulisper pro te tua mune-a in'bo.
8. Ecl. 18 † Excipere insidiis. multùm latrante lycisca.
1. Æn. 3. * --multùm ille & terris jactatus, & al o:
3. Ecl. 35 † Verùm id, quod multò tute ipse fatebere majus.
2. Æn. 199 * Hîc aliud majus miseris, multóque tremendum.
Objicitur magis. --
6. Ecl. 73 † Ne quis sit lucus, quo se plùs jactet Apollo.
1. Geor. 35 * Scorpius & cœli justâ plus parte relinquit.
4. Geor. 207 † Excipiat, neque enim plus sep i na ducitur æstas.
10. Æn. 481 * Aspice num magè sit nostrum penetrabile telum.
3. Geor. 185 † Tum magis, atque magis, blandis gaudere magistri.
1. Æn. 15. * Quam Iuno fertur terris magis omnibus unam,
Posthabitâ coluisse Samo. (*Carthaginem.*)
4. Æn. 31 † Anna refer, ô luce magis dilecta sorori.
7. Æn. 787 * Tum magis illa fremens, & tristibus effera flammis,
Quàm magis effuso crudescunt sanguine pugnæ.
4. Geor. 311 † Miscentur, tenuémque magis, magis aëra carpunt.
9. Æn. 335 * Et juvenem Serranũ, illa qui plurimâ nocte Luserat:
398 † Oppressum rapit, & conantem plurimâ frustrà.
3. Geo. 226 * Multà gemens, ignominiam, plagásque superbi.

PARVVS, PARVVLVS, PARVO.

4. Ecl. 60 INcipe, parve puer, risu cognoscere matrem.
2. Æn. 563 † Et direpta domus, & parvi casus Iüli.
674 * Hærebat, parvúmque patri tendebat Iülum.
320 † -- parvúmque nepotem Ipse trahit. - (*Panthus.*)
4. Æn. 328 * -- si quis mihi parvulus aulâ Luderet Æneas. --
8. Ecl. 37 † Sepibus in nostris parvam te roscida mala
i. parvulam.) --vidi cum matre legentem.
4. Æn. 176 * Parva metu primò, mox sese attollit in auras; &c.
196 † Non aliter, si parva licet componere magnis.
1. Ecl. 20 * --Romam, Melibœe, putavi Huic nostræ similem.--
Sic canibus catulos similes, sic matribus hœdos,
Noram, sic parvis componere magna solebam:
Verùm hæc tantùm alias inter caput extulit urbes
Quantùm lenta solent inter viburna cupressi.
11. Æn. 430 † --nec parva sequetur Gloria delectos Latio. --
9. Æn. 298 * --nec partum gratia talem Parva manet. --
3. Ecl. 54 † Sensibus hæc imis (res est non parva) reponas.

† Inter utramque viam, lethi discrimine parvo. 3.Æn.685
* Et patiens operum, parvóque assueta juventus. 2.Geor.472
† --haud illi stabant Æneïa parvo Hospitia.-- 10.Æn.494
* --casus evadere ferri Cui licuit parvo.-- 317

v. Magnus.

PASCERE, ALERE, NUTRIRE, *Educare, Fovere: Agere: Carpere, Attondere, Tondere, Metere, Ore legere, Portare, Lavare: Alumnus, Almus, Nutritor, Nutrix, Nutrimenta: Pastus, Impastus, &c.*

VSque adeò turbatur agris, en ipse capellas 1.Ecl. 12
Protinus æger ago, hanc etiam vix Tityre duco.
† Pascite ut antè boves, pueri, submitti e tauros. 45
* Antè leves ergo pascentur in æthere cervi. 60
† --non, me pascente, capellæ 78
Florentem cytisum, & salices carpetis amaras.
* Ille meas errare boves permisit, ut cernis.-- 9
† Hœdorúmque gregem viridi compellere hibisco. 2.Ecl. 30
* --si quando armenta vocabat, 23
Amphion Dircæus in Actæo Aracyntho.
† Mille meæ Siculis errant in montibus agnæ. 21
* Tityre, pascentes à flumine rejce capellas, 4 Ecl. 96
Ipse ubi tempus erit, omnes in fonte lavabo.
† Dúmque thymo pascentur apes, dum rore cicadæ. 5.Ecl.76
* - pastorē, Tityre, pingues Pascere oportet oves.- 6.Ecl. 4
† Tityre, dum redeo (brevis est via) pasce capellas, 9.Ecl. 23
Et potum pastas age, Tityre, & inter agendum.
* Dum tenera attondent simæ virgulta capellæ. 10. Ecl. 7
† Æthiopum versemus oves, sub sydere cancri. 68
* Ter centum nivei tondent dumeta juvenci. 1.Geor.15
† Sin armenta magis studium, vitulósque tueri, 2.Geor. 195
Aut fœtus ovium, aut urenteis culta capellas.
* Pascentem niveos herboso flumine cygnos. 199
Non liquidi gregibus fontes, non gramina desunt.
Et quantùm longis carpent armenta diebus.
† Saltibus in vacuis pascant, & plena secundùm 3 Geor. 147
Flumina, muscus ubi, & viridissima gramine ripa.
* Arcebis pecori gravido, armentáque pasces 156
Sole recèns orto, aut noctem ducentibus astris.
† Cætera pascuntur virides armenta per herbas. 563

3. Geor. 296 * Incipiens stabulis edico in mollibus herbam
Carpere oves. –

315 † Pascuntur verò sylvas, & summa Lycæi,
Horrentésque rubos, & amantes ardua dumos.

324 * [illegible] utrumque gregem: atque in pascua mittes.

300 † – jubeo frondentia capris
Arbuta sufficere, & fluvios præbere recentes,
Et stabula à ventis hyberno opponere soli.

319 * Quò minùs est illis curæ mortalis egestas,
Avertes, victúmque feres & virgea lætus
Pabula, nec totâ claudes fœnilia brumâ.

330 † Ad puteos, aut alta greges ad stagna jubeto
Currentem ilignis potare canalibus undam,
Tum tenues dare rursus aquas, & pascere rursùs
Solis ad occasum. –

466 * Videris aut summas carpentem ignaviùs herbas.
– aut medio procumbere campo Pascentem. –

4. Geor. 53 † Illæ continuò saltus, sylvásque peragrant,
Purpureósque metunt flores, & flumina libant
Summa leves. – (*Apes.*)

139 * Ille comam mollis jam tum tondebat acanthi.

200 † Verùm ipsæ foliis natos, & suavibus herbis
Ore legunt. –

1. Æn. 185 * (*Æneas.*) – tres littore cervos
Prospicit errantes, hos tota armenta sequuntur
A tergo, & longum per valles pascitur agmen.

3. Æn. 220 † Læta boûm passim campis armenta videmus:
Caprigenúmque pecus nullo custode per herbam.

537 * Quatuor hîc primùm omen equos in gramine vidi
Tondentes campum latè, candore nivali,
Alcides aderat, taurósque hàc victor agebat.

8. Æn. 203 † Ingentes, vallemque boves, amnémque tenebant.

212 * Intereà cùm jam stabulis saturata moveret
Amphytrioniades armenta, abitúmque pararet,
Discessu mugire boves, atque omne querelis
Impleri nemus & colles clamore relinqui.

9. Æn. 352 † – & religatos ritè videbat Carpere gramen equos. –

10. Ecl. 17 * Nec te pœniteat pecoris, divine Poëta,
Et formosus oves ad flumina pavit Adonis.

3. Ecl. 85 † Pierides, vitulum lectori pascite vestro.

4. Ecl. 43 * Ipse sed in pratis aries jam suave rubenti
Murice, jam croceo mutabit vellera luto,
Sponte sua sandix pascentes vestiet agnos.

† Pascitur in magnâ sylvâ formosa juvenca. 3.Geor.219
* Pascitur, itque pecus longa in deserta sine ullis 351
Hospitiis: tantùm campi jacet.--
† -- pascuntur oves, avidæque juvencæ. 2.Geor.375
* Crura thymo plenæ, pascuntur & arbuta passim, 4.Geo.180
Et glaucas salices, casiamque, crocúmque rubentem.
† Impastus ceu plenâ leo per ovilia turbans. 9.Æn.339
* Vnda feret, piscésque impasti vulnera lambent. 10.Æn.560
† --passímque soluti Per campos pascuntur equi.-- 6.Æn.652
Armorúmque fuit vivis; quæ cura nitentes
Pascere equos, eadem sequitur tellure repostos.
* Non ulli pastos illis egêre diebus 5.Ecl.23
Frigida, Daphni, boves ad flumina, nulla neq; amnem
Libavit quadrupes, nec graminis attigit herbam.
† Corvorum è pastu decedens agmine magno. 1.Geor.390
* Vesper ubi è pastu tandem decedere campis 4.Geor.185
Admonuit, tùm tecta petunt. (Apes.)
† Vesper ubi è pastu vitulos ad tecta reducit. 433
* Ceu quondam nivei liquida inter nubila Cycni, 7.Æn.704
Cùm sese è pastu referunt, & longa canoros.
† Tandem liber equus, campóque potitus aperto, 11.Æn.493
Aut ille in pastus, armentáque tendit equarum.
* Frondibus hirsutis, & carice pastus acutâ. 3.Geor.235
† Qualis ubi in lucem coluber mala gramina pastus. 2.Æn.471
* Illo Virgiliū me tempore dulcis alebat Parthenope.- 4.Geór.562
† Infelix Priamus furtim mandarat alendum Regi.- 3.Æn.50
* Sed rami, atque asper victu venatus alebat. 8.Æn.318
† Bis venit ad mulctram, binos alit ubere fœtus. 3.Ecl.30
* Humida majores herbas alit, ipsáque justo Lætior.- 2.Geor.251
† Magnus alit magno commistus corpore fœtus. 326
* Vulnus alit venis, & cæco carpitur igni. 4.Æn.2
† Ductores quos Africa terra triumphis Dives alit.- 37
* Hos successus alit: possunt, quia posse videntur. 5.Æn.231
† Spiritus intus alit, totámque infusa per artus, &c. 6.Æn.726
* Non jam mater alit tellus, viresque ministrat. 11.Æn.71
† Vlceris os, alitur vitium, vivitque tegendo. 3.Geo.454
* Et terram altricem sævi execramur Vlyssis. 3.Æn.273
† Nec non & Tityon terræ omnipotentis alumnum. 6.Æn.595
* Vllo se tantùm tellus jactabit alumno Romula.- 877
† Tum comes auspiciis caro datus ibat alumno. 11.Æn.33
* Parturit almus ager.-- 2.Geor.329
† Nascere præq; diem veniens age, Lucifer, almum.- 8.Æn.17
*--pecorique, & vitibus almis Aptius uber erit.-- 2.Geor.133

1.*Geor.* 7	† Liber! & alma Ceres, vestro si munere tellus.
1.*Æn.* 310	* Vt primùm lux alma data est, exire, locosque.
622	† Alma Venus Phrygii genuit Simoëntis ad undam.
2.*Æn.* 591	* Alma parens confessa Deam, qualisque videri Cœlicolis. --
3.*Æn.* 311	† Nate Dea, vivisne, aut si lux alma recessit?
5.*Æn.* 64	* --diem Mortalibus almum Aurora extulerit.--
7.*Æn.* 648	† --Itala jam tum Floruerit terra alma viris.--
10.*Æn.* 439	* Intereà soror alma monet succurrere Lauso.
2.*Geor.* 425	† Hoc pinguem, & placitam paci nutritor olivam.
7.*Æn.* 489	* Tyrrhidæ pueri, quem matris ab ubere raptum Nutribant, Tyrrhúsque pater.-- (*Cervum.*)
11.*Æn.* 571	† Armentalis equæ mammis, & lacte ferino Nutribat, teneris immulgens ubera labris.
12.*Æn.* 343	* --quos Imbrasus ipse, Nutrierat Lyciâ.--
1.*Æn.* 179	† Suscepítque ignem foliis, atque arida circùm Nutrimenta dedit, rapuítque in fomite flammam.
4.*Æn.* 634	* Annam cara mihi, nutrix hùc siste sororem.
5.*Æn.* 645	† Pyrgo te Priami natorum regia nutrix.
7.*Æn.* 1	* Tu quoque littoribus nostris Æneïa nutrix.
1.*Æn.* 279	† Inde lupæ fulvo nutricis tegmine lætus.
4.*Æn.* 632	* Tum breviter Barcen nutricem affata Sichæi.
10.*Æn.* 518	† Quattuor hîc juvenes, totidem quos educat Vfens.
4 *Geo.* 229	* Ora fove, fumósque manu prætende sequaces.
3. *Ecl.* 3	† --ipse Neæram, Dum fovet.--
2.*Geor.* 134	* --animas, & olentia Medi Ora fovent lauro.--
4.*Geor.* 55	†--dulcedine lætæ Progeniē, nidósq; fovent.-(*Apes.*)
1.*Æn.* 22	* Si quà fata sinant, jam tum tendítque, fovétque.
285	† --mecúmq; fovebit Romanos rerum dominos.--
2.*Æn.* 722	* Hæret, & interdum gremio fovet inscia Dido.
4.*Æn.* 686	† Semianimémque sinu germanam amplexa fovebat.
1.*Æn.* 696	*--fotum gremio Dea tollit in altos Idaliæ lucos.--
4.*Æn.* 218	† Quippe tuis ferimus, famámque fovemus inanem.

v. Pabula, Pastor, & Vita.

PASTOR, CVSTOS, MAGISTER ovium, pecoris, & gregis: Pastorale, Armentarius, Vpilio, Bubulcus, &c.

2.*Ecl.* 33	INstituit, Pan curat oves, oviúmque magistros.
3.*Ecl.* 5	* Hic alienus oves custos bis mulget in hora.
101	† Idem amor exitium est pecori, pecorísq; magistro.
10.*Ecl.* 35	* Atque utinam ex vobis unus, vestríque fuissem,

Aut custos gregis, aut maturæ vinitor uvæ.
† Formosi pecoris custos, formosior ipse. | 5. Ecl. 44
* Pan ovium custos. -- | 1. Geor. 17
† --omnia secum | 3. Geor. 344
Armentarius Afer agit, tectúmque, Larémque,
Armáq;, Amyclæúmq; canem, Cressámq; pharetram.
* Nam qualis, quantusq; cavo Polyphemus in antro | 641
Lanigeras claudit pecudes, atque ubera pressat.
† Vix ea fatus erat, summo cùm monte videmus | 655
Ipsum inter pecudes vastâ se mole moventem,
Pastorem Polyphemum, & litora nota petentem;
Lanigeræ comitantur oves: ea sola voluptas,
Solaménque mali de collo fistula pendet.
* Venit & upilio, tardi venêre bubulci. | 10. Ecl. 19
† Vt Linus hæc illi divino carmine pastor. | 6. Ecl. 67
* Te quoque magna Pales, & te, memorande, canemus | 3. Geor. 1
Pastor ab Amphryso; vos sylvæ, amnésque Lycæi.
† Dulcibus idcircò fluviis pecus omne magistri | 459
Perfundunt, udísq; aries in gurgite villis Mersatur.-
* Dum medicas adhibere manus ad vulnera pastor | 455
Abnegat, & meliora Deos sedet omina poscens.
† Pastor Aristæus fugiens Peneïa Tempe. | 4. Geor. 316
* Præcipitésque trahit sylvas, stupet inscius alto | 2. Æn. 307
Accipiens sonitum saxi de vertice pastor.
† Vrbe furens, qualis conjectâ cerva sagittâ, | 4. Æn. 69
Quam procul incautam nemora inter Cressia fixit
Pastor agens telis. --
* At non sic Phrygius penetrat Lacedæmona pastor. | 7. Æn. 363
† Ac velut optatò ventis æstate coortis | 10. Æn. 405
Dispersa immittit sylvis incendia pastor. &c.
Ille sedens victor flammas despectat ovantes.
* Carmina pastoris Siculi modulabor avenâ. | 10. Ecl. 51
† --quò sæpe solemus | 1. Ecl. 22
Pastores ovium teneros depellere fœtus.
* --inducite fontibus umbras Pastores.-- | 5. Ecl. 40
† Ergo alacres sylvas, & cætera rura voluptas | 57
Panáque, pastorésque tenet, Dryadásque puellas.
* Pastores, hederâ crescentem ornate Poëtam. | 7. Ecl. 25
† --me quoque dicunt Vatem pastores.-- | 9. Ecl. 33
* Quid tibi pastores Libyæ, quid pascua versu | 3. Geor. 339
Prosequar, & raris habitata mapalia tectis?
† Nam sæpè incautis pastoribus excidit ignis, | 2. Geor. 304
Qui furtim pingui primùm sub cortice tectus, &c.

2. *Geo.* 439	† Aut illæ pecori frondem, aut pastoribus umbram.
8. *Ecl.* 1	* Pastorum musam Damonis, & Alphesibœi.
3. *Geor.* 490	† Nunc quoque pòst tanto videat, desertáque regna Pastorum, & longè saltus, latéque vacantes.
1. *Ecl.* 69	* Pauperis & tugurî congestum cespite culmen, Post aliquot, mea regna videns mirabor, aristas.
4. *Geor.* 564	† Carmina qui lusi pastorum, audáxque juventâ.
11. *Æn.* 569	* Pastorum, & solis exegit montibus ævum.
7. *Æn.* 485	† Nutribant, Tyrrhúsque pater, cui regia parent Armenta, & latè custodia credita campi.
512	* Ardua tecta petit stabuli, & de culmine summo Pastorale canit signum, cornúque recurvo Tartaream intendit vocem.-- &c.
821	† --Lyciam ut gerat ipsa pharetram, Et pastoralem præfixâ cuspide myrtum.

v. Agricola, Capellæ, Oves, &c.

PATER, SATOR, GENITOR, *Autor, Repertor, Parens: Paternus, Patrius: Frater, Fraternus, Germanus.*

2. *Geor.* 325	TUm pater omnipotens fœcundis imbribus æther Conjugis in gremium lætæ descendit.-- &c.
1. *Æn.* 559	* --& te pater optime Teucrûm Pontus habet Libyæ.--
5. *Æn.* 358	† Turpia membra fimo, risit pater optimus olli.
1. *Æn.* 258	* Olli subridens hominum sator, atque Deorum.
11. *Æn.* 720	† --hominum sator, atque Deorum observans oculis.--
12. *Æn.* 326	* Olli subridens hominum, rerúmque repertor.
1. *Æn.* 237	† --quæ te genitor, sententia vertit?
2. *Æn.* 717	* Tu genitor, cape sacra manu, patriósque Penates.
7. *Æn.* 368	† Idque sedet, Fauníque premunt te jussa parentis.
5. *Æn.* 80	* Salve sancte parens, iterùm salvete recepti Nequicquam cineres, animæque, umbræque paternæ.
4. *Æn.* 365	† Nec tibi Diva parens, generis nec Dardanus Autor.
12. *Æn.* 225	* Cui genus à proavis ingens, clarúmque paternæ Nomen erat virtutis, & ipse acerrimus armis.--
11. *Æn.* 44	† --neque ad sedes victor veherêre paternas.
8. *Æn.* 681	* --patriúmque aperitur vertice sydus. (*Cæsaris.*)
1. *Æn.* 596	† Ni frustrà augurium vani docuêre parentes.
3. *Geor.* 266	* --nec miseri possant revocare parentes.
2. *Æn.* 681	† Námque manus inter, mœstorúmque ora parentum.
6. *Æn.* 223	* Aversi tenuêre facem subjectam more parentum.
3. *Geor.* 532	† Hanc Remus, & frater vitâ coluêre.-- (*i. Romulus.*)

† Frater ut Æneas pelago tuus omnia circum. 1. Æn. 671
* Ultra virum, pœnas inimico à fratre recepi. 4. Æn. 656
† At fratres animosa phalanx, accensáque luctu. 12. Æn. 277
* Hasta volans ut fortè novem pulcherrima fratrum 270
Corpora constiterant contrà, quos fida crearat,
Una tot Arcadio conjunx Tyrrhena Gylippo.
† --sed regna Tyri germanus habebat Pygmalion.-- 1. Æn. 350
* Pandarus ut fuso germanum corpore cernit. 9. Æn. 722
† Tu pro germano si quid præsentius audes 12. Æn. 152
Perge, decet.--
* Mœrentem abjungens fraternâ morte juvencum. 3. Geor. 518
† Hîc Erycis fines fraterni, atque hospes Acestes. 5. Æn. 630
*Pandarus & mortis fraternæ fervidus irâ Effatur.-- 9. Æn. 736
† Conjugis, & sparsos fraternâ cæde Penates. 4. Æn. 21

v. Gens, Mater, Natus, & Soror.

PATESCERE, PATERE, APPARERE, Reserare, Recludere, Retegere, Nudare, Patefacere, Pandere, Aperire, Cœlo ostendere: Nudus, Nudatus, Manifestus, Patefactus, Patens, Retectus, &c.

TUm manifesta fides, Danaûmque patescunt 2. Æn. 309
Insidiæ.--
† Apparet domus intùs, & atria longa patescunt. 483
* Crebrescunt optatæ auræ, portúsque patescit 3. Æn. 530
Iam propior, templúmque apparet in arce Minervæ.
† --portísque patentibus omnes Accipiunt socios.-- 2. Æn. 266
* Ergo ubi ver nactæ sudum, campósque patentes. 4. Geor. 76
† --aliâ de parte patentes Transmittunt cursu cāpos.-- 4. Æn. 153
* Irrumpunt, aditus Rutuli ut vidêre patentes. 9. Æn. 683
† Fervere cæde novâ, & portas præbere patentes. 693
* Qui cursu portas primi irrupêre patentes. 11. Æn. 874
† Tres pateat cœli spatium non ampliùs ulnas. 3. Ecl. 104
* Ut terræ, atque novæ pateant Carthaginis arces 1. Æn. 302
Hospitio Teucris.--
† --illos patefactus ad auras Reddit equus.-- 2. Æn. 259
* --rogamus --cunctis undámq; aurámq; patentem. 7. Æn. 230
† Ut vidit, lævíque patens in pectore vulnus. 11. Æn. 40
* Dic, ait: ipse omnem longo decedere circo 5. Æn. 551
Infusum populum, & campos jubet esse patentes.

7. Æn. 661 † --- patet isti janua letho.
9. Æn. 461 * Iam Sole infuso, jam rebus luce retectis.
6. Æn. 127 † Noctes atque dies patet atri janua Ditis.
577 * --Tartarus ipse Bis patet in præceps tantùm.-- &c.
9. Æn. 238 † Qui patet in bivio portæ quæ proxima ponto.
11. Æn. 643 * --nec vulnera terrent, Tantus in arma patet.--
2. Æn. 234 † Dividimus muros, & mœnia pandimus urbis.
6. Æn. 109 * --doceas iter, & sacra ostia pandas.
573 † horrisono stridentes cardine sacræ Panduntur portæ.--
421 * Objici, ille fame rabidâ tria guttura pandens.
96 † --viæ prima salutis --Graiâ pandetur ab urbe.
8. Æn. 262 * Panditur extemplò foribus domus atra revulsis.
--abjuratæque rapinæ Cœlo ostenduntur.--
7. Æn. 647 † Pandite nunc Helicona Deæ, cantúsque movete.
10. Æn. 1 * Panditur interea domus omnipotentis Olympi,
Considunt tectis bipatentibus, incipit ipse.
3. Æn. 520 † Tentamúsque viam, & velorum pandimus alas.
179 * Anchisen facio certum, remque ordine pando.
2. Æn. 27 † Panduntur portæ, juvat ire, & Dorica castra.
6. Æn. 740 * --aliæ panduntur inanes Suspensæ ad ventos.--
1. Geor. 217 † Cādidus auratis aperit cùm cornibus annū Taurus.--
1. Æn. 110 * --his unda dehiscens Terram inter fluctus aperit.--
150 † Et vastas aperit Syrteis, & temperat æquor.
2. Æn. 246 * Tunc etiam fatis aperit Cassandra futuris Ora.--
6. Æn. 12 † Delius inspirat vates, aperítque futura.
406 * At ramum hunc (aperit ramum, qui veste latebat.)
3. Æn. 275 † Et formidatus nautis aperitur Apollo.
8. Æn. 681 * (*Cæsari.*) --patriúmque aperitur vertice sydus.
3. Æn. 205 † Quarto terra die primùm se attollere tandem
Visa, aperire procul montes, & volvere fumum.
2. Geor. 110 * --denique apertos Bacchus amat colles --
279 † Explicuit legio, & campo stetit agmen aperto:
3. Geor. 194 * --ac per aperta volans ceu liber habenis Æquora.--
1. Æn. 591 † Scindit se nubes, & in æthera purgat apertum.
11. Æn. 748 * Defringit ferrum, & partes rimatur apertas.
904 † Cùm pater Æneas saltus ingressus apertos.
7. Æn. 618 * Insignis reserat stridentia limina Consul.
8. Æn. 243 † Non secùs ac si quâ penitùs vi terra dehiscens
Infernas reserat sedes, & regna recludat.
12. Æn. 584 * Vrbem alii reserare jubent, & pandere portas.
2. Geor. 175 † Ingredíar, sanctos ausus recludere fontes.
423 * Ipsa satis tellus cùm dente recluditur unco.
1. Æn. 362 † --veteres tellure recludit Thesauros.--

† (*Dido.*) — ensémque recludit Dardanium. 4. *Æn.* 646
* Portam, quæ ducis imperio commissa, recludunt. 9. *Æn.* 675
† --& mugire adytis cortina reclusis. 3. *Æn.* 92
* --pecudúmque reclusis Pectoribus inhians.-- 4. *Geor.* 63
† Quod superest, ubi pulsam hyemem Sol aureus egit 50
Sub terras, cœlúmque æstivâ luce reclusit.
* - simul et se re luso Ibat in Euryalum. 9. *Æn.* 423
† Tum latebras animæ pectus mucrone recludit. 10. *Æn.* 601
* Exitium dirum hasta ferens, orásque recludit 12. *Æn.* 924
Lo ic æ.--
† In nemus ire parant, ubi primos crastinus ortus 4. *Æn.* 118
Extulerit Titan, radiisque retexerit orbem.
* Præterea si nona diem Mortalibus almum 5. *Æn.* 64
Aurora extulerit, radiísque retexerit orbem.
† Iam Sole infuso, jam rebus luce retectis. 9. *Æn.* 461
* Crudeles aras, trajectáque pectora ferro 1. *Æn.* 359
Nudavit, cæcúmque domûs scelus omne retexit.
† Spem gregis, âh silice in nudâ connixa reliquit. 1. *Ecl.* 15
* Tergora diripiunt costis, & viscera nudant. 1. *Æn.* 215
† Corporáque agresti nudat prædura palæstrâ. 2. *Geor.* 531
* Et nunc terga fugæ nudant, nunc spicula vertunt. 5. *Æn.* 586
† Nudatósque humeros oleo perfusa nitescit. 135
* Ædibus in mediis, nudóque sub ætheris axe. 2. *Æn.* 512
† Ense levis nudo, parmâque inglorius albâ. 9. *Æn.* 548
* Ense sequens nudo supereminet, ille securi. 12. *Æn.* 306
† Dejicit Herminium, nudo cui vertice fulva 11. *Æn.* 642
Cæsaries, nudíque humeri: nec vulnera terrent.
* --quamvis lapis omnia nudus Obducat.-- 1. *Ecl.* 48
† Et freta destituent nudos in littore pisces. 61
* -- Æneas dextram tendebat inermem, 12. *Æn.* 311
Nudato capite.--

v. Offerre se.

PATRIA, FINES, TELLVS MATER, *Mater antiqua, Terra patria, Vrbs patria.*

Nos patriæ fines, & dulcia linquimus arva, 1. *Ecl.* 3
Nos patriam fugimus.--
† O patria, ô Divûm domus Ilium, & inclyta bello 2. *Æn.* 241
Mœnia Dardanidûm.--
* -- quæcunque fatebor 78
Vera, inquit, neque me Argolicâ de gente negabo.
† Nec mihi jam patriam antiquam spes ulla videndi, 137.

Nec dulces natos, exoptatúmque parentem.

3. Æn. 10 † Littora tum patriæ lacrymans, portúsque relinquo.
* Procedo, & parvam Trojam, simulatáque magnis
Pergama, & arentem Xanthi cognomine rivum.
319 † Agnosco, Scææque amplector limina portæ.
613 * Sum patriâ ex Ithacâ, comes infelicis Vlyssi.
94 † Dardanidæ duri, quæ vos à stirpe parentum.
Prima tulit tellus, eadem vos ubere læto
Accipiet reduces: antiquam exquirite matrem.

5. Æn. 631 * Quis prohibet muros jacere, & dare civibus urbem?
O patria, & rapti nequicquam ex hoste Penates!
Nulláne jam Trojæ dicentur mœnia? nusquam
Hectoreos amnes, Xanthúmque, & Simoënta videbo?

6. Æn. 621 † Vendidit hic auro patriam, dominúmque potentem
Imposuit, fixit leges pretio, atque refixit.
660 * Hîc manus ob patriam pugnando vulnera passi.
880 † (*Brutus.*) --natósque pater nova bella moventes
Ad pœnam pulchrâ pro libertate vocabit:
Vincet amor patriæ, laudúmque immensa cupido.
832 * Ne pueri, ne tanta animis assuescite bella,
Neu patriæ validas in viscera vertite vires.
507 † --te amice, nequivi --patriâ decedens ponere terrâ.

10. Æn. 75 * --& patriâ consistere terrâ.

11. Æn. 882 † Mœnibus in patriis, atque inter tuta domorum
Confixi expirant animas, pars claudere portas.
891 * Ipsæ de muris summo certamine matres,
Monstrat amor verus patriæ, ut vidêre Camillam:
Tela manu trepidæ jaciunt, ac robore duro
Stipitibus ferrum, sudibúsque imitantur obustis
Præcipites, primæque mori pro mœnibus audent.

5. Æn. 601 † Accepit Roma, & patrium servavit honorem.

11. Æn. 127 * Sermonem Ausonii patrium, moresque tenebunt.

12. Æn. 834 † Nos verò hæc patriam grati referemus ad urbem.

1. Geor. 507 * Dii patrii indigetes. -- &c.

4. Æn. 211 † Fœmina, quæ nostris errans in finibus urbem.

7. Æn. 474 * Tutari Italiam, detrudere finibus hostem.

10. Æn. 719 † Venerat antiquis Coryti de finibus Acron.

1. Æn. 343 * Sed fines Libyci, genus intractabile bello.
567 † --me talia cogunt Moliri, & latè fines custode tueri
574 * Sive Erycis fines, Regémque optatis Acesten.

3. Æn. 440 † Trinacriâ fines Italos misêre relictâ.

6. Æn. 345 * --finésque canebat Venturum Ausonios.--

7. Æn. 149 † --& fines, & littora gentis Diversi explorant.--

† Æneadæ possint, Italósve obsidere fines. 7. Æn. 334
* Protinùs Arcadiæ gelidosin visere fines. 8. Æn. 159
† Qui primi fines aliquando habuere Latinos. 602
* Sin alios fines, aliámque capessere gentem 11. Æn. 324
Est animus.--
† Labere Nympha polo, finésque invise Latinos. 588
* Finibus expulsum patriis, nova regna petentem. 1. Æn. 624

v. Exilium, & Vrbs.

PAVPERIES, EGESTAS, INOPIA: Pauper, Egenus. Inops, Egens, &c. Prædives.

PAuperis & tugurî congestum cespite culmen, 1. Ecl. 69
Post aliquot, mea regna videns mirabor, aristas.
† (*Priapus.*) --custos es pauperis horti. 7. Ecl. 34
* Tum variæ venêre artes: labor omnia vincit, 1. Geor. 45
Improbus, & duris urgens in rebus egestas.
† --atque inopi metuens formica senectæ. 186
* Aut doluit miserans inopem, aut invidit habenti. 2. Geo. 499
† Quominùs est illis curæ mortalis egestas. 3. Geor. 320
* Pauper in arma pater primis hùc misit ab annis. 2. Æn. 87
† Sum patriâ ex Ithacâ, comes infelicis Ulyssi, 3. Æn. 613
Nomine Achæmenides, Trojam genitore Adamasto
Paupere (mansissétque utinam fortuna.) --
* Omnibus exhaustos jam càsibus, omnium egenos 1. Æn. 605
Urbe, domo socias. -- (*Dido Trojanos.*)
† Nusquam tuta fides, ejectum littore egentem 4. Æn. 373
Excepi, & regni demens in parte locavi.
* Sævit inops animi. -- 300
† Pallentésque habitant morbi, tristísque senectus, 6. Æn. 275
Et metus, & malesuada fames, & turpis egestas.
* Projecêre animas, quàm vellent æthere in alto 436
Nunc, & pauperiem, & duros perferre labores.
† Hæc omnis, quam cernis, inops, inhumatáq; turba est. 325
* Regis Romani, primus qui legibus urbem 810
Fundabit, Curibus parvis, & paupere terrâ
Missus in imperium magnum. -- (*Numa.*)
† -- tum res inopes Evandrus habebat. 8. Æn. 100
* --non te rationis egentem 299
Lernæus turbâ capitum circumstetit anguis.
† --at tecta subibant Pauperis Evandri.-- 359
Ut ventum ad sedes, hæc, inquit, limina victor
Alcides subiit, hæc illum Regia cepit.

Aude hospes contemnere opes, & te quoque dignum
Finge Deo, rebúsque veni non asper egenis:
Dixit, & angusti subter fastigia tecti
Ingentem Æneam duxit, stratísque locavit
Effultum foliis, & pelle Libystidis ursæ.

8. Æn. 105 † Vnà omnes juvenum primi, pauperque Senatus
Thura dabant, tepidúsque cruor fumabat ad aras.

9. Æn. 290 * At tu, oro, solare inopem, & succurre relictæ.

12. Æn. 518 † --piscosæ cui circum flumina Lernæ
Ars fuerat, paupérque domus, nec nota potentum
Munera, conductâque pater tellure serebat.

11. Æn. 213 * Iam verò in tectis prædivitis urbe Latini.

v. Aurum, & Divitiæ.

PAX, PACATVS, PACIFER. Amicitia, Fœdus, Quies, Otium, Venia, Quietus: Oliva, Olea: Impacatus: Tranquillus, Placidus: Pactus, Pacisci: Sedatus, Placare, & c.

5. Ecl. 60 NEc lupus insidias pecori, nec retia cervis
Vlla dolū meditantur, amat bonus otia Daphnis.

4. Ecl. 22 * --nec magnos metuent armenta leones.

3. Geor. 538 † Non lupus insidias explorat ovilia circum,
Nec gregibus nocturnus obambulat, acrior illum
Cura domat, timidi damæ cervique fugaces,
Nunc intérque canes, & circum tecta vagantur.

4. Geor. 86 * Hi motus animorum, atque hæc certamina tanta,
Pulveris exigui jactu compressa quiescent (*Apum.*)

1. Æn. 204 † --sedes ubi fata quietas Ostendunt.--

248 * --nunc placidâ compostus pace quiescit.

292 † --Diræ ferro, & compagibus arctis
Claudentur belli portæ, Furor impius intùs
Sæva sedens super arma, & centum vinctus ahenis
Post tergum nodis, fremet horridus ore cruento.

518 * Orantes veniam, & templum clamore petebant.

3. Ecl. 17 † Pacatúmque reget patriis virtutibus orbem.

3. Geor. 408 * Aut impacatos à tergo horrebis Iberos.

1. Æn. 142 † Sic ait, & dicto citiùs tumida æquora placat,
Collectásque fugat nubes, Solémque reducit.

149 * Seditio, sævítque animis ignobile vulgus,
Tum pietate gravem, ac meritis si fortè virum quem
Conspexêre, silent, arrectísque auribus astant, &c.

9. Æn. 30 † Ceu septem surgens sedatis omnibus altus Ganges.

740 * Olli subridens sedato pectore Turnus.

† Tēdimus in Latiū, sedes ubi fata quietas Ostēdūt.-- 1. Æn. 205
*Dum paci mediū se offert, justissimus unus Galesus.- 7. Æn. 536
† --tranquilla per alta. (*Angues*) 2. Æn. 203
* Tranquillo silet, immotâque attollitur undâ. 5. Æn. 127
† --cecidêre animis, nec jam ampliùs armis, 3. Æn. 260
Sed votis, precibúsque jubent exposcere pacem.
* Vobis parta quies, nullum maris æquor arandum. 495
† Quadrupedes, & fræna jugo concordia ferre. 542
Spes est pacis, ait; tum numina sancta precamur
Palladis armisonæ. --
* Hic Helenus, cæsis primùm de more juvencis, 369
Exorat pacem Divûm, vittásque resolvit
Sacrati capiti. --
† Tu modo posce Deos, veniam, sacrísque litatis, 4. Æn. 50
Indulge hospitio, causásque innecte morandi.
* Principio delubra adeunt, pacémque per aras 56
Exquirunt. --
† Quin potiùs pacem æternam, pactósque hymenæos 99
Exercemus. --
* --nec cùm se sub leges pacis iniquæ Tradide. 618
† --nullus amor populis, nec fœdera sunto. 624
* Pandere, qui quondam jussus confundere fœdus, 5. Æn. 495
In medios telum torsisti primus Achivos.
† Arma procul, currúsque virûm miratur inanes. 6. Æn. 651
Stant terrâ defixæ hastæ, passimque soluti
Per campos pascuntur equi: quæ gratia currûm,
Armorúmque fuit vivis: quæ cura nitentes
Pascere equos, eadem sequitur tellure repostos.
* Quis procul ille autem ramis insignis olivæ 808
Sacra ferens? nosco crines, incanáque menta.
† Hæ tibi erunt artes, pacísque imponere morem. 6. Æn. 853
* Hic rem Romanam, magno turbante tumultu 885
Sistet eques, sternet Pœnos, Gallúmque rebellem.
† --Rex arva Latinus, & urbes 7. Æn. 45
Iam senior longâ placidas in pace regebat.
* Tum satus Anchisâ, delectos ordine ab omni 152
Centum Oratores augusta ad mœnia Regis
Ire jubet, ramis velatos Palladis omnes.
Donáque ferre viro, pacémque exposcere Teucris,
Haud mora, festinant jussi, rapidísque feruntur.
† --ne temne, quod ultrò 236
Præferimus manibus vittas, ac verba precantum.
* Pars mihi pacis erit dextram tetigisse Tyranni, 266

7. *Æn.* 339 † Disjice compositam pacem, sere crimina belli.
5. *Æn.* 467 * Cede Deo: dixitque, & prælia voce diremit.
3. *Ecl.* 108 † Non nostrum inter vos tantas componere lites:
Et vitu â tu dignus, & hic. --
9. *Ecl.* 14 * Quid n si me quacunque novas incidere lites.
12. *Æn.* 858 † Limes agro positus, litem ut discerneret arv s.
7. *Æn.* 426 * Tyrrhenas i, sterne acies, tege pace Latinos.
467 † Ergo iter ad Regem, polluta pace, Latinum,
Indicit prim s juvenum. --
545 * En perfecta tibi bello discordia tristi.
Dic in amicitiam coëant, & fœdera jungant,
Quandoquidem Ausonio respersi sanguine Teucros.
598 † Nam mihi parta quies. --
8. *Æn.* 56 * Hos castris adhibe socios, & fœdera junge.
115 † Tum pater Æneas puppi sic fatur ab altâ,
Paciferæque manu ramum prætendit olivæ.
114 * --pacêmne hûc fertis? an arma?
127 † Optime Grajugenûm, cui me fortuna precari,
Et vittâ comptos voluit prætendere ramos.
150 * Accipe, dáque fidem: sunt nobis fortia bello
Pectora, sunt animi, & rebus spectata Iuventus.
169 † Ergò, & quam petitis, juncta est mihi fœdere dextra:
Auxilio lætos dimittam, opibúsque juvabo.
639 * Pòst iidem inter se posito certamine Reges
Armati Iovis ante aras, paterásque tenentes
Stabant, & cæsâ jungebant fœdera porcâ.
10. *Æn.* 11 † Adveniet justum pugnæ (ne accersite) tempus.
15 * Nunc finite, & placidum læti componite fœdus.
31 † Si sine pace tuâ, atque invito Numine Troës
Italiam petiêre, luant peccata. --
80 * Pacem orare manu, præfigere puppibus arma.
96 † -- & fœdera solvere furto.
150 * — Mezentius arma,
Quæ sibi conciliet, violentáq; pectora Turni Edocet.--
—Tarchon Iungit opes, fœdúsque ferit. --
105 † Quandoquidem Ausonios conjungi fœdere Teucris
Haud licitum est. --
902 * Nec tecum meus hæc pepigit mihi fœdera Lausus.
11. *Æn.* 100 † Iámque Oratores aderant ex urbe Latinâ,
Velati ramis oleæ, veniámque rogantes.
100 * Pacémne exanimis, & Martis sorte peremptis
Oratis? equidem & vivis concedere vellem.

* Et te, si qua viam dederit fortuna, Latino — 11. *Æn.* 182
Iungemus Regi: quærat sibi fœdera Turnus.
† –urbes iam senior longâ placidas in pace regebat. — 7. *Æn.* 45
* —sic placidâ populos in pace regebat. — 8. *Æn.* 325
† Ortygia hæc fessos tuto placidissima portu Accipit. — 3. *Æn.* 77
* Hoc pinguem, & placitam paci nutritor olivam. — 2. *Geor.* 425
† Cùm placidum ventis staret mare. –– — 2. *Ecl.* 26
* Nullum cum victis certamen, & ætheris cassis — 11. *Æn.* 104
Parceret hospitibus quondam, socerísque vocatis,
Quos bonus Æneas haud aspernanda precantes,
Prosequitur veniâ. ––
† Bis senos pepigêre dies, & pace sequestrâ — 133
Per sylvas Teucri, mistique impunè Latini
Erravêre jugis. ––
* –– alia arma Latinis — 229
Quærenda, aut pacem Trojano ab Rege petendum.
† Ambo animis, ambo insignes præstantibus armis: — 291
Hic pietate prior, coëant in fœdera dextræ,
Quà datur; ast armis concurrant arma, cavete.
* Hæc omnis regio, & celsi plaga pinea montis — 320
Cedat amicitiæ Teucrorum, & fœderis æquas
Dicamus leges, sociósque in regna vocemus:
Considant, si tantus amor, & mœnia condant.
† Præterea qui dicta ferant, & fœdera firment, — 330
Centum Oratores primâ de gente Latinos
Ire placet, pacisque manu prætendere ramos.
Munera portantes, eborísque, aurique talenta,
Et sellam regni, trabeamque insignia nostri.
* --unum optime Regum — 353
Adjicias, nec te ullius violentia vincat,
Quin gnatam egregio genero, dignísque hymenæis
Des pater, & pacem hanc æterno fœdere jungas.
Quòd si tantus habet mentes, & pectora terror,
Ipsum obtestemur, veniámque oremus ab ipso.
† Nulla salus bello: pacem te poscimus omnes, — 362
Turne, simul pacis solum inviolabile pignus.
--en supplex venio, miserere tuorum:
Pone animos, & pulsus abi: sat funera fusi
Vidimus, ingentes & desolavimus agros.
* --& semel agmine verso, — 412
Funditùs occidimus, nec habet fortuna regressum:
Oremus pacem, & dextras tendamus inermes:
Quanquam, ô, si solitæ quicquam virtutis adesset,

Ille mihi ante alios, fortunatúsque laborum,
Egregiúsque animi, qui ne quid tale videret,
Procubuit moriens, & humum simul ore momordit.

12. Æn. 460 † Cogite concilium, & pacem laudate sedentes.

11. Æn. 657 * Italides, quas ipsa decus sibi Dia Camilla
Delegit, pacisque bonas, bellíque ministras.

11. Æn. 11 † (*Turnus.*) --nihil est quòd dicta retractent
Ignavi Æneadæ: nec quæ pepigêre recusent.
--fer sacra pater, & concipe fœdus,
Aut hac Dardanium dextrâ sub Tartara mittam.

151 *Non pugnã aspicere hanc oculis, non fœdera possim.

156 † Aut tu bella cie, conceptúmque excute fœdus.

175 * Tum pius Æneas stricto sic ense precatur.
Esto nunc Sol testis, & hæc mihi terra precanti.
Cesserit Ausonio si fors victoria Turno,
Convenit Evandri victos discedere ad urbem,
Cedet Iülus agris: nec pòst arma ulla rebelles
Æneadæ referent, ferróve hæc regna lacessent:
Sin nostrum annuerit nobis victoria Martem,
Non ego nec Teucris Italos parere jubebo,
Nec mihi regna peto: paribus se legibus ambæ
Invictæ gentes, æterna in fœdera mittent.

195 † Sic prior Æneas, sequitur sic deinde Latinus,
Suspiciens cœlum, tendítque ad sydera dextram:
Hæc eadem Ænea, terram, mare, sydera juro,
Audiat hæc genitor, qui fœdera fulmine sancit.
Tango aras, mediósque ignes, & numina testor,
Nulla dies pacem hanc Italis, nec fœdera rumpet,
Quo res cunque cadent: nec me vis ulla volentem
Avertet, non si tellurem effundat in undas
Diluvio miscens, cœlúmve in Tartara solvat.

212 * Talibus inter se firmabant fœdera dictis
Conspectu in medio procerum, tum ritè sacratas
In flammam jugulant pecudes, & viscera vivis
Eripiunt, cumulántque oneratis lancibus aras.

241 † Qui sibi jam requiem pugnæ, rebúsque salutem
Sperabant: nunc arma volunt, fœdúsque precantur
Infectum.--

314 * O cohibete iras: ictum jam fœdus, & omnes
Compositæ leges: mihi jus concurrere soli,
Me sin te, atque auferte metus: ego fœdera faxo
Firma manu: Turnum jam debent hæc mihi sacra,

496 † Multa Iovem, & læsi testatus fœderis aras.

tantòn

† --tantôn' placuit concurrere motu. 12. *Æn* 503
Iuppiter æternâ gentes in pace futuras?
* Æneas, magnâque incusat voce Latinum: 580
Testatúrque Deos, iterum se ad prælia cogi,
Bis jam Italos hostes, hæc altera fœdera rumpi,
Exoritur trepidos inter discordia cives.
† O soror, & dudum agnovi, cùm prima per artem 631
Fœdera turbasti, téque hæc in bella dedisti.
* --fugit ipse Latinus 285
Pulsatos referens infecto fœdere Divos.
† Messapus, &c. avidus confundere fœdus. 289
* --mussat rex ipse Latinus, 658
Quos generos vocet, aut quæ sese ad fœdera flectat.
† Parcite jam Rutuli, & vos inhibete Latini: 693
Quæcunque est fortuna, mea est: me verius unum
Pro vobis fœdus luere, & decernere ferro.
* Cùm jam connubiis pacem fœlicibus (estò) 821
Component: cùm jam leges, & fœdera jungent.
† Cur non incolumi potiùs certamine tollo. 39
*Non Teucros agar in Rutulos: Teucrû arma quiescât, 79
Et Rutulûm; nostro dirimatur sanguine bellum,
Illo quæratur conjunx Lavinia campo.
† Oblato gaudens componi fœdere bellum. 109
* -- & pacis dicere leges. 112
† Ni teneant, vitámque volunt pro laude pacisci. 5. *Æn.* 230
* Deponas, lethúmque sinas pro laude pacisci. 2. *Æn.* 49
† Quid soceros legere, & gremiis abducere pactas. 10. *Æn.* 79
* Quò fugis, Ænea? thalamos ne desere pactos. 649
† Purpureum pennis, & pactæ conjugis ostro. 722
v. Bellum, Quies, & Discordia.

PECCATVM, SCELVS, NEFAS, Culpa, Noxa, Crimen, Piaculum, Malum, Labes, Error, Injuria; Incestare, Scelerare: Sceleratus, Culpatus, Noxius, Sons, Perversus, Pessimus, Improbus, Miser, Perditus, &c.

SI sine pace tuâ, atque invito numine Troës 10. *Æn.* 31
Italiam petiêre, luant peccata.-- (*Venus Iovi.*)
* --peccare fuisset Antè satis.-- 9. *Æn.* 140
† Te duce, si qua manent sceleris vestigia nostri 4. *Ecl.* 13
Irrita, perpetuâ solvent formidine terras.

2.*Ecl.*58 † Eheu quid volui misero mihi? floribus Austrum
Perditus, & liquidis immisi floribus apros.
2.*Æn.* 229 *--scelus expendisse merentem Laocoonta ferunt.--
2.*Æn.* 355 † --cæcúmque domûs scelus omne retexit.
2.*Æn.*535 * At tibi pro scelere, exclámat, pro talibus ausis
Persolvant grates dignas.-- (*Priamus Pyrrho.*)
6.*Æn.*511 † Sed me fata mea, & scelus exitiale Lacænæ,
His mersêre malis. - (*Helenus Æneæ.*)
560 * Quæ scelerum facies, ô virgo, effare.--
623 † Ferrea vox, omnes scelerum comprehendere formas.
1.*Geor.*505 * Quippe ubi fas versum, atq. nefas, tot bella per orbé,
Tam multæ scelerum facies.--
2.*Æn.*183 † Hanc pro Palladio moniti, pro numine læso
Effigiem statuêre, nefas quæ triste piaret.
585 * Extinxisse nefas tamen, & sumpsisse merentis
Laudabor pœnas. -- (*Æneas de Helena.*)
719 † Attrectare, nefas, donec me flumine vivo, &c.
4.*Æn.* 563 * Illa dolos, dirúmque nefas in pectore versat.
6. *Æn.* 621 † Ausi omnes immane nefas, ausóque potiti.
2.*Æn.*658 * --tantúmque nefas patrio excidit ore?
6.*Æn.*391 † Corpora viva nefas Stygiâ vectare carinâ.
7.*Æn.*596 * O miseri, te Turne nefas, te triste manebit
Supplicium.--
8, *Æn.* 172 † Intereà sacra hac, quando hûc venistis amici.
Annua (quæ differre nefas) celebrate faventes, &c.
12. *Æ.*648 * Sancta ad vos anima, atque istius inscia culpæ
Descendam.-- (*Turnus.*)
2.*Geor.*381 † Non aliam ob culpam Baccho caper omnibus aris
Cæditur.--
2.*Æn.* 140 * --& culpam hanc miserorum morte piabunt.
4.*Æn.*19 † Huic uni forsan potui succumbere culpæ.
1.*Æn.* 39 * --Palláſne exurere classem
Argivûm, atque ipsos potuit submergere ponto
Vnius ob noxam, & furias Ajacis Oilei.
6 *Æn.*745 † Donec longa dies perfecto temporis orbe
Concretam exemit labem, purámque reliquit.
1.*Æn.* 27 * Iudicium Paridis, spretæque injuria formæ.
6.*Æn.*567 † Distulit in seram commissa piacula mortem.
11.*Æn.* 407 * Artificis scelus, & formidine crimen acerbat.
6.*Æn.*433 † (*Minos.*) --vitásque, & crimina discit.
739 * --veterúmque malorum Supplicia expendunt.--
3.*Æn.*41 † -jam parce sepulto, Parce pias scelerare manus.--
60 * Omnibus idem animus sceleratâ excedere terrâ.

† Læserit, & tergo sceleratam intorserit hastam. 2. Æn. 231
* Ulcisci patriam, & sceleratas sumere pœnas. 576
† -At sceleratum exquirere frigus 2. Geor. 255
Difficile est. --
* Nulli fas casto sceleratum insistere limen. 6. Æn. 563
† Sævit amor ferri, & scelerata insania belli. 7. Æn. 466
* Omnes per mortes animam sontem ipse dedissem. 10. Æn. 854
† Continuò sonteis ultrix accincta flagello 6. Æn. 570
Tisiphone quatit insultãs, vocat agmina sæva sororũ.
* Fata mihi ferro sceleratam exscindere gentem. 9. Æn. 137
† Immolat, & pœnam scelerato ex sanguine sumit. 12. Æn. 949
* Bacchus & ad culpam causas dedit, ille furentes. 454
† Continuò ferro culpam compesce, priusquàm 3. Geor. 468
Dira per incautum serpant contagia vulgus.
* Effugia, & culpam hanc miserorum morte piabunt. 2. Æn. 140
† Conjugium vocat, hoc prætexit nomine culpam. 4. Æn. 172
* Culpatúsve Paris, verùm inclementia Divûm. 2. Æn. 602
† —hinc semper Ulysses 98
Criminibus terrere novis. --
* Accipe nunc Danaûm insidias, & crimine ab uno 65
Disce omnes. --
† Non licuit thalami expertem sine crimine vitam. 4. Æn. 550
* Hos juxta, falso damnati crimine mortis. 6. Æn. 430
† Iræque, insidiæque, & crimina noxia cordi. 7. Æn. 326
* Disjice compositam pacem, sere crimina belli. 339
Turnus adest, medióque in crimine cædis, & ignis
Terrorem ingeminat. --
† Crimen amor vestrum, formæque insigne paternæ. 10. Æn. 188
* Omnipotens genitor, tanton' me crimine dignum 669
Duxisti? & tales voluisti expendere pœnas?
† Idem ego, nate, tuum maculavi crimine nomen. 851
Tum senior sempérque odiis, & crimine Drances 11. Æn. 122
Infensus juveni Turno, sic ore vicissim.
* Et solus ferro crimen commune refellam. 12. Æn. 16
† Se causam clamat, criménque, capútque malorum. 600
* Sed periisse semel satis est, peccare fuisset 9. Æn. 140
Antè satis. --
† Aut aliquis latet error. Equo ne credite Teucri. 2. Æn. 48
* Ut vidi ut perii, ut me malus abstulit error. 8. Ecl. 41
† Sive errore malo Trojæ, monitísque sinistris. 10. Æn. 110
* Non ego te vidi Damonis, pessime, cáprum. 3. Ecl. 17
† Contra fata Deûm, perverso numine poscet. 7. Æn. 584
* Per sylvam tum sævus aper, tum pessima tigris. 7. Geo. 248

3.Ecl.14 * Freſtiſti & calamos, quæ tu, perverſe Menalca.
4.Æn.306 † Omnibus umbra locis adero, dabis improbe, pœnas.
412 * Improbe amor, quid non mortalia pectora cogis?
12.Æn.261 †.--quos improbus advena bello Territat.
v. Pœna, Scelus, Vitium.

PERENNIS, PERPETUUS.
Æternus: Semper, Uſque, Sine fine.

9.Æn.79 Dicite, priſca fides facto, ſed fama perennis.
4.Ecl.15 † Irrita, perpetuâ ſolvent formidine terras.
4.Æn.32 * Soláne perpetuâ mœrens carpêre juventâ?
7.Æn.176 † Perpetuis ſoliti patres conſidere menſis.
12.Æn.191 * Invictæ gentes æterna in fœdera mittant.
8.Æn.394 † Tum pater æterno fatur devinctus amore.
12.Æn.310 * Somnus in æternam clauduntur lumina noctem.
11.Æn.356 † Des pater, & pacem hanc æterno fœdere jungas.
583 * Intemerata colit, ſolâ contenta Dianâ
Æternum telorum, & virginitatis amorem.
9.Ecl.76 † Dúmque thymo paſcentur apes, dum rore cicadæ,
Semper honos, noménque tuum, laudéſq; manebunt.
1.Æn.611 * In freta dum fluvii current, dum montibus umbræ
Luſtrabunt convexa, polus dum ſydera paſcet:
Semper honos, noménq; tuum, laudéſque manebunt.
282 † His ego nec metas rerum, nec tempora pono:
Imperium ſine fine dedi. -- (*Iuppiter Veneri.*)
2.Æn.628 * Eruere agricolæ certatim, illa uſq; minatur. (*Arbor.*)
6.Æn.487 † Nec vidiſſe ſemel ſatis eſt: juvat uſque morari.
v. Immortalitas, Impoſſibilia, Finis, Tempus, & Mora.

PERICULUM, PERICLUM,
Diſcrimen, &c.

1.Æn.619 Quis te, nate Deâ, per tanta pericula caſus Inſequitur?--
3.Æn.367 † Obſcœnámque famem quæ prima pericula viro.
2.Æn.709 * Quò res cunque cadent, unum & cõmune periclum,
Una ſalus ambobus erit. (*Æneas Anchiſæ.*)
751 † Per Trojam, & rursùs caput objectare periclis.
3 Æn.711 * Deſeris, heu tantis nequicquam erepte periclis.
6.Æn.83 † O tandem magnis pelagi defuncte periclis.
693 * Accipio, quantis jactatum, nate, periclis.

† I, nunc, ingratis offer te, irrise, periclis. 7. Æn. 425
* Accipite Ænean, & tandem arcete periclis. 8. Æn. 73
† -sævis, hospes Trojane, periclis Servati facimus.- 187
* Nec quæ circũstẽt te deinde pericula cernis Demẽs.- 4. Æn. 561
† Et quicquid tecũ invalidum, metuénsq; pericli est. 5. Æn. 716
* —neque enim fuga jam super ulla pericli est. 8. Æn. 251
† Vota metu duplicant matres, propiúsque periclo 556
It timor, & major Martis jam apparet imago.
* --certúsque incerta pericula lustret Æneas ?-- 9. Æn. 96
† Nise fugis ? solum te in tanta pericula mittam ? 200
* Hanc ego nunc ignarã hujus quodcunq; pericli est. 287
† -non illa virûm, non illa pericli Telorũq; memor.- 479
* Crudelis ? nec te sub tanta pericula missum 483
Affari extremum miseræ data copia matri.
† Succedunt, animasque in aperta pericula mittunt. 663
* Omnis per muros legio sortita periclum 174
Excubat, exercétq; vices, quod cuique tuendum est.
† Tótque maris, vastæque exhausta pericula terræ. 10. Æn. 57
* Dextra viris, animúsque ferox, patiénsque pericli. 610
† Quid miseros toties in aperta pericula cives 11. Æn. 360
Projicis ? ô Latio caput horum, & causa malorum.
* Me sine prima mali tentare pericula belli. 505
† Per varios casus, per tot discrimina rerum, 1. Æn. 204
Tendimus in Latium, &c. --
* Fossarúmque moræ, lethi discrimina parva. 9. Æn. 143
† At non dura dedit votis discrimina Pallas. 10. Æn. 393
* --heu! anima una dabit discrimina tanta. 529
† Oblitúsve sui est Ithacus discrimine tanto. 3. Æn. 229

Ṿ. Labor, & Malum.

PES, PLANTÆ, TALARIA, *Digiti: Passus, Ingressus, Gressus.*

PEs etiam magnus bovis. -- 3. Geor. 54
* Concurrunt, hæret pede pes, densúsq; viro vir. 10. Æn. 361
† Ima ferire pedis salientem sanguine venam. 3. Geor. 460
* Portat equus bicolor maculis, vestigia primi 5. Æn. 566
Alba pedis, frontémque ostentans arduus albam.
† --vestigia nuda sinistri Instituêre pedis. -- 7. Æn. 694
* Ferte simul Faunique pedem, Dryadésque puellæ. 1. Geor. 11
† --jámque pedem referens, casus evaserat omnes. 4. Geor. 484
* Obstupuit, retróque pedem cum voce repressit. 2. Æn. 378
† Ecce autem complexa pedes in limine conjux. 673

2.Æn.657 *Méne efferre pedẽ, genitor, te posse relicto Sperasti? --
756 † Inde domũ, si fortè pedẽ, si fortè tul sset, Me refero.
4.Æn.518 * Vnum exuta pedem vinclis, in veste recinctâ.
7.Æn. 426 † Constitit in digitos extemplò arrectus uterque.
5.Æn.610 * (*Columba.*) -- nodos, & vincula linea rupit,
Queis innexa pedem malo pendebat ab alto.
830 † Vnà omnes fecêre pedem, pariterque sinistros.
6. Æn. 386 * Per tacitum nemus ire, pedémque advertere ripæ.
9.Æn.125 † Rauca sonans, revocátq; pedem Tyberinus ab alto.
10 Æn.794 * Ille pedem referens, & inutilis, inque ligatus.
11.Æn. 759 † Quà victrix redit illa, pedémque ex hoste reportat.
12.Æn.748 * Insequitur, trepidique pedem pede fervidus urget.
3. Geor. 255 † Et pede prosubigit terram, fricat arbore costas. (*Sus.*)
499 * --victor equus pede terram Crebrà ferit.--
4.Geor.233 † Pleias, & Oceani spretos pede reppulit amnes.
8.Æn. 302 * Et nos, & tua dexter adi pede sacra secundo.
10.Æn. 255 † Augurium, Phrygibúsque adsis pede, Diva, secundo.
495 * --& lævo pressit pede, talia fatus.
587 † --projecto dum pede lævo Aptat se pugnæ.--
736 * Tum super abjectum posito pede, nixus & hastâ.
12.Æn.356 † Semianimi, lapsóque supervenit, & pede collo
Impresso, dextrâ mucronem extorquet, & alto.
465 *Nec pede congressos, nec equo, nec tela ferentes.
9. Ecl. 1 † Quo te, Mœri, pedes? an quo via ducit, in urbem?
1. Geo. 170 * Huic à stirpe pedes temo protentus in octo.
2.Geor.93 † Tentatura pedes olim, vincturáque linguam.
4.Geo. 457 * Immanem ante pedes hydrum moritura puella.
1.Æn. 408 † --pedes vestis defluxit ad imos.
2.Æn.273 * --pérque pedes trajectus lora tumentes.
5.Æn.381 † Æneæ stetit ante pedes: nec plura moratus.
673 * Ascanius galeam ante pedes projecit inanem.
10.Æn.307 † Impediunt, retrahúntq; pedes, simul unda relabens.
11.Æn.747 * Fert aquila, implicuítq; pedes, atq; unguibus hæsit.
3. Ecl. 87 † Iam cornu petat, & pedibus qui spargat arenam.
5.Ecl.56 * Sub pedibúsque videt nubes, & sydera Daphnis.
1. Geor. 241 † Hic vertex nobis semper sublimis, at illum
Sub pedibus nox atra videt; Manésque profundi.
2. Geor. 132 * Rursus humum, & pedibus summas æquabis arenas.
490 † Felix ille, metus omnes, & inexorabile fatum,
Subjecit pedibus, strepitúmque Acherontis avari.
4.Geor.256 *Aut illæ pedibus connexæ ad limina pendent. (*Apes.*)
2.Æn. 227 † Sub pedibúsque Deæ, clypeíque sub orbe teguntur.
235 * --pedibúsque rotarum Subjiciunt lapsus.--

† Turba sonans prædam pedibus circumvolat uncis.	3. Æn. 233
* (*Famam.*) --pedibus celerem, & pernicibus alis.	4. Æn. 140
† (*Mercurius*)-primũ pedibus talaria nectit Aurea.-	239
* --mugire videbis Sub pedibus terram. --	490
† Sublimem pedibus rapuit Iovis armiger uncis.	5. Æn. 255
* Pars pedibus plaudunt choreas, & carmina dicunt.	6. Æn. 644
†-& pedibus per mutua nexis Examen apũ pepẽdit.-	7. Æn. 66
* Omnia sub pedibus, quà Sol utrumque recurrens, Aspicit Oceanum, vertíque, regíque videbunt.	100
† Atq; hos, ne qua forent pedibus vestigia rectis, &c. Quærentem nulli ad speluncam signa ferebant.	8. Æn. 212
* Speluncámque petit, pedibus timor addidit alas.	224
† --pedibúsque informe cadaver Protrahitur.--	264
* At pedibus longè melior Lycus, inter & hostes.	9. Æn. 556
† Fidite ne pedibus, ferro rumpenda per hostes Est via. --	10. Æn. 372
* Ventosâ in linguâ, pedibúsque fugacibus istis Semper erit Mavors tibi? -- (*Turnus Dranci.*).	11. Æn. 390
† Comprensámque tenet, pedibúsque eviscerat uncis.	723
* Cygnum excellentem pedibus rapit improbus uncis.	12. Æn. 250
† --cùm creber ad aures Visus adesse pedũ sonitus.-	2. Æn. 731
* Prospicio, sonitúmque pedum, vocémq; tremisco.	3. Æn. 647
† Quíque pedum cursu valet, & qui viribus audax.	5. Æn. 67
* Ille pedum melior motu, fretúsque juventâ.	430
† Scuta sonant, pulsúque pedum tremit excita tellus.	7. Æn. 727
* Duri pati, cursúque pedum prævertere ventos.	817
† Et Tyrrhena pedum circundat vincula plantis.	8. Æn. 458
* Vtque pedum primis infans vestigia plantis Institerat. --	11. Æn. 573
† Et sævum Ænean agnovit Turnus in armis, Adventúmque pedum, flatúsque audivit equorum.	905
*--gemit ultima pulsu Thraca pedum.-- (*equorum.*)	12. Æn. 334
† Miscetur, pulsúque pedum tremit excita tellus.	445
* Ferret iter, celeres nec tingeret æquore plantas.	7. Æn. 816
† Vt primùm alatis tetigit magalia plantis.	4. Æn. 259
*-virgo pernicibus ignea plãtis Transit equũ cursu.-	11. Æn. 718
† Ah, tibi ne teneras glacies secet aspera plantas.	10. Ecl. 49
* Constitit in digitos extemplò arrectus uterque:	5. Æn. 426
† Implicuit, sequitúrque patrem non passibus æquis.	2. Æn. 724
* Ille ducem haud timidis vadentem passibus æquat.	6. Æn. 263
† --nec longis inter se passibus absunt.	11. Æn. 907
* --rapidísque feruntur Passibus.--	7. Æn. 156
† Et vera incessu patuit Dea.-- (*Venus.*)	1. Æn. 405

12. *Æn.*219 † Adjuvat ingressu tacito progressus, & aram.
5. *Æn.* 649 * Quis vultus, vocísque sonus, vel gressus eunti.
1. *Æn.* 990 † --& gressu gaudens incedit lilii.
3. *Geor.* 117 * Insultare solo, & gressus glomerare superbos.
1. *Æn.*401 † Perge modò, & quà te ducit via, dirige gressum.

Pedes, Pedestris: Vestigia, Pedicæ, Calx, Calcaria, Calcare.

6. *Æn.* 880 * Obvius armato seu cùm pedes iret in hostem,
Seu spumantis equi foderet calcaribus armos.
7. *Æn.*624 † Pars pedes ire parat campis, pars arduus altis.
Pulverulentus equis furit: omnes arma requirunt.
671 * Ipse pedes tegmen torquens immane leonis.
10. *Æn.*453 † Desiluit Turnus bijugis, pedes apparat ire.
750 * Illum infrenis equi lapsu tellure jacentem,
Hunc peditem pedes, & Lycius processerat Agis.
761 † Cú pedes incedit medii per maxima Nerei Stagna.
11. *Æn.*504 * Soláque Tyrrhenos equites ire obvia contrà,
Tu pedes ad muros subsiste, & mœnia serva.
6. *Æn.*516 † Pergama, & armatum peditem gravis attulit alvo.
7. *Æn.* 798 * Insequitur nimbus peditum, clypeatáque totis.
10. *Æn.*364 † Arcadas insuetos acies inferre pedestres.
11. *Æn.*706 * Fidis equo, dimitte fugam, & te comm nùs æquo
Mecum crede solo, pugnæque accinge pedestri.
12. *Æn.* 509 † Turnus equo dejectû Amycum, fratrémq; Diorem,
Congressus pedes, hunc venientem cuspide longâ.
1. *Geor.* 307 * Tum gruibus pedicas, & retia ponere cervis.
2. *Ecl.* 12 † At mecum raucis, tua dum vestigia lustro.
2. *Geor.*474 * Iustitia excedens terris vestigia fecit.
3. *Geo.*170 † Per terram, & summo vestigia pulvere signent.
195 * Æquora vix summâ vestigia ponat arenâ. (*Equus.*)
2. *Æn.* 711 † Sit comes, & longè servet vestigia conjux.
753 * Quà gressum extuleram, repeto: & vestigia retrò
Observata sequor per noctem, & lumine lustro.
3. *Æn.* 659 † Trunca manus pinum regit, & vestigia firmat.
669 * Sensit, & ad sonitum vocis vestigia torsit.
6. *Æn.*547 † Tantùm effatus, & in verbo vestigia torsit.
5. *Æn.* 331 * Hîc juvenis jam victor ovans, vestigia presso
Haud tenuit titubata solo, sed pronus in ipso.
592 † --Teucrûm nati vestigia cursu Impediunt.--
6. *Æn.*29 * Cæca regens filo vestigia, ambagésque resolvit.
159 † It comes, & paribus curis vestigia figit Achates.--
197 * -- sic effatus vestigia pressit.
331 † Constitit Anchisâ satus, & vestigia pressit.

† --vestigia retrò	9.Æn. 393
Observata legit, dumísque silentibus errat.	
* Conjicit, illa dato vertit vestigia tergo.	10.Æn.646
† Et gradiens imâ verrit vestigia caudâ. (*Bos.*)	3.Geor. 58
* Si quà fortè ferant oculis sese obvia nostris	6.Ecl. 57
Errabunda bovis vestigia, forsitan illum.	
† Dum trepidi, egresísque labant vestigia prima.	10.Æn.283
* Ecce volat, calcémque terit jam calce Diores.	5.Æn. 324
† Quadrupedémque citum ferratâ calce fatigat.	11.Æn. 714
* Hostibus insultans spargit rapida vngula rores	12.Æn.339
Sanguineos, mistâque cruor calcatur arenâ.	
† Cædit semianimis Rutulorum calcibus arva.	10.Æn.404
* Sternitur infelix Acron, & calcibus atram	730
Tundit humum expirans, infractáque tela cruentat,	
† Tollit se arrectum quadrupes, & calcibus auras	892
Verberat.--	

v. Ire, & Eques.

PESTIS, LVES, CONTAGIA, *Pestifer, Lethifer.*

TVm variæ illudunt pestes. --	1.Geor.181
* Pestis acerba boûm, pecorìq; aspergere virus.	
† Non tam creber, agens hyemem, ruit æquore turbo,	3.Geor.420
Quàm multæ pecudum pestes, nec singula morbi	
Corpora corripiunt. --	471
* Hoc quondam monstro horribiles exercuit iras	
Inachiæ Iuno pestem meditata juvencæ.	
† Præcipuè infelix pesti devota futuræ.	156
* Nec mala vicini pecoris contagia lædent.	
† Continuò culpam ferro compesce, priusquàm	1.Æn. 716
Dira per incautum serpant contagia vulgus.	1. Ecl. 51
* Iura, domósque dabam, subitò cùm tabida mébris,	3.Geor.469
Corrupto cœli tractu, miserandáque vênit	3.Æn.137
Arboribúsque, satísque lues, & lethifer annus:	
Linquebant dulces animas, aut ægra trahebant	
Corpora: tum steriles exurere Sirius agros,	
Arebant herbæ, & victum seges ægra negabat.	
† --(Dii talem terris avertite pestem)	620
* Tristius haud illis monstrum, nec sævior ulla	214
Pestis, & ira Deûm Stygiis sese extulit undis.	
† Quam simul ac tali persensit peste teneri.	4.Æn. 90
* Est vapor, & toto descendit corpore pestis,	5.Æn. 683

Nec vires Heroûm, infusáque flumina prosunt.

6. Æn. 736 † Non tamen omne malũ miseris, nec funditùs omnes
Corporeæ excedunt pestes, penitúsque necesse est.
7. Æn. 574 * -ingens Acheronte vorago Pest feras aperit fauces.-
• 710 † Pestis enim tacitis latet aspera sylvis.
9. Æn. 540 * In partem quæ peste caret.-- (*i. Igne.*)
318 † Sed non augurio potuit depellere pestem.
10. Æn. 55 * --quid pestem evadere belli Iuvit.--
11. Æn. 792 † -hæc dira meo dum vulnere pestis Pulsa cadat.-
12. Æn. 865 * Hanc versa in faciem: Turni se pestis ad ora
Fertque, refértque sonans, clypeúmque everberat alis.
v. Morbus, Malum, & Venenum.

PETERE, POSCERE, REPOSCERE, *Exposcere, Flagitare, Efflagitare, Quærere, Exigere, &c.*

4. Geor. 535 TEnde, petens pacem, & faciles venerare Napæas.
11. Æn. 230 † Quærendo, aut pacem Trojano ab rege petendũ.
6. Æn. 115 * Quin ut te supplex peterem, & tua limina adirem.
4. Æn. 675 † Hoc illud germana fuit? me fraude petebas.
11. Æn. 362 * Nulla salus bello, pacem te poscimus omnes.
3. Geor. 456 † —& meliora Deos sedet omina poscens.
8. Æn. 533 * Quem casum portenta ferant, ego poscor Olympo.
614 † Aut acrem dubites in prælia poscere Turnum.
11. Æn. 220 *- Solúmq; vocari, solum posci in certamina Turnum.
3. Æn. 456 † Quin adeas Vatem, precibúsque oracula poscas.
2. Æn. 123 * --quæ sunt ea numina Divûm Flagitat.--
12. Æn. 759 † Nomine quemq; vocans, notúmq; efflagitat ensem.
8. Æn. 495 * Regem ad supplicium præsenti Marte reposcunt.
6. Æn. 530 † Instaurate, pio si pœnas ore reposco.
12. Æn. 2. * Defecisse videt, sua nunc promissa reposci.
2. Ecl. 19 † Despectus tibi sum, nec quis sim quæris, Alexi.
4. Geor. 449 * Venimus huc, lapsis quæsitum oracula rebus.
3. Æn. 100 † Lætitiâ; & cuncti, quæ sint ea mœnia quærunt.
2. Æn. 287 * Ille nihil, nec me quærentem vana moratur.
4. Æn. 475 † Decrevitque mori, tempus secum ipsa, modúmque
Exigit, & mœstam dictis aggressa sororem.
10. Æn. 815 * Æneas, validum námque exigit ensem.
4. Æn. 78 † Iliacos iterum demens audire labores Exposcit.-
3. Æn. 261 * Sed votis, precibúsque jubent exposcere pacem.
7. Æn. 155 † Donáque ferre viro, pacémque exposcere Teucris.
v. Ire, Desirare, Vocare, Dicere, Quærere.

PHALANX, ACIES, AGMEN, Caterva, Cohors, Cuneus, Copia, Exercitus, Legio, Manus, Maniplus, Turma, Castra, Globus virorum, &c.

ET jam Argiva phalanx instructis navibus ibat. 2. *Æn.* 254
* —tum mœsta phalanx, Teucriq; sequuntur.-- 11. *Æn.* 92
† At fratres animosa phalanx, accensaque luctu. 12. *Æn.* 277
* Tuscorúmque phalanx, Evandríque Arcadis alæ. 551
† At Danaûm proceres, Agamemnoniæq; phalanges. 6. *Æn.* 489
* Occidis. Argivæ quê nô potuêre phalâges Sternere.- 12. *Æn.* 544
† Sustentant aciem, circum hos utrinque phalanges 662
Stant densæ, stratísque seges mucronibus horret.
* Ergo inter sese paribus concurrere telis 1. *Geor.* 489
Romanas acies iterùm videre Philippi.
† Vt sæpè ingenti bello cùm longa cohortes 2. *Geor.* 278
Explicuit legio, & campo stetit agmen aperto,
Directæque acies, ac latè fluctuat omnis, &c.
* Ipsi per medias acies, insignibus alis, 4. *Geor.* 82
Ingentes animos angusto in pectore versant.
† Classibus hîc locus, hîc acies certare solebant. 2. *Æn.* 30
* -quos omnes undiq; Graiæ Circum errant acies.- 598
† Heu quantùm inter se bellum, si lumina vitæ 6. *Æn.* 828
Attigerint, quantas acies, stragémque ciebunt?
* Dicam acies, actósque animis in funera reges, 7. *Æn.* 43
Tyrrhenámq; manum, totámque sub arma coactam.
† - medias acies, mediósq; per ignes Invenêre viâ.- 296
* Tyrrhenas, i, sterne acies, rege pace Latinos. 431
† Direxêre acies, non jam certamine agresti. 528
*--quæ quemque secutæ Complerint campos acies.- 648
† Arrectæque amborum acies. — 12. *Æn.* 731
* Postquàm acies videt Iliacas, atque agmina Turni. 861
† Et sese medium injecit moriturus in agmen. 2. *Æn.* 408
* Vade age, & Ascanio si jam puerile paratum 5. *Æn.* 548
Agmen habet secum, cursúsque instruxit equorum:
Ducat avo turmas, & sese ostendat in armis.
† Princeps ante omnes densum Pal nurus agebat 833
Agmen.--
* Tela, neque adverso glomerati ex agmine Graii. 2. *Æn.* 727
† Hos inimica super misto premit agmine turba. 11. *Æn.* 880
* Turnus ut Æneam cedentem ex agmine vidit. 12. *Æn.* 324
† Ecce Sabinorum prisco de sanguine magnum 7. *Æn.* 706
Agmen agens Clausus, magnique ipse agminis instar.

1.Æn.494 † Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis.
2.Æn.267 * Accipiunt socios, atque agmina conscia jungunt.
5.Æn.805 † Æneæ mihi cura tui, cùm Troïa Achilles
Exanimata sequens impingeret agmina muris.
6.Æn.814 * --jam desueta triumphis Agmina. --
7.Æn.645 † Contemptor Divûm Mezentius agmináque armat.
698 *--desuetáq; bello Agmina in arma vocat subitò.--
798 † -- clypeatáque totis Agmina densantur campis.--
8.Æn. 696 * Regina in mediis patrio vocat agmina sistro.
11.Æn.564 † At Metabus magnâ propiùs jam urgente catervâ.
7.Æn. 809 * Agmen agens equitum, & florentes ære catervas.
8.Æn.593 † Pulveream nubem, & fulgentes ære catervas.
12.Æn.264 * --vos unan mi densate catervis.
11.Æn.677 † Agrestisque manus armat sparus: ipse catervis
Vertitur in mediis, & toto vertice suprà est.
3.Geor.558 * Iámque catervatim dat stragem. --
7.Æn.710 † Vnà ingens Amiterna cohors, priscíque Quirites.
11.Æn.498 * Obvia cui, Volscorum acie comitante, Camilla
Occurrit, portísque ab equo Regina sub ipsis
Desiluit, quam tota cohors imitata, relictis
Ad terram defluxit equis, --
12.Æn.269 † Turba i cunei, calefactáque turba tumultu.
457 * Agmen agit, densi cuneis se quisque coactis
Agglomerant. --
574 † Dixerat, atque animis pariter certántibus omnes
Dant cuneum, densâque ad muros mole feruntur.
2.Æn.564 * Respicio, & quæ sit me circum copia, lustro.
11.Æn. 819 † Incurrunt densi, simul omnis copia Teucrûm,
2.Æn.415 * Et gemini Atridæ, Dolopúmque exercitus omnis.
7.Æn.39 † Cùm primùm Ausoniis exercitus appulit oris.
9.Æn.25 * Iámque omnis campis exercitus ibat apertis.
11.Æn. 598 † Hetruscíque duces, equitúmque exercitus omnis.
12.Æn. 123 * Tyrrhenúsque ruit variis exercitus armis,
Compositi in numero turmas. --
7.Æn.686 † Cæculus, hunc legio latè comitatur agrestis.
8.Æn. 603 *Haud procul hinc Tarcho, & Tyrrheni tuta tenebant
Castra locis, celsóque omnis de colle videri
Iam poterat legio, & latis tendebat in armis.
9.Æn.174 † Omnis per muros legio sortita periclum
Excubat, exercétque vices, quod cuique tuendum est.
10.Æn.120 * Ast legio Æneadum vallis obsessa tenetur.
9.Æn.168 † Cætera dum legio campis instructa moratur.
12.Æn. 121 * Procedit legio Ausonidûm, pilatáque plenis

Agmina se fundunt portis. --
† Tyrrhenámq; manum, totámq; sub arma coactam. 7. *Æn.* 43
* Lydorúmque manum, collectos armat agrestes. 9. *Æn.* 11
† Cætera, quà jusso, mecum manus inferat arma. 11. *Æn.* 467
* Tecum acer Messapus erit, turmæque Latinæ, 518
Tyburtíque manus, ducis & tu concipe curam.
† At manus intereà muris Trojana propinquat. 597
* -- juvenum manus emicat ardens. 6. *Æn.* 5
† Tres equitum numero turmæ, terníque vagantur. 5. *Æn.* 560
* Tu Voluse, armari Volscorum edice maniplis. 11. *Æn.* 465
† Hunc sine me turbare globū, & rege tela per auras. 9. *Æn.* 409
* --disjectíq; duces, desolatíq; manipli Tuta petant.-- 11. *Æn.* 855
† Sin ad bella magis studium, turmásque feroces. 3. *Geor.* 179
* Arcas eques medias illis opponere turmas, 10. *Æn.* 239
Ne castris jungant, certa est sententia Turno.
† Signa canunt: primus turmas invasit agrestes. 310
* Troës agunt: princeps turmas inducit Asylas. 11. *Æn.* 615
† Audeo, & Æneadum promitto occurrere turmæ. 503
* Est via, quà globus ille virûm densissimus urget. 10. *Æn.* 373

v. Bellum, & Certamen.

PHALERÆ.

PRimus equum phaleris insignem victor habeto. 5. *Æn.* 310
† Euryalus phaleras Rhamnetis, & aurea bullis 9. *Æn.* 359
Cingula. --
* Messapi, & multo phaleras sudore receptas. 458

v. Equus.

PHARETRA, AMAZONIA

Insignis, Sonans, Cressa, Levis, Lycia, Ex auro: Pharetratus.

ET gens illa quidem sumptis non tarda pharetris. 2. *Geor.* 125
† Succinctā pharetrà, & maculosæ tegmine lyncis. 1. *Æn.* 327
* Alter Amazoniam pharetram, plenámque sagittis 5. *Æn.* 311
Threïciis, lato quam circum amplectitur auro
Balteus, & tereti subnectit fibula gemmâ.
† Ille mihi insignem pharetram, Lyciásque sagittas 8. *Æn.* 166
Discedens, chlamydémque auro dedit intertextam.
* Hæc cape, & ultricem pharetrâ deprome sagittam. 11. *Æn.* 590
† Nec tibi desertæ in dumis coluisse Dianam 843
Profuit, aut nostras humero gessisse pharetras.
* Cui pharetra ex auro, crines nodantur in aurum. 4. *Æn.* 138

9. Æn. 659 † Agnovête Deum proceres, divináque tela
Dardanidæ, pharetrámque fugâ sensêre sonantem.
3. Geor. 354 * Armáque, Amyclæumq; canem, Cressámq; pharetrā.
1. Æn. 340 † Virginibus Tyriis mos est gestare pharetram.
504 * Hinc, atque hinc glomerantur Oreades, illa pharetrā
Fert humero, gradiénsque Deas supereminet omnes.
7. Æn. 816 † Auro internectat, Lyciam ut gerat ipsa pharetram.
5. Æn. 557 * Pars læves humero pharetras fert. --
11. Æn. 644 † Vnum exerta latus pugnæ pharetrata Camilla.
4. Geor. 289 * Quáque pharetratæ vicinia Persidis urget.
v. Arcus, Diana, Sagitta, & Telum.

PHERETRVM.

6. Æn. 222 Conjiciunt, pars ingenti subiêre pheretro
Triste ministerium. --
11. Æn. 64 * Haud segnes alii crates, & molle phere rum
Arbuteis texunt virgis, & vimine querno.
149 † Sed venit in medios, pheretro Pallanta reposto
Procumbit super, atque hæret lacrymánsq; geménsq;
v. Humare.

PHOEBVS, PHOEBIGENA, Phœbeus, Phaëton, Phaëtontiades, Apollo, Arcitenens, Delius, Cynthius, Latonæ genus, Tymbræus, Repertor Medicinæ. Formosus pater Lini, Magnus, Grynæus, Augur, Custos Soractis; Altus, Pulcher, Roseus, &c.

10. Ecl. 20 Omnes, unde amor iste, rogant? tibi vênit Apollo?
4. Geor. 6 * In tenui labor, at tenuis non gloria, si quem
Numina læva sinunt, audítque vocatus Apollo.
3. Æn. 161 † Mutandæ sedes, non hæc tibi littora suasit
Delius, aut Cretæ jussit considere Apollo.
3. Æn. 395 * Fata viam invenient, adeítque vocatus Apollo.
6. Æn. 485 † Ventum erat ad limen, cùm virgo poscere fata
Tempus ait, Deus, ecce Deus. --
348 * Dux Anchisiade, nec me Deus æquore mersit.
77 † -- magnum si pectore possit Excussisse Deum. --
3. Geor. 36 * Trósque parens, & Trojæ Cynthius autor.

† Quam pius Arcitenens oras, & littora circum, &c. 3. *Æn.* 75
* Hæc eadem, Ænea, terram, mare, sydera, juro, 12. *Æn.* 197
Latonæque genus duplex, Ianúmque bifrontem.
† —magnam cui mentem, animúmque 6. *Æn.* 11
Delius inspirat vates.--
* Tum comitem Ascanio pater addidit, ibat Apollo 9. *Æn.* 648
Omnia longævo similis, vocémque colorémque,
Et crines albos, & sæva sonoribus arma.
† --hinc totum insignibus armis 10. *Æn.* 170
Agmen, & aurato fulgebat Apolline puppis.
* —pater Lino formosus Apollo. 4. *Ecl.* 57
† -- taurum tibi pulcher Apollo. 3. *Æn.* 119
* Da propriam, Tymbræe, domum, da mœnia fessis. 85
† Ipse sedens niveo candentis limine Phœbi.. 8. *Æn.* 720
* Ni roseus fessos jam gurgite Phœbus Ibero 11. *Æn.* 913
Tingat equos, noctémque die labente reducat.
† -- quid me præclarâ stirpe Deorum 4. *Geor.* 322
(Si modò, quem perhibes, pater est Tymbræus Apollo) & 3. *Æn.* 83
Invisum fatis genuisti? --
* Ipse repertorem Medicinæ talis, & artis 7. *Æn.* 773
Fulmine Phœbigenam Stygias detrusit ad undas.
† --ô Dea certè, An Phœbi soror? -- 1. *Æn.* 332
* --primam hanc tibi magnus Apollo 9. *Æn.* 654
Concedit laudem, & paribus non invidet armis.
† Agnovêre Deum Proceres, divináque tela 659
Dardanidæ, pharetrámque fugâ sensêre sonantem.
* Actius hæc cernens, arcum intendebat Apollo. 8. *Æn.* 704
† Auroram Phaëtontis equi jam luce vehebant. 5. *Æn.* 105
* Námque ferunt luctu Cycnum Phaëtontis amati. 10. *Æn.* 189
† Tum Phaëtontiadas musco circumdat amaræ. 6. *Ecl.* 62
* Cedamus Phœbo, & moniti meliora sequamur. 3. *Æn.* 188
† Rursus ad oraclum Ortygiæ, Phœbúmque remenso 134
Hortatur pater ire mari.--
* Ausoniæ pars illa procul, quam pandit Apollo. 479
† Sed nunc Italiam magnam Grynæus Apollo. 4. *Æn.* 345
Italiam Lyciæ jussêre capessere sortes.
* —nunc augur Apollo, Nunc Lyciæ sortes.-- 376
† --hinc Dardanus ortus 7. *Æn.* 240
Huc repetit, jussísque ingentibus urget Apollo.
* —matrísque egêre tremenda 8. *Æn.* 335
Carmentis Nymphæ monita, & Deus autor Apollo.
† Nec myrtus vincet corylos, nec laurea Phœbi. 7. *Ecl.* 64
* Laurus erat tecti medio, in penetralibus altis, 7. *Æn.* 59

Sacra comam; multósque metu servata per annos.
Quam pater inventam primas cùm conderet arces,
Ipse ferebatur Phœbo sacrasse Latinus,
Laurentísque ab ea nomen posuisse Latinis.

3. Æn. 90 † Vix ea fatus erat, tremere omnia visa repentè,
Liminàque, laurúsque Dei, totúsque moveri
Mons circùm, & mugire adytis Cortina reclusis.

11. Æn. 785 * Summe Deûm sancti custos Soractis Apollo,
Quē primi colimus, cui pineus ardor acervo Pascitur.

3. Æn. 79 † --egressi veneramur Apollinis urbem.

154 * Quod tibi delato Ortygiam dicturus Apollo est,
Hic canit, & tua nos en ultrò ad limina mittit.

6. Æn. 9 † At pius Æneas arces, quibus altus Apollo
Præsidet, horrendæque procul secreta Sibyllæ
Antrum immane petit. --

41 * --Teucros vocat alta in templa Sacerdos,
Excisum Euboïcæ latus ingens rupis in antrum.
Quò lati ducunt aditus centum, ostia centum,
Vnde ruunt totidem voces responsa Sibyllæ.

12. Æn. 516 † Hic fratres Lyciâ missos, & Apollinis agris.

7. Æn. 696 * Hi Soractis habent arces, Laviniáque arva.

3. Æn. 73 † Sacra mari colitur medio gratissima tellus
Nereïdum matri, & Neptuno Ægæo:
Quam pius Arcitenens oras, & littora circum
Errantem, Mycone celsâ, Gyaróque revinxit.
Immotámque coli dedit, & contemnere ventos.

6. Æn. 69 * Tum Phœbo, & Triviæ solido de marmore templa
Instituam, festósque dies de nomine Phœbi.

4. Æn. 57 † --mactant lectas de more bidentes
Leg feræ Cer tr, Phœbóque, patríque Lyæo.

2. Æn. 121 * Ossa tremor, cui fata parent, quem poscat Apollo

3. Æn. 118 † Sic fatus, meritos aris mactavit honores,
Taurum Neptuno, taurum tibi pulcher Apollo.

5. Æn. 109 * --circóque locantur
In medio sacri tripodes, viridésque coronæ.

2. Æn. 318 † Ecce autem telis Panthus elapsus Achivûm,
Panthus Oriades, arcis, Phœbíque Sacerdos.

429 * --nec te tua plurima Panthu
Labentem pietas, nec Apollinis infula texit.

3. Æn. 80 † Rex Anius, Rex idem hominum, Phœbíq; Sacerdos
Vittis, & sacrâ redimitus tempora Lauro.

10. Æn. 537 * Nec procul Æmonides Phœbi, Triviæque Sacerdos
Infula cui sacrâ redimibat tempora vittâ.

Totus collucens veste, atque insignibus armis.
† Inde Lycam ferit exectum jam matre peremptâ, 10. Æn. 315
Et tibi, Phœbe, sacrum, casus evadere ferri.
* Trojugena, interpres Divûm, qui numina Phœbi, 3. Æn. 359
Qui tripodas, Clarii Lauros, qui sydera sentis, &c.
† Quem Phœbi interpres multo compellat honore. 474
* Præterea, si qua est Heleno prudentia vati, 433
Si qua fides, animum si veris implet Apollo.
† Hic Helenus, cæsis primùm de more juvencis, 370
Exorat pacem Divûm vittásque resolvit
Sacrati capitis: méque ad tua limina, Phœbe,
Ipse manu multo suspensum numine ducit,
Atque hæc deinde canit divino ex ore Sacerdos. &c.
* Pastora Phœbeâ lustrabat lampade terras. 4. Æn. 6
† Argolici clypei, aut Phœbeæ lampadis instar. 3. Æn. 637

v. Apollo, & Sol. Phœbe, V. Luna.

PICTVRA, PICTVRATVS, PICTVS. &c.

AMbæ auro, pictis incinctæ pellibus ambæ. 4. Geor. 342
* Alter erit maculis auro squalentibus ardens, 91
† --elucent aliæ, & fulgore coruscant 98
Ardentes auro, & paribus lita corpora guttis.
* Sic ait, atque animum picturâ pascit inani. 1. Æn. 463
† Fert picturatas auri subtegmine vestes. 3. Æn. 483
* Sanguineis frontem moris, & tempora pingit. 6. Ecl. 22
† Bis conatus erat, casus effingere in auro, 6. Æn. 31
Bis patriæ cecidêre manus, quin protinùs omnia
Perlegerent oculis.--
* Dives equûm, dives pictaï vestis, & auri Messapus.- 9. Æn. 26
† Stabat in egregiis Arcentis filius armis, 581
Pictus acu chlamydem, & ferrugine clarus Iberâ,
* Instratos ostro alipedes, pictísque tapetis. 7. Æn. 277
† --pictæque volucres In furias, ignémque ruunt.-- 3. Geor. 243
* -- nec purpura Regem 7. Æn. 251
Picta movet, nec sceptra movent Priameïa tantùm.
† Transtra per, & remos, & pictas abiete puppes. 5. Æn. 663
* Consedêre duces; pictásque exure carinas. 7. Æn. 431
† Scuta virûm fluvio, pictásque innare carinas. 8. Æn. 93
* Absint & picti squallentia terga lacerti. 4. Geor. 13
† Et Sacranæ acies, & picti scuta Labici. 7. Æn. 796
* Cretésque, Dryopésque fremunt, pictíque Agathyrsi. 4. Æn. 146
† Et circum pictis vehitur sua rura faselis. 4. Geor. 289
* Convenère, toris jussi discumbere pictis. 1. Æn. 712

8. Æn. 588 † In medio chlamyde, & pictis conspectus in armis,
Qualis ubi Oceani perfusus Lucifer undâ.
11. Æn. 655 * Pulsant, & pictis bellantur Amazones armis.
12. Æn. 275 † Troës, Agyllinique, & pictis Arcades armis.
2. Geor. 119 * Eoásque domos Arabum, pictósque Gelonos.
9. Æn. 614 † Vobis picta croco, & fulgenti murice vestis.
11. Æn. 137 * Pictus acu tunicas, & barbara tegmina crurum.
4. Æn. 525 † Cùm tacet omnis ager, pecudes, pictæque volucres.

v. Color, Vestimentum, Tingere, Cælare, & Textura.

PIETAS IN DEUM, & Parentes: Religio antiqua, &c.

3. Geor. 517 Dii meliora, errorémque hostibus illum.
1. Æn. 8 *Quídve dolens Regina Deûm, tot volvere casus
Insignem pietate virum. -- (*Æneam.*)
152 † Tum pietate gravem, ac meritis si fortè virû quem
Conspexêre, silent, arrectisque auribus astant;
Ille regit dictis animos, & pectora mulcet.
544 * Rex erat Æneas nobis, quo justior alter.
Nec pietate fuit, nec bello major, & armis.
530 † Parce pio generi. -- (*Trojanis.*)
255 * Hic pietatis honos? sic nos in sceptra reponis?
607 † Dii tibi, si qua pios respectant Numina. -- &c.
2. Æn. 188 * Neu populum antiquâ sub religione tueri.
536 † Dii si qua est cœlo pietas, quæ talia curet,
Persolvant grates dignas, & præmia reddant.
560 * Obstupui, subiit cari genitoris imago,
Ut Regem æquævum crudeli vulnere vidi
Vitam exhalantem, subiit deserta Creüsa,
Et direpta domus, & parvi casus Iüli.
595 † Quid furis? aut quónam nostri tibi cura recessit?
Non priùs aspicies ubi fessum ætate parentem
Liqueris Anchisen? superet conjunxne Creüsa,
Ascaniúsque puer? --
635 * -- genitor, quem tollere in altos
Optabam primùm montes, primúmque petebam.
515 † Hîc Hecuba, & gnatæ nequicquam altaria circum,
Præcipites atrâ ceu tempestate columbæ,
Condensæ, & Divûm amplexæ simulacra tenebant.
523 * Hùc tandem concede, hæc ara tuebitur omnes.
429 † -- nec te tua plurima Panthu,

Labentem pietas, nec Apollinis infula texit.
† Aspice nos hoc tantùm: & si pietate meremur, 2. Æn. 199
Da deinde auxilium, pater.-- (*Anchises Iovi.*)
* Méne efferre pedem, genitor, te posse relicto 657
Sperasti? tantúmque nefas patrio excidit ore?
† Ergo age, care pater, cervici imponere nostræ: 707
Ipse subibo humeris: nec me labor iste gravabit:
Quo res cunque cadent, unum, & commune periclú,
Vna salus ambobus erit. --
* Hæc fatus, latos humeros, subjectáque colla 721
Veste super, fulvíque insternor pelle leonis,
Succedóque oneri: dextræ se parvus Iülus
Implicuit, sequitúrque patrem non passibus æquis.
† Aut quid in eversâ vidi crudelius urbe? 746
Ascanium, Anchisémque patrem, Teucrósque Penates
Commendo sociis, & curvâ valle recondo.
Ipse Vrbem repeto.-- (*Æneas de amissâ conjuge.*)
* Stat casus renovare omnes, omnémque reverti 750
Per Trojam, & rursus caput objectare periclis.
† Tu genitor, cape sacra manu, patriósque Penates. 717
Me bello è tanto digressum, & cæde recenti
Attrectare nefas, donec me flumine vivo Abluero.--
* . --egressi veneramur Apollonis urbem. 3. Æn. 79
† Templa Dei saxo venerabar structa vetusto: 84
Da propriam, Tymbræe, domum, da mœnia fessis.
* Vade, ait, ô felix nati pietate.-- (*Helenus Anchisæ.*) 480
† Parce pias scelerare manus. -- 42
*-- Dii talem avertite casum, Et placidi servate pios.- 265
† Quem subiisse humeris confectum ætate parentem. 4. Æn. 598
*--si quid pietas antiqua labores Respicit humanos. 5. Æn. 688
† --manibúsque piis altaria juxta. 4. Æn. 517
* Congressus pete nate meos, non impia námque 5. Æn. 733
Tartara habēt, tristésque umbræ, sed amœna piorum.
† Quíque pii vates, & Phœbo digna loquuti. 6. Æn. 663
* --Dii talia Graiis 529
Instaurate, pio si pœnas ore reposco.
† Quæ ne monstra pii paterentur talia Troës. 7. Æn. 21
* Si qua piis animis manet infelicis Amatæ Gratia.- 401
† Pergameúmque Larem, & canæ penetralia Vestæ 5. Æn. 744
Farre pio, & plenâ supplex veneratur acerrâ.
* Iunonis gravis ira, & inexsaturabile pectus, 781
Quam nec longa dies, pietas nec mitigat ulla.
† Illum ego per flammas, & mille sequentia tela 6. Æn. 110

Eripui, his humeris, medióque ex hoste recepi:
Ille meum comitatus iter, maria omnia mecum.

6. Æn. 403 † Troïus Æneas pietate insignis, & armis,
Ad genitorem imas Erebi descendit ad umbras:
Si te nulla movet tantæ pietatis imago.

878 * Heu pietas, heu prisca fides! --

687 † Venisti tandem, tuáque expectata parenti
Vicit iter durum pietas: datur ora tueri,
Nate, tua, & notas audire, & reddere voces.

769 * Sylvius Æneas pariter pietate, vel armis Egregius.

3. Æn. 437 † Iunonis magnæ primùm prece numen adora.

2. Æn. 700 * Affatúrque Deos, & sanctum sydus adorat.

10. Æn. 677 † In rupes, in saxa volens vos Turnus adoro. (*Ventos.*)

1. Geor. 343 * Cuncta tibi Cererem pubes agrestis adoret.

1. Æn. 48 † Bella gero: & quisquam numen Iunonis adoret
Præterea, aut supplex aris imponat honorem?

12. Æn. 219 * Adjuvat ingressu tacito progressus, & aram
Suppliciter venerans demisso lumine Turnus.

3. Æn. 34 † Multa movens animo, Nymphas venerabar agrestes.

84 * Templa Dei saxo venerabar structa vetusto.

6. Æn. 817 † Vis & Tarquinios Reges, animámque superbam
Vltoris Bruti, fascésque videre receptos?
Consulis imperium hic primus, sævásque secures
Accipiet, natósque pater nova bella moventes
Ad pœnam pulchra pro libertate vocabit:
Vincet amor patriæ, laudúmque immensa cupido.

8. Æn. 349 * Iam tum religio, pavidos terrebat agrestes
Dira loci: jam tum sylvam, saxúmque tremebant.

9. Æn. 283 † -- sed te super omnia dona
Vnum oro, genitrix Priami de gente vetustâ
Est mihi, quam miseram tenuit non Ilia tellus
Mecum excedentem, non mœnia Regis Acestæ:
Hanc ego non ignaram hujus, quodcunque pericli est,
Inque salutatam linquo (nox, & tua testis
Dextera) quòd nequeam lacrymas perferre parentis.
At tu oro, solare inopem, & succurre relictæ:
Hanc sine me spem ferre tui: audentior ibo
In casus omneis. -- (*Euryalus.*)

294 * Atque animum patriæ strinxit pietatis imago.

493 † Figite me, si qua est pietas. --

10. Æn. 800 * Dum genitor nati parmâ protectus abiret.

811 † Quò moriture ruis? majoráque viribus audes?
Fallit te incautum pietas tua. --

† Nunc pereat, Teucrísque pio det sanguine pœnas. 10. Æn. 617
* Tantáne me tenuit vivendi, Nate, voluptas? 846
Vt pro me hostili paterer succedere dextræ,
Quem genui? --
† Et mentem patriæ subiit pietatis imago. 824
* --cui pineus ardor acervo 11. Æn. 786
Pascitur, & medium freti pietate per ignem
Cultores multâ premimus vestigia prunâ.
† Præfatus Divos, solio Rex infit ab alto. 301
* Ambo animis, ambo insignes præstantibus armis, 291
Hic pietate prior.-- *(de Ænea, & Hectore.)*
† Ab Iove principium, Musæ, Iovis omnia plena. 3. Ecl. 30
* Hinc genus, Ausonio mistum quod sanguine surget, 12. Æn. 838
Supra homines, supra ire Deos pietate videbis.
v. Æneas, Impietas, Altare, & Oratio.

PISCES, NATANTES, PISCOSVS, Delphini, &c.

ET freta destituent nudos in littore pisces. 1. Ecl. 61
† Iā maris immēsi prolē, & genus omne natātū. 3. Geo. 541
* Dum juga montis aper, fluvios dum piscis amabit. 5. Ecl. 76
† Stagna colit, ripísque habitans hîc piscibus atram 3. Geor. 430
Improbus ingluviem, ranísque loquacibus explet.
* Aut eadem sydus fugiens ubi piscis aquosi. 4. Geor. 234
† Cæruleus Proteus, magnum qui piscibus æquor. 388
* Piscosos scopulos, humilis volat æquora juxta. 4. Æn. 255
† Vnda feret, piscésque impasti vulnera lambent. 10. Æn. 560
* Consedêre avium, piscosóve amne Padusæ 11. Æn. 457
Dant sonitum rauci per stagna loquacia cygni.
† --piscosæ cui circum flumina Lernæ Ars fuerat.-- 12. Æn. 518
* Orpheus in sylvis, inter Delphinas Arion. 8. Ecl. 56
† Impediunt, texúntque fugas, & prælia ludo 5. Æn. 593
Delphinum similes, qui maria humida nando
Carpathium, Libycúmque secant, ludúntq; per undas.
* Et circum argento clari Delphines in orbem 8. Æn. 673
Æquora verrebant caudis, æstúmque secabant.
† Continuò puppes abrumpunt vincula ripis, 9. Æn. 118
Delphinúmque modo, demersis æquora rostris
Ima petunt: hinc virgineæ (mirabile monstrum.)
* Cùm tacet omnis ager, pecudes, pictæque volucres, 4. Æn. 525
Quæque lacus latè liquidos, quæque aspera dumis
Rura tenent, somno positæ sub nocte silenti.

PLVVIA, IMBER, NIMBVS, HYEMS, Pluvius, Pluvialis, Piscis aquosus, Cæli ruina, Diluvium, &c.

6. Ecl. 38 Altiùs atque cadant summotis nubibus imbres.
7. Ecl. 60 * Iuppiter & læto descendet plurimus imbri.
9. Ecl. 93 † Aut si nox pluviam ne colligat antè, veremur.
1. Geor. 23 * Quíque satis largum cœlo demittitis imbrem.
92 † Ne tenues pluviæ, rapidíque potentia Solis.
157 * --votísque vocaveris imbrem.
236 † Cæruleâ glacie concretæ, atque imbribus atris.
322 *Sæpè etiam immensum cœlo venit agmen aquarum,
Et fœdam glomerant tempestatem imbribus atris,
Collectæ ex alto nubes: ruit arduus æther,
Et pluviâ ingenti sata læta, boúmque labores
Diluit, implentur fossæ, & cava flumina crescunt
Cum sonitu, fervétque fretis spirantibus æquor.
373 † --nunquam imprudentibus imber
Obfuit, aut illum surgentem vallibus imis
Aëriæ fugêre grues.-- (*varia pluviæ venturæ signa.*)
388 * Tum cornix plenâ pluviam vocat improba voce.
428 † Si nigrum obscuro comprenderit aëra cornu,
Maximus agricolis, pelagóque parabitur imber.
435 * Exactum ad mensem, pluviâ ventísque carebunt.
453 † Cæruleus pluviam denunciat, igneus Euros.
459 * Lucidus orbis erit, frustrà terrebere nimbis.
2. Geor. 324 † Tum pater omnipotens fœcundis imbribus æther
Conjugis in gremium lætæ descendit, & omnes
Magnus alit, magno commistus corpore fœtus.
333 * --nec metuit surgentes pampinus Austros,
Aut actum cœlo magnis Aquilonibus imbrem.
419 † Et jam maturis metuendus Iuppiter uvis.
3. Geor. 279 * --aut unde nigerrimus Auster
Nascitur, & pluvio contristat frigore cœlum.
471 † Non tam creber agens hyemem ruit æquore turbo:
429 * Vere madent udo terræ, ac pluvialibus Austris.
4. Geor. 114 † --ipse feraces
Figat humo plantas, & amicos irriget imbres.
166 * Inque vicem speculantur aquas, & nubila cœli.
191 † Nec verò à stabulis pluviâ impendente recedunt.
234 * Aut eadem, sydus fugiens ubi piscis aquosi
Tristior hybernas cœlo descendit in undas.
1. Æni. 120 † Iam validam Ilionei navem, -- &c.

Vicit hyems: laxis laterum compagibus omnes
Accipiunt inimicum imbrem, rimísque fatiscunt.
† Fluctibus oppressos Troas, cœlique ruinâ. 1. Æn. 129
* Emissam quæ hyemem sensit? Neptunus.-- 115
† (*Iopas canit.*) Vnde imber, & ignes, 747
Arcturum, pluviásque Hyadas, geminósque Triones.
*Tum mihi cæruleus supra caput astitit imber, 3. Æn. 194
Noctem, hyemémq; ferens, & inhorruit unda tenebris.
† His ego nigrantem commistâ grandine nimbum 4. Æn. 120
Desuper infundam, & tonitru cœlum omne ciebo.
Diffugient comites, & nocte tegentur opacâ.
* Olli cæruleus supra caput astitit imber 5. Æn. 10
Noctem, hyemémq; ferens, & inhorruit unda tenebris.
Ipse gubernator puppi Palinurus ab altâ:
Heu! quianam tanti cinxerunt æthera nimbi?
Quidve, pater Neptune, paras? --
† Vix hæc ediderat, cùm fusis imbribus atra 693
Tempestas sine more furit, tonitrúque tremiscunt
Ardua terrarum, & campi: ruit æthere toto
Turbidus imber aquâ, densísque nigerrimus austris,
Implentúrq; super pupes, semiusta madescunt Robora.
* -- & ingens 9. Æn. 110
Visus ab Aurorâ cœlum transcurrere nimbus.
† -- pugna aspera surgit, 667
Quantus ab occasu veniens pluvialibus hœdis
Verberat imber humum: quàm multâ grandine nimbi
In vada præcipitant, cùm Iuppiter horridus Austris
Torquet aquosam hyemem, & cœlo cava nubila rūpit.
* Languescit moriens, lassóve papavera collo 436
Demisêre caput, pluviâ cùm fortè gravantur.
† (*Iuno.*) -- cœlo se protinùs alto 10. Æn. 633
Misit, agens hyemem, nimbo succincta per auras.
* Aut amnis ripis, aut alti fornice saxi, 806
Dum pluit in terris, ut possint Sole reducto
Exercere diem: sic obrutus undique telis.
† Spumabat ripis, tantus se nubilus imber Ruperat.- 11. Æn. 548
* Qualis ubi ad terras abrupto sydere nimbus 12. Æn. 451
It mare per medium, miseris heu præscia longè
Horrescunt corda agricolis! dabit ille ruinas
Arboribus, stragémque satis, ruet omnia latè.
† Diluvio ex illo tot vasta per æquora vecti. 7. Æn. 228
* Vsque sub extremum brumæ intractabilis imbrem, 1. Geor. 120
† Pabula, nec totâ claudes fœnilia brumâ, 3. Geor. 328

3. *Geor*.441 † Turpis oves tentat scabies, ubi frigidus imber Altius ad vivum persedit, & horrida cano Bruma gelu: vel cùm tonsis illotus adhæsit Sudor.–

2. *Æn*.472 * Frigida sub terrâ tumidum quem bruma tegebat.

† Quale solet solvis brumali frigore viscum Florere.–

v. Flumen, Hyems, & Tempestas,

POETA, VATES, CYGNI, OLORES: Divini, Pii, Musis amici, Musarum comites, Ornati hederâ: Vates optima, Sanctissima, Fatidica: Poëtæ indocti, Anseres, Vlulæ, &c.

5. *Ecl*. 44 TAle tuum carmen nobis, divine Poëta,
Quale sopor fessis in gramine, quale per æstum
Dulcis aquæ saliente sitim restinguere rivo:
Nec calamis solùm æquiparas, sed voce magistrum,
Nos tamen hæc quocunque modo tibi nostra vicissim
Dicemus: Daphnímque tuum tollemus ad astra.

6. *Ecl*. 64 * Tum canit errantem Permessi ad flumina Gallum
Aonas in montes ut duxerit una sororum:
Vtque viro Phœbi chorus assurrexerit omnis:
Vt Linus hæc illi divino carmine pastor,
Floribus, atque apio crines ornatus amaro,
Dixerit, hos tibi dant calamos (en accipe) Musæ.

7. *Ecl*. 25 † Pastores hederâ crescentem ornate Poëtam
Arcades, invidiâ rumpantur ut ilia Codro:
Aut si ultrà placitum laudarit, baccare frontem
Cingite, ne vati noceat mala lingua futuro.

8. *Ecl*. 1 * Pastorum musam Damonis, & Alphesibœi,
Immemor herbarum, quos est mirata juvenca,
Certantes, quorum stupefactæ carmine lynces,
Et mutata suos requierunt flumina cursus.

9. *Ecl*. 27 † Vare tuum nomen (superet modò Mantua nobis)
Cantantes sublime ferent ad sydera cygni.

32 * Incipe si quid habes, & me fecêre Poëtam
Pierides, sunt & mihi carmina, me quoque dicunt
Vatem pastores; sed non ego credulus illis;
Nam neque adhuc Varo videor, nec dicere Cinnâ
Digna, sed argutos inter strepere anser olores.

8. *Æn*. 338 † Et Carmentalem Romano nomine portam,
Quam memorant Nymphæ priscũ Carmentis honorẽ
Vatis fatidicæ, cecinit quæ prima futuros, &c.

3. *Ecl*. 26 * --non tu in triviis, indocte, solebas
Stridenti miserum stipulâ disperdere carmen,

Nec

† Nec te pœniteat pecoris, divine Poëta; 10. *Ecl.* 17
Et formosus oves ad flumina pavit Adonis.
* Hæc sat erit, Divæ, vestrum cecinisse Poëtam. 2. *Geor.* 475
† Me verò primùm dulces ante omnia Musæ, 70
Quarum sacra fero, ingenti perculsus amore,
Accipiant, cœlíque vias, & sydera monstrent.
* Primus ego in patriam mecum (modò vita supersit) 3. *Geor.* 10
Aonio rediens deducam vertice Musas,
Primus Idumæas referam tibi, Mantua, palmas.
† Cyllarus, & quorum Graii meminêre Poëtæ. 90
* Nec sum animi dubius verbis ea vincere magnum 290
Quàm sit, & angustis hunc addere rebus honorem.
Sed me Parnassi deserta per ardua dulcis
Raptat amor, juvat ire jugis, quà nulla priorum
Castaliam molli divertitur orbita clivo.
† --túque ô sanctissima vates Præscia venturi.-- 6. *Æn.* 65
* Quíque pii vates, & Phœbo digna locuti: 661
Inventas aut qui vitam excoluêre per artes,
Quíque sui memores alios fecêre merendo,
Omnibus his niveâ cinguntur tempora vittâ,
Quos circunfusos sic est affata Sibylla:
Musæum ante omnes: medium nam plurima turba
Hunc habet, atque humeris extantem suspicit altis,
Dicite felices animæ, túque optime vates.
† Antrũ immane petit: magnã cui mentẽ, animũque 11
Delius inspirat vates, aperítque futura.
* Tu vatem, tu Diva mone, dicam horrida bella. 7. *Æn.* 41
† --& amicum Cretea Musis: 9. *Æn.* 774
Cretea Musarum comitem: cui carmina semper,
Et citharæ cordi, numerósque intendere nervis:
Semper equos, atque arma virũm, pugnásq; canebat.
* Tum senior Nautes, unum Tritonia Pallas 5. *Æn.* 704
Quem docuit, multâque insignem reddidit arte.

v. Carmen, Musa, Prædicere.

POENA, SUPPLICIUM: POENAS dare, Pendere, Expendere, Persolvere, Explere, Reposcere, Sumere, Exercere, Luere, Poscere; Permetuere; Recipere, Exhaurire, &c.

Post mihi non simili pœnâ commissa luetis. 1. *Æn.* 140
--nullum memorabile nomen 2. *Æn.* 583
Fœmineâ in pœnâ est, nec habet victoria laudem,

2. Æn. 387 † Omnibus umbra locis adero, dabis improbe pœnas.
1 Geor. 406 * Et pro purpureo pœnas dat Scylla capillo.
4. Geo. 453 † Magna luis commissa: tibi has miserabilis Orpheus
Haud quaquam ob meritum pœnas (ni fata resistant)
Suscitat, & raptâ graviter prô conjuge sævit.
2. Æn. 72 * Dardanidæ infensi pœnas cum sanguine poscunt.
103 †--Iãdudũ sumite pœnas: magno mercẽtur Atridæ.
139 * Quos illi fors ad pœnas ob nostra reposcẽt Effugia.--
366 † --nec soli pœnas dant sanguine Teucri.
572 * Et pœnas Danaûm, & deserti conjugis iras
Permetuens.--
575 † Vlcisci patriam, & sceleratas sumere pœnas.
585 * --sumpsisse merentis Laudabor pœnas:--
4. Æn. 656 † Vlta virum, pœnas inimico à fratre recepi.
5. Æn. 786 *--pœnam traxisse per omnem Relliquias Trojæ.--
6. Æn. 20 † In foribus, lethum Androgeo, tum pendere pœnas
Cecropidæ jussi (miserum) septena quotannis.
501 * Quis tam crudeles optavit sumere pœnas?
530 † --Dii talia Graiis
Instaurate, pio si pœnas ore reposco.--
821 * Ad pœnam pulchrâ pro libertate vocabit.
7. Æn. 595 † Ipsi has sacrilego pendetis sanguine pœnas,
O miseri, te Turne nefas, te triste manebit
Supplicium, votísque Deos venerabere seris.
766 * Occideri', patriásque explerit sanguine pœnas,
Turbatis distractus equis. (*Hippolytus.*)
8. Æn. 538 † Quas pœnas mihi, Turne, dabis?--
9. Æn. 422 * Tu tamen intereà calido mihi sanguine pœnas
Persolves amborum, inquit; simul ense recluso.
10. Æn 617 † Nunc pereat, Teucrísque pro det sanguine pœnas.
9. Æn. 353 * Absistamus, ait, nam lux inimica propinquat,
Pœnarum exhaustum satis est: via facta per hostes.
11. Æn. 592 † Tros, Italúsve mihi pariter det sanguine pœnas.
10. Æn. 668 * Omnipotens genitor, tanton' me crimine dignum
Duxisti? & tales voluisti expendere pœnas?
853 † Debueram patriæ pœnas, odiísque meorum,
Omnes per mortes animam sontem ipse dedissem.
11. Æn. 256 * Mitto ea quæ muris bellando exhausta sub altis,
Quos Simoïs premit ille viros, infanda per orbem
Supplicia, & scelerum pœnas expendimus omnes.
720 † Congreditur, pœnásque inimico à sanguine sumit.
12. Æ. 949 * Immolat, & pœnam scelerato ex sanguine sumit.
4. Æn. 380 † Spero equidẽ mediis. --Supplicia hausurũ scopulis.--

* Deïphobum vidit, lacerum crudeliter ora, &c. 6. *Æn.* 495
Vix adeò agnovit pavitantem, & dira tegentem
Supplicia. --
† Heu, dira meorum-- Supplicia! -- 11. *Æn.* 273
* Nam quicunque tuum violarit vulnere corpus, 848
Morte luet meritâ. --
† Regem ad supplicium præsenti Marte reposcunt. 8. *Æn.* 459
* Heu nimiùm, virgo, nimiùm crudele luisti 11. *Æn.* 836
Supplicium, Teucros conata lacessere bello.

Pœnæ Inferni.

† Hac iter Elysium nobis: at læva malorum 6. *Æn.* 542
Exercet pœnas, & ad impia Tartara mittit.
* Non mihi si linguæ centum sint, oráque centum, 625
Ferrea vox, omnes scelerum comprehendere formas:
Omnia pœnarum percurrere nomina possem.
† Quique ob adulterium cæsi, quíque arma sequuti 612
Impia, nec veriti dominorum fallere dextras,
Inclusi pœnam expectant; ne quære doceri,
Quam pœnā aut quæ forma viros, fortunáve mersit:
Saxum ingens volvunt alii, radiísque rotarum, &c.
* Ergo exercentur pœnis, veterúmque malorum 739
Supplicia expendunt: aliæ panduntur inanes
Suspensæ ad ventos, aliis sub gurgite vasto
Invectum eluitur scelus, aut exuri ut igni.
† Quisque suos patimur Manes: exinde per amplum 742
Mittitur Elysium, & pauci læta arva tenemus,
Donec longa dies perfecto temporis orbe
Concretam exemit labem, purúmque reliquit
Ætherium sensum, atque auraï simplicis ignem.
* Ipsa Deûm pœnam docuit -- (*Hecate Sibyllæ.*) 565
† Castigátque, audítque dolos, subigítque fateri, 557
Quæ quis apud Superos furto lætatus inani, &c.
* Hîc quibus invisi fratres, dum vita manebat, &c. 608
Pulsatúsve parens, & fraus innexa clienti:
Aut qui divitiis soli incubuêre repertis,
Nec partem posuêre suis, quæ maxima turba est.
† Continuò auditæ voces, vagitus & ingens, 426
Infantúmque animæ flentes in limine primo,
Quos dulcis vitæ exortes, & ab ubere raptos
Abstulit atra dies, & funere mersit acerbo.
* Hinc exaudiri gemitus, & sæva sonare 557
Verbera, tum stridor ferri, tractæque catenæ.
Constitit Æneas, strepitúmque exterritus hausit.

6. Æn. 585	* Vidi, & crudeles dantem Salmonea pœnas.
8. Æn. 667	† Tartareas etiam sedes, alta ostia Ditis, Et scelerum pœnas, & te, Catilina, minaci Pendentem scopulo, Furiarúmque ora trementem.
6. Æn. 560	* Quæ scelerum facies, ô virgo effare, quibúsve Vrgentur pœnis? quis tantus plangor ad auras?
597	† (*Tityi.*) --rostróque immanis vultur obunco Immortale jecur tundens fœcundáque pœnis Viscera, rimatúrque epulis, &c.--

v. Tenebræ, Infernus, Vindicta, & Vltio.

POENITET, PIGET, TÆDET, *Tædia, Pertæsum, Fastidire, Fastidia, &c.*

2. Ecl. 34	NEc te pœniteat calamo trivisse labellum.
10. Ecl. 16	* Stant & oves circum, nostri nec pœnitet illas, Nec te pœniteat pecoris, divine Poëta.
1. Æn. 548	† --officio nec te certasse priorem Pœniteat.--
4. Æn. 451	* Mortem orat, tædet cœli convexa tueri.
5. Æn. 617	† Vrbem orant, tædet pelagi perferre laborem.
10. Æn. 888	* Inde ubi tot traxisse moras, tot spicula tædet Vellere, & urgetur pugnâ congressus iniquâ.
4. Geor. 332	† Tanta meæ si te ceperunt tædia laudis.
1. Geo. 177	* Ni refugis, tenuésque piget cognoscere curas.
5. Æn. 678	† Saxa petunt, piget incepti, lucísque.--
4. Æn. 335	* Promeritam, nec me meminisse pigebit Elisæ.
7. Æn. 133	† Nec Trojam Ausonios gremio excepisse pigebit.
4. Æn. 18	* Si non pertæsum thalami, tædæque fuisset.
5. Æn. 713	† Huic trade, amissis superant qui navibus, & quos Pertæsum magni incepti, rerúmque tuarum est, Longævósque senes, ac fessas æquore matres.
2. Ecl. 73	* Invenies alium, si te hic fastidit Alexis.
14	† Nónne fuit satius tristes Amaryllidis iras, Atque superba pati fastidia? nónne Menalcam?
4. Ecl. 61	* Matri longa decem tulerunt fastidia menses.

v. Iners.

POSSVM, POTIS EST: QVEO. *Nequeo: Valeo, Evaleo: Potens, Omnipotens: Potentia, Potestas: Valens, Validus.*

8. Ecl. 39	IAm fragiles poteram à terra contingere ramos.
1. Geor. 176	† Possum multa tibi veterum præcepta referre.

† Dicite Pierides, Noc omnia possumus omnes.	8. *Ecl.* 63
* Ipse fatebatur, sed reddere posse negabat.	3. *Ecl.* 24
† Quod fieri ferro, liqu dóve potest electro.	8. *Æn.* 402
* Il.e quidem hoc cup:ens potis est per tela, virósq;.	9. *Æn.* 799
† At non Evandrum pot s est vis ulla tenere.	11. *Æn.* 148
* Námq; aliu i quid sit, quod jã implorare queam us.	10. *Æn.* 119
† Farráque ne blando nequeant superesse labori.	3. *Geor.* 127
* Flectere si nequeo Superos, Acheronta movebo.	7. *Æn.* 312
† Quando aliter nequeo crudelem abrumpere vitam.	9. *Æn.* 497
* -- Nequeunt expleri corda tuendo.	8. *Æn.* 265
† Expleri mentem nequit, ardescítque tuendo.	1. *Æn.* 713
* --te, ami:e, nequivi Conspicere.--	6. *Æn.* 507
† Expleri nequit, atque oculos per singula volvit.	8. *Æn.* 618
*-tacitus Lycida, mecũ ipse voluto Si valeã meminisse.	9. *Ecl.* 37
† --quæ plurima fando Enumerare vales. -	4. *Æn.* 333
* Hunc tegere, & diræ valeam subducere pugnæ.	10. *Æn.* 50
† Sive animis, sive arte vales: opta ardua pennis.	12. *Æn.* 892
* ---non lingua valet. (*i. non potest loqui.*)	911
† Quisque pedum cursu valet, & qui viribus audax:	5. *Æn.* 67
* -n l dona, nec aurum Nec magnas valuisse preces.-	11. *Æn.* 218
† --Avem contingere ferro Non valuit. --	5. *Æn.* 509
* Sed non Dardaniæ medicari cuspidis ictum Evaluit: neque eum juvêre in vulnera cantus.	7. *Æn.* 756
† --quid enim sine te Iuturna valeret. --	12 *Æn.* 798
* Vis ut nulla virûm non ipsi excindere ferro Cœlicolæ valeant. -- (*de porta Tartari*)	6. *Æn.* 553
† Terra antiqua, potens armis, atque ubere glebæ.	1. *Æn.* 531
* Turnus avis, atavísque potens: quem regia conjux.	7. *Æn.* 56
† Seditione potens. -- (*Drances.*)	11. *Æn.* 340
* Sit Romana potens Italâ virtute propago.	12. *Æn* 827
† N mborumque facis, tempestatúmque potentem.	1. *Æn.* 80
* Cui super indignas hyemes, solémque potentem.	2. *Geor.* 373
† Voce vocans Hecaten, cœlóque, Erebóq; potentem.	6. *Æn.* 247
* --parvóque potentem Fabricium? --	843
† Fata per Ænea juro, dextrámque potentem.	7. *Æn.* 234
* Quos hominum ex facie Dea sæva potentibus herbis.	19
† -paupérq; domus, nec nota potentum Munera. --	12. *Æn.* 519
* Nec tenues pluviæ, rapidíve potentia solis Acrior.-	1. *Geo.* 92
† Tum pater omnipotens fœcundis imbribus æther.	2. *Geo.* 325
* Iuppiter omnipotens, precibus si flecteris ullis.	2. *Æn.* 689
† Ipsa palàm fari omnipotens Saturnia jussit.	7. *Æn.* 428
* Fortuna omnipotens, & ineluctabi e fatum.	8. *Æn.* 334
† Omnipotens genitor, tanton' me cr mine dignum.	10. *Æn.* 668

6.Æn.595 * Nec non & Tityon terræ omnipotentis alumnum.
1.Æn.664 † Nate meæ vires, mea magna potentia, solus.
8.Æn. 99 * --quæ nunc Romana potentia cœlo Æquavit.
10. Æn. 72 † Quis Deus in fraudẽ, quæ dura potentia nostra Egit?
100 * Tum pater omnipotens, rerum cui summa potestas.
3. Æn. 670 † Verùm ubi nulla datur dextram affectare potestas,
Nec potis Ionios fluctus æquare sequendo.
4. Æn. 565 * Non fugit hinc præceps, dum præcipitare potestas.
7. Æn. 591 † Verùm ubi nulla datur cæcum exuperare potestas
Consilium, & sævæ nutu Iunonis eunt res.
9. Æn. 97 * Æneas, cui tanta Deo permissa potestas?
812 †-toto corpore sudor Liquitur, nec respirare potestas.
12. Æn. 18 * O pater, ô hominum, Divûmque æterna potestas.
5. Æn. 431 † Hic membris & mole valens, sed tarda trementi.
2. Geor. 70 * Et steriles platani malos gessêre valentes.
426 † Poma quoque ut primùm truncos sensêre valentes,
Et vires habuêre suas, ad sydera raptim
Vi propriâ nituntur, opísque haud indiga nostræ.
4. Geor. 331 * Vre sata, & validam in vites molire bipennem.
11. Æn. 696 † Tum validam pérq; arma viro, perq; ossa securim.
10 Æn. 401 * Ilo námque procul validam direxerat hastam.
11. Æn. 552 † Telum immane manu validâ quod fortè gerebat.
10. Æn. 319 * Nil illos Herculis arma Nil validæ juvêre manus.--
6. Æn. 833 † Neu patriæ validas in viscera vertite vires.
8. Æn. 419 *--validíque incudibus ictus Auditi referũt gemitũ.—
2. Geo. 237 † Expecta, & validis terram proscinde juvencis.
5. Æn. 15 * Colligere arma jubet, validísque incumbere remis.
10. Æn. 815 † Parcæ fila legunt: validum námque exigit ensem.
2. Geor. 253 * Neu se prævalidam primis ostendat aristis. (*Terra*.)
190 † Hic tibi prævalidas olim, multóque fluentes
Sufficiet Baccho vites. --
3. Geor. 189 * Invalidus, etiámque tremens, etiam inscius ævi.
6. Æn. 114 † Invalidus vires ultra, sortémque senectæ.
5. Æn. 716 * Pertæsum magni incepti rerúmque tuarum est,
Longævósque senes, ac fessas æquore matres,
Et quicquid tecum invalidum, metuénsq; pericli est.
3. Geor. 128 † Invalidíque patrum referant jejunia nati.
12. Æn. 131 * --& vulgus inermum, Invalidique senes.—
4. Geor. 498 † Invalidásque tibi tendens, heu non tua, palmas,
12. Æn. 261 * --quos advena bello
Territat invalidas ut aves.--

v. Fortis, Vires, & Imbellus,

PORTA, IANUA, ADITUS, OSTIUM, Fores, Limen, Claustrum, Vestibulum, Fauces, Porticus, Postes: Portitor, Ianitor, Custos portæ, &c.

QVà data porta ruunt. -- (*Venti.*) [fremũt.-- 1.*Æn.*87
†--vinclis, & carcere frænat: Circum claustra 55
* --quem super ingens Porta tonat cœli. 3.*Geor.*264
† --diræ ferro, & compagibus arctis 1.*Æn.* 297
Claudentur belli portæ. --
* Tum demùm horrisono stridentes cardine sacræ 6.*Æn.*573
Panduntur portæ, cernis custodia qualis
Vestibulo sedeat, facies quæ limina servet?
† --quater ipso in limine portæ Substitit.-- 2.*Æn.*242
* Principio muros, obscuráque limina portæ, 752
Quà gressum extuleram repeto, & vestigia retro.
† Sunt geminæ Somni portæ, quarum altera fertur 6.*Æn.*893
Cornea, quà veris facilis datur exitus Vmbris:
Altera candenti perfecta nitens elephanto,
Sed falsa ad cœlum mittunt insomnia Manes:
Prosequitur dictis, portâque emittit eburnâ.
* Sunt geminæ belli portæ (sic nomine dicunt.) 7.*Æn.*612
† Inclusos utero Danaos, & pinea furtim 2.*Æn.* 258
Laxat claustra Sinon: illos patefactus ad auras
Reddit equus, lætique cavo se robore promunt.
Relligione sacræ, & sævi formidine Martis,
Centum ærei claudunt vectes, æternáque ferri
Robora, nec custos absistit limine Ianus, &c.
Insignis reserat stridentia limina Consul.
* Nisus erat portæ custos, acerrimus armis. 9.*Æn.*176
† Rumpere claustra manu, sociósq; immittere portis. 758
* Et crístæ capitum, & portarum ingentia claustra. 7.*Æn.* 185
† Arcades ad portas ruere, & de more vetusto 11.*Æn.*142
* --Prosequitur votis quos omnis euntes, 9.*Æn.*309
Primorum manus ad portas juvenúmque, senúmque.
† --nec portitor Orci Passus transire paludem.- 4.*Geor.*501
* Portitor ille Charon: hi, quos vehit unda, sepulti: 6.*Æn.* 327
† Amplexæque tenent postes, atque oscula figunt. 2.*Æn.*490
Instat vi patriâ Pyrrhus: nec claustra, nec ipsi
Custodes sufferre valent; labat ariete crebro
Ianua, & emoti procumbunt cardine postes.
* --patet isti janua letho. 661
† --quando hìc inferni janua regis Dicitur.-- 6.*Æn.* 106

6. *Æn.* 127 * Noctes, atque dies patet atri janua Ditis.
400 † --licet ingens Ianitor antro Æternùm latrans, &c.
8. *Æn.* 296 * Te Stygii tremuêre lacus, te janitor Orci.
4. *Geor.* 9 † Quò neque sit ventis aditus, nam pabu'a venti, &c.
34 * Angustos habeant aditus: nam frigore mella, &c.
2. *Æn.* 494 † Fit via vi: rumpunt aditus, primósque trucidant.
4. *Æn.* 293 * Tentaturum aditus, & quæ mollissima fandi
Tempora. --
423 † Sola viri molles aditus, & tempora noras.
5. *Æn.* 439 * Ille, velut celsam oppugnat qui molibus urbem, &c.
Nunc hos, nunc illos aditus, omnémque pererrat.
6. *Æn.* 45 † Quò lati ducunt aditus centum, ostia centum.
9. *Æn.* 67 * Quâ tentent ratione aditus, & qua via clausos.
683 † Irrumpunt, aditus Rutuli ut vidêre patentes.
11. *Æn.* 466 * Pars aditus urbis firment, turrésque capessant.
525 † Angustæque ferunt fauces, ad túsque maligni.
761 * Hos aditus, jámque hos aditus, omnémq; pererrat
Vndique circuitum. --
881 † Defendentum armis aditus, ínque arma ruentum.
4. *Geor.* 466 * Tænarias etiam fauces, alta ostia Ditis.
6. *Æn.* 61 † Ostia jámque domûs patuêre ingentia centum.
109 * --doceas iter, & sacra ostia pandas.
800 † Et septem gemini turbant trepida ostia Nili.
8. *Æn.* 667 * Tartareas etiam sedes, alta ostia Ditis.
2. *Æn.* 449 † Devolvunt, alii strictis mucronibus imas
Obsedêre fores: has servant agmine denso.
453 * Limen erat, cæcæque fores, & pervius usus
Tectorum inter se Priami, postésque relicti
A tergo: infelix quà se, dum regna manebant,
Sæpiùs Andromache ferre incomitata solebat.
9. *Æn.* 47 † Ante fores, subitò non vultus, non color unus.
2. *Geor.* 461 * Si non ingentem foribus domus alta superbis
Manè salutantum totis vomit ædibus undam.
3. *Geor.* 25 † In foribus pugnam ex auro, solidóque elephanto.
Gangaridûm fa iam, victorísque arma Quirini.
4. *Geor.* 246 * In foribus laxos suspendit aranea casses.
279 † Pabuláque in foribus plenis appone canistris.
1. *Æn.* 452 * Ærea cui gradibus surgebant limina, nexæque
Ære trabes: foribus cardo stridebat ahenis.
509 † Tum foribus Divæ, mediâ testudine templi.
6. *Æn.* 19 * --posuit templa: In foribus lethum Androgeo.--
286 † Centauri in foribus stabulant, Scyllæque biformes.
634 * --foribúsque propinquant. Occupat Æneas aditú.

† --foribúsque affixa superbis Ora virûm pēdebaut.- 8. *Æn.* 196
* Panditur extemplò foribus domus atra revulsis. 262
† Vt verò Æneas foribus sese intulit altis. 11. *Æn.* 36
* Candidus insuetum miratur limen Olympi. 1. *Ecl.* 55
† Cernimus obsessúmque actâ testudine limen: 2. *Æn.* 441
* Ventum erat ad limen, cùm virgo poscere fata. 6. *Æn.* 45
† Casta licet patrui servet Proserpina limen. 402
* Nulli fas casto sceleratum insistere limen. 563
Celsa petit, tacitúmque obsedit limen Amatæ. 7. *Æn.* 343
† Pignora cara sui, quæ nunc ego limine in ipso, 8. *Ecl.* 92
Terra tibi mando. --
* Nescio quid certè est: & Hylax in limine latrat. 107
† Vestibulum ante ipsum primóq; in limine Pyrrhus. 2. *Æn.* 462
* Armatósque videt stantes in limine primo. 485
† Nusquam abero, & tutum patrio te limine sistam. 620
* Ecce autē cōplexa pedes in limine cōjux Hærebat.- 673
† --ultricésque sedent in limine Diræ. 4. *Æn.* 473
* Dum consulta petis, nostróque in limine pendes. 6. *Æn.* 511
† Aucillæ pedibus connexæ ad limina pendent. 4. *Geor.* 257
* --duc ad nos, fas illi limina Divûm Tangere.-- 357
† Ipse inter primos correptâ dura bipenni 2. *Æn.* 479.
Limina perrumpit, postésque à cardine vellit
Auratos, jámque excisâ trabe, firma cavavit
Robora, & ingentem lato dedit ore fenestram.
* Palmáque vestibulum, aut ingens oleaster obūbret. 4. *Geor.* 20
† Vestibulum ante ipsum, primísq; in faucibus Orci. 6. *Æn.* 273
Luctus & ultrices posuêre cubilia curæ.
* --stat ferrea turris ad auras. 555
Vestibulū insōnis servat noctésq; diésq; Tisiphone.-
† Inde ubi venêre ad fauces graveolentis Averni. 201
* Saturnúsque senex, Ianíque bifrontis imago 7. *Æn.* 180
Vestibulo astabant, aliíque ab origine reges.
† --ruptóque ingens Acheronte vorago 574
Pestiferas aperit fauces. --
* Vt bivias armato obsidam milite fauces. 11. *Æn.* 516
† Porticibus longis fugit, & vacua atria lustrat. 2. *Æn.* 528
* Et jam porticibus vacuis, Iunonis asylo. 761
† Illos porticibus Rex accipiebat in amplis. 3. *Æn.* 353
* Atq; hîc auratis volitās argenteus anser Porticibus.- 8. *Æn.* 655
† Et nunc porticibus vacuis, &c. (*Hirundo sonat.*). 12. *Æn.* 476

v. Pandere.

PORTVS, OSTIA, STATIO,
Ora, Littus, Ripa.

4, *Geo.* 420 INque sinus scindit sese unda reductos:
Deprensis olim statio tutissima nautis.

1. *Æn*, 159 * Est in secessu longo locus, insula portum
Efficit objectu laterum, quibus omnis ab alto
Frangitur, inque sinus scindit sese unda reductos;
Hinc, atque hinc vastæ rupes, geminique minantur
In cœlum scopuli; quorum sub vertice latè
Æquora tuta silent, &c.

167 † --hîc fessas non vincula naveis
Vlla tenent, unco non alligat anchora morsu.

309 * Classem in convexo nemorum, sub rupe cavatâ,
Arboribus clausam circum, atque horrentibus umbris
Occulit.--

399 † pubésque tuorum
Aut portum tenet, aut pleno subit ostia velo.

2. *Æn.* 23 * Nunc tantùm sinus, & statio malefida carinis.

3. *Æn*, 10 † Littora tum patriæ lacrymans, portúsq; relinquo,

73 * Provehimur portu, terræque urbésque recedunt.

78 † Huc feror, hæc fessos tuto placidissima portu
Accipit, egressi veneramur Apollinis urbem.

125 * Linquimus Ortygiæ portus, pelagóque volamus.

219 † Huc ubi delati, portus intravimus. --

254 * Ibitis Italiam, portúsque intrare licebit.

289 † Linquere tum portus jubeo, & considere transtris,

292 * Littoráque Epiri legimus, portúque subimus
Chaonio, & celsam Buthroti ascendimus urbem.

300 † Progredior portu, classes & littora linquens.

377 * --quò tutior hospita lustres
Æquora, & Ausonio possis considere portu.

382 † Vicinósque, ignare, paras invadere portus.

530 * Crebrescunt optatæ auræ, portúsque patescit
Iam propior, templúmque apparet in arce Minervæ,
Vela legunt socii, & proras ad littora torquent:
Portus ab Eoo fluctu curvatur in arcum,
Objectæ salsâ spumant aspergine cautes,
Ipse latet, gemino demittunt brachia muro
Turriti scopuli, refugítque à littore templum.

670 † Portus ab accessu ventorum immotus, & ingens,

676 * Excitum ruit ad portus, & littora complent.

707 † Hinc Drepani me portus, & illætabilis ora

Accipit, hic pelagi tot tempestatibus actus.
† --si tangere portus | 4. Æn. 613
Infandum caput, ac terris adnare necesse est.
* Felix, heu! nimiùm felix, si littora tantùm | 657
Nunquam Dardaniæ tetigissent nostra carinæ.
† Littoráque, & vacuos sensit sine remige portus. | 588
* -petunt portus, & vela secundi Intendût Zephyri. - | 5. Æn. 34
† Adsumus, & portus delati intramus amicos. | 57
* Vela facit tamen, & plenis subit ostia velis. | 281
† Ad terram fugit, & portu se condidit alto. | 243
* Tutus, quos optas, portus accedet Averni. | 813
† Iam tandem Italiæ fugientis prendimus oras. | 6. Æn. 61
* Fluminis intrastis ripas; portúque sedetis. | 7. Æn. 201
† Delati in portus, neu littora dira subirent. | 22

v. Navigare.

POTARE, BIBERE, LIBARE, SORBERE: *Exhaustus: Bibulus: Pocula, &c.*

AVt Ararim Parthus bibet, aut Germania Tigrim. | 1. Ecl. 63
† Nec dum illis labra admovi, sed condita servo. | 3. Ecl. 43
* Non ulli pastos illis egêre diebus | 5. Ecl. 24
Frigida, Daphni, boves ad flumina, nulla neq; amnem
Libavit quadrupes, nec graminis attigit herbam.
† Cum canibus timidi venient ad pocula damæ. | 8. Ecl. 28
* Expectare dapes, & plenæ pocula mensæ. | 11. Æn. 738
† Cingite fronde comas, & pocula porgite dextris. | 8. Æn. 274
* Hûc ipsi potum venient per prata juvenci. | 7. Ecl. 11
† Tityre, dum redeo (brevis est via) pasce capellas, | 9. Ecl. 23
Et potum pastas age, & inter agendum Occursare. -
* Nec si frigoribus mediis, Hebrúmque bibamus. | 10. Ecl. 65
† Et bibit humorem & cùm vult ex se ipsa remittit. | 2. Geor. 218
* Hîc petit excidiis urbem, miserósque Penates, | 505
Vt gemmâ bibat, & Sarrano dormiat ostro.
† Florentésque secant herbas, fluviósque ministrant. | 3. Geor. 127
* --frondésque negant, & fontibus arcent. | 131
† Postquàm exhausta palus, terræque ardore dehiscût. | 432
* Quoque modo potis gauderent intyba rivis. | 4. Geor. 119
† Et lac concretum cum sanguine potat equino. | 464
* Iamque ministrantem platanum potantibus umbrã. | 146
† Charybdis, imo barathri ter gurgite vastos | 3. Æn. 421
Sorbet in abruptum fluctus, rursúsque sub auras, &c.
* Ardentes avertit equos in castra, priusquàm | 1. Æn. 471

Pabula gustassent Trojæ, Xantúmque bibissent.

6. Æn. 714 * --Læthei ad fluminis undam
Securos latices, & longa oblivia potant.

1. Geo. 123 † Collectum humorem bibulâ deducit arenâ.

2. Geor. 348 * Aut lapidem bibulum, aut squalentes infode cõchas.

6. Æn. 227 † Relliquias vino, & bibulam lavêre favillam.

v. Bibere, Convivium, Ebrietas, & Vinum.

PRÆCIPITARE, SPARGERE, *Deturbare, Præcipitem agere,* & *Adigere, Dejicere, Demittere, Detrudere, Excutere; In caput volvi, Deferri, &c.*

8. Ecl. 59 PRæceps aërii speculâ de mõtis in undas Deferar:--

7. Æn. 773 † Fulmine Phœbigenam Stygias detrusit ad undas.

6. Æn. 584 * Aggressi superisque Iovem detrudere regnis.

9. Æn. 496 † Invisum hoc detrude caput sub Tartara telo.

4. Æn. 25 * Vel pater omnipotẽs adigat me fulmine ad umbras.

1. Geor. 283 † Ter pater extructos disjecit fulmine montes.

1. Æn. 114 * --ingens à vertice pontus
In puppim ferit, excutitur pronúsque magister,
Volvitur in caput.--

2. Æn. 36 † Aut pelago Danaûm insidias, suspectáque dona,
Præcipitare jubent.--

316 * --furor, iráque mentem Præcipitant.--

8 † --& jam nox humida cœlo Præcipitat.--

3. Æn. 605 * Spargite me in fluctus, vastóque immergite ponto.

4. Æn. 250 † --tum flumina mento Præcipitant senis.--

253 * --hinc toto præceps se corpore ad undas
Misit, avi similis.--

565 † Non fugit hinc præceps, dum præcipitare potestas.

5. Æn. 175 * In mare præcipitem puppi deturbat ab altâ.

178 † At gravis ut fundo vix tandem redditus imo est,
Iam senior, madidâque fluens in veste Menœtes,
Summa petit scopuli, siccâque in rupe resedit:
Illum & labentem Teucri, & risêre natantem,
Et salsos rident revomentem pectore fluctus.

456 * Præcipitémque Daren ardens agit æquore toto.

859 † Cúmque gubernaclo liquidas projecit in undas
Præcipitem, ac socios nequicquam sæpè vocantem.

6. Æn. 390 * Ecce gubernator sese Palinurus agebat,
Qui Libyco nuper cursu dum sydera servat,
Exciderat puppi, mediis effusus in undis.

† --quis te, Palinure, Deorum 6. *Æn.* 341
Eripuit nobis? medióque sub æquore mersit?
* Námque gubernaclum multâ vi fortè revulsum 349
Præcipitans traxi mecum.--
† Paulatim adnabam terræ, & jam tuta tenebam, 358
Ni gens crudelis madidâ cum veste gravatum,
Prensantémque uncis manibus capita aspera montis,
Ferro invasisset, prædámque ignara putasset.
Nunc me fluctus habet, versántque in littore venti.
*(*Iuppiter.*) --præcipitémq; immani turbine adegit. 594
† --tum Tartarus ipse 577
Bis patet in præceps, tantùm, tendítque sub umbras,
Quantus ad æthereum cœli suspectus Olympum.
* Præcipitate moras.-- 8. *Æn.* 443
†--quàm multâ grandine nimbi In vada præcipitât.- 9. *Æn.* 669
* Ac veluti montis saxum de vertice præceps, 12. *Æn.* 684
Cùm ruit avulsum vento, seu turbidus imber
Proluit, aut annis solvit sublapsa vetustas.
Fertur in abruptum magno mons improbus actu,
Exultátque solo, sylvas, armenta, viróśque
Involvens secum: disjecta per agmina Turnus.
† Et præceps animi Tmarus.-- 9. *Æn.* 685
* Tum demùm præceps saltu sese omnibus armis 815
In fluvium dedit: ille suo cum gurgite flavo
Accepit venientem, ac mollibus extulit undis,
Et lætum sociis, ablutâ cæde, remisit.
† Fluctibus an jaciat mediis, & littora nando 10. *Æn.* 683
Curva petat.--
*--sociis dare tempus humandis Præcipitant curæ.- 11. *Æn.* 3
† --excussus Aconteus 615
Fluminis in morem, aut tormento ponderis acti
Præcipitat longè, & vitam dispergit in auras.
* Dum subit, ac dextram labenti tendit inertem, 673
Præcipites, paritérque ruunt.--
† Pars in præcipites fossas urgente ruinâ 888
Volvitur: immissis pars cæca, & concita frænis
Arietat in portas.--
* --ruit ille recedens, 12. *Æn.* 293
Et miser oppositis à tergo volvitur aris
In caput, inque humeros.--
† Quem rota præcipitem, & procursu concitus axis 379
Impulit, effudítque solo.--
* Aurigam Turni media inter lora Metiscum 469

Excutit, & longè lapsum temone relinquit.

12. Æn. 531 † Præcipitem scopulo, atque ingentis turbine saxi
Excutit, effundítque solo, hunc lora, & juga subter
Provolvêre rotæ. --

659 * Præcipitátque moras omnes, opera omnia rumpit.

v. Descendere.

PRÆCIPUE', PRÆSERTIM, *Præcipuus, Præstat, &c.*

2. Geo. 372 PRæcipuè dum frons tenera, imprudénsq; laborum

3. Geor. 50 † Corpora præcipuè matrum legat. --

74 * Præcipuum jam inde à teneris impende laborem.

5. Æn. 249 † Ipsis præcipuos ductoribus addit honores.

8. Æn. 177 * Præcipuúmque toro, & villosi pelle leonis
Accipit Æneam, solióque invitat acerno.

11. Æn. 214 † Præcipuus fragor, & longè pars maxima luctûs.

1. Geor. 115 * Præsertim incertis si mensibus amnis abundans.

2. Geor. 310 † --præsertim si tempestas à vertice sylvis Incubuit.-

1. Æn. 135 * Quos ego, sed motos præstat componere fluctus.

3. Æn. 429 † Præstat Trinacrii metas lustrare Pachyni.

v. Clarus.

PRÆDA, PRÆDARI, PRÆDO, *Rapere, Præripere, Deripere, Eripere, Diripere, Populari, Populare: Raptor, Rapax, Ereptus Rapidus, Præreptus, &c.*

2. Æn. 763 PRædam asservabant: huc undique Troïa gaza,
Incensis erepta adytis, mensæque Deorum,
Craterésq; auro solidi, captiváq; vestis Congeritur.-

6. Æn. 361 * Ferro invasisset, prædámque ignara putasset.

11. Æn. 752 † Haud aliter prædam Tyburtum ex agmine Tarchon
Portat ovans, ducis exemplum, eventúmque sequuti.

12. Æn. 255 * Pondere defecit, prædámque ex unguibus ales
Projecit fluvio, penitúsque in nubila fûgit,

2. Geor. 242 † Coláque prælorum fumosis deripe tectis.

6. Æn. 496 * Ora, manúsque ambas, populatáque tempora raptis
Auribus, & truncas inhonesto vulnere nares.

7. Æn. 340 † Arma velit, poscátque simul, rapiátque Iuventus.

4. Æn. 402 *--ingentem formicæ farris acervum Cùm populant,-

3. Geor. 142 † Carpere prata fugâ, fluviósque innare rapaces,

† Si verò capere Italiam, sceptrísque potiri | 5. Æn. 267
Contigerit victori, & prædæ ducere sortem,
Vidisti quo Turnus equo, quibus ibat in armis
Aureus? ipsum illum clypeum, cristásque rubentes
Excipiam sorti, jam nunc tua præmia, Nise:
Corpora, captivósque dabit suáque omnibus arma. &c.
* Multa virûm solido argento perfecta relinquunt, 357
Armáque, craterásque simul, pulchrósque tapetas,
Euryalus phaleras Rhamnetis, & aurea bullis
Cingula, Tyburti Remulo ditissimus olim
Quæ mittit dona, hospitio cùm jungeret absens,
Post mortem bello Rutuli, prædâque potiti:
Hæc rapit, atque humeris nequicquam fortibus aptat.
Tum galeam Messapi habilem, cristísque decoram. &c.
† Heu! terra ignotâ, canibus data præda Latinis, 485
Alitibúsque jaces. --
* Euryalum tenebræ ramorum, onerosáque præda 384
Impediunt. --
† Non nos aut ferro Libycos populare Penates 1. Æn. 531
Venimus, aut raptas ad littora vertere prædas:
Non ea vis animo, nec tanta superbia victis.
* Armati terram exercent, sempérque recentes 7. Æn. 753
Convectare juvat prædas, & vivere rapto.
† Arva aliena jugo premere, atque avertere prædas. 10. Æn. 78
* Illi se prædæ accingunt, dapibúsque futuris 1. Æn. 214
Tergora diripiunt costis. --
† In prædam, partémque Iovem, Divósque vocamus. 3. Æn. 223
* Prædaríque lupos jussit, pontúmque moveri. 1. Geor. 130
† Perfidus, alta petens, abductâ virgine, prædo, 7. Æn. 362
* Nunc adsint: voveo prædonis corpore raptis 10. Æn. 774
Indutum, spoliis, ipsum te, Lause, trophæum.
† Frange manu telum Phrygii prædonis, & ipsum. 11. Æn. 484
* Abstractæque boves, abjuratæque rapinæ. 8. Æn. 263
† --rapti Ganymedis honores. 1. Æn. 27
* Subnixus rapto potitur. -- 4. Æn. 217
† Suscitat, & raptâ graviter pro conjuge sævit. 4. Geor. 456
* --inde lupi ceu 2. Æn. 358
Raptores atrâ in nebulâ, quos improba ventris
Exegit cæcos rabies, catulíque relicti
Faucibus expectant siccis. --
† Conjuge præreptâ, nec solus tangit Atridas. 9. Æn. 138
* Littora præripere, & venientes pellere terrâ. 10. Æn. 277

v. Trophæum.

PRÆDICERE, NUNCIARE, Denunciare, Monere, Canere, Pandere, Signa dare, Portendere, Augurare, Digerere omnia, Præsciscere, Ventura videre, Aperire futuris ora, Aperire futura; Augur, Aruspex, Præsagus. Præscius venturi, Fatidicus, Vates: Apollo, Helenus, Asylas, Eurypilus, Calchas, Nautes, Cassandra, Celæno, Harpyia, Proteus, Sibylla, Faunus, Tolumnius: Tripus, Cortina, Adytum: Exta, Fibræ, Volatus, & *Cantus avium, &c.*

3. *Ecl.* 104 Dic quibus in terris, & eris mihi magnus Apollo.
2. *Æn.* 114 † Suspensi Eurypilum scitatum oracula Phœbi
Mittimus: isque adytis hæc tristia dicta reportat.
1. *Ecl.* 16 * Sæpè malum hoc nobis, si mens non læva fuisset,
De cælo tactas memini prædicere quercus,
Sæpè sinistra cavâ prædixit ab ilice cornix.
3. *Geor.* 104 † Dic quibus in terris (& eris mihi magnus Apollo)
Treis pateat cœli spatium non ampliùs ulnas.
9. *Ecl.* 15 * Antè sinistra cavâ monuisset ab ilice cornix.
1. *Geor.* 470 † Obscœníque canes, importunæque volucres
Signa dabant. --
453 * Cæruleus pluviam denunciat, igneus Euros.
439 † Signa dabit, Solem certissima signa sequuntur.
353 * Ipse Pater statuit quid menstrua Luna moneret.
1. *Geor.* 463 † Sol tibi signa dabit: Solem quis dicere falsum
Audeat? ille etiam cæcos instare tumultus,
Sæpè monet; fraudémque, & operta tumescere bella.
4. *Geor.* 252 * Quod jam non dubiis poteris cognoscere signis.
392 † --novit námque omnia vates,
Quæ sint, quæ fuerint, quæ mox ventura trahantur.
448 * (*Aristæus Proteo.*) --Deûm præcepta sequuti
Venimus hùc, lapsis quæsitum oracula rebus.
Tantùm effatus: ad hæc vates vi denique multâ
Ardentes oculos intorsit lumine glauco,
Et graviter frendens, sic fatis ora resolvit. &c.
1. *Æn.* 390 † Nuncio, & in tutum versis Aquilonibus actam,
Ni frustrà augurium vani docuêre parentes:
Aspice bis senos lætantes agmine cygnos,
Haud aliter puppésque tuæ, pubésque tuorum. &c.
2. *Æn.* 124 * --& mihi jam multi crudele canebant
Artificis scelus, & taciti ventura videbant,

* Tunc etiam fatis aperit Caſſandra futuris 2. *Æn.* 246
Ora, Dei juſſu non unquam credita Teucris.
† Infelix, qui non ſponſæ præcepta furentis 345
Audierat. -- (*Chorœbus.*)
* Sola mihi tales caſus Caſſandra canebat: 3. *Æn.* 183
(Nunc repeto hæc generi portendere debita noſtro,
† --aut quem tum vates Caſſandra moneret? 187
* Vna in præcelsâ conſedit rupe Celæno 245
Infelix vates, rupítque hanc pectore vocem:
Bellum etiam pro cæde boum, ſtratíſque juvencis,
Laomedontiadæ, bellúmne inferre paratis?
Accipite ergo animis, atque hæc mea figite dicta,
Quæ Phœbo pater omnipotens: mihi Phœbus Apollo
Prædixit: vobis Furiarum ego maxima pando.
† Lumináque laurúſque Dei, totúſque moveri 91
Mons circùm, & mugire adytis cortina recluſis.
* Ille autem: neque te Phœbi cortina fefellit. 6. *Æn.* 347
† Triſtibus aut extis fibræ apparere minaces. 1. *Geor.* 481
* Lancibus & pandis fumantia reddimus exta. 2. *Geor.* 194
† Inſtaurátque diem donis, pecudúmque recluſis 4. *Æn.* 63
Pectoribus inhians, ſpirantia conſulit exta.
* --extáque ſalſos Porricit in fluctus -- 5. *Æn.* 775
† Pingue ſupérque oleum fundens ardentibus extis. 6. *Æn.* 254
* His vatem aggredior dictis, ac talia quæſo, 3. *Æn.* 358
Trojugena interpres Divûm, qui numina Phœbi.
Qui Tripodas, Clarii lauros, qui ſydera ſentis,
Et volucrum linguas, & præpetis omina pennæ.
† Sola novum, dictúque nefas Harpyia Celæno 365
Prodigium canit, & triſtes denunciat iras. &c.
* Hîc Helenus cæſis primùm de more juvencis, 369
Exorat pacem Divûm, vittáſque reſolvit
Sacrati capitis, méque ad tua limina, Phœbe.
Ipſe manu multo ſuſpenſum numine ducit,
Atque hæc deinde canit divino ex ore Sacerdos:
Expediam dictis, prohibent nam cætera Parcæ
Scire Helenum, faríque vetat Saturnia Iuno.
† Præter à ſi qua eſt Heleno prudentia vati, 433
Si qua fides, animum ſi veris implet Apollo,
Vnum illud tibi, nate Deà, præque omnibus unum
Prædicam, & repetens iterúmq, iterúmq; monebo.
Iunonis magnæ primùm prece numen adora. &c.
* Huc ubi delatus Cumæam acceſſeris urbem, 441
Inſanam vatem aſpicies, quæ rupe ſub imâ

Fata canit, foliísque notas & nomina mandat.
Quæcunque in foliis descripsit carmina virgo,
Digerit in numerum, atque antro seclusa relinquit.
Illa manent immota locis, neque ab ordine cedunt.
3. Æn. 456 † Quin adeas vatem, precibúsque oracula poscas,
Ipsa canat, vocémque volens, atque ora resolvat,
Illa tibi Italiæ populos, venturáq; bella Expediet.--
Hæc sunt, quæ nostrâ liceat te voce moneri.
463 * Quæ postquàm vates sic ore effatus amico est.
8. Æn. 474 † Quem Phœbi interpres multo compellat honore.
712 * Nec vates Helenus, cùm multa horrenda moneret,
Hos mihi prædixit luctus, nec dira Celæno.
5. Æn. 704 † Tum senior Nautes, unum Tritonia Pallas
Quem docuit, multáque insignem reddidit arte,
Hæc responsa dabat, vel quæ portenderet ira
Magna Deûm, vel quæ fatorum posceret ordo.
2. Æn. 176 * Extemplò tentanda fugâ canit æquora Calchas.
185 † Improvisi aderunt: ita digerit omnia Calchas.
7. Æn. 81 * At Rex sollicitus monstris oracula Fauni
Fatidici genitoris adit, lucósque sub altâ
Consulit Albuneâ, nemorum quæ maxima sacro
Fonte sonat, sævámque exhalat opaca Mephitim.
12. Æn. 258 *-auguriũ clamore salutãt, · primúsq; Tolũni⁹ augur.
Hoc erat hoc votis, inquit, quod sæpe petivi. &c.
8. Æn. 498 † --retinet longævus aruspex Fata canens -- &c.
3. Æn. 479 * Ausoniæ pars illa procul, quam pandit Apollo.
4. Æn. 464 † Multáque præter à vatum prædicta priorum
Terribili monitu horrificant.—
509 * Stant aræ circùm, & crines effusa Sacerdos
Tercentum tonat ore Deos. --
5. Æn. 5 † —duri magno sed amore dolores
Polluto, notúmque furens quid fœmina possit.
Triste per augurium Teucrorum pectora ducunt.
110 * In medio sacri tripodes, viridésque coronæ.
6. Æn. 10 † --horrendǽque procul secreta Sibyllæ,
Antrum immane petit, magnam cui mẽtem, animũq;
Delius inspirat vates, aperítque futura,
Iam subeunt Triviæ lucos, atque aurea tecta.
42 * Excisum Euboïcæ latus ingens rupis in antrum:
Quò lati ducunt aditus centum, ostia centum,
Vnde ruunt totidem voces, responsa Sibyllæ.
47 † Antè fores subitò non vultus, non color unus,
Non comptæ mansêre comæ, sed pectus anhelum,

Et rabie fera corda tument, majórque videri,
Nec mortale sonans, afflata est numine quando
Iam propiore Dei: Cessas in vota, precésque,
Tros, ait, Ænea, cessas? nec enim antè dehiscent
Attonitæ magna ora domûs: & talia fata, Conticuit.–
† --túque, ô sanctissima vates, 6. Æn. 65
Præscia venturi, da Latio considere Teucros.
* At Phœbi nondum patiens immanis in antro 77
Bacchatur vates: magnum si pectore possit
Excussisse Deum, tantò magis ille fatigat
Os rabidum, fera corda domans, fingitque premẽdo.
Ostia jámque domûs patuêre ingentia centum
Sponte suâ, vatísque ferunt responsa per auras;
O tandem magnis pelagi defunctæ periclis:
Sed terrâ graviora manent, in regna Lavini
Dardanidæ venient (mitte hanc de pectore curam.)
† -- foliis tantùm ne carmina manda, 74
Ne turbata volent rapidis ludibria ventis,
Ipsa canas oro. --
* Talibus ex adyto dictis, Cumæa Sibylla 98
Horrendas canit ambages, antróque remugit.
Obscuris vera involvens, ea fræna furenti
Concutit, & stimulos sub pectore vertit Apollo.
Vt primùm cessit furor, & rabida ora quierunt,
Incipit Æneas heros. --
† At Rex sollicitus monstris, oracula Fauni 7. Æn. 81
Fatidici genitoris adit, lucósque sub altâ
Consulit Albuneâ. --
Hinc Italæ gentes, omnísque Oenotria tellus
In dubiis responsa petunt. --
* Et varias audit voces, fruitúrque Deorúm 90
Colloquio, atque imis Acheronta affatur Avernis,
Hîc, & tùm pater ipse petens responsa Latinus
Centum lanigeras mactabat ritè bidentes,
Atque harum effultus tergo, stratísque jacebat
Velleribus, subita ex alto vox reddita luco est.
Ne pete connubiis. --
† Et reor, & si quid veri mens augurat, apto. 1. Æn. 273
* Illic res Italas, Romanorúmque triumphos, 8. Æn. 626
Haud vatum ignarus, venturíque inscius ævi
Fecerat Ignipotens: illic genus omne futuræ,
† Atque hîc auratis volitans argenteus anser 655
Porticibus, Gallos in limine adesse canebat,

9. Æn. 327 † Rex idem, & regi Turno gratissimus augur:
Sed non augurio potuit depellere pestem.
10. Æn. 175 * Tertius, ille hominum, Divûmque interpres Asylas,
Cui pecudum fibræ, cœli cui sydera parent,
Et linguæ volucrum; & præsagi fulminis ignes:
630 † Nunc manet insontem gravis exitus: aut ego veri
Vana feror: quod ut ô potiùs formidine falsâ
Ludat, & in melius tua, qui potes, orsa reflectas.
843 * Agnovit longè gemitum præsaga mali mens.
11. Æn. 739 † Hic amor, hoc studiũ, dum sacra secundus aruspex
Nunciet, ac lucos vocet hostia pinguis in altos.
12. Æn. 27 * Me natam nulli veterum sociare procorum
Fas erat: idque omnes, Divíque hominésq; canebant.
111 † Fata docens, Regíque jubet responsa Latino
Certa referre viros, & pacis dicere leges.
2. Æn. 244 * His aliud majus Iuturna adjungit, & alto
Dat signum cœlo, quo non præstantius ullum.
Turbavit mentes Italas, monstróque fefellit.
Námque volans rubrâ fulvus Iovis ales in æthrâ. &c.
v. Oraculum, Vates, Prodigia, & Fata.

PRÆMIA, GRATES, PRETIUM, *Meritum, Merces, Honos, &c.*

2. Geor. 381 PRæmiáque ingentes pagos, & compita circum
Thesidæ posuêre, atque inter pocula læti.
3. Geor. 48 † Seu quis Olympiacæ miratus præmia palmæ.
5. Æn. 50 * Cuncti adsint, meritæque expectent præmia palmæ.
109 † Munera principiò ante oculos, circóque locantur
In medio sacri tripodes, viridésque coronæ,
Et palmæ pretium victoribus, armáque & ostro
Perfusæ vestes, argenti, aurique talenta.
1. Æn. 78 * Omnes ut tecum meritis pro talibus annos Exigat.—
155 † Tum pietate gravem; ac meritis si fortè virũ quem.
465 * En Priamus, sunt hîc etiam sua præmia laudi.
2. Æn. 535 † At tibi pro scelere, exclamat, pro talibus ausis,
Dii (si qua est cœlo pietas, quæ talia curet)
Persolvant grates dignas, & præmia reddant
Debita, qui nati coràm me cernere lethum Fecisti.—
4. Æn. 33 * Nec dulces natos, Veneris nec præmia noris?
5. Æn. 232 † Et fors æquatis cepissent præmia rostris.
291 * Hîc qui fortè velint rapido contendere cursu,

Invitat pretiis animos, & præmia ponit. &c.

† Omnibus hic erit unus honos: tres præmia primi — 5. Æn. 308
Accipient, flavâque caput nectentur olivâ.

* Qui subiit palmæ, frustráque ad præmia vênit — 346
Vltima, si primi Salio redduntur honores.

† Haud equidem pretio inductus, pulchróq; juvenco — 399
Venissem. --

* Protinùs Æneas celeri certare sagittâ — 485
Invitat qui fortè velint, & præmia ponit.

† Quæ vobis, quæ digna, viri, pro talibus ausis — 9. Æn. 252
Præmia posse rear solvi? pulcherrima primùm
Dii, moréſque dabunt vestri, tum cætera reddet
Actùtùm pius Æneas, atque integer ævi
Ascanius, meriti tanti non immemor unquam.

* Multáque præterea Laurentis præmia pugnæ — 11. Æn. 78
Aggerat, & longo prædam jubet ordine duci.

† Huc, periture, veni, capias ut digna Camillæ — 851
Præmia. --

* Hesperiam metire jacens, hæc præmia qui me — 12. Æn. 360
Ferro ausi tentare, ferunt; sic mœnia condunt.

† (*Æneas Ascanio.*) --nunc te mea dextera bello — 436
Defensum dabit, & magna inter præmia ducet.

* O sola infandos Trojæ miserata labores! — 2. Æn. 602
Quæ nos relliquias Danaûm terræque marisque
Omnibus exaustos jam casibus, omnium egenos
Vrbe, domo socias: grates persolvere dignas
Non opis est nostræ, Dido, nec quicquid ubique est
Gentis Dardaniæ, magnum quæ sparsa per orbem.
Dii tibi, si quæ pios respectant numina, si quid
Vsquam justitiæ est, & mens sibi conscia recti,
Præmia digna ferant: quæ te tam læta tulerunt
Sæcula? qui tanti talem genuêre parentes?
In freta dum fluvii current, dum montibus umbræ
Lustrabunt, convexa polus dum sydera pascet,
Semper honos, noménque tuum, laudésq; manebunt.

† O decus Italiæ, virgo, quas dicere grates, — 11. Æn. 508
Quásve referre parem? sed nunc (est omnia quando
Iste animus supra) mecum partire laborem.

V. Munera, Decus, & Merces.

PRÆSTIGIÆ, CARMINA, Cantus, Herba, Fascinare, Transformare: Circe, Magicus, Circæus, Proteus, &c.

3. Ecl. 103 Nescio quis teneros oculus mihi fascinat agnos.
7. Ecl. 27 † Aut si ultrà placitum laudarit, baccare frontē
Cingite, ne vati noceat mala lingua futuro.
8. Ecl. 68 * Ducite ab urbe domū, mea carmina, ducite Daphnin.
Carmina vel cœlo possunt deducere Lunam:
Carminibus Circe socios mutavit Vlyssis:
Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.
91 † Has olim exuvias mihi perfidus ille reliquit,
Pignora cara sui, quæ nunc ego limine in ipso
Terra tibi mando, debent hæc pignora Daphnin.
95 * Has herbas, atque hæc Ponto mihi lecta venena,
His ego sæpe lupum fieri, & se condere sylvis
Mœrim, sæpè animas imis excire sepulcris,
Atque satas aliò vidi traducere messes.
78 † Necte tribus nodis ternos, Amarylli, colores,
Necte Amarylli modò; & Veneris dic, vincula necto.
64 * Effer aquam, & molli cinge hæc altaria vittâ,
Verbenásque adole pingues, & mascula thura,
Conjugis ut magicis sanos avertere sacris
Experiar sensus: nihil hîc, nisi carmina desunt.
100 † Fer cineres, Amarylli, foras, rivóque fluenti
Transque caput jace, ne respexeris: his ego Daphnin
Aggrediar, nil ille Deos, nil carmina curat.
Aspice, corripuit tremulis altaria flammis
Sponte suâ, dum ferre moror, cinis ipse; bonum sit.
2. Geor. 127 * Felicis mali, quo non præsentius ullum,
(Pocula si quando sævæ infeцêre novercæ,
Miscuerúntque herbas, & non innoxia verba.)
Auxilium venit, ac membris agit atra venena.
1. Geor. 390 † Nec nocturna quidem carpentes pensa puellæ,
Nescivêre hyemem, testâ cùm ardente viderent
Scintillare oleum, & putres concrescere fungos.
3. Geor. 282 * --lentum distillat ab inguine virus
Hippomanes, quod sæpe malæ legêre novercæ,
Miscuerúntque herbas, & non innoxia herba.
4. Geor. 405 † Verùm ubi correptum manibus, vinclísque tenebis,
Tum variæ illudent species, atque ora ferarum:
Fiet enim subitò sus horridus, atráque tigris. &c.

† (*Proteus*.) -- ille suæ contrà non immemor artis 4. *Geor*. 440
Omnia transformat sese in miracula rerum,
Ignémq; horribilémq; feram, fluviúq; liquentem. &c.
* Hinc mihi Massylæ gentis monstrata Sacerdos, 4. *Æn*. 483
Hesperidum templi custos, epulásque draconi
Quæ dabat, & sacros servabat in arbore ramos,
Spargens humida mella, soporiferúmque papaver:
Hæc se carminibus promittit solvere mentes,
Quæ velit, ast aliis duras immittere curas,
Sistere aquam fluviis, & vertere sydera retrò,
Nocturnósque ciet Manes: mugire videbis
Sub pedibus terram, & descendere montibus ornos.
Testor cara Deos, & te germana, tuúmque
Dulce caput, magicas invitam accingier artes.
† At Regina pyrâ, penetrali in sede, sub auras, &c. 504
Effigiémque toro locat, haud ignara futuri. &c.
* Stant aræ circum, & crines effusa Sacerdos 509
Tercentem tonat ore Deos, Erebúmque, Chaósque:
Falcibus & messæ ad Lunam quæruntur abenis
Pubentes herbæ, nigri cum lacte veneni:
Quæritur & nascentis equi de fronte revulsus,
Et matri præreptus amor. --
Ipsa molâ, manibúsque piis altaria juxta
Vnum exuta pedem vinclis, in veste recinctâ,
Testatur moritura Deos, & conscia fati Sydera, --
† Proxima Circææ raduntur littora terræ, 7. *Æn*. 10
Dives inaccessos ubi Solis filia lucos
Assiduo resonat cantu, tectísque superbis
Vrit odoratam nocturna inlumina cedrum:
Hinc exaudiri gemitus, iræque leonum
Vincla recusantum, & serâ sub nocte rudentum,
Setigeríque sues, atque in præsepibus ursi
Sævire, ac formæ magnorum ululare luporum,
Quos hominum ex facie Dea sæva potentibus herbis
Induerat Circe in vultus, ac terga ferarum.
Quæ ne monstra pii paterentur talia Troës,
Delati in portus. --
* --& cæsarum ovium sub nocte silenti 87
Pellibus incubuit stratis, somnósque petivit.
Multa modis simulacra videt volitantia miris,
Et varias audit voces, fruitúrque Deorum
Colloquio, atque imis Acheronta affatur Avernis.
Hîc; & tum pater ipse petens responsa Latinus,

Centum lanigeras mactabat ritè bidentes,
Atque harum effultus tergo, stratísque jacebat
Velleribus: subita ex alto vox reddita luco est,
Ne pete connubiis, &c. --

7. *Æn.* 189 * Picus equûm domitor, quem capta cupidine conjux
Aureâ percussum virgâ, versúmque venenis,
Fecit avem Circe, sparsítque coloribus alas.

10. *Æn.* 54 † Dixerat ille aliquid magnum, vimque affore verbo
Crediderat, cœloque animum fortasse ferebat.

v. Carmen, & Metamorphosis.

PRECARI, PRECIBUS EXPOSCERE. Invocare, Vocare in vota, Preces fundere, Implorare, Obtestari, Orare, Affari, Præfari Deum, Petere, & Poscere, Reposcere, &c.

7. *Æn.* 139 IDæúmq; Iovem, Phrygiámque ex ordine matrem
Invocat, & duplices cœlóque, Erebóque parentes.

12. *Æn.* 780 * Dixit, opémque Dei non cassa in vota vocavit.

1. *Ecl.* 37 † Mirabar quid mœsta Deos, Amarylli, vocares,

4. *Æn.* 681 * --patriósque vocavi
Voce Deos. --

5. *Æn.* 686 Auxilióque vocare Deos, & tendere palmas.

11. *Æn.* 222 † --& Divos, ipsúmque vocamus
In prædam, partémque Iovem.--

5. *Æn.* 234 * Fudissétque preces, Divósque in vota vocasset,

6. *Æn.* 247 † Voce vocans Hecaten cœlóque, Erebóque potentē.

7. *Æn.* 133 * Nunc pateras libate Iovi, precibúsque vocate.

2. *Geor.* 529 † Te libans, Lenæe, vocat. --

7. *Æn.* 576 * Implorántque Deos, obtestantúrque Latinum.

310 † Vincor ab Ænea, quòd si mea numina non sunt
Magna satis, dubitem haud equidem implorare quod usquam est? (*Iuno.*)

10. *Æn.* 18 * O Pater, ô hominum, Divûmque æterna potestas,
Námq; aliud quid sit, quod jam implorare queamus?

4. *Æn.* 616 † Complexu avulsus Iüli Auxiliū imploret. - (*Æneas.*)

7. *Æn.* 593 * Multa Deos, auráque Pater testatus inanes:
Frangimur, heu fatis, inquit, ferimúrque procellâ.

11. *Æn.* 358 † Ipsum obtestemur, veniámque oremus ab ipso.

9. *Æn.* 258 * --per magnos, Nise, Penates,
Assaracíque Larem, & canæ penetralia Vestæ
Obtestor. --

10. *Æn.* 45 † --per aversæ, Genitor, fumantia Trojæ

Excidia obtestor. -- (*Venus Iovem.*)
* Pro Latio obtestor, pro majestate tuorum. 12.*Æn.*820
† --magnúmque ita ad Æthera fatur, 10.*Æn.*457
Te precor Alcide. --
* Ipsa Deûm fertur genitrix Berecynthia, magnum 9.*Æn.*82
Vocibus his affata Iovem, Da, nate, petenti, &c.
† Hîc verò victus genitor, se tollit ad auras, 2.*Æn.*699
Affatúrque Deos, & sanctum sydus adorat.
* --atque imis Acheronta affatur Avernis. 7.*Æn.*91
† Præfatus Divos, solio Rex infit ab alto. 11.*Æn.*301
* Alloquitur Venus, ô qui res hominúmq; Deûmq;. 1.*Æn.*258
† At Venus intereà Neptunum exercita curis 5.*Æn.*779
Alloquitur, talésque effundit pectore questus, &c.
* Diis sedem exiguam patriis, littúsque rogamus. 7.*Æn.*229
† Ergo eadem supplex venio, & sanctum mihi numē 8.*Æn.*382
Arma rogo Genitrix Nato. --
* At vos ô Superi, & Divûm tu maxime Rector 572
Iuppiter, Arcadii quæso miserescite Regis.
† His vatem aggredior dictis, ac talia quæso. 3.*Æn.*358
* Vnum oro, quando hîc Inferni janua Regis. 6.*Æn.*106
† Multa Deos orans, oneravítque æthera votis. 9.*Æn.*24
* Intemerata fides, oro miserere laborum. 2.*Æn.*141
† Multa Iovem manibus supplex orasse supinis. 4.*Æn.*205
* Talibus orantem dictis, atá que tenentem. 219
† --orandáque Divæ Numina conclamant.-- 2.*Æn.*232
* Quod superest, oro, liceat dare tuta per undas 5.*Æn.*796
Vela tibi.-- (*Venus Iovi.*)
† Tu modò posce Deos veniam, sacrísque litatis. 4.*Æn.*50
* Poscamus ventos, atque hæc mea sacra quotannis. 5.*Æn.*59
† Ad te confugio, & supplex tua numina posco. 1.*Æn.*665
* --non indebita posco Regna meis fatis.-- 6.*Æn.*696
† Sed votis, precibúsque jubent exposcere pacem. 3.*Æn.*260
* Instaurate, pio si pœnas ore reposco. 6.*Æn.*30
† Hoc erat, hoc votis, inqui, quod sæpè petivi? 12.*Æn.*259
Accipio, agnoscóque Deos. (*Tolumnius.*)
* --quam sic Pallas petit antè precatus, 10.*Æn.*420
Da nunc, Tybri pater. --
† Quin ut te supplex peterem, & tua limina adirem, 6.*Æn.*115
* Hunc petimus fessi. -- (*Apollinem*) 3.*Æn.*176
† --non adversata petenti Annuit.-- (*Venus Iunoni.*) 4.*Æn.*127
* --habes quod totâ mente petisti. (*Iuno Veneri.*) 3.*Æn.*543
† Spes est pacis, ait, tum numina sancta precamur. 4.*Æn.*100
* --nos magna precati.-- Numina.-- 3.*Æn.*633

6. Æn. 376 † Desine fata Deûm flecti sperare precando.
8. Æn. 281. * In mensam læti libant, Divósque precantur.
3. Æn. 143 † Rursus ad Oraclum Ortygiæ, Phœbúmque remenso
Hortatur pater ire mari, veniámque precari.
5. Æn. 529 * Attonitis hæsêre animis, Superósque precati.
11. Æn. 784 † Conjicit, & Superos Aruns sic voce precatur.
6. Æn. 186 * Aspectans sylvam immensam, & sic ore precatur.
9. Æn. 624 † Constitit ante Iovem supplex per vota precatus.
10. Æn. 460 * Per patris hospitium, & mēsas, quas advena adisti,
Te precor, Alcide, cœptis ingentibus adsis.
4. Æn. 621 † Hæc precor, hanc vocē extremā: cū sanguine fundo.
6. Æn. 116 * (*Æneas Sibyllæ.*) --natíque, Patrísque
Precanti. Alma, precor miserere, potes námque omnia.--
12. Æ. 777 † Faune, precor miserere, inquit, túq; optima Terra.
8. Æn. 525 * Vos, ô Calliope, precor, aspirate canenti.
10. Æn. 845 † Canitiem immundo deformat pulvere, & ambas
Ceremoniæ. Ad cœlum tendit palmas, & corpore inhæret.
5. Æn. 685 * Tum pius Æneas humeris discindere vestem,
Auxilióque vocare Deos, & tendere palmas,
3. Æn. 174 † Corripio è stratis corpus, tendóque supinas
Ad cœlum cum voce manus, & munera libo.
2. Æn. 405 * Ad cœlum tendens ardentia lumina frustrà,
Lumina, nam teneras arcebant vincula palmas.
10. Æn. 251 † Tum breviter supera aspectans convexa precatur,
Alma parens. -- (*Æneas Cybelem.*)
9. Æn. 404 * Suspiciens altam Lunam, sic voce precatur.
12. Æn. 196 † Suspiciens cœlum, tendítque ad sydera dextram..
2. Æn. 687 * At pater Anchises oculos ad sydera lætus
Extulit, & cœlo palmas cum voce tetendit.
9. Æn. 17 † Agnovit Iuvenis, duplicésque ad sydera palmas
Sustulit, ac tali fugientem est voce secutus.
10. Æn. 667 * Et duplices cum voce manus ad sydera tendit.
1. Æn. 91 † Ingemit, & duplices tendens ad sydera palmas.
Talia voce refert, ô térque, quatérque beati, &c.
2. Æn. 152 * -- ille dolis instructus, & arte Pelasgâ,
Sustulit exutas vinclis ad sydera palmas. Vos.--
701 † Iam nulla mora est, sequor, & quà ducitis adsum:
Dii patrii servate domum, servate nepotem.
8. Æn. 68 * Surgit, & Ætherei spectans orientia Solis
Lumina, ritè cavis undam de flumine palmis
Sustulit, ac taleis effudit ad æthera voces:
Nymphæ Laurentes, &c. -- (*Æneas.*)
12. Æn. 172 † Illi ad surgentem conversi lumina solem, &c.

Esto nunc Sol testis, &c. (*Latinus*, & *Æneas*.)
v. Pietas, Oratio, & *Votum*.

PRECATIO BONA.

QVi te, Pollio, amat, veniat quò te quoq; gaudet: 3. *Ecl.* 88
Mella fluant illi, ferat & rubus asper amomum.
† Nunc & oves ultrò fugiat lupus, aurea duræ 8. *Ecl.* 52
Mala ferant quercus: Narcisso floreat alnus,
Pinguia corticibus sudent electra myricæ:
Certent & cygnis ululæ, sit Tityrus Orpheus,
Orpheus in sylvis, inter Delphinas Arion.
* Iungentur jam griphes equis, ævóque sequenti, 27
Cum canibus timidi venient ad pocula damæ.
† Aspice, corripuit tremulis altaria flammis 105
Sponte suâ, dum ferre moror, cinis ipse; bonum sit.
* Sic tua Cyrneas fugiant examina taxos, 9. *Ecl.* 30
Sic cytiso pastæ distendent ubera vaccæ.
† — ipsique suos jam morte sub ægrâ 3. *Geor.* 512
(Dii meliora piis, errorémque hostibus illum)
Discissos nudis laniabant dentibus artus.
* Di tibi, si qua pios respectant numina: si quid 1. *Æn.* 602
Vsquam justitiæ est, & mens sibi conscia recti,
Præmia digna ferant: quæ te tam læta tulerunt
Secula? qui tanti talem genuêre parentes?
† Dii prohibete minas, Dii talem avertite casum. 3. *Æn.* 265
* — (Dii talem terris avertite pestem.) 620
† I decus, i, nostrum, melioribus utere fatis. 6. *Æn.* 546
* Tandem lætus, ait, Dii nostra incœpta secundent, 7. *Æn.* [illegible]9
Auguriúmque suum. —
† Protinus armati incedunt: quos omnis euntes 9. *Æn.* 309
Primorum manus ad portas juvenúmque, senúmque
Prosequitur votis: necnon & pulcher Iülus.
* — ad mortem si te (fors dicta refutet) Prodiderim. 12. *Æn.* 41
† Vt potiùs teor, & potiùs Dii numine firment. 818
v. Imprecatio.

PRIAMVS, INFELIX, SENIOR, LONGÆVUS, Superbus: tot populis: Regnator, Rex: Laomedontiades. Priami uxor, Nati, & Natæ.

MVlta super Priamo rogitâs, super Hectore multa. 1. *Æn.* 754
*Sat patriæ, Priamóq; datú, Si Pergama dextrâ 2. *Æn.* 291

Defendi possent, etiàm hac defensa fuissent:

2. Æn. 344 † Et gener auxilium Priamo, Phrygibúsque ferebat.

3. Æn. 49 * Hunc Polydorum auri quondã cum pondere magno
Infœlix Priamus furtim mandârat alendum.

9. Æn. 740 † Olli subridens sedato pectore Turnus,
Hîc etiam inventum Priamo narrabis Achillem.

11. Æn. 257 * Supplicia, & scelerum pœnas expendimus omnes,
Vel Priamo miseranda manus. --

1. Æn. 489 † Tendentémq; manus Priamum conspexit inermes.

2. Æn. 501 * Vidi Hecubam, centúmq; nurus, Priamúmq; per aras
Sanguine fœdantem, quos ipse sacraverat ignes.

2. Æn. 662 † Iámque aderit multo Priami de sanguine Pyrrhus
Natum ante ora patris, patrem qui obtruncat ad aras.

2. Æn. 146 * Ipse viro primus manicas, atque arcta levari
Vincla jubet Priamus, dictísque ita fatur amicis.

2. Æn. 533 †Hîc Priamus, quãquã in mediâ jam morte tenetur,
Non tamen abstinuit, nec voci, iræque pepercit.
At tibi pro scelere, exclamat, pro talibus ausis,
Dii, si qua est cœlo pietas, quæ talia curet,
Persolvant grates dignas, & præmia reddant
Debita, qui nati coràm me cernere lethum
Fecisti, & patrios fœdasti funere vultus.
At non ille satum, quo te mentiris, Achilles
Talis in hoste fuit Priamo, sed jura, fidémque
Supplicis erubuit, corpúsque exangue sepulcro
Reddidit Hectoreum, méque in mea regna remisit.
Sic fatus senior, telúmque imbelle sine ictu
Conjecit: rauco quod protinus ære repulsum, &c.

2. Æn. 506 * Forsitan & Priami fuerint quæ fata requiras:
Vrbis ubi captæ casum, convulsáque vidit
Limina tectorum & medium in penetralibus hostem:
Arma diu senior desueta trementibus ævo
Circumdat nequicquam humeris, & inutile ferrum
Cingitur, ac densos fertur moriturus in hostes.

2. Æn. 518 † Ipsum autem sumptis Priamum juvenilibus armis
Vt vidit: Quæ mens tam dira, miserrime conjux,
Impulit his cingi telis? aut quò ruis, inquit?
Non tali auxilio, nec defensoribus istis
Tempus eget: non si ipse meus nunc afforet Hector.
Huc tandem concede, hæc ara tuebitur omnes,
Aut moriere simul. Sic ore effata, recepit
Ad sese, & sacrâ longævum in sede locavit.

2. Æn. 550 * Nunc morere. Hoc dicens altaria ad ipsa trementem

Traxit, & in multo lapsantem sanguine nati,
Implicuitque comam lævâ, dextrâque coruscum
Extulit, ac lateri capulo tenus abdidit ensem.
Hîc finis Priami fatorum: hîc exitus illum
Sorte tulit. Trojam incensam, & prolapsa videntem
Pergama: tot quondam populis, terrisque superbum
Regnatorem Asiæ: jacet ingens littore truncus,
Avulsúmque humeris caput, & sine nomine corpus.
At me tum primùm sævus circumstetit horror:
Obstupui, subiit cari genitoris imago,
Vt Regem æquævum crudeli vulnere vidi
Vitam exhalantem. --

† Occiderit ferro Priamus, Troja arserit igni? 2. Æn. 582

* Hoc Priami gestamen erat cùm jura vocatis 7. Æn. 246
More daret populis, sceptrúmque, sacerque Tiaras,
Iliadúmque labor vestes. (*Ilioneus Latino.*)

† Est in conspectu Tenedos notissima famâ 2. Æn. 21
Insula, dives opum, Priami dum regna manebant.

* Nam si vestra manus violasset dona Minervæ, 2. Æn. 188
Tum magnum exitium (quod Dii priùs omen in ipsũ
Convertant) Priami imperio, Phrygibúsq; futurum.

† Postquàm res Asiæ, Priamíque evertere gentem 3. Æn. 1
Immeritam, visum Superis, ceciditque superbum
Ilium, & ex imo fumat Neptunia Troja.

* Occidit, Argivæ quem non potuêre phalanges 12. Æn. 544
Sternere, nec Priami regnorum eversor Achilles.

† Nec Pater omnipotens Trojam, nec fata vetabant 8. Æn. 398
Stare, decémque alios Priamum superesse per annos.

* Et si fata Deûm, si mens non læva fuisset, 2. Æn. 54
Troјáque nunc stares, Priamíque arx alta maneres.

† Protinus ad sedes Priami clamore vocati. 2. Æn. 437

* Limen erat; cæcæque fores, & pervius usus 2. Æn. 453
Tectorum inter se Priami, postésque relicti
A tergo, infœlix, quà se dum regna manebant
Sæpiùs Andromache ferre incomitata solebat; &c.
Apparent Priami, & veterum penetralia Regum.

† Procedo ad Priami sedes, arcémque reviso. 2. Æn. 751

* Vrbem Trojanam primùm, dulcésque meorum 4. Æn. 343
Reliquias colerem, & Priami tecta alta manerent.
Laomedontiadem Priamum Salamina petentem.

† Hîc Hecuba, & natæ, nequicquam altaria circũ, &c. 2. Æn. 515

* Cisseis prægnans ignes enixa jugales 7. Æn. 320
Quin idem Veneri partus suus, & Paris alter,

Funestæque iterum recidiva in Pergama tædæ.

2. Æn. 522 † (*Hecuba Priamo.*)-- Non si ipse meus nunc afforet Hector.--

2. Æn. 526 * Ecce autem elapsus Pyrrhi de cæde Polites,
Vnus natorum Priami, per tela, per hostes
Porticibus longis fugit.--

3. Æn. 294 † Hîc incredibilis rerum fama occupat aures,
Priamiden Helenum Graias regnare per urbes.

3. Æn. 344 * Talia fundebat lacrymans, longósque ciebat
Incassum fletus, cùm sese à mœnibus Heros
Priamides multis Helenus comitantibus offert.

6. Æn. 509 † Atq; hîc Priamides: nihil, ô tibi, amice, relictū est.
Omnia Deïphobo solvisti, & funeris umbris.

6. Æn. 494 * Atque hîc Priamidem laniatum corpore toto
Deïphobum vidit lacerum crudeliter ora, &c.

1. Æn. 653 † Præterea sceptrum Ilione, quod gesserat olim
Maxima natarum Priami.--

3. Æn. 321 * O fœlix una ante alias Priameïa Virgo
Hostilem ad tumulum Trojæ sub mœnibus altis
Iussa mori, &c.-- (*Cassandra.*)

5. Æn. 563 † Vna acies juvenum, ducit quam parvus ovantem
Nomen avi referens Priami, tua clara Polite
Progenies, auctura Italos: quem Thracius albis
Portat equus bicolor maculis, vestigia primi
Alba pedis, frontémque ostentans arduus albam.

5. Æn 296 * Nisus amore pio pueri, quos deinde sequutus
Regius egregiâ Priami de stirpe Diores.

2. Æn. 457 † (*Andromache.*) -- Avo puerū Astyanacta trahebat.

9. Æn. 284 * (*Euryalus.*) --Genitrix Priami de gente vetustâ
Est mihi, quam miseram tenuit non Ilia tellus
Mecum excedentem, non mœnia Regis Acestæ.

5. Æn. 644 † --hic una è multis quæ maxima natis
Pyrgo tot Priami natorum regia nutrix.

8. Æn. 379 * Quamvis & Priami deberent plurima natis.

PRIMORES, PRIMI, PRINCIPES, Duces, Ductores, Proceres, Delecti, Lecti, Lectissimi, Præcipui.

6. Æn. 309 PRotinùs armati incedunt: quos omnis euntes
Primorum manus ad portas juvenúmq; senúmq;

Prosequitur votis, necnon & pulcher Iülus.

† It portis jubare exorto delecta juventus, &c. 4. *Æn.* 130

Reginam thalamo cunctantem ad limina primi

Pœnorum expectant. --

* Ergo iter ad regem, pollutâ pace, Latinum 7. *Æn.* 472

Indicit primis juvenum, & jubet arma parari.

† Ediderit? juvenum primos tot miserit Orco? 9. *Æn.* 785

* Ergo concilium magnum, primósque suorum 11. *Æn.* 134

Imperio accitos alta intra limina cogit:

Vnà omnes juvenum primi.-- Thura dabant.-- 8. *Æn.* 105

† Ipse inter primos præstanti corpore Turnus. 7. *Æn.* 788

* Æneas inter primos, & fidus Achates, 8. *Æn.* 586

Inde alii Trojæ Proceres, ipse agmine Pallas.

† Qui regnum Italiæ, & primos sibi poscat honores 11. *Æn.* 219

* Centum Oratores primâ de gente Latinos. 331

† Ambo animis, ambo insignes præstantibus armis, 291

Hîc pietate prior. -- (*i. Æneas Hectore.*)

* Iasiúsque pater, genus à quo principe nostrum. 3. *Æn.* 168

† Se quoque principibus permistum agnovit Achivis. 1. *Æn.* 429

* Cùm princeps medióque Gyas in gurgite victor. 5. *Æn.* 161

† Princeps ante omnes densum Palinurus agebat 833

Agmen. --

* Princeps ardentem conjecit lampada Turnus. 9. *Æn.* 535

† Massicus ærata princeps secat æquora Tigri, 10. *Æn.* 166

Sub quo mille manus juvenum. --

* Alma parens Idæa Deûm, cui Dindyma cordi, 252

Tu mihi nunc pugnæ princeps, adsis pede Diva secúdo.

† --princeps turmas inducit Asylas. 11. *Æn.* 615

* Portam, quæ ducis imperio commissa, recludunt. 9. *Æn.* 675

† Æneas, primíque duces, & pulcher Iülus. 7. *Æn.* 107

* Evandrum petimus: ferte hæc, & dicite lectos 8. *Æn.* 119

Dardaniæ venisse duces, socia arma rogantes.

† Indutósque jubet truncos hostilibus armis 11. *Æn.* 83

Ipsos ferre duces, inimicáque nomina figi.

* Verùm ubi ductores acie revocaveris ambos, 4. *Geor.* 86

† Hinc fore ductores revocato à sanguine Teucri. 1. *Æn.* 239

* Incipiam; fracti bello, fatisque repulsi 2. *Æn.* [illegible]

Ductores Danaûm tot jam labentibus annis.

† Præcipuúmque toro-- Accipit Æneam.-- 8. *Æn.* 177

* Ductorésque ipsos primùm capita alta ferentes 1. *Æn.* 193

Cornibus arboreis sternit, tum vulgus, & omnem

Miscet agens telis nemora inter frondea turbam.

† Ipsis præcipuos ductoribus addit honores. 5. *Æn.* 249

8. Æn.470 * Maxime Teucrorum ductor, quo sospite nunquam
Res equidem Trojæ victas, aut regna fatebor.
513 † Ingredere, ô Teucrûm, atq; Italûm fortissime ductor,
Pallanta adjungam; sub te tolerare magistro
Militiam, & grave Martis opus, tua cernere facta
Assuescat; primis & te miretur ab annis:
Arcadas huic equites bis centum, robora pubis
Lecta, dabo: totidémque suo tibi nomine Pallas.
10. Æn. 185 * Non ego te Ligurum ductor, fortissime bello,
Transierim.--
12. Æn. 456 † Talis in adversos ductor Rhœteïus hostes
Agmen agit.--
3. Æn. 58 * Delectos populi proceres, primúmque parentem
Monstra Deûm refero.--
6. Æn. 489 † At Danaûm proceres, Agamemnoniæque phalanges.
10. Æn. 214 * Tot lecti proceres ter denis navibus ibant
Subsidio Trojæ.--
11. Æn. 403 † Nunc & Myrmidonum proceres Phrygia arma tremiscunt.
441 * Turnus ego haud ulli veterum virtute secundus.
4. Ecl. 33 † --& altera quæ vehat Argo Delectos heroas.--
7. Æn. 147 * Tum satus Anchisâ delectos ordine ab omni
Centum Oratores augusta ad mœnia regis Ire jubet.
11. Æn. 430 † Tot populi misêre duces, nec parva sequetur
Gloria delectos Latio, & Laurentibus agris.
2. Æn. 18 * Hùc delecta virûm sortiti corpora furtim.
8. Æn. 499 † Fata canens. O Mæoniæ delecta Iuventus,
Flos veterum, virtúsq; virûm, quos justus in hostem.
9. Æn. 226 * Ductores Teucrûm primi, & delecta juventus
Concilium summis regni de rebus habebant.
5. Æn. 115 † Quattuor ex omni delectæ classe carinæ.
190 * Hectorei socii, Trojæ quos sorte supremâ
Delegi comites, nunc illas promite vires.
729 † Dat senior: lectos juvenes fortissima corda
Defer in Italiam, gens dura, atque aspera cultu.
6. Æn. 73 * --lectósque sacrabo Alma viros.--
11. Æn. 60 † Imperat, & toto lectos ex agmine mittit
Mille viros, qui supremum comitentur honorem.
9. Æn. 272 * Prætereà bis sex genitor lectissima matrum
Corpora, captivósque dabit suáque omnibus arma.
6. Æn. 562 † --Dux inclyte Teucrûm.
10. Æn. 431 * Agmina concurrunt ducibúsque, & viribus æquis.
8. Ecl. 38 † Dux ego vester eram.--
1. Æn. 364 * --Dux fœmina facti.--

† Speluncam Dido, dux & Trojanus eandem. 4. Æn. 165
* Nunc ô lecta manus, validis incumbite remis. 10. Æn. 294
† —arma Serestus Lecta refert humeris.— 541
* At circùm lectæ comites Larináque virgo, &c. 11. Æn. 650
Italides, quas ipsa decus sibi dia Camilla
Delegit, pacísque bonas, bellíque ministras.
† Exquirant, mactant lectas de more bidentes. 4. Æn. 57
* Lumina tot cecidisse ducum, totámque videmus 11. Æn. 349
Consedisse urbem luctu.—
† O lux Dardaniæ, spes ô fidissima Teucrûm! (*Hector.*) 2. Æn. 281

PRINCIPIVM, CAPVT, CAVSA, Origo, Principio.

AB Iove principium Musæ.— 3. Ecl. 60
* A te principium, tibi desinet, accipe jussis 8. Ecl. 11
Carmina cœpta tuis.—
† Ab Iove principium generis: Iove Dardana pubes. 7. Æn. 219
* —jaculum intorquens emittit in auras, 9. Æn. 53
Principium pugnæ.—
† Principiò arboribus varia est natura creandis. 2. Geor. 8
* Principio sedes apibus, statióque petenda, 4. Geor. 8
† Principiò delubra adeunt, pacémque per aras 4. Æn. 56
Exquirunt.—
* Munera principiò ante oculos, circóque locantur. 5. Æn. 109
† Principiò cœlum ac terras, campósque liquentes. 6. Æn. 724
* Sic prior alloquitur, Quis te Palinure Deorum. 341
† Sic prior aggreditur dictis, atque increpat ultrò. 387
* Et caput unde altus primum se erumpit Enipeus. 4. Geor. 368
† Ipsa caput populis.— (*Mantua.*) 10. Æn. 203
* —ô Latio caput horum, & caussa malorum. 11. Æn. 361
† His tibi Grynæi nemoris dicatur origo. 6. Ecl. 72
* Igneus est ollis vigor, & cœlestis origo. 6. Æn. 730
† Et Turno, si prima domus repetatur origo. 7. Æn. 371
* Hinc pater Æneas, Romanæ stirpis origo. 12. Æn. 166
† Titnoni primâ quot abest ab origine Cæsar. 3. Geo. 48
* Neptunique ipsâ deducat origine gentem. 122
† Expediam, primâ repetens ab origine famam. 4. Geor. 286
* Nascetur pulchrâ Trojanus origine Cæsar. 1. Æn. 286
† O Dea, si primâ repetens ab origine pergam. 372
* Per tot ducta viros antiquæ ab origine gentis. 642
† Imo age, & à primâ dic origine nobis Insidias.— 753
* Vestibulo astabant, aliique ab origine reges. 7. Æn. 181

10. Æn. 618 † Ille tamen nostrâ deducit origine nomen.

v. Incipere.

PRISCVS, SENEX, LONGÆVVS. Antiquus, Annosus, Vetus, Vetustus, Veterrimus, Vetustas.

4. Ecl. 31 PAuca tamen suberunt priscæ vestigia fraudis.
6. Æn. 878 * Heu pietas, heu prisca fides, invictáque bello.
9. Æn. 79 † Dicite, prisca fides facto, sed fama perennis.
7. Æn. 715 * Vna ingens Amiterna cohors, priscique Quirites.
5. Æn. 598 † Rettulit, & priscos docuit celebrare Latinos.
7. Æn. 711 * Ecce Sabinorum prisco de sanguine magnum.
8. Æn. 339 † Quā memorant, Nymphæ priscū Carmētis honorē.
2. Geor. 135 * --senibus medicantur anhelis.
10. Æn. 715 † Longævósque senes, ac fessas æquore matres.
8. Æn. 287 * Hîc juvenum chorus, ille senum, qui carmine laudes Herculeas, & facta ferunt. --
12. Æn. 131 † --& vulgus inermum, Invalidíque senes.--
7. Æn. 205 * Atq; equidem memini-- Aurúncos ita ferre senes.--
1. Ecl. 47 † Fortunate senex, ergo tua rura manebunt.
6. Ecl. 18 * --nam sæpè senex spe carminis ambo Luserat.--
7. Æn. 180 † Saturnúsque senex, Ianíque bifrontis imago.
6. Ecl. 69 * --hos tibi dant calamos (en accipe) Musæ, Ascræo quos antè seni, quibus ille solebat, &c.
8. Æn. 638 † Romulidis, Tatióque seni, Curibúsque severis.
498 * --retinet longævus haruspex Fata canens.--
12. Æn. 420 † Fovit eâ vulnus lymphâ longævus Iapis.
2. Æn. 521 * Ad sese, & sacrâ longævum in sede locavit.
3. Æn. 169 † --hæc lōgævo dicta parenti Haud dubitanda refer.
6. Æn. 764. * Quem tibi longævo serum Lavinia conjux Educet sylvis regem, regúmque parentem.
9. Æn. 650 † Omnia longævo similis vocémque, colorémque, Et crines albos, &c. ibat Apollo.
5. Æn. 257 * Longævi palmas nequicquam ad sydera tendunt Custodes. -- (rapto Ganymede.)
535 † Ipsius Anchisæ longævi hoc munus habebis.
7. Æn. 166 * Cùm provectus equo longævi regis ad aures.
12. Æn. 43 † --miserere parentis Longævi.--
5. Æn. 620 * Fit Beroë, Ismarii conjux longæva Dorycli.
6. Æn. 321 † Olli sic breviter fata est longæva sacerdos.
11. Æn. 316 * Est antiquus ager Tusco mihi proximus amni.
2. Geor. 174 † --tibi res antiquæ laudis, & artis Ingredior.--

* Antiquásque domos avium cum stirpibus imis.	2.*Geor.* 208
† Fluminaque antiquos subter labentia muros.	156
* Daphni, quid antiquos signorum suspicis ortus?	9. *Ecl.* 46
† Vrbs antiqua fuit, Tyrii tenuêre coloni.	1.*Æn.* 10
* Sicubi magna Iovis antiquo robore quercus.	3. *Geor.* 331
† Terra antiqua, potens armis, atque ubere glebæ.	1. *Æn.* 535
* Séque ortum antiquâ Teucrorum à stirpe volebat.	630
† Per tot ducta viros antiquæ ab origine gentis.	646
* Neu populum antiquâ sub religione tueri.	2. *Æn.* 188
† Nec mihi jam patriam antiquam spes ulla videndi.	137
* Ac veluti summis antiquam in montibus ornum.	626
†--perventú ad limina sedis, Antiquásque domos, -	634
* Est urbe egressis tumulus, templúmque vetustum Desertæ Cereris, juxtáque antiqua cupressus.	713
† Hæc ubi dicta dedit Phœbi longæva sacerdos.	6. *Æn.* 628
* Hospitium antiquum Trojæ, sociíque Penates.	3. *Æn.* 15
† Quàm tumulú antiquæ Cereris, sedémq; sacratam.	2. *Æn.* 742
* --antiquam exquirite matrem. (*Tellurem.*)	3. *Æn.* 96
† Et quid in antiquam virtutem, animósque viriles.	131
* --& Troja antiqua maneret.	4. *Æn.* 212
† Conjugis antiqui templum, quod honore colebat.	458
* Námque suam patria antiqua cinis ater habebat.	633
† Non jam conjugium antiquum, quod prodidit, oro.	431
* Multa movens, nec dum antiquú saturata dolorem.	5. *Æn.* 608
† --si quid pietas antiqua labores Respicit.--	588
* Itur in antiquam sylvam, stabula alta ferarum.	9. *Æn.* 179
† Hic genus antiquum terræ, Titania pubes.	580
* Hic genus antiquum, Teucri pulcherrima proles.	548
† -Effigies veterum avorum Antiqua ex cedro. -	7. *Æn.* 177
* Qui Latio antiquo fuerit status. --	38
† Cratera antiquum, quem dat Sidonia Dido.	9. *Æn.* 266
* --forma tum, vertitur oris Antiquum in Buten.-	645
† Antiqui Ausonii, quæ vos fortuna quietos.	11. *Æn.* 253
* Priverno antiquâ Metabus cùm excederit urbe.	540
† Antiqui proles bello præclara Dolonis.	12. *Æn.* 347
* Saxum antiquum, ingens, campo qui fortè jacebat.	897
† Venerat antiquis Coriti de finibus Acron.	10. *Æn.* 719
* Diximus, amisit verum vetus Albula nomen.	8. *Æn.* 332
† Ne vetus indigenas nomen mutare Latinos.	12. *Æn.* 823
* Et veterem in limo ranæ cecinêre querelam.	1. *Geo.* 378
† Occurrit, veterem Anchisen agnoscit amicum.	3. *Æn.* 82
* Rursùs & in veterem fato revoluta figuram.	6. *Æn.* 449
† Aut hîc ad veteres fagos cùm Daphnidis arcum.	3. *Ecl.* 12

1. Æn. 362 † --veteres tellure recludit Thesauros.--
8. Æn. 600 * Sylvano fama est veteres sacrasse Pelasgos.
9. Ecl. 4 † Diceret, hæc mea sunt, veteres migrate coloni.
8 * Vsq; ad aquã, & veteris jam fracta cacumina fagi,
2. Geor. 380 † Cæditur, & veteres ineunt proscenia ludi.
532 * Hanc olim veteres vitam coluêre Sabini.
1. Æn. 27 † Id metuens, veterísque memor Saturnia belli?
219 * Implentur veteris Bacchi, pinguísque ferinæ.
4. Æn. 23 † Impulit, agnosco veteris vestigia flammæ.
539 * Et bene apud memores veteris stat gratia facti.
7. Æn. 204 † Sponte suâ, veterísque Dei se more tenentem.
254 * Et veteris Fauni volvit sub pectore sortem.
1. Geor. 176 † Possum multa tibi veterum præcepta referre.
11. Æn. 441 * Turnus ego, haud ulli veterum virtute secundus.
5. Æn. 39 † Quem genui, veterum non immemor ille parentum.
2. Æn. 484 * Apparent Priami, & veterum penetralia regum.
3. Æn. 102 † Tum genitor, veterum volvens monimenta virorũ:
8. Æn. 356 * Relliquias, veterúmque vides monimenta virorum.
500 † Flos veterũ, virtúsque virûm, quos justus in hostem.
3. Æn. 181 * Séque novo veterum deceptum errore locorum.
6. Æn. 527 † Et famam extingui veterum sic posse malorum.
739 * --veterúmque malorum Supplicia expendunt.--
11. Æn. 280 † --nec veterum memini, lætórve malorum.
8. Æn. 187 * Vana superstitio, veterúmve ignara Deorum.
12. Æn. 27 † Me natam nulli veterũ sociare procorum Fas erat.--
2. Æn. 513 * Ingens ara fuit, juxtáque veterrima laurus.
9. Æn. 284 † Et genitrix Priami de gente vetustâ, Est mihi.--
10. Æn. 388 * Hinc Stelenum petit, & Rhœti de gente vetustâ.
2. Æn. 713 † Est urbe egressis tumulus, templúmque vetustum.
3. Æn. 84 * Templa Dei saxo venerabar structa vetusto.
11. Æn. 142 † Arcades ad portas ruere, & de more vetusto.
3. Æn. 415 * Tantùm ævi longinqua valet mutare vetustas.
10. Æn. 792 † Si qua fidem tanto est operi latura vetustas.
12. Æn. 686 * Aut annis saxum solvit sublapsa vetustas.
6. Æn. 282 † Vlmus opaca, ingens, annosáque brachia pandit;
4. Æn. 441 * Ac veluti annosam valido cùm robore quercum.
10. Æn. 766 † Aut summis referens annosam montibus ornum,
861 * Rhœbe diù (res si qua diù Mortalibus ulla est)
Viximus: aut hodie victor spolia illa cruenta.

v. Senecta.

PRODIGIA, MONSTRA, PORtenta, Visa, Simulacra, Signa, Auguria, &c.

Vox quoque per lucos vulgò exaudita silentes — 1. *Geor.* 476
Ingens: & simulacra modis pallentia miris
Visa sub obscurum noctis, pecudésque locutæ,
Infandum: sistunt amnes, terræque dehiscunt,
Et mœstum illacrymat téplis ebur, æráque sudant, &c.
Tristibus aut extis fibræ apparere minaces.
† Aut puteis manare cruor cessavit, & altè — 485
Per noctem resonare lupis ululantibus urbes:
Non aliàs cœlo ceciderunt plura sereno
Fulgura, nec diri toties arsêre Cometæ.
* Asper, acerba sonans: quo tota exterrita sylvis — 3. *Geor*, 150
Diffugiunt armenta: furit mugitibus æther
Concussus, sylvæque, & sicci ripa Tanagri,
Hoc quondam monstro horribiles exercuit iras
Inachiæ Iuno pestem meditata juvencæ.
† Effodére loco signum, quod regia Iuno — 1. *Æn.* 443
Monstrarat caput acris equi: sic nam fore bello
Egregiam, & facilem victu per secula gentem.
* Nec dubiis ea signa dedit Tritonia monstris: — 2. *Æn.* 171
Vix positum castris simulacrum, arsere coruscæ
Luminibus flammæ arrectis, salsúsque per artus
Sudor iit, térque ipsa solo (mirabile dictu) Emicuit.
† Hic aliud majus miseris, multóque tremendum, — 199
Objicitur magis, atque improvida pectora turbat;
Laocoon ductus Neptuno sorte sacerdos:
Ecce autem gemini à Tenedo tranquilla per alta
(Horresco referens) immensis orbibus angues, &c.
* Eloquar an sileam? gemitus lacrymabilis imo — 3. *Æn.* 39
Auditur tumulo, & vox reddita fertur ad aures,
Quid miserum, Ænea, laceras? jam parce sepulto.
† Vix ea fatus eram, tremere omnia visa repentè, — 85
Limináque, laurúsque Dei, totúsque moveri
Mons circùm, & mugire adytis cortina reclusis:
Submissi petimus terram, & vox fertur ad aures:
Dardanidæ duri, quæ vos à stirpe parentum
Prima tulit tellus, &c.
* Sola novum dictúque nefas harpyia Celæno — 365
Prodigium canit, & tristeis denuntiat iras.
† Signa tibi dicam, tu condita mente teneto — 388

Littoreis ingens inventa sub ilicibus sus,
Triginta capitum fœtus enixa jacebit, &c.
Alba sola recubans, albi circum ubera nati:
Is locus urbis erit, requies ea certa laborum.

4. Æn. 453 * Vidit thuricremis cùm dona imponeret aris
(Horrendum dictu) latices nigrescere sacros,
Fusáque in obscœnum se vertere vina cruorem:
Hinc exaudiri voces, & verba vocantis
Visa viri, nox cùm terras obscura teneret,
Soláque culminibus ferali carmine bubo
Sæpè queri, & longas in fletum ducere voces, &c.

469 † Eumenidum veluti demens videt agmina Pentheus,
Et Solem geminum, & duplices se ostendere Thebas:

5. Æn. 522 * Hic oculis subitò objicitur, magnóque futurum
Augurio monstrum, docuit pòst exitus ingens,
Seráque terrifici cecinerunt omina vates:
Námque volans liquidis in nubibus arsit arundo,
Signavítque viam flammis, tenuésque recessit
Consumpta in ventos, cœlo ceu sæpe refixa
Transcurrunt, crinémque volantia sydera ducunt;
Attonitis hæsêre animis, Superósque precati
Trinacrii, Teucríque viri, nec maximus omen
Abnuit Æneas. --

636 † Quin agite, & mecum infaustas exurite puppes:
Nam mihi Cassandræ per somnum vatis imago
Ardentes dare visa faces? Hîc quærite Trojam:
Hîc domus est, inquit, vobis, nunc tempus agi res:
Nec tantis mora prodigiis, en quattuor aræ
Neptuno, Deus ipse faces, animúmque ministrat.

6. Æn. 255 * Ecce autem primi sub lumina Solis, & ortus,
Sub pedibus mugire solum, & juga cœpta moveri
Sylvarum, visæque canes ululare per umbram,
Adventante Deâ. --

379 † Prodigiis acti cœlestibus ossa piabunt. --

7. Æn. 58 * Sed variis portenta Deûm terroribus obstant, &c.

64 † Hujus apes summum densæ (mirabile dictu)
Stridore ingenti liquidum trans æthera vectæ
Obsedêre apicem, & pedibus per mutua nexis,
Continuò vates; externum cernimus, inquit,
Adventare virum. --

71 * Prætereà castis adolet dum altaria tædis,
Et juxta genitorem, astat Lavinia virgo;
Visa (nefas) longis comprendere crinibus ignem,

Atque omnem ornatum flammâ crepitante cremari,
Regalésque accensa comas, accensa coronam. &c.
Námque fore illustrem famâ, fatísque canebant
Ipsam: sed populo magnum portendere bellum.
At Rex sollicitus monstris, oracula Fauni
Fatidici genitoris adit. -- &c.
† --tu nubigenas invicte bimembres, 8. Æn. 293
Hilæúmque, Pholúmque manu, tu Cressia mactas
Prodigia, & vastum Nemeæ sub rupe leonem.
* Arma inter nubem, cœli in regione serenâ 528
Per sudum rutilare vident, & pulsa tonare:
Obstupuêre animis alii: sed Troïus heros
Agnovit sonitum, & Divæ promissa parentis:
Tum memorat; ne verò hospes, ne quære profectò,
Quem casum portenta ferant: ego poscor Olympo.
Hoc signum cecinit missuram Diva creatrix,
Si bellum ingrueret, Vulcaniáque arma per auras
Laturam auxilio. --
† Nunc etiam horribili visu portenta sequuntur, 11. Æn. 271
Et socii amissi petierunt æthera pennis,
Fluminibúsque vagantur aves (heu dira meorum
Supplicia!) & scopulos lacrymosis vocibus implent.
* His aliud majus Iuturna adjungit, & alto 12. Æn. 244
Dat signum cœlo, quo non præstantius ullum
Turbavit mentes Italas, monstróque fefellit,
Námque volans rubrâ fulvus Iovis ales in æthrâ
Littoreas agitabat aves, turbámque sonantem
Agminis aligeri: subitò cùm lapsus ad undas
Cygnum excellentem pedibus rapit improbus uncis:
Arrexêre animos Itali, cunctæque volucres.
Convertunt clamore fugam (mirabile visu)
Ætheráque obscurant pennis, hostémque per auras
Factâ nube premunt: donec vi victus, & ipso
Pondere defecit, prædámque ex unguibus ales
Projecit fluvio, penitúsque in nubila fûgit.
Tum verò augurium Rutuli clamore salutant,
Expediúntque manus, primúsque Tolumnius augur:
Hoc erat hoc votis, inquit, quod sæpè petivi,
Accipio, agnoscóque Deos: me me duce ferrum. &c.

v. Monstrum, & Prædicere.

PROHIBERE, VETARE, VETITUS, *Impedire, Obstare, Resistere, Retardare, Detinere, & Retinere, Retentare, Demorari: Retinacula, &c.*

4. *Geor.* 105 INstabiles animos ludo prohibebis inani.
3. *Geor.* 398 † Multi jam excretos prohibent à matribus hædos.
1. *Geor.* 500 * --everso juvenem succurrere seclo Ne prohibete.--
1. *Æn.* 525 † Oramus, prohibe infandos à navibus ignes.
3. *Æn.* 265 * Dii prohibete minas, Dii talem avertite casum.
5. *Æn.* 631 † Quis prohibet muros jacere, & dare civibus urbem.
3. *Æn.* 379 * Expediam dictis, prohibent nam cætera Parcæ Scire Helenum, farique vetat Saturnia Iuno.
7. *Æn.* 313 † Non dabitur regnis (esto) prohibere Latinis.
1. *Æn.* 540 * Permittit patria, hospitio prohibemur arenæ: Bella cient, primâque vetant consistere terrâ.
10. *Ecl.* 56 † Aut acres venabor apros, non me ulla vetabunt Frigora, Parthenios canibus circumdare saltus.
2. *Æn.* 84 * Insontem, infando indicio, quia bella vetabat.
1. *Æn.* 42 † Quippe vetor fatis.? -- (*Iuno.*)
9. *Æn.* 214 * Mandet humo solitâ: aut si qua id fortuna vetabit
1. *Geor.* 269 † --rivos deducere nulla Religio vetuit.--
12. *Æn.* 806 * Vlteriùs tentare veto. Sic Iuppiter orsus,
6. *Æn.* 623 † Hic thalamum invasit natæ, vetitosque hymenæos.
9. *Æn.* 547 * Sustulerat, vetitísque ad Trojam miserat armis.
10. *Æn.* 8 † Abnueram bello Italiam concurrere Teucris: Quæ contra vetitum discordia? quis metus, aut hos,
3. *Geor.* 253 * Non scopuli rupésque cavæ, atque objecta retardant.
2. *Geor.* 482 † Hyberni vel quæ tardis mora noctibus obstet.
4. *Geor* 453 * Haudquaquam ob meritum pœnas, ni fata resistant
2. *Æn.* 599 † --ni mea cura resistat Iam flammæ tulerint.--
4. *Æn.* 76 * Incipit effari, mediâque in voce resistit.
5. *Æn.* 276 † --pars vulnere clauda retentat Nexantem nodis.--
5. *Æn.* 669 * Castra, nec exanimes possunt retinere magistri.
8. *Æn.* 498 † -- retinet longævus aruspex Fata canens.--
10. *Æn.* 308 * Nec Turnum segnis retinet mora, sed rapit acer.
10. *Ecl.* 45 † Tela inter media, atque adversos detinet hostes.
2. *Æn.* 788 * Sed me magna Deûm genitrix his detinet oris.
4. *Æn.* 348 † Phœnissam, Libycæque aspectus detinet urbis.
10. *Æn.* 809 * Æneas nubem belli dum detinet, omnes Sustinet.
2. *Æn.* 647 † Iampridem invisus Divis, & inutilis annos Demoror.--
11. *Æn.* 175 * Turne, sed infelix Teucros quid demoror armis?

† Atque Amerina parant lentæ retinacula viti. 1. Geor. 265
* -& frustrà retinacula tendens Fertur equis auriga.- 513
†--strictóque ferit retinacula ferro. (*Navis Æneas.*) 4. Æn. 580
v. Frænare, Libertas, Mora, & Obex.

PVGNARE, PVGNATOR, PVGNATVS, Præliari, Congredi, Confligere, Bellare, Bellari, Bellator, Bellatrix, Bellipotens: Pugna iniqua, magna, aspera, tristis, anceps, impar, prima, ingens, ardens, Iliaca; Crudescit, Committitur, Surgit: Pugnam lacessere, obire, æquare, Invadere, Aspicere, tueri, &c. Prælia horrida, dura, prima; miscere, inire, tentare, conserere, instaurare, pati, &c.

DIves alit: placitóne etiam pugnabis amori? 4. Æn. 37
* Insultans sonipes, & pressis pugnat habenis. 11. Æn. 600
† Et tereti pugnant mucrone, verúque Sabello. 7. Æn. 665
* Stant belli causæ, pugnatur comminùs armis. 553
† Imprecor, arma armis: pugnent ipsique nepotes. 4. Æn. 629
* Martia qui ob patriam pugnando vulnera passi. 7. Æn. 182
† Stirpis ab Ascanio, pugnatáque in ordine bella. 8. Æn. 629
* Sit qui me pugnâ raptú.-- Mandet humo solitâ.-- 9. Æn. 213
† Ergo alacris, cunctósque putans excedere pugnâ. 5. Æn. 380
* Nate Deâ, si nemo audet se credere pugnæ. 383
† --urgetur pugnâ congressus iniquâ. 10. Æn. 889
* Isque ubi se nullo jam cursu evadere pugnâ. 11. Æn. 702
† Bis magnâ victi pugnâ, vix urbe tuemur. 12. Æn. 34
* Et Regem vobis pugnâ defendite raptum. 265
† Dant sonitum flictu galeæ; pugna aspera surgit. 9. Æn. 667
* --quàm si aspera Martis Pugna vocet.- 12. Æn. 224
† Anceps pugna diù, stant obnixi omnia contra. 10. Æn. 359
* Tristis ubi infausto committitur omine pugna. 11. Æn. 589
† --dejectâ, crudescit pugna, Camillâ. 828
* At verò Rutulis impar ea pugna videri. 12. Æn. 256
† --ea prima ruentes Pugna loco statuit Teucros.- 505
* In foribus pugnam ex auro, solidóque elephanto 3. Geor. 25
Gangaridûm faciam; --
† Hîc verò ingentem pugnam, ceu cætera nusquam 2. Æn. 438
Bella forent, nulli totâ morerentur in urbe.
* Seu crudo fidit pugnam committere cæstu. 5. Æn. 69
† Immiscéntque manus manibus, pugnámq; lacessunt, 429
* Procurate viri, & pugnam sperate parati, 9. Æn. 158

9. Æn. 186 † Aut pugnā, aut aliquid jamdudū invadere magnum Mens agitat mihi, nec placidâ contenta quiete est.
12. Æn. 151 * Non pugnam aspicere hanc oculis, non fœdera possū.
3. Geor. 234 † Ictibus, & sparsâ ad pugnam proludit arenâ.
5. Æn. 454 * Acrior ad pugnam redit, & vim suscitat ira.
4. Geor. 66 † Sin autem ad pugnam exierint (nam sæpè duobus Regibus incessit magno discordia motu.)
3. Æn. 37 * Tertia sed postquàm majore hastilia nixu Aggredior, genibúsque adversæ obluctor arenæ.
5. Æn. 410 † Vidisset, tristémque hoc ipso in littore pugnam?
9. Æn. 720 * Undique conveniunt, quoniam data copia pugnæ.
3. Geo. 45 † Mox tamen ardentes accingar dicere pugnas.
1. Æn. 460 * Miratur, videt Iliacas ex ordine pugnas.
5. Æn. 419 † Æquemus pugnas: Erycis tibi terga remitto.
6. Æn. 167 * Et lituo pugnas insignis obibat, & hastâ.
7. Æn. 619 † Ipse vocat pugnas, sequitur tum cætera pubes.
9. Æn. 777 * Semper equos, atque arma virûm, pugnásq; canebat.
11. Æn. 278 † Ne verò, ne me ad tales impellite pugnas.
832 * Alta sedet summis, spectátque interrita pugnas.
907 † Continuò ineant pugnas, & prælia tentent.
12. Æn. 792 * Alloquitur, fulvâ pugnas de nube tuentem.
818 † Et nunc cedo equidem, pugnásque exosa relinquo.
6. Ecl. 3 * Cùm canerem Reges, & prælia, Cynthius aurem Vellit. --
1. Geor. 317 † Omnia ventorum concurrere prælia vidi.
2. Geor. 281 * --necdum horrida miscent Prælia.--
3. Geor. 97 † --si quando ad prælia ventum est.
220 * Tauri alternantes multâ vi prælia miscent.
265 † --quid? quæ imbelles dant prælia cervi?
4. Geo. 5 * Mores, & studia, & populos, & prælia dicam.
313 † Prima leves ineunt, si quando prælia Parthi.
2. Æn. 334 * --vix primi prælia tentant Portarum vigiles.
347 † Quos ubi confertos audere in prælia vidi.
397 * Multáque per cæcam congressi prælia noctem Conserimus, multos Danaûm demittimus Orco.
669 † --sinite instaurata revisam Prælia.--
3. Æn. 240 * Ære cavo invadunt socii, & nova prælia tentant.
5. Æn. 375 † Talis prima Dares caput altum in prælia tollit.
467 * Cede Deo, dixitque, & prælia voce diremit.
7. Æn. 335 † Tu potes unanimes armare in prælia fratres.
608 * Romæ colit, cùm prima movent in prælia Martem.
744 † Et te montosæ misêre in prælia Nursæ.
811 * --sed prælia virgo Dura pati, assueta, --

† Aut acrem dubites in prælia poscere Turnum. 8. Æn. 614
* Hinc Augustus agens Italos in prælia Cæsar. 678
† Suscitat, æratásque acies in prælia cogit. 9. Æn. 463
* It gemitus, torpent infractæ in prælia vires. 499
† Stare procul campis meditantem prælia taurum. 10. Æn. 455
* Illum autem Æneas absentem in prælia poscit. 661
† Nullum in cæde nefas, nec sic in prælia vêni. 901
* Acreis esse viros, cum durâ prælia gente. 11. Æn. 48
† --quos nulla fatigant Prælia.-- 306
* Cingitur ipse furens certatim in prælia Turnus. 486
† --paribus Messapum in prælia dictis Hortatur.-- 520
* Infelix puer, atque impar congressus Achilli. 1. Æn. 479
† Quem congressus agit campo, lapsúmq; superstans. 10. Æn. 540
* Congressus pedes, hunc venientem cuspide longâ. 12. Æn. 510
† Tres uno congressu, & mœstum mittit Onyten. 514
* --Pelidæ tûc ego forti Côgressû Æneam-- eripui.-- 5. Æn. 808
† Congreditur, pœnásque inimico à sanguine sumit. 11. Æn. 720
* Congredior, fer sacra pater, & concipe fœdus. 12. Æn. 13
† Vix hostem, alterni si congrediamur, habemus. 233
* Confligunt Zephyrúsque, Notúsque, & lætus Eois. 2. Æn. 417
† Incipe, si qua animo virtus, & confere dextram. 9. Æn. 741
* Incipias conferre manum. -- 10. Æn. 788
† Nec conferre manum patitur, volat avia longè. 12. Æn. 480
* Nec nos obniti contrà, nec tendere tantùm 5. Æn. 21
Sufficimus, superat quoniam fortuna, sequamur.
† Et nunc, si bellare paras, atque hæc tibi mens est. 8. Æn. 400
* Pulsant, & pictis bellantur Amazones armis. 11. Æn. 660
† Mitto ea, quæ muris bellando exhausta sub altis. 256
* -animos, atq; arma videre Bellâtû, lituósq; pati.-- 3. Æn. 182
† Bellantum juvenum, & duro sub Marte cadentum. 12. Æn. 410
* Hinc Bellator equus campo sese arduus infert. 2. Geo. 145
† Bellatórque animo Deus incidit.-- (*Mars.*) 9. Æn. 721
* Intereà extremo bellator in æquore Turnus. 12. Æn. 614
† --inter Bellatoris equi cava têpora conjicit hastam, 10. Æn. 890
* Bellatrix, audétq; viris côcurrere virgo. (*Pêthesilea.*) 1. Æn. 493
† Bellatrix, non illa colo, calathísve Minervæ 7. Æn. 805
Fœmineas assueta manus, sed prælia virgo Dura pati.-
* --tibi magne trophæum Bellipotens.-- (*Mars.*) 11. Æn. 7
† --belli ferratos rupit Saturnia postes. 7. Æn. 622

v. Bellum, Certare, & M---

QVÆRERE, QVÆSITOR, QVÆSITVS, Vestigare, Vestigia, &c.

2. Geor. 273 COllibus, an plano melius sit ponere vites,
Quære priùs. --
288 * Forsitan & scrobibus quæ sint fastigia, quæras. [Turnus.
11. Æn. 129 † Iungemus Regi: quærat sibi fœdera
387 * --nec longè scilicet hostes Quærendi nobis.--
5. Æn. 814 † Vnus erit tantum, amissum quem gurgite quæret.
3. Geor. 512 * Atque alio patriam quærunt sub Sole jacentem.
549 † Quæsitæque nocent artes, cessêre magistri.
4. Geo. 449 * Venimus hùc, lapsis quæsitum oracula rebus.
6. Æn. 432 † Quæsitor Minos urnam movet: ille silentum.
7. Æn. 131 *Quæ loca, quíve habeant homines, ubi mœnia gentis
Vestigemus, & à portu diversa petamus.
6. Æn. 145 † Ergo altè vestiga oculis, & ritè repertum.
12. Æn. 466 * Insequitur, solum densa in caligine Turnum
Vestigat lustrans, solum in certamine poscit.
481 † --Æneas tortos legit obvius orbes,
Vestigátque virum, & disjecta per agmina magnâ
Voce vocat: quoties oculos conjecit in hostem.
557 * Ille ut vestigans diversa per agmina Turnum
Huc, atque hucacies circumtulit, aspicit urbem;
587 † Inclusus ut cùm latebroso in pumice pastor
Vestigavit apes, fumóque implevit amaro.
2. Æn. 749 * Ipse urbem repeto.-- (*amissâ Creüsâ.*)
Quà gressum extuleram repeto, & vestigia retrò
Observata sequor per noctem, & lumine lustro.
Inde domum si fortè pedem, si fortè tulisset,
Me refero. -- &c.
768 † Ausus quin etiam voces jactare per umbram;
Implevi clamore vias, mœstúsque Creüsam
Nequicquam ingeminans iterúmq; iterúmq; vocavi.

QVERCVS, SACRA, CONCVSSA, *torta, civilis, dura, rigida, magna, aëria, annosa, tacta, adversa, quadrifida: Quernus, &c.*

1. Ecl. 17 DE cœlo tactas memini prædicere quercus.
4. Æn. 441 * Ac velut annosam valido cùm robore quercum

Alpini Boreæ nunc hinc, nunc flatibus illinc. &c.

† Quadrifidam quercum cuneis ut fortè coactis. 7. Æn. 509

* Ingentem quercum decisis undique ramis 11. Æn. 5
Constituit tumulo, fulgentiáque induit arma.

† Hæc arma, exuviásque viri tua quercus habebit. 10. Æn. 423

* Hic viridis tenerâ prætexit arundine ripas 7. Ecl. 13
Mincius, éque sacrâ resonant examina quercu.

† Concussâque famem in sylvis solabere quercu. 1. Geor. 159

* Quàm Cereri tortâ redimitus tempora quercu. 349

† Atque umbrata gerunt civili tempora quercu. 6. Æn. 772

* Et duræ quercus sudabunt roscida mella. 4. Ecl. 30

† Ludere, tum rigidas motare cacumina quercus. 6. Ecl. 28

* Nunc & oves ultrò fugiat lupus, aurea duræ 8. Ecl. 52
Mala ferant quercus, Narcisso floreat alnus.

† Castaneæ nemorúmque Iovi quæ maxima frondet 2. Geor. 19
Æsculus, atque habitæ Graiis oracula quercus.

* Ætnæos fratres, cœlo capita alta ferentes, 3. Æn. 678
Concilium horrendum, quales cùm vertice celso
Aëriæ quercus, aut coniferæ cyparissi
Constiterant, sylva alta Iovis, lucúsve Dianæ.

† Æstibus at mediis umbrosam exquirere vallem, 3. Geor. 330
Sicubi magna Iovis antiquo robore quercus,
Ingentes tendat ramos, aut sicubi nigrum
Ilicibus crebris sacrâ nemus accubet umbrâ.

* Mulcentem tigres, & agentem carmine quercus. 4. Geor. 510

† Consurgunt geminæ quercus, intonsáque cœlo 9. Æn. 681
Attollunt capita, & sublimi vertice nutant.

* Arma sub adversâ posuit radiantia quercu. 8. Æn. 616

† Sed tamen & quercûs glandes tunc stringere tẽpus. 1. Geor. 305

* Haud segnes alii crates, & molle pheretrum 11. Æn. 64
Arbuteis texunt virgis, & vimine querno,
Extructósque toros obtentius frondis obumbrant.

v. Arbor, & Iuppiter.

QVERELA, QVERVLVS, Questus, &c.

ET veterem in limo ranæ cecinêre querelam. 1. Geor. 378

* Desine, méque tuis incendere, téque querelis, 4. Æn. 360

† Discessu mugire boves, atque omne querelis 8. Æn. 215
Impleri nemus, & colles clamore relinqui.

10. Æn. 94 † Tunc decuit metuisse tuis, nunc sera querelis
Haud justis assurgis, & irrita jurgia jactas.

3. Geo. 327 * Et cantu querulæ rumpent arbusta cicadæ.

4. Geor. 513 † Qualis populeâ mœrens philomela sub umbrâ
Amissos queritur fœtus, quos durus arator
Observans nido implumes detraxit, at illa
Flet noctem, ramóque sedens miserabile carmen
Integrat, & mœstis latè loca questibus implet.

7. Æn. 706 * Succesśitque gemens stabulis, questúsque cruentus,
Atque imploranti similis, tectum omne replevit.

4. Æn. 553 † Tantos illa suo rumpebat pectore questus.

5. Æn. 779 * At Venus intereà Neptunum exercita curis
Alloquitur, taléśque effundit pectore questus.

8. Ecl. 18 † Conjugis indigno Nisæ deceptus amore,
Dum queror, & Divos, quanquam nil testibus illis
Profeci, extremâ moriens tamen alloquor horâ.

4. Geor. 319 * Tristis ad extremi sacrum caput astitit amnis,
Multa querens, atque hac affatus voce parentem:
Mater, Cyrene, mater, quæ gurgitis hujus Ima tenes.--

1. Geor. 512 † Iampridem nobis cœli te regia, Cæsar,
Invidet, atque hominum queritur curare triumphos.

4. Geor. 518 * Lustrabat raptam Eurydicen, atque irrita Ditis
Dona querens. --

1. Æn. 389 † Europâ, atque Asiâ pulsus. Nec plura querentem
Passa Venus, medio sic interfata dolore est.

4. Æn. 462 * Soláque culminibus ferali carmine bubo
Sæpè queri, & longas in fletum ducere voces:

1. Æn. 228 † --† ô qui res hominúmque, Deûmque;
Quid meus Æneas in te committere tantum,
Quid Troës potuêre? quibus tot funera passis. &c.

409 * Quid natum toties crudelis tu quoque falsis
Ludis imaginibus? cur dextræ jungere dextram
Non datur? --

9. Æn. 480 † --cœlum dehinc questibus implet.
Hunc ego te Euryale aspicio? tu-ne ille senectæ
Sera meæ requies? potuisti linquere solam
Crudelis? nec te sub tanta pericula missum
Affari extremum miseræ data copia matri?
Heu! terrâ ignotâ, canibus data præda Latinis,
Alitibúsque jaces, nec te tua funera mater
Produxi, presśive oculos, aut vulnera lavi. &c.
Figite me, si qua est pietas, in me omnia tela
Conjicite, ô Rutuli; me primam absumite ferro, &c.

Quando aliter nequeo crudelem abrumpere vitam.
† --nunc sera querelis
Haud justis assurgis, & irrita jurgia jactas. &c. 10. Æn. 94
v. Lacrymæ.

QVIES, QVIESCERE, QVIETVS, *Placidus, Sedatus, Tranquillus, Requies, &c.*

OMnibus una quies operum, labor omnibus unus. 4. Geor. 184
*Vobis parta quies, nullũ maris æquor arandum. 3. Æn. 495
† Nam mihi parta quies, omnísque in limine portus. 7. Æn. 603
* Huc, atque huc acies circumtulit, aspicit urbem
Immunem tanti belli, atque impunè quietam. 12. Æn. 558
† Tendimus in Latium, sedes ubi fata quietas
Ostendunt; illic fas regna resurgere Trojæ. 1. Æn. 209
* Tyrrhenámque fidem, aut gentes agitare quietas. 10. Æn. 71
† (*Columba.*) --mox aëre lapsa quieto
Radit iter liquidum, celeres neque commovet alas. 5. Æn. 216
* Scilicet is Superis labor est, ea cura quietos
Sollicitat. -- (*Dido Æneæ.*) 4. Æn. 379
†Méne salis placidi vultum, fluctúsque quietos
Ignorare jubes? -- (*Palinurus Somno.*) 5. Æn. 848
* Antiqui Ausonii, quæ vos fortuna quietos
Sollicitat, suadétque ignota lacessere bella. 11. Æn. 25
† Et jam jussa facit, ponúntque ferocia Pœni
Corda volente Deo: in primis Regina quietum
Accipit in Teucros animum, mentémque benignam. 1. Æn. 30[illegible]
* Hi motus animorum, atque hæc certamina tanta
Pulveris exigui jactu compressa quiescent. (*Apum.*) 4. Geor. 8
† Arcades, ô mihi tum quàm molliter ossa quiescant,
Vestra meos olim si fistula dicat amores. 10. Ecl. 33
* --nunc placidâ compostus pace quiescit. 1. Æn. 253
† Nec Iovis imperio, fractísve infracta quiescit. 5. Æn. 78
* Sedibus ut saltem placidis in morte quiescam. 6. Æn. 37
† Dependet galea, & prato gravia arma quiescunt, 10. Æn. 83
*Nõ Teucros agat in Rutulos, Teucrũ arma quiescant, 12. Æn. 7.
Et Rutulûm; nostro dirimatur sanguine bellum.
† Ut primùm cessit furor, & rabida ora quierunt. 6. Æn. 102
* Transportare priùs quàm sedibus ossa quierunt. 328
† --postquàm alta quierunt Æquora.-- 7. Æn. 6
* Ut primùm placati animi, & trepida ora quierunt. 11. Æn. 300
† Conticuit tandem, factóque hîc fine quievit. 3. Æn. 718

6. Æn. 226 † Postquàm collapsi cineres, & flamma quievit.
9. Æn. 445 * Confossus, placidâque ibi demùm morte quievit.
7. Æn. 295 † --odiis haud exsaturata quievi.
2. Æn. 203 * Ecce autem gemini à Tenedo tranquilla per alta.
5. Æn. 127 † Tranquillo silet, immotâque attollitur undâ.

v. Otium, Pax, Somnus, & Requiescere.

RABIES, INSANIA, DEMENTIA: *Demens, Amens, Rabidus, Insanus: Insanire; Malè sanus, Inops animi, &c.*

2. Geor. 151 At rabidæ tigres absunt, & sæva leonum
Semina, nec miseros fallunt aconita legentes.
3. Geor. 496 † Hinc canibus blandis rabies venit, & quatit ægros.
1. Æn. 204 * Vos & Scyllæam rabiem, penitúsque sonantes
Accestis scopulos, vos & Cyclopea saxa Experti.--
2. Æn. 356 † Raptores atrâ in nebulâ, quos improba ventris
Exegit cæcos rabies, catulíque relicti. -- &c. (*Lupi.*)
5. Æn. 801 * (*Neptunus Veneri.*) --sæpè furores
Compressi, & rabiem tantam cœlíque, maríſque.
7. Æn. 484 † Hîc subitam canibus rabiem Cocytia virgo
Objicit, & noto nares contingit odore.
8. Æn. 327 * Et belli rabies, & amor successit habendi.
9. Æn. 62 † (*Lupus.*) --ille asper, & improbus irâ
Sævit in absentes, collecta fatigat edendi
Ex longo rabies, & siccæ sanguine fauces.
6. Æn. 421 * Objicit, ille fame rabidâ tria guttura pandens
Corripit objectam. -- (*Cerberus offam.*)
10. Ecl. 44 † Nunc insanus amor duri me Martis in armis
Tela inter media, atque adversos detinet hostes.
22 * Galle, quid insanis? inquit, tua cura Lycoris.
9. Ecl. 43 † Huc ades, insani feriant, sine littora fluctus.
1. Geor. 480 * Polluit insano contorquens vortice sylvas.
2. Geo. 502 † Insanúmque forum, aut populi tabularia vidit.
2. Æn. 42 * Et procul, ô miseri, quæ tanta insania, cives?
3. Ecl. 36 † Insanire libet quoniam tibi, pocula ponam.
6. Æn. 102 * Ut primùm cessit furor, & rabida ora quierunt.
4. Æn. 8 † Cùm sic unanimem alloquitur malè sana sororem.
300 * Sævit inops animi, totámque incensa per urbem
Bacchatur, qualis commotis excita sacris

Thyas

Thyas, ubi audito ſtimulant Trieterica Baccho
Orgia: nocturnúſque vocat clamore Cithæron.
† Sævit amor ferri, & ſcelerata inſania belli. 7. Æn. 460
* Quò referor toties? quæ mentem inſania mutat? 12. Æn. 37
† Accendámque animos inſani Martis amore. 7. Æn. 555
* Ah Corydon, Corydon! quæ te dementia cepit? 2. Ecl. 69
† Ah virgo infelix? quæ te dementia cepit? 6. Ecl. 47
* Cùm ſubita incautum dementia cepit amantem. 4. Geor. 487
† Infelix! quæ tanta animum dementia cepit? 5. Æn. 465
* Quis Deus Italiam, quæ vos dementia adegit? 9. Æn. 601
† Quem fugis, ah! demens? habitarunt Dii quoq; ſylvas. 2. Ecl. 60
* Nec tacui demens, & me ſors ſi qua tuliſſet. 2. Æn. 94
† Excepi, & regni demens in parte locavi. 4. Æn. 374
* Quem non incuſavi amens hominúmq; Deûmque. 2. Æn. 745
† Iſque amens animi, & rumore accenſus amaro. 4. Æn. 203
* At verò Æneas aſpectu obmutuit amens. 279
† Arma amens capio, nec ſat rationis in armis. 2. Æn. 314
* Arma amens fremit, arma toro, tectíſq; requirit. 7. Æn. 467
† Ibat in Euryalum, tunc verò exterritus, amens. 9. Æn. 424

v. Furiæ, Furor; & Ratio.

RATIO, MENS, ANIMVS, &c.

ARma amens capio, nec ſat rationis in armis. 2. Æn. 314
* Arduus arma tenens; non te rationis egentem. 8. Æn. 299
† Mecum erit iſte labor, nunc quâ ratione quod inſtat
Confieri poſſit, paucis adverte, docebo. 4. Æn. 114
* Haud incerta cano, nunc quâ ratione quod inſtat
Expedias victor, paucis adverte, docebo. 8. Æn. 49
† Quâ tentet ratione aditus, & qua via clauſos
Excutiat Teucros vallo, atque effundat in æquor. 9. Æn. 67
* Eſſe apibus partem divinæ mentis, & hauſtus
Ætherios dixêre, Deum námque ire per omnes. 4. Geor. 220
† Sævit inops animi, totámq; incenſa per urbem. 5. Æn. 363
* Nunc ſi cui virtus, animúſque in pectore præſens. 4. Æn. 300
† Tum verò in curas animus diducitur omnes. 720
* Necdum animus toto percepit pectore flammam. 7. Æn. 356
† Quanquā animus meminiſſe horret, luctúq; refûgit. 2. Æn. 12

v. Rabies, & Mos.

REBELLIS, SUPERBUS, INDOMITUS, *Indocilis, Subjectus, &c.*

6. Æn. 857 HIc rem Romanam magno turbante tumultu
Sistet eques: sternet Pœnos, Gallúmq; rebellem.
12. Æn. 185 † Cedet Iulus agris, nec pòst arma ulla rebelles
Æneadæ referent, ferróve hæc regna lacessent.
6. Æn. 853 * Parcere subjectis, & debellare superbos.
1. Æn. 523 † Iustitiâque dedit gentes frænare superbas.
11. Æn. 715 * Vane Ligur, frustráque animis elate superbis.
3. Geor. 57 † Aut juga detrectans, interdúmque aspera cornu.
* Seditione potens, genus huic materna superbum
Nobilitas dabat, incertum de patre ferebat.
174 † Intereà plebi indomitæ non gramina tantùm;
8. Æn. 728 * Indomitíque Daæ, & pontem indignatus Araxes.
5. Æn. 680 † Sed non idcircò flammæ, atque incendia vires
Indomitas posuêre, udo sub robore vivit:
Nec vires heroum, infusáque flumina prosunt.
v. Discordia, Recusare, Obedire, & Vincere.

RECTOR, GUBERNATOR, MAGISTER, *Dominus, Domina, Gubernaclum, &c.*

8. Æn. 572 AT vos, ô Superi, Divûm tu maxime Rector.
9. Æn. 172 * Quos pater Æneas, si quando adversa vocarent,
Rectores juvenum, & rerum dedit esse magistros.
5. Æn. 161 † Rectorem navis compellat voce Menœten.
171 * Ipse gubernaclo rector subit, ipse magister.
3. Æn. 269 † Quà cursum ventúsque, gubernatórq; vocabant.
5. Æn. 12 * Ipse gubernator puppi Palinurus ab altâ.
6. Æn. 337 † Ecce gubernator sese Palinurus agebat.
3. Ecl. 16 * Quid domini facient, audent cùm talia fures?
12. Æn. 474 † Nigra velut magnas domini cùm divitis ædes.
236 * Nos patriâ amissâ dominis parêre superbis
Cogemur.--
1. Æn. 286 † Romanos rerum dominos, gentémque togatam.
10. Æn. 866 * Iussa aliena pati, & dominos dignabere Teucros.
6. Æn. 613 † Impia, nec veriti dominorum fallere dextras.
4. Æn. 214 * --ac dominum Ænean in regna recepit.
6. Æn. 621 † Vendidit hic auro patriam, dominúmq; potentem
Imposuit.--
9. Æn. 332 * Tum caput ipsi aufert domino, truncúmq; relinquit.

†Prima fugit, Dominâ amiſsâ, levis ala Camillæ.	11.*Æn*.868
*Iunoni cane vota libens, Dominámq; potentem.	3.*Æn*. 438
†Hi dominam Ditis thalamo deducere adorti.	6. *Æn*.397
*Concurrunt trepidæ comites, dominámq; ruentem Suſpiciunt.-- (*Reginam Camillam*.)	11. *Æn*. 805

v. Regere.

RECVSARE, RETRACTARE, DETRECTARE, *Refugere, Abnuere, Negare, Abnegare, Non velle, Gravari, Indignari, &c.*

Hanc ego depono vitulam, ne fortè recuſes, Bis venit ad mulctram, binos alit ubere fœtus.	3. *Ecl*. 29
† Et quid quæque ferat regio, & quid quæq; recuſet.	1. *Geor*. 53
* Iuſſa time, neu præceptis parere recuſa.	2. *Æn*. 607
†--tectúſq; recuſat Prodere voce ſuâ quemquam --	126
* Ante omnes ſtupet ipſe Dares, longéque recuſat.	5. *Æn*. 406
† Haud mora, conſiliis: nec juſſa recuſat Aceſtes.	749
* Cedo equidem, nec nate tibi comes ire recuſo.	2. *Æn*. 704
† Frangere nec tali puppes ſtatione recuſo.	10. *Æn*. 297
* Vt tantâ quicquam pro ſpe tentare recuſem.	11 *Æn*. 437
† Interdum genua impediunt, curſúmq; recuſant.	12. *Æn*. 747
* --iræque leonum Vincla recuſantum.-	7. *Æn*. 15
† Nullá mora in Turno, nihil eſt quòd dicta retractēt Ignavi Æneadæ, nec quæ pepigêre recuſent.	12. *Æn*. 11
*Quæ nunc deinde mora eſt? aut quid jam Turne, retractas.	891
† Aut juga detrectans.-- (*Bos*.)	3. *Geor*. 57
*-contrà ille repugnans Suſtinet à jugulo dextram.-	11. *Æn*. 749
† In me mora non erit ulla Nec quemquam fugio.--	3. *Ecl*. 52
* Ni refugis tenuéſq; piget cognoſcere curas.	1. *Geor*. 177
† Quãquam animus meminiſſe horret, luctúq; refugit.	2. *Æn*. 12
* Abſtinuit tactu pater, averſúſque refugit Fœda miniſteria, & cæcis ſe condidit umbris.	7. *Æn*. 618
† - quis talia demens Abnuat.--	4. *Æn*. 107
*- nec maximus omen Abnuit Æneas, ſed lætum, &c.-	5. *Æn*. 530
† Abnueram bello Italiam concurrere Teucris.	10. *Æn*. 8
* Ipſe fatebatur, ſed reddere poſſe negabat.	5. *Ecl*. 24
† Carmina ſunt dicenda: neget quis carmina Gallo?	10. *Ecl*. 3
* --ſin in ſua poſſe negabunt Ire loca.--	2. *Geor*. 234
† Deficerent ſylvæ, & victum Dodona negaret.	1. *Geor*. 149
* Arebant herbæ, & victum ſeges ægra negabat.	3. *Æn*. 142
†--ſed queis Fortuna negârat In patriam reditus.--	10. *Æn*. 435

10. Æn. 614 † --non hoc mihi námq; negares Omnipotens.--
3. Æn. 171 * --Dictæa negat tibi Iuppiter arva.
201 † Ipse diem, noctémque negat discernere cœlo.
4. Æn. 428 * Cur mea dicta negat duras dimittere in aures?
3. Geor. 207 † Ingentes tollent animos, prensíque negabunt
Verbera lenta pati, & duris parere lupatis. (*Equi.*)
7. Æn. 8 * --nec candida cursum Luna negat.--
12. Æn. 914 † - successum Dea dira negat.
6. Æn. 86 * --sed non & venisse volent.
2. Æn. 708 † Ipse subibo humeris, nec me labor iste gravabit.
10. Æn. 628 * Cui Iuno illacrymans: Quid si quod voce gravaris,
Mente dares, atque hæc Turno rata vita maneret?
3. Geor. 455 † Dum medicas adhibere manus ad vulnera pastor
Abnegat, & meliora Deos sedet omina poscens.
2. Æn. 654 * Abnegat, inceptóque, & sedibus hæret in iisdem.
7. Æn. 423 † Rex tibi conjugium, & quæsitas sanguine dotes
Abnegat, externúsque in regnum quæritur hæres.
2. Æn. 93 * Et casum insontis mecum indignabar amici.
5. Æn. 229 † Hi proprium decus, & partum indignantur honorẽ.

REDARGVO. ARGVO, INCREPO, Increpito, Refello, Refuto, Castigo, &c.

11 Æn. 687 ADvênit qui vestra dies muliebribus armis
Verba redargueret.--
4. Æn. 13 † Degeneres animos timor arguit.--
9 Æn. 281 * Euryalus: me nulla dies tam fortibus ausis
Dissimilem arguerit.--
11. Æn. 164 † Nec vos arguerim, Teucri, nec fœdera.--
389 * --méque timoris Argue tu, Drance.--
391 † Arguet aut quisquam meritò, fœdissime, pulsum?
6. Æn. 387 * Sic prior aggreditur dictis, atque increpat ultrò.
9. Æn. 559 † Quem Turnus pariter cursu, telóque secutus
Increpat his victor, Nostrás ne evadere demens
Sperasti te posse manus? simul arripit ensem.
10 Æn. 830 * --increpat ultrò Cunctantes socios.--
810 † Æneas Lausum increpitat. Lausóque minatur.
900 * Hostis amare, quid increpitas, mortémq; minaris?
4. Æn. 380 † - neq; te teneo, neq; dicta refello I, sequere Italiã.--
11. Æn. 16 * Et solus ferro crimen commune refellam.
644 † Perpetiar? dextrâ nec Drancis dicta refellam?
41 * --ad mortem si te (fors dicta refutet) Prodiderim.--
5. Æn. 387 † Hîc gravis Entellum dictis castigat Acestes.

* Castigátque audítque dolos, subigítque fateri. 6. Æn. 567
† Castigántque moras, opere omnis semita fervet. 4. Æn. 407

REDDERE, SOLVERE, PERSOLVERE, Restituere, Reponere, Reportare, &c.

Quæ tibi, quæ tali reddam pro carmine dona? 5. Ecl. 81
† Persolvant grates dignas, & præmia reddant. 2. Æn. 537
* --corpúsque exangue sepulcro Reddidit Hectoreū. - 542
† Vltima, si primi Salio reddantur honores. 5. Æn. 347
* Discedam: explebo numerum, reddárq; tenebris. 6. Æn. 545
† Quæ mihi reddat eum, vel eo me solvat amantem. 4. Æn. 479
* --Teucrûmque iterum se reddat in arma. 10. Æn. 6. 4
† Corpora, per campos ferro quæ fusa jacebant Redderet, ac tumulo sineret succedere terræ. 11 Æn. 102
* Quæ vobis, quæ digna viri pro talibus ausis Præmia posse rear solvi? pulcherrima primùm Dii, moresque dabunt vestri: tum cætera reddet Ascanius, meriti tanti non immemor unquam. 9. Æn. 252
† Omnia Deïphobo solvisti, & funeris Vmbris.-- 6. Æn. 510
* Et positis aris jam vota in littore solves. 3. Æn. 404
† --& cùm solemnia vota Reddemus Nymphis.- 5. Ecl. 76
* Sacrum jussa fero, téque isto corpore solvo. 4 Æn. 703
† Et dulces animas plena ad præsepia reddunt. 3. Geor. 495
* Ipse fatebatur, sed reddere posse negabat. 3. Ecl. 24
† Vnus qui nobis cunctando restituit rem. 6. Æn. 84;
* Restituant: Adeò in teneris consuescere multum est. 2. Geor. 272
† Atque huic responsum paucis ita reddidit heros. 6 Æn. 672
* -alii taurinis follibus auras Accipiunt, reddūtque.- 4. Geor. 171
† Hæc ubi dicta, dapes jubet & sublata reponi Pocula.- 8. Æn 175
* - & vina reponite mensis: 7. Æn. 134
† Instruimus mensas, arísque reponimus ignem. 3. Æn. 231
* Exposcunt, mittíque viros qui certa reportent. 9. Æn. 193
† Hanc tibi Eryx meliorē animā pro morte Daretis Persolvo, hîc victor cæstus, artémque repono. 5. Æn. 483
* Vrbe domo socias, grates persolvere dignas Non opis est nostræ, Dido, nec quidquid ubique est: Dii tibi, &c. Præmia digna ferent.- 1. Æn. 600
† Ereptúmque dolo reddi sibi poscit honorem. 5. Æn. 342
* - mihi victor honorem Persolves.- 8. Æn. 61
† Et lux cùm primùm terris se crastina reddet. 170
* --qui te nomine reddat Sylvius Æneas.- 6. Æn. 768

5. Æn. 705 * Quem docuit, multâque insi_gnem reddidit arte.
3. Geor. 491 † Nec responsa potest consultus reddere vates.
1. Æn. 409 * Non datur, ac veras audire, & reddere voces.
8. Æn. 217 † Reddidit una boûm vocem.-- *v. Respondeo, Loqui.*
2. Æn. 259 * --illos patefactus ad auras, Reddit equus.--
12. Æn. 935 † Et me, seu corpus spoliatum lumine mavis.
Redde meis. Vicisti, & victum tendere palmas.
2. Æn. 669 * Reddite me Danais: sinite instaurata revisam.
4. Geor. 171 † --alii taurinis follibus auras Accipiunt reddúntq;.-
6. Æn. 18 * Redditus his primùm terris tibi, Phœbe, sacravit:
1. Æn. 269 † --patriis ut redditus oris.
12. Æn. 669 * Vt primùm discussæ umbræ, & lux reddita menti est.
5. Æn. 386 † Dardanidæ, reddíque viro promissa jubebant.

REDEO, REDITVS, REVERTOR.

9. Ecl. 23 Tityre dum redeo (brevis est via) pasce capellas.
4. Ecl. 6 * Iam redit, & virgo, redeunt Saturnia regna.
6. Æn. 121 † Si fratrem Pollux alternâ morte redemit,
Itque, redítque viam toties.--
2. Geor. 520 * Glande sues læti redeunt, dant arbuta sylvæ.
3. Geor. 316 † Atque ipsæ memores redeunt in tecta.--
7. Æn 285 * Sublimes in equis redeunt, pacémque reportant.
1. Ecl. 36 † Non unquã gravis ære domum mihi dextra redibat.
3. Geor. 11 * Aonio rediens deducam vertice Musas.
7. Æn. 538 † --quina redibant Armenta.--
5. Æn. 155 * Extremos pudeat rediisse: hoc vincite cives.
12. Æn. 424 † Excidit, atque novæ rediêre in pristina vires.
1. Geor. 249 * Aut redit à nobis Aurora, diémque reducit.
2 Geor. 401 † --redit Agricoli labor actus in orbem.
3. Geor. 272 * Vere magis, quia vere calor redit ossibus, illæ.
4. Geor. 444 † In sese redit, atque hominis tandem ore locutus.
2. Æn. 275 * Hectore, qui redit, exuvias indutus Achillis.
367 † Quondam etiam victis redit in præcordia virtus.
5. Æn. 454 * Acrior ad pugnam redit, & vim suscitat ira.
10. Æn. 794 † Asper acerba tuens retrò redit, & neque terga. (*Leo.*)
11. Æn. 764 * Quà victrix redit illa, pedémque ex hoste reportat.
8. Æn. 47 † Ex quo ter denis urbem redeuntibus annis.
4. Æn. 556 * Huic se forma Dei vultu redeuntis eodem.
2. Æn. 17 † Votum pro reditu simulant, ea fama vagatur.
118 * Sanguine quærendi reditus, animâque litandum.
10. Æn. 435 † --queis fortuna negarat In patriam reditus.--

* Hi nostri reditus, expectatíque triumphi. 11. Æn. 54
† O dolor, atque decus magnum rediture parenti. 10. Æn. 507
* Nunc ad te, & tua, magne pater, consulta revertor. 11. Æn. 410
† --seráque revertens Nocte domum.-- 4. Geor. 142

v. Ire.

REGERE, REGNARE, DOMINARI, *Dominarier, Imperitare, Imperio premere, Frænare, Subigere, Leges & jura dare, Ditione tenere, Dominatus. Regnatus, Sceptris potitus.*

CAsta fave Lucina, tuus jam regnat Apollo. 4. Ecl. 9
* Pacatúmque reget patriis virtutibus orbem. 17
† Per ramos victor, pérq; alta cacumina regnat. 2. Geor. 305
* Tertia dum Latio regnantem viderit æstas, 1. Æn. 269
Ternáque transierint Rutulis hyberna subactis:
At puer Ascanius, cui nunc cognomen Iülo
Additur (Ilus erat, dum res stetit Ilia regno)
Triginta magnos volvendis mensibus orbes
Imperio explebit, regnúmque à sede Lavini
Transferet, & longam multâ vi muniet Albam:
Hîc jam tercentum totos regnabitur annos.
† Sylvius Æneas pariter pietate, vel armis 6. Æn. 769
Egregius, si unquam regnandam acceperit Albam.
* Magnanimo Volscente satum ditissimus agri, 10. Æn. 563
Qui fuit Ausonidum, & tacitis regnavit Amyclis.
† Quis pecori imperitet, quem tot armēta sequantur. 12. Æn. 719
* --hîc vasto rex Æolus antro 1. Æn. 52
Luctantes ventos, tempestatésque sonoras
Imperio premit, ac vinclis, & carcere frænat.
† --celsâ sedet Æolus arce, 56
Sceptra tenens, mollítque animos, & temperat iras,
Ni faciat: maria, ac terras, cœlúmq; profundum, &c.
* --regémque dedit, qui fœdere certo 62
Et premere, & laxas sciret dare jussus habenas.
† Ille regit dictis animos, & pectora mulcet. 153
* --regíque hæc dicite vestro, 137
Non illi imperium pelagi, sævúmq; Tridentem,
Sed mihi sorte datum, tenet ille immania saxa,
Vestras, Eure, domos; illâ se jactet in aulâ
Æolus, & clauso ventorum carcere regnet.
† Alloquitur Venus, ô qui res hominúmq; Deûmq; 233

Æternis regis imperiis, & fulmine terres.

1. Æn. 240 † Qui mare, qui terras omni ditione tenerent.

282 * --veniet lustris labentibus ætas,
Cùm domus Assaraci Phthiam, claråsq; Mycenas
Servitio premet, ac victis dominabitur Argis.

2. Æn. 363 † Vrbs antiqua ruit, multo dominata per annos.

369 * - tum denique dura Exerce imperia.--

3. Æn. 13 † Terra procul vastis colitur Mavortia campis,
(Thraces arant) acri quondam regnata Lycurgo.

97 * Hic domus Æneæ cunctis dominabitur oris,
Et nati natorum, & qui nascentur ab illis.

294 † Hic incredibilis rerum fama occupat aures,
Priamiden Helenum Graias regnare per urbes:
Conjugio Æacidæ Pyrrhi, sceptrísque potitum.

4. Æn. 229 * Sed fore qui gravidam imperiis, bellóq; frementem
Italiam regeret, genus alto à sanguine Teucri
Proderet, ac totum sub leges mitteret orbem.

6. Æn. 752 † Augustus Cæsar, Divûm genus, aurea condet
Sæcula qui rursus Latio, regnata per arva
Saturno quondam, super Garamantas & Indos
Proferet imperium.--

851 * Tu regere imperio populos, Romane, memento,
(Hæ tibi erunt artes) pacísque imponere morem,
Parcere subjectis, & debellare superbos.

7. Æn. 45 † --Rex arva Latinus, & urbes
Iam senior longâ placidas in pace regebat.

8. Æn. 325 * --sic placidâ populos in pace regebat.

7. Æn. 70 † Portibus ex iisdem, & summa dominarier arce.

6. Æn. 766 * Vnde genus longâ nostrum dominabitur Albâ.

2. Æn. 327 † --incensa Danaï dominantur in urbe.

6. Æn. 302 * Ipse ratem conto subigit, velísque ministrat.

1. Geor. 201 †-- adverso flumine lembum Remigiis subigit.--

1. Æn. 507 * Iura dabat, legésque viris.-- (Dido)

12. Æn. 568 † Ni frænum accipere, & victi parere fatentur.

10. Æn. 523 * Iustitiâque dedit gentes frænare superbas.

v. Rector, Lex, & Frænum.

REGNUM, IMPERIUM, AULA, *Curia, Regia, Sella regni, Sceptrum, Trabea, Solium, Corona, &c.*

1. Ecl. 70 POst aliquot, mea regna videns mirabor, aristas.

4. Ecl. 6 † Iam redit & Virgo, redeunt Saturnia regna.

* -- non res, perituráque regna.-- 2.Geor.498
† - melior vacuâ sine regnet in aulâ, 90
* -. ipsæ regem, parvósque Quirites 201
Sufficiunt, aulásque, & cerea regna refingunt.
† - hoc regnum Dea gentibus esse, 1. Æn. 17
Si quà fata sinant, jam tum tendítque, fovétque.
* --illic fas regna resurgere Trojæ. 205
† - sic nos in sceptra reponis? 252
* His ego nec metas rerum, nec tempora pono: 277
Imperium sine fine dedi.--
† Imperium Oceano, famam qui terminet astris. 286
* Imperium Dido Tyriâ regit urbe profecta. 339
† Vultis, & his mecum pariter considere regnis? 571
Vrbem quam statuo, vestra est. (*Dido Teucris.*)
*Trojanas ut opes, & lamentabile regnum, 2. Æn. 4
Eruerint Danaï --
† Insula dives opum, Priami dum regna manebant. 21
* Dum stabat regno incolumis, regnúmque vigebat 88
Consiliis.--
† Excessêre omnes adytis, arísque relictis 351
Dii, quibus imperium hoc steterat.--
* Fama volat, pulsum regnis cessisse paternis 3. Æn. 121
Idomenéa ducem.--
† Centum urbes habitant magnas, uberrima regna. 106
* Imperiúmque urbi dabimus.-- 59
† Et patrio insonteis Harpyias pellere regno. 249
*Quam tu urbē soror, hanc cernes? quæ surgere regna 4. Æn. 47
Conjugio tali?--
† Quò regnum Italiæ Libycas averteret oras. 106
* Ac Dominum Ænean in regna recepit. 214
† --cui regnum Italiæ, Romanáque tellus Debentur.- 275
* --qui manibus magnum rescindere cœlum 6. Æn. 583
Aggressi, superísque Iovem detrudere regnis.
† Gnosius hæc Rhadamanthus habet durissima regna; 566
Castigátque, audítque dolos, subigítque fateri, &c
* Quàm metui, ne quid Libyæ tibi regna nocerent. 694
† --illa inclyta Roma 781
Imperium terris, animos æquabit Olympo.
* .super, & Garamantas, & Indos 749
Proferet imperium: jacet extra sydera tellus,
Extra anni, Solísque vias, ubi cœlifer Atlas, &c.
† Ipse Quirinali lituo parvâque sedebat 7. Æn 187
Succinctus trabeâ, lævâque ancile gerebat.

7. Æn. 612 † Ipse Quirinali trabeâ, cinctúque Gabino
Insignis, reserat stridentia limina Consul.
1. Geor. 503 * Iampridem nobis cœli te Regia, Cæsar, Invidet.--
8. Æn. 362 † Vt ventum ad sedes: hæc, inquit, limina victor
Alcides subiit, hæc illum Regia cepit:
Aude hospes contemnere opes, & te quoq; dignum
Finge Deo, rebúsque veni non asper egenis:
Dixit, & angusti subter fastigia tecti,
Ingentem Æneam duxit, stratisq; locavit. (*Evander.*)
8. 1 * Regis Romani, primus qui legibus urbem
Fundabit, Curibus parvis, & paupere terrâ
Missus in imperium magnum.-- (*Numa.*)
7. Æn. 98 † Externi veniunt generi, qui sanguine nostrum
Nomen in astra ferant, quorumque à stirpe nepotes
Omnia sub pedibus, quà Sol utrumque recurrens
Aspicit Oceanum, vertíque, regíque videbunt.
256 * --paribúsque in regna vocari Auspiciis.--
313 † Non dabitur regnis (esto) prohibere Latinis.
421 * Turne tot incassum fusos patiêre labores,
Et tua Dardaniis transcribere sceptra colonis?
8. Æn. 505 † Ipsi Oratores ad me, regníque coronam
Cum sceptro misit: mandátque insignia Tarchon,
Succedam castris, Tyrrhenáque regna capessam,
Sed mihi tarda gelu, seclisque effœta senectus
Invidet imperium, seræque ad fortia vires.
11. Æn. 218 * Qui regnum Italiæ, & primos sibi poscat honores.
321 † Dicamus leges sociósque in regna vocemus.
461 * Illi armis in regna ruunt.--
238 † Et primus sceptris haud læta fronte Latinus.
539 * Pulsus ob invidiam regno, virésque superbas.
334 † Munera portantes eborísque, auríque talenta,
Et sellam regni, trabeámque insignia nostri.
12. Æn. 189 * Non ego, nec Teucris Italos parêre jubebo,
Nec mihi regna peto: paribus sed legibus ambæ
Invictæ gentes, æterna in fœdera mittent.
192 †-socer arma Latinus habeto, Imperiũ solẽne socer.--
206 * Vt sceptrum hoc (dextrâ sceptrũ nam fortè gerebat)
Nunquam fronde levi fundet virgulta, nec umbras:
Cùm semel in sylvis imo de stirpe recisum,
Matre caret, posuítque comas, & brachia ferro,
Olim arbos, nunc artifici: manus ære decoro
Inclusit patribúsque dedit gestare Latinis.
544 † Occidis, Argivæ quem non potuêre phalanges

Sternere, nec Priami regnorum eversor Achilles.
† Accipit Æneam solióque invitat acerno. 8. Æn. 178
* Hîc finis fandi, solio tum Iuppiter aureo 10. Æn. 116
Surgit, Cœlicolæ medium quem ad limina ducunt.
† Pulsus ob invidiam solio, sceptrísque paternis. 852
* --sed non replenda est Curia verbis. 11. Æn. 380

v. Rex.

REGNATOR, REX, REGINA, Regalis, Regius, Regificus, Curia, Sedes, Patria, Tiaras, Regni insigne, Corona, &c.

O Vicquideris, nam te nec sperent tartara Regem 1. Geor. 35
Nec tibi regnandi veniat tam dira cupido.
* Terrarúmque velis curam, & te maximus orbis 26
Authorem frugum, tempestatúmq; potentem
Accipiat.--
† Prætereà Regem non sic Ægyptus, & ingens 4. Geor. 210
Lydia, nec populi Parthorum, aut Medus Hydaspes
Observant; rege incolumi, mens omnibus una est;
Amisso, rupêre fidem, constructáque mella
Diripuêre ipsæ, & crates solvêre favorum:
Ille operum custos, illum admirantur, & omnes
Circumstant fremitu denso, stipántq; frequentes,
Et sæpè attollunt humeris, & corpora bello
Objectant, pulchrámque petunt per vulnera mortem.
* Quidve dolens Regina Deûm, tot volvere casus 1. Æn. 13
† Ast ego, quæ, Divûm incedo Regina.-- 50
* Effodêre loco signum, quod regia Iuno Monstrarat. 447
† Regius accitu cari genitoris ad urbem 681
Sidoniam puer ire parat, mea maxima cura.
* --quem das finem, rex magne, laborum? 240
† Septa armis, solióque altè subnixa resedit, 505
Iura dabat, legésque viris, operúmque laborem
Partibus æquabat justis, aut sorte trahebat.
* O Regina novam cui condere Iuppiter urbem, 522
Iustitiáque dedit gentes frænare superbas.
† Rex erat Æneas nobis, quo justior alter 543
Nec pietate fuit, nec bello major, & armis.
* --regémque petamus Acesten. 1. Æn. 557
† --regémque optatis Acesten. 569

2. Æn. 226 † --flammas cùm regia puppis Extulerat.--
1. Æn. 33 * Pectoribus, mœstóque immugit Regia luctu.
4. Æn. 220 † --oculos ad mœnia torsit Regia.-- (*Iuppiter ad Carthaginem.*)
1. Æn. 695 * --dona Cupido Regia portabat Tyriis.--
2. Æn. 556 † Tot quondam populis, terrísque superbum Regnatorem Asiæ -- (*Priamum.*)
779 * --haud ille finit superi regnator Olympi.
554 † --hic exitus illum
Sorte tulit, Trojam incensam, & prolapsa videntem
Pergama, tot quondam populis, terrísque superbum
Regnatorem Asiæ, jacet ingens littore truncus,
Avulsúmque humeris caput, & sine nomine corpus.
3. Æn. 80 * Rex Anius, Rex idem hominum, Phœbíq; sacerdos,
Vittis, & sacrâ redimitus tempora lauro.
4. Æn. 133 † Reginam thalamo cunctantem ad limina primi
Pœnorum expectant, ostróque insignis, & auro
Stat sonipes, ac fræna ferox spumantia mandit:
Tandem progreditur, magnâ stipante catervâ
Sidoniam picto chlamydem circundata limbo,
Cui pharetra ex humero, crines nodantur in aurum,
Aurea purpuream subnectit fibula vestem.
268 * Ipse Deûm tibi me claro demittit Olympo.
Regnator, cœlum & terras qui numine torquet.
5. Æn. 289 † --quo se multis cum millibus Heros,
Consessu medium tulit, extructóque resedit.
6. Æn. 604 * Aurea fulcra toris, epulæque ante ora paratæ
Regifico luxu. Furiarum maxima juxta.
7. Æn. 75 † Regaléſque accensa comas, accensa coronam
Insignem gemmis.-- (*Lavinia.*)
168 * --ille intra tecta vocari
Imperat, & solio medius consedit avito.
Tectum augustum, ingens, centum sublime columnis,
Vrbe fuit summâ, Laurentis Regia Pici,
Horrendum sylvis, & relligione parentum.
Hinc sceptra accipere, & primos attollere fasces
Regibus omen erat, hoc illis curia templum.
192 † Tali intus templo Divûm, patriâque Latinus
Sede sedens, Teucros ad sese in tecta vocavit,
Atque hæc ingressis placido prior edidit ore:
Dicite Dardanidæ.--
246 * Hoc Priami gestamen erat cùm jura vocatis
More daret populis, sceptrúmque, sacerque Tiaras,

† Attonitis inhians animis, ut regius ostro 7. Æn. 819
Velet honos tenues humeros, ut fibula crinem.
* Sic memorat, simul Ænean in regia ducit 1. Æn. 631
Tecta, simul Divûm templis indicit honorem.
† Indutus capiti, sic regia tecta subibat. 7. Æn. 668
* Ergo concilium magnum, primósque suorum 11. Æn. 234
Imperio accito: alta intra limina cogit.
Olli convenêre, fluúntque ad regia plenis
Tecta viis: sedet mediis Rex maximus ævo,
Et primus sceptris, haud lætâ fronte Latinus.
† Corniger Hesperidum fluvio regnator aquarum.
* Consurgit senior, tunicâque inducitur artus, 8. Æn. 73
Et Tyrrhena pedum circundat vincula plantis, 457
Tum lateri, atque humeris Tegeæum subligat ensem,
Demissa ab lævâ pantheræ terga retorquens;
Necnon, & gemini custodes limine ab alto
Procedunt, gressúmque canes comitantur herilem.
† Hæc ubi dicta dedit, sólio se attollit ab alto. 541
* Hanc multos florentem annos, Rex deinde superbo 481
Imperio, & sævis tenuit Mezentius armis.
† Intereà reges, ingenti mole Latinus, 12. Æn. 16
Quadrijugo vehitur curru, cui tempora circùm
Aurati bis sex radii fulgentia cingunt,
Solis avi specimen, bigis it Turnus in albis,
Bina manu lato crispans hastilia ferro.
* Messapus regem, Regísque insigne gerentem 289
Tyrrhenum Auleten, avidus confundere fœdus.
† At domus interior regali splendida luxu 1. Æn. 636
Instruitur.--
* Arte laboratæ vestes, ostróque superbo: 639
Ingens argentum mensis, cælatáque in auro
Fortia facta patrum, series longissima rerum,
Per tot ducta viros, antiquæ ab origine gentis.
† Prætereà sceptrum, Ilione quod gesserat olim 652
Maxima natarum Priami: collóque monile
Baccatum, & duplicem gemmis, auróq; coronam:
Hæc celerans iter ad naveis tendebat Achates.

v. Æneas.

RELIGIO, RELIGIOSUS, SUPERSTITIO, *Festi dies, Festus, Effigies sacræ, &c.*

2. *Geor.* 268 QVippe etiam festis quædam exercere diebus
Fas, & jura sinunt: rivos deducere nulla
Religio vetuit, segeti prætendere sepem,
Insidias avibus moliri, incendere vepres,
Balantúmque gregem fluvio mersare salubri, &c.

2. *Æn.* 151 † Quidve petunt? quæ rellig o? quæ machina belli?

713 * Est urbe egressis tumulus, templúmque vetustum
Desertæ Cereris, juxtáque antiqua cupressus,
Relligione patrum multos servata per annos.
Tu genitor, cape sacra manu, patriósque Penates,
Me bello è tanto digressum, & cæde recenti
Attrectare nefas, donec me flumine vivo Abluero.

3. *Æn.* 362 † Fare age (námq; omnẽ cursum mihi prospera dixit
Religio, & cuncti suaserunt numine Divi
Italiam petere, & terras tentare repostas.

8. *Æn.* 349 * Iam tum relligio pavidos terrebat agrestes
Dira loci, jam tum sylvam, saxúmq; tremebant:
Hoc nemus, hunc, inquit, frondoso vertice collem
(Quis Deus incertum est) habitat Deus.

12. *Æn.* 181 † Fontésque, fluviósque voco, quæque ætheris alti
Relligio, & quæ cœruleo sunt nomina Ponto.

2. *Æn.* 188 * Neu populum antiquâ sub relligione tueri.

3. *Æn.* 408 † Hunc socii morem sacrorum, hunc ipse teneto:
Hac casti maneant in relligione Nepotes.

7. *Æn.* 170 * Tectum augustũ, ingens, centum sublime columnis,
Horrendum sylvis, & relligione parentum, &c.
Quin etiam veterum effigies ex ordine avorum.

607 † Sunt geminæ Belli portæ (sic nomine dicunt)
Relligione sacræ, & sævi formidine Martis, &c.

8. *Æn.* 596 * Est ingens gelidum lucus prope Cæritis amnem,
Relligione patrum sacer, undiq; colles, &c.

2. *Æn.* 365 † perq; domos, & relligiosa Deorũ Limina sternũtur.

6. *Æn.* 70 * Instituam, festósq dies de nomine Phœbi.

2. *Geor.* 527 † Ipse dies agitat festos, fusúsq; per herbam Ignis ubi.

4. *Æn.* 458 * Tẽplũ miro quod honore colebat festâ frõde revinctũ.

2. *Æn.* 248 † Nos delubra Deûm festâ velamus fronde per urbẽ.

8. *Æn.* 187 * Vana superstitio, veterúmq; ignara Deorum.

12. *Æn.* 817 † Vna superstitio, Superis quæ reddita Divis.

v. Pietas, Impietas, & Templum.

REQVIES, REQVIESCERE.

NEc requies, quin aut pomis exuberet annus. 2. Geor. 516
†Nec mora, nec requies, at fulvæ nimbus arenæ. 3. Geor. 110
*Nec mora nec requies: quàm multâ grandine nimbi, 5. Æn. 458
†Nec mora, nec requies, vasto certamine tendunt, 12. Æn. 553
*Is locus urbis erit, requies ea certa laborum. 3. Æn. 393
† --túne ille senectæ Sera meæ requies.- 9. Æn. 481
* --spes tu una senectæ, Tu requies miseræ.- 12. Æn. 57
†Pectore, nec fibris requies datur ulla renatis. 6. Æn. 600
*Tempus inane peto, requiem, spatiúmq; furori. 4. Æn. 433
†Qui sibi jam requiem pugnæ, rebúsq; salutem 12. Æn. 241
Sperabant, nunc arma volunt.--
*Et si quid cessare potes, requiesce sub umbra. 7. Ecl. 10
†Hîc tamen hac mecum poteris requiescere nocte 1. Ecl. 80
Fronde super viridi: sunt nobis mitia poma.
*Et mutata suos requierunt flumina cursus. 8. Ecl. 4
†Sic quoque mutatis requiescunt fœtibus arva. 1. Geor. 82
*Nec requievit enim, donec Calchante ministro. 2. Æn. 100
• *v. Quies, Quiescere, Pax, & Otium.*

RESPONDERE, RESPONSARE,

Responsum dare, reddere, ferre, referre: petere, remittere; Reportare dicta, &c.

HIc mihi responsum primus dedit ille petenti. 1. Ecl. 45
†Æolus hæc contrà: tuus, ô Regina, quid optes 1. Æn. 76
Explorare labor, mihi jussa capessere fas est.
*Sic Venus, at Veneris contrà sic filius orsus. 324
†O Dea, si primâ repetens ab origine pergam, 371
Et vacet annales nostrorum audire laborum.
*Tum breviter Dido, vultum demissa profatur. 560
†Mittimus, ísque adytis hæc tristia dicta reportat, 2. Æn. 115
*Et cantare pares, & respondere parati. 7. Ecl. 5
†Vix ea fatus erat, gemitu cùm talia reddit: 2. Æn. 323
Vênit summa dies.--
* --neque enim responsa dabantur Fida satis.- 376
†Ille mihi, nec me quærentem vana moratur. 287
*Atque hîc responsum paucis ita reddidit heros, 6. Æn. 672
Nulli certa domus.--
†In dubiis responsa petunt.-- 7. Æn. 86
*Hic, & tum pater ipse petens responsa Latinus. 92
†Bis capti Phryges hæc Rutulis responsa remittunt. 9. Æn. 635

7. Æn. 95 † -- subita ex alto vox reddita luco est;
Ne pete connubiis natam sociare Latinis.

102 * Hæc responsa patris Fauni, monitúsque silenti
Nocte datos, non ipse suo premit ore Latinus.

10. Æn. 448 † Talibus & dictis it contra dicta tyranni;
Aut spoliis ego jam raptis laudabor opimis.

530 * Dixerat Æneas, contrà cui talia reddit:
Argenti, atque auri memoras, quæ multa talenta,
Gnatis parce tuis. --

11. Æn. 226 † Ecce super, mœsti magni Diomedis ab urbe
Legati responsa ferunt, nihil omnibus actum
Tantorum impensis operum: nil dona, nec aurum,
Nec magnas valuisse preces; alia arma Latinis
Quærenda. --

239 * Atque hic Legatos Ætola ex urbe remissos,
Quæ referant, fari jubet, & responsa reposcit
Ordine cuncta suo, tunc facta silentia linguis,
Et Venulus dicto parens, ita farier infit:
Vidimus, ô cives. --

251 † Auditis, ille hæc placido sic reddidit ore,
O fortunatæ gentes,

507 * Turnus ad hæc, oculos horrendâ in virgine fixus
O decus Italiæ virgo. --

12. Æn. 18 † Olli sedato respondit corde Latinus:
O præstans animi juvenis. --

111 * -- Regíque jubet responsa Latino
Certa referre viros, & pacis dicere leges.

756 † -- ripæque, lacúsque Responsant circa. --

v. Echo, & Silere.

ROMA PULCHERRIMA, INCLYTA, Maxima rerum: Saturnia tellus: Romani rerum domini, Gens togata, Propago potens, Romulides, Quirites: Romulus, Romuleus, &c.

1. Ecl. 20. Urbem, quam dicunt Romam, Melibœe, putavi
Stultus ego, huic nostræ similem. --
Sic canibus catulos similes, sic matribus hœdos
Nôram, sic parvis componere magna solebam:
Verùm, hæc tantùm alias inter caput extulit urbes;
Quantùm lenta solent inter viburna cupressi.

1. Geor. 497 * Dii patrii indigetes, & Romule, Vestáque mater,
Quæ Thuscum Tyberim, & Romana palatia servas,

† Ergo inter sese paribus concurrere telis — 1. Geor. 498
Romanas acies iterùm vidêre Philippi.
* -- sæpè tuo perfusi flumine sacro — 2. Geor. 147
Romanos ad templa Deûm duxêre triumphos.
† Qui nunc extremis Asiæ jam victor in oris — 171
Imbellem avertis Romanis arcibus Indum:
Salve magna parens frugum, Saturnia tellus,
Magna virûm; tibi res antiquæ laudis, & artis
Ingredior, sanctos ausus recludere fontes,
Ascræúmque cano Romana per oppida carmen.
* -- sic fortis Etruria crevit, — 533
Scilicet & rerum facta est pulcherrima Roma,
Septem quæ una sibi muro circumdedit arces.
† Non secùs ac patriis acer Romanus in armis, — 3. Geor. 345
* -- genus unde Latinum, — 1. Æn. 6
Albaníque patres, atque altæ mœnia Romæ.
† Progeniem sed enim Trojano à sanguine duci — 19
Audierat, Tyrias olim quæ verteret arces:
Hinc populum latè regem, bellóq; superbum
Venturum excidio Libyæ. --
* Tantæ molis erat Romanam condere gentem. — 33.
† Gente sub Hectoreâ, donec Regina Sacerdos — 277
Marte gravis, geminam partu dabit Ilia prolem.
Inde lupæ fulvo nutricis tegmine lætus
Romulus excipiet gentem, & Mavortia condet
Mœnia, Romanósque suo de nomine dicet:
His ego nec metas rerum, nec tempora pono.
Imperium sine fine dedi, quin aspera Iuno.
* Consilia in melius referet, mecúmque fovebit — 281
Romanos, rerum dominos, gentémque togatam.
† Ascanióne pater Romanas invidet arces? — 4. Æn. 234
* -- cui regnum Italiæ, Romanáque tellus — 275
Debentur. --
† -- hinc maxima porrò — 5. Æn. 601
Accepit Roma, & patrium servavit honorem.
* Cana Fides, & Vesta, Remo cum fratre Quirinus. — 1. Æn. 292
† In tantum spe tollet avos, nec Romula quondam — 6. Æn. 876
Ullo se tantum tellus jactabit alumno.
* En hujus, Nate, auspiciis illa inclyta Roma — 781
Imperium terris, animos æquabit Olympo,
Septémque una sibi muro circumdabit arces.
† Excudent alii spirantia molliùs æra, — 847
Credo equidem, vivos ducent de marmore vultus;

Orabunt causas meliùs, cœlíque meatus
Describent radio, & surgentia sydera dicent:
Tu regere imperio populos, Romane, memento.
(Hæc tibi erunt artes) pacísque imponere morem,
6. Æn. 870 Parcere subjectis, & debellare superbos.
* -- nimiùm vobis, Romana propago
Visa potens, Superi, propria hæc si dona fuissent:
Quantos ille virûm magnam Mavortis ad urbem
7. Æn. 6-2 Campus aget gemitus, vel quæ, Tyberine, videbis.
† -- nunc maxima rerum
8. Æn. 99 Roma colit, cùm prima movent in prælia Martem.
* -- quæ nunc Romana potentia cœlo
626 Æquavit. --
† Illic Res Italas, Romanorúmque triumphos
Fecerat Ignipotens: illic genus omne futuræ
729 Stirpis ab Ascanio, pugnatáque in ordine bella.
* Talia per clypeum Vulcani dona parentis
Miratur, rerúmque ignarus imagine gaudet,
6. Æn. 778 Attollens humero, famámque, & fata nepotum.
† Quin & avo comitem sese Mavortius addet
Romulus, Assaraci quem sanguinis Ilia mater
8. Æn. 342 Educet, viden' ut geminæ stant vertice cristæ?
* Hinc lucum ingentem (quem Romulus acer Asylum
6. Æn. 875 Rettulit,) & gelidâ monstrat sub rupe Lupercal.
† Nec puer Iliacâ quisquam de gente Latinos
In tantum spe tollet avos, nec Romula quondam
8. Æn. 637 Vllo se tantùm tellus jactabit alumno.
* -- subitóq; novum consurgere bellum
653 Romulidis, Tatióque seni, Curibú'q; severis,
† In somno custos Tarpeiæ Manlius arcis,
Stabat pro templo, & Capitolia celsa tenebat,
7. Æn. 709 Romulcóque recens horrebat Regia culmo.
*Per Latium postquàm in partem data Roma Sabinis
4. Geor. 201 Vnà ingens Amiterna cohors, priscíque Quirites.
† -- apes Regem, parvósque Quirites Sufficiunt.-

RVPES, SAXVM, SILEX, SAXEVS, Saxosus: Scopulus, Pumex, Cautes, &c.

2. Geor. 185 QValem sæpè cavâ montis convalle solemus
Despicere huc summis liquuntur rupibus amnes.
1. Ecl 77 * Dumosâ pendere procul de rupe videbo.
5. Æn. 180 † Summâ petit scopuli, siccáque in rupe resedit,

† Ore omnes versæ in Zephyrum, stant rupibus altis 3. Geor. 273
* -- immanésque columnas Rupibus excidunt. -- 1. Æn. 418
† Stabat acuta silex, præcisis undique saxis 8. Æn. 233
Speluncæ dorso insurgens, altissima visu.
* Quid memorem Lapithas, Ixiona, Pirithoúmq; ? 6. Æn. 601
Quas super atra silex jam jam lapsura, cadentíq;
Imminet assimilis. --
† Nec magis incepto vultum sermone movetur, 470
Quàm si dura silex, aut stet Marpesia cautes.
* -- sed duris genuit te cautibus horrens Caucasus. -- 4. Æn. 365
† Objectæ salsâ spumant aspergine cautes, 3. Æn. 534
Ipsa latet, gemino demittunt brachia muro
Turriti scopuli. --
* Hinc altas cautes, projectáque saxa Pachyni 699
Radimus, & fatis nunquam concessa moveri
† Non scopuli, rupésq; cavæ, atq; objecta retardant 3. Geor. 253
Flumina, correptos undâ torquentia montes.
* Pinifer illum etiam solâ sub rupe jacentem 10. Ecl. 14
Mænalus, & gelidi fleverunt saxa Lycæi.
† Fortè ratis celsi conjuncta crepidine saxi. 10. Æn. 653
* Rupe sub aëriâ, deserti ad Strymonis undam. 4. Geor. 507
† Fert ingens toto connixus corpore saxum, 10. Æn. 127
Haud partem exiguam montis, Lyrnesiu Agmon.
* Saxa quoque infesto volvebant pondere. -- 9. Æn. 512
† Iam primùm saxis suspensam hanc aspice rupem 8. Æn. 190
Disjectæ procul ut moles, desertáque montis
Stat domus, & scopuli ingentem traxêre ruinam.
* Speluncæque tegant, & saxea procubet umbra. 3. Geor. 145
† Saxea pila cadit, magnis quam molibus antè. 9. Æn. 710
* Saxosas inter decurrunt flumina valles. 5. Ecl. 84
† Nascuntur steriles saxosis montibus orni. 2. Geor. 111
* Saxosúmque sonans Hypanis, Mysúsque Caïcus. 4. Geor. 370
† Tartareus Phlegeton, torquétq; sonantia saxa. 6. Æn. 551
* Ausonidum turbata fremor: ceu saxa morantur 11. Æn. 297
Cùm rapidos amnes, clauso fit gurgite murmur,
Vicinæque fremunt ripæ crepitantibus undis.
† Cui domus, & dulces latebroso in pumine nidi. 5. Æn. 214
* Inclusas ut cùm latebroso in pumice pastor 12. Æn. 587
Vestigavit apes, fumóque implevit amaro.
† Sub terrâ fodêre larem, penitúsque repertæ 4. Æn. 43
Pumicibúsque cavis, exesæque arboris antro.
* Aut ubi odor cœni gravis, aut ubi concava pulsu 49
Saxa sonant, vocísque offensa resultat imago,

SACERDOS, MINISTER, &c.

12. Æn. 169 PRocedunt castris, puráq; in veste Sacerdos, &c.

6. Æn. 66 † Quíque Sacerdotes casti, dum vita manebat, &c. [ibant.

8. Æn. 281 * Iámq; Sacerdotes, primúsq; Potitius, Pellibus in morem cincti, flammásque ferebant,

6. Æn. 41 † -- Teucros vocat alta in templa Sacerdos.

628 * Hæc ubi dicta dedit Phœbi longæva Sacerdos,

543 † Deïphobus contrà: ne sævi magna Sacerdos.

1. Æn. 277 * -- donec Regina Sacerdos Marte gravis --

3. Æn. 80 † Rex Anius, Rex idem hominum, Phœbíq; Sacerdos Vittis, & sacrâ redimitus tempora lauro.

7. Æn 750 * Quin & Marrubiä vênit de gente Sacerdos Fronde super galeam, & felici comptus olivâ.

10. Æn. 537 † Nec procul Æmonides Phœbi, Triviæq; Sacerdos, Infula cui sacrâ redimitus tempora vittâ, Totus collucens veste, atque insignibus armis.

4. Æn. 483 * Hic mihi Massylæ gentis monstrata Sacerdos Hesperidum templi custos. --

8. Æn. 268 † Et domus Herculei custos pinaria sacri, Hanc aram luco statuit. -- &c.

7. Æn. 443 * Cura tibi Divûm effigies, & templa tueri.

3. Geor. 498 † -- stans ostia ad aram Inter cunctantes cecidit moribunda ministros.

2. Æn. 100 * Nec requievit enim, donec Calchante ministro.

SACRIFICARE, SACRA FERRE; *Facere: Litare, Iugulare, Mactare, Cædere, Immolare, Libare, Adolere, Adolescere, Fundere, Luere, Lustrare, Piare, &c. Thus, Thuricremus, Thurea dona: Lac, Vinum, Oleum, Sanguis: Acerra, Patera, &c.*

3. Æn. 19 SAcra Dioneæ matri, Divísque ferebam.

8. Æn. 84 † Quam pius Æneas, tibi enim, tibi maxima Iuno Mactat, sacra ferens, & cum grege sistit ad aram.

3 Ecl. 77 * Cùm faciam vitulâ pro frugibus, ipse venito.

8. Æn. 188 † -- sævis, hospes Trojane, periclis Servati facimus, meritósque novamus honores.

* Exin se cuncti divinis rebus ad urbem Perfectis referunt, -- (*Evander, & Æneas.*)

† Quattuor hic juvenes, totidem quos educat Vfens, 10. Æn. 518
Viventes rapit, inferias quos immolet umbris.
* (*Æneas Turno.*) tune hinc spoliis indute meorum 12. Æ. 947
Eripiare mihi? Pallas te hoc vulnere, Pallas
Immolat, & pœnam scelerato à sanguine sumit.
† -- lapsúmque superstans Immolat. -- 10. Æ. 540
* -- animâque litandum Argolicâ. -- 2. Æn. 518
† Tu modo posce Deos veniam, sacrísque litatis. 4. Æn. 50
* In flammam jugulant pecudes. -- 11. Æn. 200
† Supponunt alii cultros, tepidúmque cruorem 63. Æ. 248
Excipiunt pateris. -
* Cœlicolûm Regi mactabam in littore taurum. 3. Æn. 21
† Aut si quam ferro mactaverat antè Sacerdos. 3. Geor. 490
* Centum lanigeras mactabat ritè bidentes. 7. Æ. 93
† -- mactant lectas de more bidentes. 4. Æn. 57
* Dona ferunt, onerántque aras, mactántq; juvencos. 5 Æn. 101
† Sic fatus, meritos aris mactavit honores. 3. Æn. 118
* Solemnes taurum ingentem mactabat ad aras. 2. Æn. 201
† -- Baccho caper omnibus aris Cæditur. -- 2. Geor. 380
* Ante aras terram cæsi stravêre juvenci. 8. Æn. 718
† -- cædit quinas de more bidentes. 5. Æn. 96
* Cædere deinde jubet, & tempestatibus agnam. 772
† -- hîc ariete cæso. 7. Æn. 175
* Sanguine placastis ventos, & virgine cæsâ. 2. Æn. 116
† Dixit, & in mensâ laticum libavit honorem, 1. Æn. 736
Primáq; libato summo tenus attigit ore.
* Aulai in medio libabant pocula Bacchi, 3. Æn. 354
Impositis auro dapibus, paterásque tenebant.
† Hoc pater Anchises auro libabat ad aras. 7. Æn. 245
* Summa notant pecudum, paterísq; altaria libant. 12. Æn. 175
† Te, libans, Lenæe, vocat: pecorísq; magistris. 2. Geor. 529
* Hîc duo ritè mero libans carchesia Baccho. 5. Æn. 77
† Iuppiter omnipotens, cui nunc Maurusia pictis 4. Æn. 206
Gens epulata toris, Lenæum libat honorem, &c.
* Nunc pateras libate Iovi. -- 7. Æn. 133
† Hîc laticis, qualem pateris libamus, & auro. 2. Geor. 192
* Solennes tum fortè dapes, & tristia dona 5. Æn. 301
Libabat cineri Andromache, Manésq; vocabat.
† Composito rumpit vocem, & me destinat aræ. 2. Æn. 129
* Aut aris servare sacris. -- (*Vitulos.*) 3. Geor. 160
† Stans procul in prorâ, pateram tenet, extáq; salsos 5. Æn. 575
Porricit in fluctus, & vina liquentia fundit.
* -- extáq; salsos 237

Porriciam in fluctus, & vina liquentia fundam.

4. *Æn.* 60 † --pateram media inter cornua fundit.

5. *Æn.* 98 * Vináque fundebant pateris. --

77 † -- Carchesia Baccho -- Fundit humi. --

4. *Æn.* 454 * Fusáq; in obscœnum se vertere vina cruorem.

10. *Æn.* 520 † perfundat sanguine flammas.

8. *Ecl.* 64 * Verbenásque adole pingues, & mascula thura.

3. *Æn.* 547 † Iunoni Argivæ jussos adolemus honores.

1. *Æn.* 703 * Quinquaginta intùs famulæ, quibus ordine longo
Cura penum struere, & flammis adolere Penates.

7. *Æn.* 71 † Præterea custos adolet dum altaria tædis.

3. *Geor.* 378 * Pars epulis onerant mensas, pars plena reponunt
Pocula, Panchæis adolescunt ignibus aræ.

6. *Æn.* 378 † Nam tua finitimi longè, lateque per urbes
Prodigiis acti cœlestibus ossa piabunt.

2. *Æn.* 183 * Hanc pro Palladio moniti, pro numine læso
Effigiem statuêre, nefas quæ triste piaret.

139 † Quos illi fors ad pœnas ob nostra reposcent
Effugia, & culpam hanc miserorum morte piabunt.

717 * Tu genitor, cape sacra manu: patriósque Penates:
Me bello è tanto digressum, & cæde recenti
Attrectare nefas, donec me flumine vivo
Abluero. -- (*Æneas Anchisæ.*)

5. *Æn.* 734 † (*Anchises*) -- Elysiúmque colo: huc casta Sibylla
Nigrarum multo pecudum te sanguine ducet.

10. *Æn.* 31 * Si sine pace tua, atque invito numine Troës
Italiam petiêre, luant peccata, neque illos
Iuveris auxilio -- (*Venus Iovi.*)

12. *Æn.* 694 † Quæcunque est fortuna, mea est, me verius unum
Pro vobis fœdus luere, & decernere ferro.

1. *Æn.* 136 * Post mihi non simili pœnâ commissa luetis.

3. *Æn.* 280 † Lustramúrque Iovi, votísque incendimus aras.

7. *Æn.* 389 * Evohe Bacche fremens, solum te virgine dignum,
Te lustrare choros, sacrum tibi pascere crinem.

11. *Æn.* 88 † Ter circum accensos cuncti fulgentibus armis
Decurrêre rogos, ter mœstum funeris ignem
Lustravêre in equis, ululatúsque ore dedêre.

6. *Æn.* 229 * Idem ter socios purâ circumtulit undâ,
Spargens rore levi, & ramo felicis olivæ,
Lustravítque viros, dixítq; novissima verba.

4. *Æn.* 636 † Dic corpus properet fluviali spargere lymphâ.

6. *Æn.* 242 * Quattuor hîc primùm nigrantes terga juvencos
Constituit. frontíque invergit vina Sacerdos,

Et summas carpens media inter cornua setas,
Ignibus imponit sacris libamina prima.

† Impositque rogis juvenes ante ora parentum. 6. Æn. 310

* Ergo ritè suum Baccho dicemus honorem, 2. Geor. 393
Carminibus patriis, lancésq; & liba feremus.

† Sinum lactis, & hæc te liba, Priape, quotannis 7. Ecl. 33
Expectare sat est. --

* Talem dives arat Capua, & vicina Vesevo 2. Geor. 224
Ora jugo, & vacuis Clanius non æquus acerris.

† Hæc memorans cinerem, & sopitos suscitat ignes, 5. Æn. 743
Pergameúmque Larem, & canæ penetralia Vestæ
Farre pio, & plenâ supplex veneratur acerrâ.

* Vnà omnes juvenum primi, paupérq; Senatus 8. Æn. 105
Thura dabant, tepidúsque cruor fumabat ad aras.

† - ubi templum illi, centúmque Sabæo 1. Æn. 416
Thure calent aræ, sertísque recentibus halant.

* Succedunt matres, & templum thure vaporant. 481

† India mittit ebur, molles sua thura Sabæi. 1. Geor. 57

* -- solis est thurea virga Sabæis. 2. Geor. 117

† Totáque thuriferis Panchaïa pinguis arenis. 139

* Vidi, thuricremis cùm dona imponeret aris. 4. Æn. 453

† -- congesta cremantur Thurea dona, dapes.- &c. 6. Æn. 224

* Verbenásque adole pingues, & mascula thura. 8. Ecl. 64

† Hìc rarum tamen in dumis olus, albáq; circum 4. Geor. 1.0
Lilia, verbenásque premens, vescúmque papaver.

* Velati lino, & verbenâ tempora vincti. 12. Æn. 120

† Inferimus tepido spumantia cymbia lacte. 3. Æn. 66

* Cuncta tibi Cererem pubes agrestis adoret, 1. Geor. 343
Cui tu lacte favos, & miti dilue Baccho.

† Fundit humi, duo lacte novo, duo sanguine sacro. 5. Æn. 78

* Pocula bina novo spumantia lacte quotannis, 5. Ecl. 67
Cratetásque duos statuam tibi pinguis olivi.

† Thurea dona, dapes, fuso crateres olivo. 6. Æn. 22

* Et solida imponit taurorum viscera flammis, 253
Pingue supérque oleum fundens ardentibus extis.

† Quin & Marrubiâ vênit de gente Sacerdos, 7. Æn. 7

Fronde super galeam, & felici comptus olivâ.

* Ipse caput tonsæ foliis evinctus olivæ. 5. Æn. 77

† Quis procul ille autem ramis insignis olivæ 6. Æn. 881
Sacra ferens? -- (*Numa.*)

* -- induit albos 7. Æn. 41
Cum vitta crines, tum ramum innectit olivæ.

† Sufficiet Baccho vites: hic fertilis uvæ. 2. Geor. 19

6. Æn. 227 * Relliquias vino, & bibulam lavêre favillam.
5. Æn. 98 † Vináque fundebat pateris, animámq; vocabat.
1. Æn. 723 * Postquàm prima quies epulis, mensæque remotæ
Crateras magnos statuunt, & vina coronant &c.
728 † Hîc Regina gravem gemmis, auróque poposcit,
Implevítque mero pateram, quam Belus, & omnes.
3. Æn. 525 * Tum pater Anchises magnum cratera coronâ
Induit, implevítque mero, Divósque vocavit.
7. Æn. 145 † Certatim instaurant epulas, atque omine magno
Crateras læti statuunt, & vina coronant.
8. Æn. 170 * Tum lecti juvenes certatim, aræque Sacerdos
Viscera tosta ferunt taurorum, oneràntque canistris
Dona laboratæ Cereris, Bacchúmque ministrant.
5. Æn. 67 † -- en quattuor aras,
Et multo in primis hilarans convivia Baccho.
v. Templum, Ara, & Sacerdos.

SAGITTA, SPICULUM, ARUNDO, *Calamus, Ferrum, Telum, Pharetra, Arcus, Cornu, Nervus, &c.*

1. Æn. 186 Constitit hîc arcúmque manu, celerésque sagittas
Corripuit, fidus quæ tela gerebat Achates,
Ductorésq; ipsos primum capita alta ferentes
Cornibus arboreis sternit. -- (*Æneas cervos.*)
10. Ecl. 59 * -- libet Partho torquere Cydonia cornu Spicula.-
5. Æn. 544 † Extremus, volucri qui fixit arundine malum.
500 * Tum validis flexos incurvant viribus arcus
Pro se quisque viri, & depromunt tela pharetris:
Primáque per cœlum nervo stridente sagitta
Hyrtacidæ juvenis volucres diverberat auras.
507 † Et venit, adversíque infigitur arbore mali,
Pòst acer Mnestheus adducto constitit arcu,
Alta petens, paritérque oculos, telúmq; tetendit. &c.
7. Æn. 501 * Ascanius curvo direxit spicula cornu,
Nec dextræ erranti Deus abfuit, actáque multo,
Pérque uterum sonitu, pérque Ilia vênit arundo.
5. Æn. 578 † Strinxerat ille, manum projecto tegmine demens
Ad vulnus tulit, ergo alis allapsa sagitta,
Et lævo infixa est lateri manus, abditáque intùs
Spiramenta animæ lethali vulnere rupit.
590 * Tum primùm bello celerem intendisse sagittam
Dicitur,

Dicitur, antè feras solitus terrere fugaces.
† Non tulit Ascanius, nervóque obversus equino | 9. Æn. 622
Contèndit telum, diversáque brachia ducens.
* Flectere ludus equos, & spicula tendere cornu. | 606
† Et fugit horrendùm stridens elapsa sagitta, | 632
Pérque caput Remuli venit, & cava tempora ferro
Trajicit; i, verbis virtutem illude superbis.
* -- queis tela sagittæ, | 10. Æn. 198
Corytíque leves humeris, & lethifer arcus.
† -- Túne etiam telis moriêre Dianæ? | 11. Æn. 858
Dixit & auratâ volucrem Threïssa sagittam
Deprompsit pharetrâ, cornúque infusa tetendit,
Et duxit longè, donec curvata coirent,
Inter se capita, & manibus jam tangeret æquis,
Lævâ aciem ferri, dextrâ, nervóque papillam.
Extemplò teli stridorem, aurásque sonantes
Audiit unà Aruns, hæsítque in corpore ferrum.
* Spiculáque ex humero parvæ suspendit, & arcum. | 575
† Spicula torquebat Lycio Cortynia cornu. | 769
* Ecce viro stridens alis allapsa sagitta est. | 12. Æn. 319
† Ipse suas artes sua munera lætus Apollo, | 398
Augurium, citharámque dabat, celerésq; sagittas.
* -- non illa feris incognita capris | 414
Gramina, cùm tergo volucres hæsêre sagittæ.
† Iámque sequuta manum nullo cogente sagitta, &c. | 423
* -- medios volat ecce per hostes | 650
Vectus equo spumante Sages, adversa sagitta.
† Nec minus Æneas (quanquam tardante sagittâ | 746
Interdum genua impediunt, cursúmq; recusant.)
* Non secùs ac nervo per nubem impulsa sagitta | 856
Armatam sævi Parthus quam felle veneni,
Parthus sive Cydon telum immedicabile torsit,
Stridens, & celeres incognita transilit umbras.
† Te quoque magnanimæ viderunt, Ismare, gentes | 10. Æn. 139
Vulnera dirigere, & calamos armare veneno.

v. Arcus, Hasta, Pharetra, & Telum.

SAL, SALSUS, &c.

AT cui lactis amor, cytisum, lotósque frequentes | 3. Geor. 394
Ipse manu salsásque ferat præsepibus herbas.
Hinc & amant fluvios magis, & magis ubera tendunt,
Et salis occultum referunt in lacte saporem.

3.Geor.403 † Aut parco ſale contingunt, hyemíque reponunt.
2.Geor.238 * Salſa autem tellus, & quæ perhibetur amara,
Frugibus infelix, ea nec manſueſcit arando.
2.Æn.132 † -- mihi ſacra parari, Et ſalſæ fruges. --
173 * -- ſalſúſque per artus Sudor iit. --
2.Geor.220 † Nec ſcabie, & ſalſa lædit rubigine ferrum.

Sal, Salum, & Salſus, &c. (de Mari.)

1.Æn.537 * Pérque undas, ſuperante ſalo, pérque invia ſaxa,
2.Æn.209 † Fit ſonitus, ſpumante ſalo, pars cætera pontum.
6.Æn.697 * Stant ſale Tyrrheno claſſes. --
3.Æn.385 † Et ſalis Auſonii luſtrandum navibus æquor.
534 * Objectæ ſalſâ ſpumant aſpergine cautes.
5.Æn.158 † Frontibus, & longæ ſulcant vada ſalſa carinæ.
182 * Et ſalſos rident revomentem pectore fluctus.
5.Æn.237 † -- extáque ſalſos Porricit in fluctus. --
& 775 *v. Mare.*

SALIRE, SALIENS, EXILIRE, *Proſilire, Saltare, Saltans, Saltus, Emicare, &c.*

5.Ecl.47 DVlcis aquæ ſaliente ſitim reſtinguere rivo.
10.Æ.594 * Ipſe rotis ſaliens juga deſeris. --
1.Geor.449 † Tam multa in tectis crepitans ſalit horrida grando.
2.Æn.384 * Mollibus in pratis unctos ſaliêre per utres.
3.Geor.460 † Ima ferire pedis ſalientem ſanguine venam.
415 * Exilit in ſiccum, & flammantia lumina torquens.
5.Æn.139 † -- finibus omnes (Haud mora) proſiluêre ſuis. --
5.Ecl.73 * Saltantes Satyros imitabitur Alpheſibœus.
3.Geor.141 † Non ſaltu ſuperare viam ſit paſſus, & acri.
6.Æn.515 * Cùm fatalis equus ſaltu ſuper ardua vênit Pergama.
9.Æn.551 † Vt fera, quæ ſaltu ſupra venabula fertur.
12.Æn.287 * -- aut corpora ſaltu Subjiciunt in equos. --
3.6 † -- ſaltúque ſuperbus Emicat in currum. --
v. Aſcendere.
2.Æn.565 * -- & corpora ſaltu In terram miſêre.
8.Æn.256 † -- Seſéq; per ignem Præcipiti jecit ſaltu. --
10.Æn.289 * Languentis pelagi, & brevibus ſe credere ſaltu.
9.Æ.815 † Tum demum præceps ſaltu ſeſe omnibus armis
In fluvium dedit. -- *v. Præcipitare.*
6.Æn.5 * - juvenum manus emicat ardens Littus in Heſperiũ.-
2.Æn.728 † Emicat hic impune putans, & corpore toto
Altè ſublatum conſurgit Turnus in enſem.

SALVERE, SALVTARE, Salvus, Assurgere, &c.

TVm verò augurium Rutuli clamore salutant. 12. Æn. 257
† Salve magna parens frugum, Saturnia tellus. 2. Geor. 1[illegible]
* Salve sanctè parens, iterùm salvete recepti. 5. Æn. 80
† Continuò, salve fatis mihi debita tellus, 7. Æn. 120
Vósque ait, ô fidi Trojæ salvete Penates.
* -- humilémque videmus 3. Æn. 522
Italiam; Italiam primus conclamat Achates,
Italiam læto socii clamore salutant.
† Si non ingentem foribus domus alta superbis 2 Geor. 461
Manè salutantum totis vomit ædibus undam.
* Inq; salutatam linquo (nox, & tua testis 9. Æn. 288
Dextera) quod nequeam lacrymas perferre parentis.
† Vtque viro Phœbi Chorus assurrexerit omnis. 6. Ecl. 66
* Sunt & Amineæ vites, firmissima vina, 3. Geor. 97
Tmolus & assurgit quibus, & rex ipse Phanæus.
† Daphnis ubi me contrà videt, Ocyus, inquit, 7. Ecl. 8
Hùc ades, ô Melibœe, caper tibi salvus, & hœdi.

v. Valedicere.

SALVS, SALVBRIS,

† -- ea visa salus morientibus una. 3. Geor. 510
* Omnis in hac certam regio jacit arte salutem. 4. Geor. 294
† Sin absumpta salus, & te, pater optime Teucrûm, 1. Æn. 555
Pontus habet Libyæ. --
* Vna salus victis nullam sperare salutem. 2. Æn. 354
† Vna salus ambobus erit: Vnum & commune periclū. 709
* Immo ego vos, cui sola salus genitore reducto. 9. Æn. 257
† Nulla salus bello: pacem te poscimus omnes. 11 Æn. 362
* Turne, in te suprema salus, miserere tuorum. 12 Æn. 653
† Solve metus, feret aliquam tibi fama salutem. 1. Æn. 463
* Leniit, hic primùm Æneas sperare salutem 451
Ausus, & afflictis meliùs confidere rebus.
† -- quam fors inopina salutem Ostentat. -- 8. Æn. 476
* Qui sibi jàm pugnæ, rebúsque salutem Sperabant. -- 12. Æn. 241
† Nā quid ago? aut quæ jam spondet fortuna salutem 637
* O socii, quà prima, inquit, fortuna salutis 2. Æn. 387
Monstrat iter, quáq; ostendit se dextra, sequamur.
† Oblitus decorísque sui, sociûmque salutis. 5. Æn. 174
* -- via prima salutis Graiâ pandetur ab urbe. -- 6. Æn. 96

10. Æn. 6'6 † Respicit ignarus rerum, ingratúsque salutis.
3. Geor. 530 * -- nec somnos abrumpit cura salubres.
1. Geor. 272 † Balantúmque gregem fluvio mersare salubri.
12. Æn. 418 * Inficit occultè medicans, spargítque salubres
Ambrosiæ succos, & odoriferam panaceam.

SANCTUS, SANCTISSIMUS, Sacer, Sacratus, Sacrare, Sa.rarium, Sacrilegus, Sacer pro Sacrato, & Nefando, *Divinus, Divinitus, Augustus, Profanus, Sceleratus, Pollutus, &c.*

9. Æn. 365 QVid tua sancta fides, quid cura antiqua tuorum.
12. Æn. 648 † Sancta ad vos anima, atque istius inscia culpæ
Descendam, magnorum haud unquam indignus avorũ.
3. Æn. 543 * Spes est pacis, ait: tum numina sancta precamur.
8. Æn. 131 † Sed mea me virtus, & sancta oracula Divûm.
5. Æn. 80 * Salve sancte parens. -- (*Æneas Anchisa mortuo.*)
60 † Hac celebrata tenùs sancto certamina patri.
2. Geor. 473 * Sacra Deûm, sanctíque patres; extrema per illos
Iustitia excedens terris vestigia fecit.
4. Æn. 576 † -- Sequimur t: sancte Deorum. (*i. sanctissime*)
6. Æn. 65 * -túq;, ô sanctissime vates Præscia venturi. --
11. Æn. 158 † -- túq;, ô sanctissima conjux, Felix morte tuâ.
1. Æ. 426 * Iura, Magistratúsq; legunt, sanctúmq; Senatum.
2. Æn. 700 † Affatúrq; Deos, & sanctum sydus adorat.
8. Æn. 72 * Túq;, ô Tybri tuo genitor cum flumine sancto.
2. Geor. 175 † Ingredior, sanctos ausus recludere fonteis.
12. Æn. 686 * Excutere, & sanctos restinguere fontibus ignes.
11. Æn. 785 † Summe Deûm, sancti custos Soractis Apollo.
3. Geor. 5'6 * Tempore contactos artus sacer ignis edebat.
2. Geor. 395 † Et ductus cornu stabit sacer hircus ad aram.
5. Æn. 761 * Et lucus latè sacer additur Anchiséo Tumulo.
6. Æn. 132 † Iunoni infernæ dictus sacer. -- (*Ramus aureus.*)
7. Æn. 247 * Iura daret populis, sceptrúmque, sacérq; tiaras.
8. Æn. 278 † Et sacer implevit dextram scyphus, ocyùs omnes.
11. Æn. 721 * Quàm facilè accipiter saxo sacer ales ab alto.
12. Æn. 7 6 † Fortè sacer Fauni folijs oleaster amaris.
7. Ecl. 14 * Mincius, éq; sacrâ resonant examina quercu.
24 † Hic arguta sacrâ pendebit fistula pinu.
3. Geor. 334 * Ili ibus crebris sacrâ nemus accubat umbrâ.
2. Æn. 725 † Ad sese, & sacrâ longævum in sede locavit.
3. Æn. 81 * Vittis, & sacrâ redimitus tempora lauro,

† Insula cui sacrâ redimibat tempora vittâ. 10. Æn. 538
* Vnam ex virginibus sociis sacrâq; catervâ Cõpellat. 11. Æn. 533
† Aut aris servare sacris, aut scindere terram. 3. Geor. 160
* Horrendum dictu, latices nigrescere sacros. 4. Æn. 454
† Effigies sacræ Divûm, Phrygiique Penates. 3. Æn. 148
* Tres Antenoridas, Cererîq; sacrum Polybetem. 6. Æn. 484
† Inde Lycã ferit-- Et tibi Phœbe sacrum. *i. sacratũ.* 10. Æn. 315
* Aut super Idalium sacratâ sede recondam. 1. Æn. 681
† Et monstrum infelix sacratâ sistimus arce.. 2. Æn. 245
* Fas mihi Graiorum sacrata resolvere jura. 2. Æn. 157
† Palladium aggressi sacrato avellere templo. 165
* -- vittásque resolvit Sacrati capitis.- 3. Æn. 370
† -- tum ritè sacratas In flammã jugulant pecudes. -- 12. Æn. 213
* Mœnia, Diis Italis, votum immortale sacrabat. 8. Æn. 715
† -- lectósque sacrabo Alma viros. -- 6. Æn. 73
* Sanguine fœdantem quos ipse sacraverat ignes. 2. Æn. 502
† Condidimus terrâ, mœstásque sacravimus aras. 5. Æn. 48
* Injecêre manum Parcæ telísq; sacrarunt Evandri. -- 10. Æn. 419
† Vímq; Deûm infernam, & duri sacraria Ditis. 12. Æn. 199
* Ipsi has sacrilego pendetis sanguine pœnas. 7. Æn. 595
† - quid non mortalia pectora cogis Auri sacra fames? 3. Æn. 56
* Conjugis ut magicis sanos avertere sacris 8. Ecl. 65
Experiar sensus: nihil hîc nisi carmina desunt.
† Exin se cuncti divinis rebus ad urbem 8. Æn. 307
Perfectis referunt, ibat rex obsitus ævo.
* -- Cumæam accesseris urbem, Divinósq; lacus.- 3. Æn. 441
† Atque hæc deinde canit divino ex ore sacerdos. 373
* Instar montis equum divinâ Palladis arte Ædificãt. - 2. Æn. 15
† Agnovere Deûm proceres, divináq; tela. (*Apollinis*.) 9. Æn. 659
* Divini assimulat capitis clypeúmque, jubásq;. 10. Æn. 638
† Tale tuum carmen nobis, divine Poëta, Quale.-- 5. Ecl. 45
* Vt Linus hæc illi divino carmine pastor. 6. Ecl. 67
† Esse apibus partem divinæ mentis, & haustus. 4. Geor. 220
* Si te digna manet divini gloria ruris. 1. Geor. 168
† Ex quo relliquias, diviníq; ossa parẽtis Condidim⁹.- 5. Æn. 47
* Haud equidẽ credo, quia sit divinitus illis Ingeniũ.- 4. Æn. 415
† Centum Oratores augusta ad mœnia Regis. 7. Æn. 153
* Tectum augustum, ingens: centũ sublime columnis. 170
† Adventante Deâ, procul, ô procul este profani, 6. Æn. 258
* Quos contra Æneadæ bello fecêre profanos.. 12. Æn. 179
† Nulli fas casto sceleratum insistere limen. 5. Æn. 563
* Linquere pollutũ hospitiũ, sceleratâ excedere terrâ. 3. Æn. 61

v. Deus, Sacrificare, Peccatum.

SANGVIS, SANGVINEVS, *Consanguineus, Consanguinitas, Cruor, Cruentare, Cruentus, Crudelis, Crudeliter, Crudelius, &c.*

5. *Æn.* 395 PVlsa metu, sed enim gelidus tardante senectâ
Sanguis hebet, frigéntque effœto corpore vires.
415 * Dum melior vires sanguis dabat. --
2. *Æn.* 638 † -- vos, ô quibus integer ævi
Sanguis, ait, solidæque suo stant robore vires.
6. *Æn.* 635 * Projice tela manu, sanguis meus.
7. *Æn.* 595 † Ipsi has sacrilego pendetis sanguine pœnas.
10. Æn. 24 * Aggeribus murorum, & inundant sanguine fossæ.
9. *Æn.* 455 † Cæde locum, & plenos spumanti sanguine rivos.
10. *Æn.* 520 * Captivóque rogi perfundat sanguine flammas.
11. *Æn.* 633 † & sanguine in alto Semianimes volvuntur equi. --
720 * Congreditur, pœnásque inimico à sanguine sumit.
12. *Æn.* 29 † Victus amore tui, cognato sanguine victus.
35 * -- recalent nostro Tyberina fluenta
Sanguine adhuc, campíque ingentes ossibus albent.
949 † Immolat, & pœnam scelerato ex sanguine sumit.
1. *Æn.* 19 * Progeniem sed enim Trojano à sanguine duci.
235 † Hinc fore Ductores, revocato à sanguine Teucri.
2. *Æn.* 74 * -- hortamur fari, quo sanguine cretus. (Sinon.)
4. *Æn.* 230 † Italiam regeret, genus alto à sanguine Teucri.
7. *Æn.* 706 * Ecce Sabinorum prisco de sanguine Clausus.
8. *Æn.* 142 † Sic genus amborum scindit se sanguine ab uno.
11. *Æn.* 393 * Iliaco tumidũ qui crescere Tybrim Sanguine vidit. --
7. *Æn.* 547 † Quandoquidem Ausonio respersi sãguine Teucros,
10. *Æn* 203 * Ipsa caput populis: Tusco de sanguine vires.
8. *Ecl.* 45 † Nec nostri generi puerum, nec sanguinis edunt:
1. *Æn.* 329 * An Phœbi soror? an Nympharum sanguinis una?
3. *Æn.* 67 † Sanguinis & sacri pateras, animámque sepulcro.
6. *Æn.* 778 * Romulus, Assaraci quẽ sanguinis Ilia mater Educet.
7. *Æn.* 49 † Te Saturne refert, tu sanguinis ultimus author.
11. *Æn.* 82 * Inferias, cæso sparsuros sanguine flammas.
668 † Sanguinis ille vomens rivos cadit, atque cruentam
Mandit humum, moriénsq; suo se in vulnere versat.
12. *Æn.* 332 * Sanguineus Mavors clypeo increpat, atq; furentes.
4. *Æn.* 642 † Sanguineam volvens aciem -- -- effera Dido.
7. *Æn.* 399 * Sanguineam torquens aciem, totúmque repentè.
9. *Æn.* 732 † -- tremunt in vertice cristæ Sanguineæ. --
10. *Æn.* 272 * -- nocte cometæ Sanguinei lugubrè rubent. --

† Sanguineis frontem moris, & tempora pingit. 6. *Ecl.* 22.
* Sanguineísq; inculta rubent aviaria baccis. 2. *Geor.* 430
† Indũ sãguineo veluti violaverit ostro Si quis ebur. 12. *Æn.* 67
* Hostibus insultans spargit rapida ungula rores 339
Sanguineos, mistáque cruor calcatur arenâ.
† cæsis jã sæpe juvẽcis Insyncerus apes tulerit cruor.- 4. *Geor.* 284
* Thura dabant, tepidúsq; cruor fumabat ad aras. 8. *Æn.* 106
† Volvitur Euryal⁹ letho, pulchrósq; per artus It cruor. 9. *Æn.* 433
* -- lavit improba teter Ora cruor.- (*Leonis, Cervi.*) 10. *Æn.* 727
† Funditur ater ubiq; cruor, dant funera ferro Certãtes 11. *Æn.* 646
* -- pecudúmq; cruore Pingue solum. -- 4. *Æn.* 201
† Collapsam aspiciunt, ensemq; cruore Spumantem.. 664
* Concidit immundóque fimo, sacroque cruore. 333
† Sanguine singultantem, atro tepefacta cruore. 9. *Æn.* 333
* Vndantémq; animam diffundit in arma cruore. 10. *Æ.* 908
† Disjicit, & sparso latè rigat arma cruore 12. *Æn.* 308
* Concidit, & mistum spumis vomit ore cruorem. 3. *Geor.* 516
† Constitue, & sacrum jugulis demitte cruorem. 4. *Geor.* 542
* Luminis effossi fluidum lavit inde cruorem. 3. *Æn.* 663
† Fusáque in obscœnum se vertere vina cruorem 4. *Æn.* 455
* Iactantémq; utroq; caput, crassúmq; cruorem 5. *Æn.* 469
Ore ejectantem, mistósq; in sanguine dentes.
† Supponunt alii cultros tepidúmque cruorem 6. *Æn.* 248
Suscipiunt pateris: ipse atri velleris agnam.
* Fronte ferit terram, & crassum vomit ore cruorem. 10. *Æn.* 349
† Hastáq;, virgineúmq; altè bibit acta cruorẽ (*Camillæ.*) 11. *Æ.* 804
* Cũ gemitu atq; atros siccabat veste cruores. (*Didoni*) 4. *Æn.* 687
† Tundit humum expirans infractáq; tela cruentat. 10. *Æn.* 731
* Tydidès multâ vastabat cæde cruentus 1. *Æn.* 471
† Cæsa manus juvenum fœdè, thalamíq; cruenti. 10. *Æn.* 498
* Post tergum nodis, fremet horridus ore cruento. 1. *Æn.* 296
† -- atérq; cruento Pulvere pérque pedes trajectus. -- 2. *Æn.* 272
* Squalentem barbam, & concretos sanguine crines. 277
† Ascaniúsq; comes castris statuêre cruentũ (*Æneam.*) 12 *Æn.* 385
* Tisiphonéque sedens pallâ succincta cruentâ. 6. *Æn.* 555
† Collapsos artus, atque arma cruenta cerebro. 9. *Æn.* 753
* Cernat semineci sibi rapere arma cruenta. 10. *Æ.* 462
† Vixim⁹, aut hodie victor spolia illa cruẽta (*Referes.*) 862
* O crudelis Alexi, nihil mea carmina curas. 2. *Ecl.* 6
† Nec lacrymis crudelis amor, nec gramina rivis. 10. *Ecl.* 29
* -- crudelis ubique Luctus, ubique pavor. -- 2. *Æn.* 368
† Nunc, ô nunc liceat crudelem abrumpere vitam. 8. *Æn.* 579
* Conveniunt, quib⁹ aut odium crudele tyranni. (*erat*) 1. *Æn.* 361

2. Æn. 124	† -- mihi jã multi crudele canebãt Artificis scelus. --
11. Æn. 53	* Infelix, nati funus crudele videbis.
12. Æn. 636	† Aut fratris miseri lethum ut crudere videres.
1. Æn. 547	* Ætheriâ, nec adhuc crudelibus occubat umbris.
6. Æn. 585	† Vidi & crudeles dantem Salmonea pœnas.
501	* Quis tam crudeles optavit sumere pœnas?
10. Æn. 386	† Dum furit, incautũ crudeli morte sodalis Excipit. --
6. Æn. 495	* Deïphobum vidit, lacerum crudeliter ora.
2. Æn. 746	† Aut quid in eversâ vidi crudelius urbe.
6. Æn. 278	* Tum consanguineus Leti sopor. --
5. Æn. 771	† Et consanguineo lacrymans commendat Acestæ.
7. Æn. 366	* Et consanguineo toties data dextera Turno,
12. Æn. 40	† Quid cõsanguinei Rutuli, quid cætera dicet Italia?
24. Æn. 86	* Illi me comitem, & consanguinitate propinquum.

v. Crudelis, & Cædes.

SAPOR, AMARUS, ASPER, *Acidus, Dulcis, Dulcedo, Mitis, Mitescere, Mitigare, Acer, Acerbus, Acerbare, &c.*

2. Geor. 246	At sapor indicium faciet manifestus, & ora Tristia tentantum sensu torquebit amaror.
4. Geor. 267	† Proderit, & tunsum gallæ admiscere saporem.
2. Geor. 126	* Media fert tristes succos, tardúmque saporem. Felicis mali, quo non præsentius ullum.
3. Geor. 395	† Ipse manus, salsásque ferat præsepibus herbas, Et salis occultum referunt in lacte saporem.
4. Geor. 101	* Dulcia mella premes, nec tantùm dulcia, quantùm Et liquida, & durum Bacchi domitura saporem.
61	† -- aquas dulces, & frondea semper Tecta petunt, huc tu jussos asperge sapores.
3. Ecl. 110	* Aut metuet dulceis, aut experietur amaros.
6. Ecl. 68	† Floribus atq; apio crines ornatus amaro,
10. Æn. 900	* Hostis amare, quid increpitas, mortémque minaris.
4. Æn. 203	† Isque amens animi, & rumore accensus amaro.
1. Ecl. 80	* Florentem cytisum, & salices carpetis amaras.
7. Ecl. 41	† Imò ego Sardois videar tibi amarior herbis.
2. Geor. 314	* Infelix superat foliis oleaster amaris.
3. Ecl. 89	† Mella fluant illi, ferat & rubus asper amomum.
4 Geor. 277	* Asper in ore sapor, tonsis in vallibus illum.
3. Geor. 380	† Fermento, atque acidis imitantur vitea sorbis.
5. Ecl. 47	* Dulcis aquæ saliente sitim restinguere rivo.
1. Geor. 295	† Aut dulcis musti Vulcano decoquit humorem.

* Heu malè tum mites defendet pampinus uvas.	1. *Geor.* 448
† Cui tum lacte favos, & miti dilue Baccho.	344
* Mitis in apricis coquitur vindemia saxis.	2. *Geor.* 522
† -- sunt nobis mitia poma Castaneæ molles. --	1. *Ecl.* 82
* Aspera tum positis mitescent secula bellis.	1. *Æn.* 291
† Aut Deus ille malis hominum mitescere discat.	10. *Ecl.* 61
* Mitis ut in morem stagni, placidæque paludis.	8. *Æn.* 88
† Quam nec longa dies, pietas nec mitigat ulla.	5. *Æn.* 783
* Hæc genus acre virûm Marsos, pubémque Sabellam.	2. *Geor.* 67
† Aut acreis venabor apros. -	10. *Ecl.* 56
* Non secus ac patriis acer Romanus in armis.	3. *Geor.* 346
† Asper acerbà sonans, quo tota exterrita sylvis.	149
* Et sævire animis Entellum haud passus acerbis.	5. *Æn.* 462
† -- habebo Diem semper acerbum.	49
* -- nunc vulnus acerbum Conficit. --	11. *Æn.* 823
† -- stat quicquid acerbi est Morte pati. --	12. *Æn.* 678
* Artificis scelus, & formidine crimen acerbat.	11 *Æn.* 407
† At pater Æneas casu concursus acerbo.	5. *Æn.* 700
* Nisus erat portæ custos acerrimus armis.	9. *Æn.* 176
† Dulce satis humor, depulsis arbutus hœdis.	3. *Ecl.* 82
* Nescio quâ præter solitum dulcedine læti.	1. *Geor.* 412
† -- hinc nescio quâ dulcedine lætæ.	4. *Geor.* 55
* Venit amor, subitâque animum dulcedine movit.	11 *Æn.* 538

SATVRNIVS, SATVRNIVS, SENEX, Aureus, Primus, Vltimus, &c.

Saturnúsque senex, Ianíque bifrontis imago.	7. *Æn.* 180
† Aureus hanc vitam in terris, Saturnus agebat,	2. *Geor.* 538
Nec dum etiam audierant inflari classica, &c.	
* Talis & ipse jubam cervice effudit equinâ	3. *Geor.* 92
Conjugis adventu pernix Saturnus, & altum	
Pelion hinnitu fugiens implevit acuto.	
† Primus ab ætherio vênit Saturnus Olympo,	8. *Æn.* 319
Arma Iovis fugiens, & regnis exul ademptis.	
Is genus indocile, ac dispersum montibus altis	
Composuit, legésque dedit, Latiúmque vocari	
Maluit, his quoniam latuisset tutus in oris,	
Aureáque, ut perhibent, illo sub Rege fuêre	
Sæcula, sic placidâ populos in pace regebat,	
Tum manus Ausoniæ, & gentes venêre Sicanæ	
Sæpiùs, & nomen posuit Saturnia tellus.	
* Frigida Saturni sese quò stella receptet.	1. *Geor.* 336

2. Geor 173 † Salve magna parens frugum, Saturnia tellus.
1. Æn. 573 * Seu vos Hesperiam magnam Saturniáque arva
Sive Erycis fines, Regémque optatis Acest...
8. Æn. 357 † Hanc Ianus pater: hinc Saturnus condidit urbem:
Ianiculum huic, illi fuerat Saturnia nomen.
7. Æn. 203 * Ne fugite hospitium, néve ignorate Latinos,
Saturni gentem, haud vinclo, nec legibus, æquam
Sponte suâ, veterísque Dei se more tenentem, &c.
4. Ecl. 6 † Iam redit & Virgo, redeunt Saturnia regna.
6. Ecl. 41 * Hinc lapides Pyrrhæ jactos, Saturnia regna.
11. Æn. 252 † O fortunatæ gentes, Saturnia regna,
Antiqui Ausonii, quæ vos fortuna quietos
Sollicitat? suadétque ignota lacessere bella?
4. Æn. 372 * Nec Saturnius hæc oculis Pater aspicit æquis.
2. Æn. 830 † Scire Helenum, faríque vetat Saturnia Iuno.
12. Æn. 830 * Et germana Iovis, Saturníque altera proles.
5. Æn. 799 † Tum Saturnius hæc domitor maris edidit alti.
7. Æn. 48 * Accipimus, Fauno Picus pater, ísque parentem
Te Saturne refert, tu sanguinis ultimus author.
2. Geor. 405 † Iam tum acer curas venientem extendit in annum
Rusticus, & curvo Saturni dente relictam
Persequitur vitem. --

v. Ætas aurea.

SCELVS, NEFAS, MALVM;
Scelerare, Sceleratus, &c.

9. Ecl. 17 Heu! cadit in quemquam tantum scelus? --
1. Geor. 504 * Quippe ubi fas versũ, atq; nefas, tot bella per orbem,
Tam multæ scelerum facies. --
1. Æn. 346 † Pygmalion, scelere ante alios immanior omnes.
355 * -- cæcúmque domûs scelus omne retexit.
2. Æn. 124 † -- & mihi jam multi crudele canebant
Artificis scelus. --
163 * -- impius ex quo
Tydides, sed enim, scelerúmque inventor Vlysses.
229 † -& scelus expendisse merentem Laocoonta ferunt.
535 * At tibi pro scelere, exclamat, pro talibus ausis,
Persolvant grates dignas. -- Dii.
2. Æn. 858 † -- Tantúmque nefas patrio excidit ore?
4. Æn. 563 * Illa dolos dirúmque nefas in pectore versat.
5. Æn. 793 † Prô scelus, ecce etiam Trojanis matribus actis
Exussit fœdè puppes, & classe subegit.

* Parce pias ſcelerare manus. --	3. Æn. 42
† Vlciſci patriam, & ſceleratas ſumere pœnas.	2. Æn. 576
* Immolat, & patriam ſcelerato ex ſanguine ſumit.	12. Æn. 449
† -- at ſceleratum exquirere frigus.	2. Geor. 256
* Sed me fata mea; & ſcelus exitiale Lacænæ His merſêre malis, illa hæc monumenta reliquit.	6. Æn. 511
† -- Comes additur unà Hortator ſcelerũ Æolides. --	528
* Quæ ſcelerum facies, ô virgo, effare? quibúſve, &c.	560
† Auſi omnes immane nefas, auſóque potiti: Non mihi ſi linguæ centum ſint, oráque centum, Ferrea vox, omnes ſcelerum comprendere formas, &c.	621
* Ergo exercentur pœnis, veterúmque malorum Supplicia expendunt: aliæ panduntur inanes Suſpenſæ ad ventos: aliis ſub gurgite vaſto Infectum eluitur ſcelus, aut exuritur igni.	739
† At furiis Caci mens effera, ne quid inauſum, Aut intentatum ſceleríſve, dolíve fuiſſet.	8. Æn. 205
* Vel cùm ſe pavidum contra mea jurgia fingit: Artificis ſcelus, & formidine crimen acerbat.	11. Æn. 406

v. Peccatum, & Nefas, in Fas.

SCVTVM, CLYPEVS, PELTA, *Tergum, Ancile, Cetra, Ægis, Vmbo, Clypeatus, &c.*

† -- ubi tot Simoïs correpta ſub undis Scuta virûm, galeáſque, & fortia corpora volvit.	1. Æn. 100
* -- primi clypeos, mentitáque tela Agnoſcunt. -	2. Æn. 422
† -- clypeóſque, ac tela ſiniſtris Protecti objiciunt, prenſant faſtigia dextris.	434
* Et ſummo clypei nequicquam umbone pependit.	546
† Hîc ferro accingor rurſus, clypeóque ſiniſtram Inſertabam aptans, méque extra tecta ferebam.	671
* Spiculáque, clypeíque, ereptáque roſtra carinis.	7. Æn. 186
† Pars læves clypeos, & ſpicula lucida tergent Arvinâ pingui, ſubigúntque in cote ſecures.	626
* -- clypeúmq; auróq; trilicem Loricam induitur. --	639
† -- clypeóque inſigne paternum, Centum angues, cinctámque gerit ſerpentibus Hydrã.	657
* Succinctus trabeâ, lævâque ancile gerebat.	188
† Lanigeróſque apices, & lapſa ancilia cœlo Extuderat. --	8. Æn. 664
* - nõ illis omnib' arma Nec clypei, currúſq; ſonãt.	685

7. Æn. 722 † Scuta sonant, pulsúque pedum tremit excita tellus.
732 * Lævas cetra tegit, falcati comminùs enses.
789 † At lævem clypeum sublatis cornibus Io
Auro insignibat, jam setis obsita, jam bos;
Argumentum ingens, & custos virginis Argus,
Cælatâq; amnem fundens pater Inachus urnâ:
Insequitur nimbus peditum, clypeatáque totis
Agmina densantur campis, Argiváque pubes;
Et Sacranæ acies, & picti scuta Labici
8. Æn. 353 * Credunt se vidisse Iovem cùm sæpe nigrantem,
Ægida concuteret dextrâ, nimbósque cieret.
92 † Miratur nemus insuetum fulgentia longè
Scuta virûm fluvio, pictásque innare carinas.
562 * Stravi scutorúmque incendi victor acervos.
446 † Vulnificú que chalybs vastâ fornace liquescit.
Ingentem clypeum informant, unum omnia contra
Tela Latinorum, septenósque orbibus orbes
Impediunt. --
3. Æn. 286 * Ære cavo clypeum, magni gestamen Abantis,
Postibus adversis figo, & rem carmine signo,
Æneas hæc de Danais victoribus arma.
8. Æn. 537 † -- Tybri pater, quàm multa sub undas
Scuta virûm, galeásque, & fortia corpora volves.
661 * -- duo quisque Alpina coruscant
Gæsa manu, scutis protecti corpora longis.
9. Æn. 270 † -- ipsum illum clypeum, cristá que rubentes
Excipiam sorti, jam nunc tua præmia, Nise.
410 * Conjicit, hasta volans noctis diverberat umbras,
Et venit adversi in tergum Sulmonis, ibíque
Frangitur, &c. (inde *Targa*, G. *Targue.*)
706 † Fulminis acta modo, quam nec duo taurea terga
Sustinuit. --
696 * -- tum scuta, cavæque Dant sonitum flictu galeæ. --
732 † -- tremunt in vertice cristæ
Sanguineæ, clypeóque micantia fulgura mittit.
805 * Ergo nec clypeo juvenis subsistere tantùm
Nec dextrâ valet, injectis sic undique telis
Obruitur. --
10. Æn. 242 † -- & clypeum cape, quem dedit ipse
Invictum Ignipotens, atque oras ambiit auro.
261 * -- clypeum tum deinde sinistrâ Extulit ardentem. --
313 Æneam petit, huic gladio, pérque ærea scuta,
-- latus haurit apertum.

† -- ac clypeum, tot ferri terga, tot æris 10. Æn. 482.
Cùm pellis toties obeat circumdata tauri.
* Et totum clypei ferro dejecerat orbem. 46
† -- dixit, telúmq; intorsit in hostem: 882
Inde aliud super, atque aliud, figítque, volátque
Ingenti gyro, sed sustinet aureus umbo,
Teláque trunca viri, & bis sex thoraca petitum.
* Perfossúmque locis, clypeúmque ex ære sinistræ 11. Æn. 9
Subligat. --
† -- quantus In clypeum assurgat. -- 384
* Fœminea exultant lunatis agmina peltis. 664
† -- simul aptat habendo Ensémque, clypeúmque. -- 12. Æn. 88.
* Defigunt tellure hastas, & scuta reclinant. 150
† Sydereo flagrans clypeo, & cœlestibus armis. 162
* Sanguineus Mavors clypeo increpat, atque furentes 332
† Il'e tamen clypeo objecto conversus in hostē Ibat. -- 377
Postquàm habilis lateri clypeus, loricáque tergo est.
* -- nec misero clypei mora profuit ærei. 541
† -- nec scuta, aut spicula densi Deponunt. -- 563
* Invadunt Martem clypeis, atque ære sonoro. 712
† Haud aliter Tros Æneas, & Daunius heros 723
Concurrunt clypeis, ingens fragor æthera complet.
* Fértq; refértq; sonans, clypeúmque everberat alis. 899

v. Clypeus, ubi de Parma, & Ancili.
v. Telum.

SECVRIS, BIPENNIS, Falx, Falcatus, &c.

ITur in antiquam sylvam, stabula alta ferarum, 6. Æn. 179.
Procumbunt piceæ, sonat icta securibus Ilex
Fraxineæque trabes, cuneis & fissile robur Scinditur.
† Consulis imperium hic primus, sævásque secures 819
Accipiet, natósque pater nova bella moventes.
* -- sævúmque securi Aspice Torquatum. -- 824
† Quadrifidam quercum, cuneis ut fortè coactis 7. Æn. 509
Scindebat, raptâ spirans immanè securi.
* Erravêre jugis, ferro sonat alta bipenni 11. Æn. 135
Fraxinus: evertunt actas ad sydera pinus.
† Nunc validam dextrâ rapit indefessa bipennem. 651
* Tulláque, & æratam quatiens Tarpeia securim. 656
Tum validam pérq; arma viro, pérque ossa securim 696
Altior insurgens. --

12. Æn. 306 † -- ille securi
Adversi frontem mediam, mentúmque reductâ
Disjicit, & sparso latè rigat arma cruore.
7. Æn. 184 * Captivi pendent currus, curvæque secures.
633 † -- rubigúntque in cote secures.
3. Geor. 364 * -- cædúntque securibus humida vina.
2. Æn. 223 † Quales mugitus fûgit cùm saucius aram
Taurus, & incertam excussit cervice securim.
4. Geor. 331 * Vre sata, & validam in vites molire bipennem.
2. Æn. 625 † Ac veluti summis antiquam in montibus ornum,
Cùm ferro accisam, crebrísque bipennibus instant
Eruere agricolæ certatim, illa usque minatur.
479 * Ipse inter primos correptâ dura bipenni
Limina perrumpit, postésque à cardine vellit.
5. Æn. 306 † Gnosia bina dabo lævato lucida ferro
Spicula; cælatámque auro ferre bipennem.
11. Æn. 656 * Tulláque, & æratam quatiens Tarpeia securim.
696 † Tum validâ perque arma viro, pérque ossa securim
Congeminat: vulnus calido rigat ora cerebro.
3. Ecl. 11 * Atque malâ vites incidere falce novellas.
1. Geor. 156 † -- & ruris opaci Falce premes umbras. --
4. Ecl. 40 * Non rastros patietur humus, non vinea falcem.
1. Geor. 348 † Falcem maturis quisquam supponat aristis,
2. Geor. 417 * Iam vinctæ vites, jam falcem arbusta reponunt.
1. Geor. 508 † Et curvæ rigidum falces conflantur in ensem.
2. Geor. 365 * Ipsa acie falcis nondum tentanda, sed uncis.
7. Æn. 635 † Vomeris hùc, & falcis honos, hùc omnis aratri.
4. Æn. 513 * Falcibus & messæ ad lunam quæruntur ahenis
Pubentes herbæ. --
7. Æn. 732 † Lævas cetra tegit, falcati comminùs enses.

SEGES, MESSIS, SATA, FRVGES, Ceres, Culmus, Novale, Arista, Culta, Horrea, Far, Frumentum, Triticeus, &c.

1. Geor. 1 QVid faciat lætas segetes. --
47 † Illa seges demùm votis respondet avari
Agricolæ, bis quæ solem, bis frigora sensit.
54 * Hîc segetes, illinc veniunt feliciùs uvæ.
77 † Vrit enim lini campum seges, urit avenæ.
69 * Illic officiant lætis ne frugibus herbæ.
101 † Agricolæ, hyberno lætissima pulvere farra,

Lætus ager, nullo tantum se Mœsia cultu
Iactat, & ipsa suas mirantur Gargara messes.
† Luxuriem segetum tenerâ depascit in herbâ, — 1. Geor, 112
Cùm primum sulcos æquant sata.--
* Mox & frumentis labor additus, ut mala culmos — 150
Esset rubigo, segnísque horreret in arvis
Carduus: intereunt segetes, subit aspera sylva,
Lappæque, tribulíque, intérque nitentia culta
Infelix lolium, & steriles dominantur avenæ. — 133
† Cùm graviter tonsis gemit area frugibus, & cùm
Surgentem ad Zephyrum paleæ jactantur inanes. — 219
* At si triticeam in messem, robustáque farra
Exercebis humum, solísque instabis aristis. — 225
† --sed illas Expectata seges vanis eludit avenis. — 297
* At rubicunda Ceres medio succiditur æstu,
Et medio tostas æstu terit area fruges. — 315
† Spicea jam campis cùm messis inhorruit, & cùm
Frumenta in viridi stipulâ lactentia turgent,
Sæpè ego cùm flavis messorem induceret arvis
Agricola, & fragili jam stringeret hordea culmo,
Omnia ventorum concurrere prælia vidi,
Quæ gravidam latè segetem ab radicibus imis
Sublimè expulsam eruerent.--
* Nec galeis, densísque virûm seges horruit hastis, — 2. Geor. 142
Sed gravidæ fruges, & Bacchi Massicus humor
Implevêre: tenent oleæq; armentáque læta.
† --ubi prima paretur Arboribus seges.-- — 265
* Bis segetem densis obducunt sentibus herbæ.-- — 350
† Iugera ruris erant, nec fertilis illa juvencis. — 41
* Nubila, tum segetes altæ, campíque natantes — 3. Geor. 198
Lenibus horrescunt flabris.--
† Sub terris posuítq; domos, atque horrea fecit. (*Mus.*) — 1. Geor. 182
* Aut fœtu pecorum, aut Cerealis mergite culmi, — 2. Geor. 517
Proventúque oneret sulcos, atque horrea vincat.
† --& floribus horrea texent (*Apes.*) — 4. Geor. 250
* --populátque ingentem farris acervum — 1. Geor. 185
Curculio, atque inopi metuens formica senectæ.
† Ac veluti ingentem formicæ farris acervum — 4. Æn. 402
Cùm populant, hyemis memores, tectóq; reponunt,
It nigrum campis agmen, prædámque per herbas
Convectant calle angusto, pars grandia trudunt
Obnixæ frumenta humeris, pars agmina cogunt.
* --& canæ penetralia Vestæ Farre pio.-- — 5. Æn. 744

1. *Geor.* 73	† Aut ibi flava feres mutato femine farra.
189	* Si fuperant fœtus, pariter frumenta fequentur.
315	† Frumenta in viridi ftipulâ lactentia turgent.
3. Geor. 176	* Sed frumenta manu carpes fata. -
1. *Geor.* 134	† Paulatim & fulcis frumenti quæreret herbam.
150	* Mox & frumentis labor additus, ut mala culmos.
2. *Geor.* 203	† Nigra ferè, & preffo pinguis fub vomere terra, Optima frumentis. -
228	* Altera frumentis quoniam favet, altera Baccho, Denfa magis Cereri, rariffima quæque Lyæo.
1. *Geor.* 325	† Et pluviâ ingenti fata læta, boûq; labores Diluit. -
2. *Æn.* 305	* Sternit agros, fternit fata læta. - (*Torrens.*)
3. *Ecl.* 82	† Dulce fatis humor, depulfis arbutus hœdis.
1. *Geor.* 22	* Díique, Deæque omnes, ftudium quibus arva tueri; Quíque novas alitis nonnullo femine fruges, Quíque fatis largum cœlo demittitis imbrem.
106	† Deinde fatis fluvium inducit, rivófque fequentes.
3. *Æn.* 138	* Corrupto cœli tractu, miferandáque vênit Arboribúfque, fatífque lues, & lethifer annus.
12. *Æn.* 453	† - dabit ille ruinas Arboribus, ftragémq; fatis. -
3. *Ecl.* 80	* Trifte lupus ftabulis, maturis frugibus imbres.
4. *Æn.* 128	† Nec pecori opportuna feges, nec commoda Baccho.
4. *Geor* 330	* - atque interfice meffes Vre fata -
1. *Æn.* 176	† Tum Cererem corruptam undis, Cerealiáq; arma Expediunt feffi rerum, frugéfque receptas, Et torrere parant flammis, & frangere faxo.
3. *Æn.* 142	* - & victum feges ægra negabat.
1. *Ecl.* 71	† Impius hæc tam culta novalia miles habebit, Barbarus has fegetes? -
1. *Geor.* 71	* Alternis idem tonfas ceffare novales,
5. *Ecl.* 32	† Vitis ut arborib^9 decori eft, fegetes ut pinguib^9 arvis;
35	* Pro molli violâ, pro purpureo Narciffo Carduus, & fpinis furgit Paliurus acutis, Grandia fæpè quibus mandavimus hordea fulcis, Infelix lolium, & fteriles dominantur avenæ.
3. *Æn.* 45	† Nam Polydorus ego; hîc confixum ferrea texit Telorum feges, & jaculis increvit acutis.
7. *Æn.* 525	* - atráque latè Horrefcit ftrictis feges enfibus. -
11. *Æn.* 663	† - ftrictífque feges mucronibus horret Ferrea. -
5. *Ecl.* 66	* Ante focum, fi frigus erit: fi meffis, in umbra.
1. *Geor.* 253	† Poffumus, hinc mefsífque diem, tempúfq; ferendi.
8. *Ecl.* 99	* Atque fatas aliò vidi traducere meffes.

† Illius immensæ ruperunt horrea messes.	1. *Geor.* 50
* Queis sine nec potuêre seri, nec surgere messes.	1. *Geor.* 161
† Thestylis, & rapido fessis messoribus æstu	2. *Ecl.* 10.
Allia, serpillúmq; herbas contundit olentes.	
* Tempora quæ messor, quæ curvus arator haberet.	1. *Geor.* 325
† Incipe, & ad medias sementem extende pruinas.	230

v. Ceres, & Ager.

SEMITA, CLASSIS, TRAMES, *Via, Iter, Limes, &c.*

CORripuêre viam intereà, quà semita monstrat.	1. *Æn.* 412
* Rara per occultos ducebat semita calles.	9. *Æn.* 383
† Hinc tibi quæ semper vicino ab limite sepes.	1. *Ecl.* 54
* Nec signare quidem, aut partiri limite campum.	1. *Geor.* 126
† Arboribus positis secto via limite quadret.	2. *Geor.* 178
* Signantémque vias, tum longo limite sulcus.	2. *Æn.* 697
† Cum procul hos lævo flectentes limite cernunt.	9. *Æn.* 372
* Quóve tenetis iter?--	1. *Æn* 369
† Castigántque moras, opere omnis semita fervet.	1. *Æn.* 407
* Vrget utrimque latus, tenuis quà semita ducit,	11. *Æn.* 524
Angustæque ferunt fauces, aditúsque maligni.	
† Angustum formica terens iter.--	1. *Geor.* 380
*- prædámq; per herbas Convectant calle angusto.--	4. *Æn.* 404
† Secreti celant calles, & myrtea circum	6. *Æn.* 443
Sylva tegit. -	
* Ecce supercilio clivosi tramitis undam Elicit.--	1. *Geor.* 108
† Nulli visa citò decurrit tramite virgo.	5. *Æn.* 610
* Hoc superate jugum, & facili jam tramite sistam.	6. *Æn.* 676
† Furta paro belli convexo in tramite sylvæ,	11. *Æn* 515
Vt bivias armato obsidam milite fauces.	
* Ire iter, aut castris audebit vellere signa.	4. *Geor.* 107
† O socii, quà prima, inquit, fortuna salutis	2. *Æn.* 387
Monstrat iter, quáque ostendit se dextra, sequamur.	
* Vnde iter Italiam, cursúsque brevissimus undis.	3. *Æn.* 507
†- fortuna, sequamur Quóq; vocat, vertamus iter -	5. *Æn.* 23
* Radit iter lævum interior.-- (*Navis.*)	170
† Radit iter liquidum, celeres neque commovet alas.	217
* Parietibus textum cæcis iter, ancipitémque.	589

Mille viis habuisse dolum -- (*Labyrinthus.*)

5. *Æn.* 862 † Currit iter tutum non seciùs æquore classis.

6. *Æn.* 16 * Insuetum per iter gelidas enavit ad Arctos.

112 † Ille meum comitatus iter, maria omnia mecum;

268 * Ibant obscuri solâ sub nocte per umbras.
Quale per incertam Lunam sub luce malignâ
Est iter in sylvis, ubi cœlum condidit umbrâ.

686 † --expectata parenti Vicit iter durum pietas.--

7. *Æn.* 7 * --tendit iter velis, portúmq; relinquit.

160 † Iámque iter emensi, turres, ac tecta Latinorum.

472 * Ergo iter ad Regem. Indicit primis juvenum.--

538 † Sternitur, hæsit enim sub gutture vulnus, & udæ
Vocis iter, tenuémque inclusit sanguine vitam.

806 * --gelidúsque per imas Quærit iter valles.--

9. *Æn.* 321 † Hàc iter est: tu ne qua manus..- *&c.*

10. *Æn.* 161 * --jam quærit sydera opacæ Noctis iter. -

11. *Æn.* 244 † Atque iter emensi casus superavimus omnes.

10. *Æn.* 513 * Proxima quæque meti gladio, latúmq; per agmen
Ardens limitem agit ferro, te Turne superbum.

9. *Æn.* 323 † Hæc ego vasta dabo, & lato te limite ducam.

v. Ire, & *Via.*

SENATVS, SANCTVS, PAVPER: Magistratus.

1. *Æn.* 426 IVra, Magistratúsq; legunt, sanctúmq; Senatum,

8. *Æn.* 105 * Vnà omnes juvenum primi, paupérque Senatus
Thura dabant.--

v. Concilium, Consilium, & *Consul.*

SENECTA, SENECTVS, SENEX,

Senior, Longævus, Invalidus, Fessus, Confectus ætate, Maturus animi, & ævi, Effœto corpore, Obsitus ævo, Annis gravis. Senectus tristis, tarda, tardans, inops, turpis, æmula, cruda, viridis, effœta seclis, canens. Canere, Canus, Canities. Anus, Anilis.

1. *Ecl.* 28 LIbertas, quæ sera tamen respexit inertem,
Candidior postquàm tondenti barba cadebat.

1. *Geor.* 186 † Curgulio, atque inopi metuens formica senectæ.

3. *Geor.* 65 * --subeunt morbi, tristísque senectus,
Et labor, & duræ rapit inclementia mortis.

* Hũc quoq; ubi aut morbo gravis, aut jã segnior annis	3. *Geor.* 95
Deficit, abde domo, nec turpi ignosce senectæ. (*Equi.*)	
† -quorum Iphitus ævo Iam gravior.--	2. *Æn.* 435
* Arma diu senior desueta trementibus ævo	509
Circumdat nequicquam humeris, & inutile ferrũm.	
† Ad sese, & sacrâ longævum in sede locavit.	525
* Sic fatus senior, telúmque imbelle sine ictu	544
Conjicit.-- (*Priamus.*)	
† Non priùs aspicies ubi fessum ætate parentem	595
Liqueris Anchisen?-- (*Venus Æneæ.*)	
* --subiit cari genitoris imago,	560
Vt Regem æquævum crudeli vulnere vidi.	
† Quem subiisse humeris confectum ætate parentem.	4. *Æn.* 599
* Hoc Helymus facit, hoc ævi maturus Acestes.	5. *Æn.* 73
† Ille sub hæc: non laudis amor, nec gloria cessit	394
Pulsa metu: sed enim gelidus tardante senectâ	
Sanguis hebet, frigéntque effœto in corpore vires.	
Si mihi quæ quondam fuerat, quâque improbus iste	
Exultat fidens, si nunc foret illa juventa,	
Haud equidem pretio inductus, pulchróq; juvenco	
Venissem, nec dona moror: sic deinde loquutus.	
* --his ego suetus,	414
Dum melior vires sanguis dabat, æmula necdum	
Temporibus geminis canebat sparsa senectus.	
† Hic membris, & mole valens, sed tarda trementi	431
Genua labant, vastos quatit æger anhelitus artus.	
* Ille meum comitatus iter maria omnia mecum,	6. *Æn.* 112
Atque omnes pelagíque minas, cœlíque ferebat,	
Invalidus, vires ultrà, sortémque senectæ.	
† Pallentésq; habitant morbi, tristísque senectus.	275
* - cui plurima mento Canities inculta jacet.--	295
† Iam senior, sed cruda Deo, viridísque senectus.	304
* (*Alecto.*)--in vultus sese transformat aniles,	7. *Æn.* 415
Et frontem obscœnam rugis arat, induit albos	
Cum vittâ crines, tum ramum innectit olivæ,	
Fit Calybe Iunonis anus, templíque Sacerdos.	
† & vulgus inermum, Invalidíque senes.--	12. *Æn.* 131
* Longævósque senes, ac fessas æquore matres.	5. *Æn.* 715
† Vere novo, gelidus canis cùm montibus humor	1. *Geor.* 43
Liquitur.-- (*id est albis, ob nivem.*)	
* Sed te victa situ, veríque effœta senectus.	7. *Æn.* 440
† --ibat Rex obsitus ævo.	8. *Æn.* 307
* Sed mihi tarda gelu, seclísque effœta senectus	507

Invidet imperium, feræque ad fortia vires.

8. *Æn.* 558 * Tum pater Evandrus dextram complexus euntis
Hæret inexpletùm lacrymans, ac talia fatur:
O mihi præteritos referat si Iuppiter annos,
Qualis eram, cùm primam aciem Præneste sub ipsa
Stravi, scutorúmque incendi victor acervos,
Et Regem hac Herilum dextrâ sub Tartara misi.

9. *Æn.* 246 † Hic annis gravis, atque animi maturus Alethes.

481 * Hunc ego te Euryale aspicio, túne ille senectæ
Sera meæ requies.--

610 † --nec tarda senectus
Debilitat vires animi, mutátque vigorem,
Canitiem galeâ premimus.--

10. *Æn.* 549 * Canitiémque sibi, & longos promiserat annos.

199 † Canentem molli plumâ duxisse senectam.

11. *Æn.* 81 * Ducitur infelix ævo confectus Acetes.

12. *Æn.* 55 † Tu requies miseræ, spes tu nunc una senectæ.

17 * Olli sedato respondit corde Latinus. (*more senum.*)

v. Prisc us, Tempus, & Iuventa.

SEPES, SEPTUM, SEPIRE, AMBIRE, *Vallum, Vallare, Circumdare, Cingere, Includere, Stipare, Circumstare, Circumsistere, Prætexere, &c.*

1. *Ecl.* 55 Hinc tibi quæ semper vicino ab limite sepes
Hyblæis apibus florem depasta salicti,
Sæpè levi somnum suadebit inire susurro.

7. *Ecl.* 12 † Hic viridis tenerâ prætexit arundine ripas
Mincius, éque sacrâ resonant examina quercu.

8. *Ecl.* 37 * Sepibus in nostris parvam te roscida mala,
(Dux ego vester eram) vidi cum matre legentem.

1. *Geor.* 270 † --segeti prætendere sepem.

2. *Geor.* 434 * Quid majora sequar? salices, humilésque genistæ
Sufficiunt, sepémque satis, & pabula melli.

371 † Texendæ sepes etiam, & pecus omne tenendum.

3. *Geor.* 14 * Propter aquam, tardis ingens ubi flexibus errat
Mincius, & tenerâ prætexit arundine ripas.

1. *Æn.* 415 † At Venus obscuro gradientes aëre sepsit,
Et multo nebulæ circum Dea fudit amictu.

10. *Æn.* 120 * Ast legio Æneadûm vallis obsessa tenetur.

9. *Æn.* 146 † --ferro quis scindere vallum Apparat?--

* Et fossas implere parant, ac vellere vallum. 9. Æn. 506
† Rescindit vallum, & scalas in mœnia poscit. 514
* --sed pellere vallo Missilibus certant.-- 519
† Relligione patrum lucus sacer, undique colles Inclusere cavi, & nigrâ nemus abiete cingunt. 8. Æn. 597
* Buccina, tum muros variâ cinxêre coronâ. 11. Æn. 475
† Vndique enim densi Teucri inclusêre coronâ. &c. 12. Æn. 744
* Gramineum in campum, quem collibus undiq; curvis Cingebant sylvæ.-- 5. Æn. 287
† Considunt castris ante urbem, & mœnia vallant. 11. Æn. 915
* Luce palàm certum est igni circumdare muros. 9. Æn. 153
† Septem quæ una sibi muro circumdedit arces. 2. Geor. 535
* Turnus in arma viros, armis circumdatus ipse. 9 Æn. 462
† Exercentur agris, pars intra septa domorum. 4. Geor. 159
* Quamvis multa meis exiret victima septis. 1. Ecl. 34
† Septa armis, solióque alto subnixa resedit (Dido.) 1. Æn. 510
* Aggeribus septam circum, & fluvialibus undis. 9. Æn. 70
† Vt fera, quæ densâ venantum septa coronâ. &c. 551
* Inclusum veluti si quando flumine nactus Cervum, aut puniceæ septum formidine pennæ. 12. Æn. 749
† Infert se septus nebulâ (mirabile dictu.) 1. Æn. 443
* Vnus homo vestris, ô cives, undiq; septus Aggerib⁹. . Æn. 783
† Inclusus muris, hostilíque aggere septus. 11 Æn. 398
* Sepsit se tectis, rerúmque reliquit habenas. 7. Æn. 600
† Circumstant fremitu denso, stipántq; frequentes. 4. Geor. 216
* Incessit, magnâ juvenum stipante catervâ. Hinc atque hinc glomerantur Oreades.-- 1. Æn. 497
† Tandem progreditur magnâ stipante catervâ. 4. Æn. 136
* An Tyriis, omníque manu stipata meorum. 544
† Tum socios (námq; omnis eum stipata tegebat Turba ducum) sic incipiens hortatur ovanteis. 11. Æn. 12
* Armati circumsistant ipsúmque, domúmque. 8. Æn. 490
† Circumstant animæ dextrà, lævâq; frequentes. 6. Æn. 486
* Certatim Regis circumstant tecta Latini. 7. Æn. 585
† Nec quæ circumstent te deinde pericula cernis. 4. Æn. 561
* At me tum primùm sævus circumstetit horror. 2. Æn. 559
† Quos circumfusos sic est affata Sibylla. 6. Æn. 666
* --hostes circumstant undique muros. 11 Æn. 338
† Mœnia lata videt triplici circumdata muro, Quos rapidus flammis ambit torrentibus amnis. 6. Æn. 549
* --Ignipotens atque oras ambiit auro. (clypei.) 10. Æn. 243
† - quo nunc Reginam ambire furentem Audeat affatu.-- 4. Æn. 283

2. *Geor.* 352	† Seminibus positis superest deducere terram.
6. *Æn.* 206	* Fronde virere novâ, quod non sua seminat arbos.
1. *Ecl.* 74	† Insere nunc Melibœe pyros, pone ordine vites.
2. *Geor.* 68	* Inseritur verò ex fœtu nucis arbutus horrida.
25	† Sylvarúmque aliæ pressos propaginis arcus Expectant: & viva suâ plantaria terrâ, Nil radicis egent aliæ, summúmque putator Haud dubitat terræ referens mandare cacumen.
60	* Plantis & duræ coryli nascuntur, & ingens Fraxinus. --
73	† Nec modus inserere, atq; oculos imponere simplex: Nam quæ se medio trudunt de cortice gemmæ. &c. Fit nodo sinus, huc aliena ex arbore germen Includunt, udóque docent inolescere libro. Finditur in solidum cuneis via, deinde feraces Plantæ immittuntur. -- &c.

v. Arbos, & *Seges.*

SERPENS, ANGVIS, DRACO, Coluber, Hydrus, Hydra, Lerna, Lernæus, Vipera, Vipereus, Chelydrus, &c.

3. *Ecl.* 92	QVi legitis flores, & humi nascentia fraga: Frigid⁹, ô pueri, fugite hinc, latet anguis in herbâ.
8. *Ecl.* 71	† Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.
1. *Geor.* 253	* Maximus hîc flexu sinuoso elabitur anguis, Circùm pérq; duas in morem fluminis Arctos.
2. *Geor.* 157	† Nec rapit immensos orbes per humum, neque tanto Squammeus in spiram tractu se colligit anguis.
319	* (Ciconia.) -- cùm vere rubenti Candida venit avis longis invisa colubris.
140	† Hæc loca non tauri spirantes naribus ignem Invertêre, satis immanis dentibus hydri.
3. *Geor.* 214	* Et tophus scaber, & nigris exesa chelydris Creta, negant alios æquè serpentibus agros.
5 14	† Interit, & curvis frustrà defensa latebris Vipera, & attoniti squammis astantibus hydri.
39;	* Disce, & odoratam stabulis accendere cedrum, Galbaneóque agitare graves nidore chelydros: Sæpè sub immotis præsepibus, aut mala tactu Vipera delituit, cœlúmque exterrita fugit: Aut tecto assuetus coluber succedere, & umbræ, Pestis acerba boum, pecoríque aspergere virus, Fovit humum: cape saxa manu, cape robora pastor,

Tol-

Tollentémque minas, & sibila colla tumentem
Dejice, jámque fugâ tumidum caput abdidit altè,
Cùm medii nexus, extremæque agmina caudæ
Solvuntur, tardósque trahit sinus ultimus orbes:
Est etiam ille malus Calabris in saltibus anguis,
Squammea convolvens sublato pectore terga,
Atque notis longam maculosus grandibus alvum.
† Stagna colit, ripísque habitans hîc piscibus atram — *3.Geor.429*
Improbus ingluviem ranísque loquacibus explet,
Exilit in siccum, & flammantia lumina torquens
Sævit agris, aspérque siti, atque exterritus æstu.
Ne mihi tùm molles sub dio carpere somnos,
Neu dorso nemoris libeat jacuisse per herbas:
Cùm positis novus exuviis, nitidúsque juventâ
Volvitur, aut catulos tectis, aut ova relinquens
Arduus ad Solem, & linguis micat ore trisulcis.
* Cocyti metuet, tortósque Ixionis angues. — 38.
† Illa quidem dum te fugeret per flumina præceps, — *4.Geor.457*
Immanem ante pedes hydrum moritura puella
Servantem ripas, altâ non vidit in herbâ.
* Ecce autem gemini à Tenedo tranquilla per alta — *2.Æn. 203*
(Horresco referens) immensis orbibus angues,
Incumbunt pelago, paritérque ad littora tendunt,
Pectora quorum inter fluctus arrecta, jubæque
Sanguineæ exuperant undas, pars cætera pontum
Ponè legit, sinuántque immensa volumine terga,
Fit sonitus spumante salo, jámque arva tenebant,
Ardentésque oculos suffecti sanguine, & igni
Sibila lambebant linguis vibrantibus ora.
Diffugimus visu exangues, illi agmine certo
Laocoonta petunt, & primùm parva duorum
Corpora natorum serpens amplexus uterque
Implicat, & miseros morsu depascitur artus.
† Corripiunt, spirísque ligant ingentibus, & jam — 217
Bis medium amplexi, bis collo squammea circùm
Terga dati, superant capite, & cervicibus altis,
Ille simul manibus tendit divellere nodos,
Perfusus sanie vittas. --
* Obstupuit, retróque pedem cum voce repressit. — 376
Improvisum aspris veluti qui sentibus anguem
Pressit humi nitens, trepidúsque repentè refugit
Attollentem iras, & cærula colla tumentem:
Haud secùs Androgeos, --

2. Geor 173 † Salve magna parens frugum, Saturnia tellus.
1. Æn. 573 * Seu vos Hesperiam magnam Saturniáque arva
Sive Erycis fines, Regémque optatis Acesten.
8. Æn. 357 † Hanc Ianus pater: hinc Saturnus condidit urbem:
Ianiculum huic, illi fuerat Saturnia nomen.
7. Æn. 203 * Ne fugite hospitium, néve ignorate Latinos,
Saturni gentem, haud vinclo, nec legibus, æquam
Sponte suâ, veterísque Dei se more tenentem, &c.
4. Ecl. 6 † Iam redit & Virgo, redeunt Saturnia regna.
6. Ecl. 41 * Hinc lapides Pyrrhæ jactos, Saturnia regna.
11. Æn. 252 † O fortunatæ gentes, Saturnia regna,
Antiqui Ausonii, quæ vos fortuna quietos
Sollicitat? suadétque ignota lacessere bella?
4. Æn. 372 * Nec Saturnius hæc oculis Pater aspicit æquis.
2. Æn. 830 † Scire Helenum, faríque vetat Saturnia Iuno.
12. Æn. 830 * Et germana Iovis, Saturníque altera proles.
5. Æn. 799 † Tum Saturnius hæc domitor maris edidit alti.
7. Æn. 48 * Accipimus, Fauno Picus pater, ísque parentem
Te Saturne refert, tu sanguinis ultimus author.
2. Geor. 405 † Iam tum acer curas venientem extendit in annum
Rusticus, & curvo Saturni dente relictam
Persequitur vitem. --

v. Ætas aurea.

SCELVS, NEFAS, MALVM; *Scelerare, Sceleratus, &c.*

9. Ecl. 17 HEu! cadit in quemquam tantum scelus? -- (bem,
1. Geor. 504 * Quippe ubi fas versũ, atq; nefas, tot bella per orTam multæ scelerum facies. --
1. Æn. 346 † Pygmalion, scelere ante alios immanior omnes.
355 * -- cæcúmque domûs scelus omne retexit.
124 † -- & mihi jam multi crudele canebant
Artificis scelus. --
163 * -- impius ex quo
Tydides, sed enim, scelerúmque inventor Vlysses.
229 † -& scelus expendisse merentem Laocoonta ferunt.
535 * At tibi pro scelere, exclamat, pro talibus ausis,
Persolvant grates dignas. -- Dii.
2. Æn. 858 † -- Tantúmque nefas patrio excidit ore?
4. Æn. 563 * Illa dolos dirúmque nefas in pectore versat.
5. Æn. 793 † Prô scelus, ecce etiam Trojanis matribus actis
Exussit fœdè puppes, & classe subegit.

* Parce pias scelerare manus. -- 3. Æn. 42
† Vlcisci patriam, & sceleratas sumere pœnas. 2. Æn. 576
* Immolat, & patriam scelerato ex sanguine sumit. 12. Æn. 449
† -- at sceleratum exquirere frigus. 2. Geor. 256
* Sed me fata mea; & scelus exitiale Lacænæ 6. Æn. 511
His mersêre malis, illa hæc monumenta reliquit.
† -- Comes additur unà Hortator scelerũ Æolides. -- 528
* Quæ scelerum facies, ô virgo, effare? quibúsve, &c. 560
† Ausi omnes immane nefas, ausóque potiti: 621
Non mihi si linguæ centum sint, oráque centum,
Ferrea vox, omnes scelerum comprendere formas, &c.
* Ergo exercentur pœnis, veterúmque malorum 739
Supplicia expendunt: aliæ panduntur inanes
Suspensæ ad ventos: aliis sub gurgite vasto
Infestum eluitur scelus, aut exuritur igni.
† At furiis Caci mens effera, ne quid inausum, 8. Æn. 205
Aut intentatum scelerísve, dolíve fuisset.
* Vel cùm se pavidum contra mea jurgia fingit: 11. Æn. 406
Artificis scelus, & formidine crimen acerbat.
v. Peccatum, & Nefas, in Fas.

SCVTVM, CLYPEVS, PELTA, *Tergum, Ancile, Cetra, Ægis, Vmbo, Clypeatus, &c.*

† -- ubi tot Simoïs correpta sub undis 1. Æn. 100
Scuta virûm, galeásque, & fortia corpora volvit.
* -- primi clypeos, mentitáque tela Agnoscunt. - 2. Æn. 422
† -- clypeósque, ac tela sinistris 434
Protecti objiciunt, prensant fastigia dextris.
* Et summo clypei nequicquam umbone pependit. 546
† Hîc ferro accingor rursus, clypeóque sinistram 671
Insertabam aptans, méque extra tecta ferebam.
* Spiculáque, clypeíque, ereptáque rostra carinis. 7. Æn. 186
† Pars læves clypeos, & spicula lucida tergent 626
Arvinâ pingui, subigúntque in cote secures.
* -- clypeúmq; auróq; trilicem Loricam induitur. -- 639
† -- clypeóque insigne paternum, 657
Centum angues, cinctámque gerit serpentibus Hydrã.
* Succinctus trabeâ, lævâque ancile gerebat. 188
† Lanigerósque apices, & lapsa ancilia cœlo 8. Æn. 664
Extuderat. --
* - nõ illis omnib' arma Nec clypei, currúsq; sonãt. - 685

7. Æn. 722 † Scuta sonant, pulsúque pedum tremit excita tellus.
732 * Lævas cetra tegit, falcati comminùs enses.
789 † At lævem clypeum sublatis cornibus Io
Auro insignibat, jam setis obsita, jam bos;
Argumentum ingens, & custos virginis Argus,
Cælatâq; amnem fundens pater Inachus urnâ:
Insequitur nimbus peditum, clypeatáque totis
Agmina densantur campis, Argiváque pubes;
Et Sacranæ acies, & picti scuta Labici
8. Æn. 353 * Credunt se vidisse Iovem cùm sæpe nigrantem,
Ægida concuteret dextrâ, nimbósque cieret.
92 † Miratur nemus insuetum fulgentia longè
Scuta virûm fluvio, pictásque innare carinas.
562 * Stravi scutorúmque incendi victor acervos.
446 † Vulnificú que chalybs vastâ fornace liquescit.
Ingentem clypeum informant, unum omnia contra
Tela Latinorum, septenósque orbibus orbes
Impediunt. --
3. Æn. 286 * Ære cavo clypeum, magni gestamen Abantis,
Postibus adversis figo, & rem carmine signo,
Æneas hæc de Danais victoribus arma.
8. Æn. 537 † -- Tybri pater, quàm multa sub undas
Scuta virûm, galeásque, & fortia corpora volves.
661 * -- duo quisque Alpina coruscant
Gæsa manu, scutis protecti corpora longis.
9. Æn. 270 † -- ipsum illum clypeum, cristá que rubentes
Excipiam forti, jam nunc tua præmia, Nise.
410 * Conjicit, hasta volans noctis diverberat umbras,
Et venit adversi in tergum Sulmonis, ibíque
Frangitur, &c. (inde *Targa*, G. *Targue.*)
706 † Fulminis acta modo, quam nec duo taurea terga
Sustinuit. --
496 * -- tum scuta, caváque Dant sonitum flictu galeæ. --
732 † -- tremunt in vertice cristæ
Sanguineæ, clypeóque micantia fulgura mittit.
805 * Ergo nec clypeo juvenis subsistere tantùm
Nec dextrâ valet, injectis sic undique telis
Obruitur. --
10. Æn. 242 † -- & clypeum cape, quem dedit ipse
Invictum Ignipotens, atque oras ambiit auro.
261 * -- clypeum tum deinde sinistrâ Extulit ardentem. --
313 Æneam petit, huic gladio, pérque ærea scuta,
-- latus haurit apertum.

† -- ac clypeum, tot ferri terga, tot æris 10. *Æn.* 482.
Cùm pellis toties obeat circumdata tauri.
* Et totum clypei ferro dejecerat orbem. 46
† -- dixit, telúmq; intorsit in hostem: 882
Inde aliud super, atque aliud, figítque, volátque
Ingenti gyro, sed sustinet aureus umbo,
Teláque trunca viri, & bis sex thoraca petitum.
* Perfossúmque locis, clypeúmque ex ære sinistræ 11. *Æn.* 9
Subligat. --
† -- quantus In clypeum assurgat. -- 384
* Fœminea exultant lunatis agmina peltis. 664
† -- simul aptat habendo Ensémque, clypeúmque. -- 12. *Æn.* 88.
* Defigunt tellure hastas, & scuta reclinant. 130
† Sydereo flagrans clypeo, & cœlestibus armis. 162
* Sanguineus Mavors clypeo increpat, atque furentes 332
† Ille tamen clypeo objecto conversus in hostẽ Ibat. -- 377
Postquàm habilis lateri clypeus, loricáque tergo est.
* -- nec misero clypei mora profuit ærei. 541
† -- nec scuta, aut spicula densi Deponunt. -- 563
* Invadunt Martem clypeis, atque ære sonoro. 712
† Haud aliter Tros Æneas, & Daunius heros 723
Concurrunt clypeis, ingens fragor æthera complet.
* Fértq; refértq; sonans, clypeúmque everberat alis. 899

v. Clypeus, ubi de Parma, & Ancili.
v. Telum.

SECVRIS, BIPENNIS, Falx, Falcatus, &c.

ITur in antiquam sylvam, stabula alta ferarum; 6. *Æn.* 179
Procumbunt piceæ, sonat icta securibus Ilex
Fraxineæque trabes, cuneis & fissile robur Scinditur.
† Consulis imperium hic primus, sævásque secures 819
Accipiet, natósque pater nova bella moventes.
* -- sævúmque securi Aspice Torquatum. -- 824
† Quadrifidam quercum, cuneis ut fortè coactis 7. *Æn.* 509
Scindebat, raptâ spirans immanè securi.
* Erravêre jugis, ferro sonat alta bipenni 11. *Æn.* 135
Fraxinus: evertunt actas ad sydera pinus.
† Nunc validam dextrâ rapit indefessa bipennem. 651
* Tulláque, & æratam quatiens Tarpeia securim. 656
Tum validam pérq; arma viro, pérque ossa securim 696
Altior insurgens. --

12. Æn. 306 † -- ille securi
Adversi frontem mediam, mentúmque reductâ
Disjicit, & sparso latè rigat arma cruore.
7. Æn. 184 * Captivi pendent currus, curvæque secures.
633 † -- subigúntque in cote secures.
3. Geor. 364 * -- cædúntque securibus humida vina.
2. Æn. 223 † Quales mugitus fúgit cùm saucius aram
Taurus, & incertam excussit cervice securim.
4. Geor. 331 * Vre sata, & validam in vites molire bipennem.
2. Æn. 625 † Ac veluti summis antiquam in montibus ornum,
Cùm ferro accisam, crebrísque bipennibus instant
Eruere agricolæ certatim, illa usque minatur.
479 * Ipse inter primos correptâ dura bipenni
Limina perrumpit, postésque à cardine vellit.
5. Æn. 306 † Gnosia bina dabo lævato lucida ferro
Spicula; cælatámque auro ferre bipennem.
11. Æn. 656 * Tulláque, & æratam quatiens Tarpeia securim.
696 † Tum validâ perque arma viro, pérque ossa securim
Congeminat: vulnus calido rigat ora cerebro.
3. Ecl. 11 * Atque malâ vites incidere falce novellas.
1. Geor. 156 † -- & ruris opaci Falce premes umbras. --
4. Ecl. 40 * Non rastros patietur humus, non vinea falcem.
1. Geor. 348 † Falcem maturis quisquam supponat aristis,
2. Geor. 417 * Iam vinctæ vites, jam falcem arbusta reponunt.
1. Geor. 508 † Et curvæ rigidum falces conflantur in ensem.
2. Geor. 365 * Ipsa acie falcis nondum tentanda, sed uncis.
7. Æn. 635 † Vomeris hùc, & falcis honos, hùc omnis aratri
4. Æn. 513 * Falcibus & messæ ad lunam quæruntur ahenis
Pubentes herbæ. --
7. Æn. 732 † Lævas cetra tegit, falcati comminùs enses.

SEGES, MESSIS, SATA, FRUGES, Ceres, Culmus, Novale, Arista, Culta, Horrea, Far, Frumentum, Triticeus, &c.

1. Geor. 1 QVid faciat lætas segetes, --
47 † Illa seges demùm votis respondet avari
Agricolæ, bis quæ solem, bis frigora sensit.
54 * Hîc segetes, illinc veniunt feliciùs uvæ.
77 † Vrit enim lini campum seges, urit avenæ.
69 * Illic officiant lætis ne frugibus herbæ.
101 † Agricolæ, hyberno lætissima pulvere farra.

Lætus ager, nullo tantum se Mœsia cultu
Iactat, & ipsa suas mirantur Gargara messes.
† Luxuriem segetum tenerâ depascit in herbâ, 1. Geor, 112
Cùm primum sulcos æquant sata.--
* Mox & frumentis labor additus, ut mala culmos 150
Esset rubigo, segnísque horreret in arvis
Carduus: intereunt segetes, subit aspera sylva,
Lappæque, tribulíque, intérque nitentia culta
Infelix lolium, & steriles dominantur avenæ. 153
† Cùm graviter tonsis gemit area frugibus, & cùm
Surgentem ad Zephyrum paleæ jactantur inanes. 219
* At si triticeam in messem, robustáque farra
Exercebis humum, solísque instabis aristis. 225
† --sed illas Expectata seges vanis elusit avenis. 297
* At rubicunda Ceres medio succiditur æstu,
Et medio tostas æstu terit area fruges. 315
† Spicea jam campis cùm messis inhorruit, & cùm
Frumenta in viridi stipulá lactentia turgent,
Sæpè ego cùm flavis messorem induceret arvis
Agricola, & fragili jam stringeret hordea culmo,
Omnia ventorum concurrere prælia vidi,
Quæ gravidam latè segetem ab radicibus imis
Sublimè expulsam eruerent.--
* Nec galeis, densísque virûm seges horruit hastis, 2. Geor. 142
Sed gravidæ fruges, & Bacchi Massicus humor
Implevêre: tenent oleæq; armentáque læta.
† --ubi prima paretur Arboribus seges.-- 265
* Bis segetem densis obducunt sentibus herbæ.-- 350
† Iugera ruris erant, nec fertilis illa juvencis. 41
* Nubila, tum segetes altæ, campíque natantes 3. Geor. 198
Lenibus horrescunt flabris.--
† Sub terris posuítq; domos, atque horrea fecit. (*Mus.*) 1. Geor. 182
* Aut fœtu pecorum, aut Cerealis mergite culmi, 2. Geor. 517
Proventúque oneret sulcos, atque horrea vincat.
† --& floribus horrea texent (*Apes.*) 4. Geor. 250
* --populátque ingentem farris acervum 1. Geor. 185
Curculio, atque inopi metuens formica senectæ.
† Ac veluti ingentem formicæ farris acervum 4. Æn. 402
Cùm populant, hyemis memores, tectóq; reponunt,
It nigrum campis agmen, prædámque per herbas
Convectant calle angusto, pars grandia trudunt
Obnixæ frumenta humeris, pars agmina cogunt.
* --& canæ penetralia Vestæ Farre pio.-- 5. Æn. 744

1. *Geor.* 73	† Aut ibi flava feres mutato semine farra.
189	* Si superant fœtus, pariter frumenta sequentur.
315	† Frumenta in viridi stipulâ lactentia turgent.
3. *Geor.* 176	* Sed frumenta manu carpes sata. --
1. *Geor.* 1 4	† Paulatim & sulcis frumenti quæreret herbam.
150	* Mox & frumentis labor additus, ut mala culmos.
2. *Geor.* 203	† Nigra ferè, & presso pinguis sub vomere terra, Optima frumentis. --
228	* Altera frumentis quoniam favet, altera Baccho, Densa magis Cereri, rarissima quæque Lyæo.
1. *Geor.* 325	† Et pluviâ ingenti sata læta, boûmq; labores Diluit. --
2. *Æn.* 305	* Sternit agros, sternit sata læta. (*Torrens.*)
3. *Ecl.* 82	† Dulce satis humor, depulsis arbutus hœdis.
1. *Geor.* 22	* Diíque, Deæque omnes, studium quibus arva tueri, Quíque novas alitis nonnullo semine fruges, Quíque satis largum cœlo demittitis imbrem.
106	† Deinde satis fluvium inducit, rivósque sequentes.
3. *Æn.* 138	* Corrupto cœli tractu, miserandáque vênit Arboribúsque, satísque lues, & lethifer annus.
12. *Æn.* 453	† - dabit ille ruinas Arboribus, stragémq; satis. --
3. *Ecl.* 80	* Triste lupus stabulis, maturis frugibus imbres.
4. *Æn.* 128	† Nec pecori opportuna seges, nec commoda Baccho.
4. *Geor* 330	* -atque interfice messes Vre sata --
1. *Æn.* 176	† Tum Cererem corruptam undis, Cerealiáq; arma Expediunt fessi rerum, frugésque receptas, Et torrere parant flammis, & frangere saxo.
3. *Æn.* 142	* -- & victum seges ægra negabat.
1. *Ecl.* 71	† Impius hæc tam culta novalia miles habebit, Barbarus has segetes? --
1. *Geor.* 71	* Alternis idem tonsas cessare novales,
5. *Ecl.* 32	† Vitis ut arboribus decori est, segetes ut pinguibus arvis.
35	* Pro molli violâ, pro purpureo Narcisso Carduus, & spinis surgit Paliurus acutis, Grandia sæpè quibus mandavimus hordea sulcis, Infelix lolium, & steriles dominantur avenæ.
3. *Æn.* 45	† Nam Polydorus ego; hîc confixum ferrea texit Telorum seges & jaculis increvit acutis.
7. *Æn.* 525	* - atráque latè Horrescit strictis seges ensibus. --
11. *Æn.* 663	† --strictísque seges mucronibus horret Ferrea. --
5. *Ecl.* 65	* Ante focum, si frigus erit: si messis, in umbra.
1. *Geor.* 253	† Possumus, hinc messísque diem, tempúsq; serendi.
8. *Ecl.* 99	* Atque satas aliò vidi traducere messes.

† Illius immensæ ruperunt horrea messes.	1. *Geor.* 50
* Queis sine nec potuêre seri, nec surgere messes.	1. *Geor.* 161
† Thestylis, & rapido fessis messoribus æstu Allia, serpillúmq; herbas contundit olentes.	2. *Ecl.* 10.
* Tempora quæ messor, quæ curvus arator haberet.	1. *Geor.* 325
† Incipe, & ad medias sementem extende pruinas.	230

v. Ceres, & Ager.

SEMITA, CLASSIS, TRAMES, *Via, Iter, Limes, &c.*

CORripuêre viam intereà, quà semita monstrat.	1. *Æn.* 412
* Rara per occultos ducebat semita calles.	9. *Æn.* 383
† Hinc tibi quæ semper vicino ab limite sepes.	1. *Ecl.* 54
* Nec signare quidem, aut partiri limite campum.	1. *Geor.* 126
† Arboribus positis secto via limite quadret.	2. *Geor.* 178
* Signantémque vias, tum longo limite sulcus.	2. *Æn.* 697
† Cum procul hos lævo flectentes limite cernunt.	9. *Æn.* 372
* Quóve tenetis iter ?--	1. *Æn* 369
† Castigántque moras, opere omnis semita fervet.	1. *Æn.* 407
* Vrget utrimque latus, tenuis quà semita ducit, Angustæque ferunt fauces, aditúsque maligni.	11. *Æn.* 524
† Angustum formica terens iter.--	1. *Geor.* 380
*- prædámq; per herbas Convectant calle angusto.--	4. *Æn.* 404
† Secreti celant calles, & myrtea circum Sylva tegit. -	6. *Æn.* 443
* Ecce supercilio clivosi tramitis undam Elicit.--	1. *Geor.* 108
† Nulli visa citò decurrit tramite virgo.	5. *Æn.* 610
* Hoc superate jugum, & facili jam tramite sistam.	6. *Æn.* 676
† Furta paro belli convexo in tramite sylvæ, Vt bivias armato obsidam milite fauces.	11. *Æn* 515
* Ire iter, aut castris audebit vellere signa.	4. *Geor.* 107
† O socii, quà prima, inquit, fortuna salutis - Monstrat iter, quáque ostendit se dextra, sequamur.	2. *Æn.* 387
* Vnde iter Italiam, cursúsque brevissimus undis.	3. *Æn.* 507
†- fortuna, sequamur Quóq; vocat, vertamus iter -	5. *Æn.* 23
* Radit iter lævum interior.-- (*Navis.*)	170
† Radit iter liquidum, celeres neque commovet alas.	217
*Parietibus textum cæcis iter, ancipitémque.	589

Mille viis habuisse dolum -- (*Labyrinthus.*)

5. *Æn.* 862 † Currit iter tutum non seciùs æquore classis.
6. *Æn.* 16 * Insuetum per iter gelidas enavit ad Arctos.
112 † Ille meum comitatus iter, maria omnia mecum;
268 * Ibant obscuri solâ sub nocte per umbras.
Quale per incertam Lunam sub luce malignâ
Est iter in sylvis, ubi cœlum condidit umbrâ.
686 † --expectata parenti Vicit iter durum pietas.--
7. *Æn.* 7 * --tendit iter velis, portúmq; relinquit.
160 † Iámque iter emensi, turres, ac tecta Latinorum;
472 * Ergo iter ad Regem. Indicit primis juvenum.--
538 † Sternitur, hæsit enim sub gutture vulnus, & udæ
Vocis iter, tenuémque inclusit sanguine vitam.
806 * --gelidúsque per imas Quærit iter valles.--
9. *Æn.* 321 † Hàc iter est: tu ne qua manus.-- *&c.*
10. *Æn.* 161 * --jam quærit sydera opacæ Noctis iter.-
11. *Æn.* 244 † Atque iter emensi casus superavimus omnes.
10. *Æn.* 513 * Proxima quæque meti gladio, latúmq; per agmen
Ardens limitem agit ferro, te Turne superbum.
9. *Æn.* 323 † Hæc ego vasta dabo, & lato te limite ducam.

v. Ire, & Via.

SENATVS, SANCTVS, PAVPER: *Magistratus.*

1. *Æn.* 426 IVra, Magistratúsq; legunt, sanctúmq; Senatum.
8. *Æn.* 105 * Vnà omnes juvenum primi, paupérque Senatus
Thura dabant.--

v. Concilium, Consilium, & Consul.

SENECTA, SENECTVS, SENEX, *Senior, Longævus, Invalidus, Fessus, Confectus ætate, Maturus animi, & ævi, Effœto corpore, Obsitus ævo, Annis gravis. Senectus tristis, tarda, tardans, inops, turpis, æmula, cruda, viridis, effœta seclis, canens. Canere, Canus, Canities. Anus, Anilis.*

1. *Ecl.* 28 LIbertas, quæ sera tamen respexit inertem,
Candidior postquàm tondenti barba cadebat.
1. *Geor.* 186 † Curgulio, atque inopi metuens formica senectæ.
3. *Geor.* 65 * --subeunt morbi, tristísque senectus,
Et labor, & duræ rapit inclementia mortis.

* Hūc quoq; ubi aut morbo gravis, aut jã segnior annis	3. *Geor.* 95
Deficit, abde domo, nec turpi ignosce senectæ. (*Equi.*)	
† -quorum Iphitus ævo Iam gravior.--	2. *Æn.* 435
* Arma diù senior desueta trementibus ævo	509
Circumdat nequicquam humeris, & inutile ferrũm.	
† Ad sese, & sacrâ longævum in sede locavit.	525
* Sic fatus senior, telúmque imbelle sine ictu	544
Conjicit.-- (*Priamus.*)	
† Non priùs aspicies ubi fessum ætate parentem	595
Liqueris Anchisen?-- (*Venus Æneæ.*)	
* --subiit cari genitoris imago,	560
Vt Regem æquævum crudeli vulnere vidi.	
† Quem subiisse humeris confectum ætate parentem.	4. *Æn.* 599
* Hoc Helymus facit, hoc ævi maturus Acestes.	5. *Æn.* 73
† Ille sub hæc: non laudis amor, nec gloria cessit	394
Pulsa metu: sed enim gelidus tardante senectâ	
Sanguis hebet, frigéntque effœto in corpore vires.	
Si mihi quæ quondam fuerat, quâque improbus iste	
Exultat fidens, si nunc foret illa juventa,	
Haud equidem pretio inductus, pulchróq; juvenco	
Venissem, nec dona moror: sic deinde loquutus.	
* --his ego suetus,	414
Dum melior vires sanguis dabat, æmula necdum	
Temporibus geminis canebat sparsa senectus.	
† Hic membris, & mole valens, sed tarda trementi	431
Genua labant, vastos quatit æger anhelitus artus.	
* Ille meum comitatus iter maria omnia mecum,	6. *Æn.* 112
Atque omnes pelagíque minas, cœlíque ferebat,	
Invalidus, vires ultrà, sortémque senectæ.	
† Pallentésq; habitant morbi, tristísque senectus.	275
* - cui plurima mento Canities inculta jacet.--	295
† Iam senior, sed cruda Deo, viridísque senectus.	304
* (*Alecto.*)--in vultus sese transformat aniles,	7. *Æn.* 415
Et frontem obscœnam rugis arat, induit albos	
Cum vittâ crines, tum ramum innectit olivæ,	
Fit Calybe Iunonis anus, templíque Sacerdos.	
† & vulgus inermum, Invalidíque senes.--	12. *Æn.* 131
* Longævósque senes, ac fessas æquore matres.	5. *Æn.* 715
† Vere novo, gelidus canis cùm montibus humor	1. *Geor.* 43
Liquitur.-- (*id est albis, ob nivem.*)	
* Sed te victa situ, veríque effœta senectus.	7. *Æn.* 440
† --ibat Rex obsitus ævo.	8. *Æn.* 307
* Sed mihi tarda gelu, seclísque effœta senectus	507

Invidet imperium, feræque ad fortia vires.

8. Æn. 558 * Tum pater Evandrus dextram complexus euntis
Hæret inexpletùm lacrymans, ac talia fatur:
O mihi præteritos referat si Iuppiter annos,
Qualis eram, cùm primam aciem Præneste sub ipsa
Stravi, scutorúmque incendi victor acervos,
Et Regem hac Herilum dextrâ sub Tartara misi.

9. Æn. 246 † Hic annis gravis, atque animi maturus Alethes.

481 * Hunc ego te Euryale aspicio, túne ille senectæ
Sera meæ requies.--

610 † --nec tarda senectus
Debilitat vires animi, mutátque vigorem,
Canitiem galeâ premimus.--

10. Æn. 549 * Canitiémque sibi, & longos promiserat annos.

199 † Canentem molli plumâ duxisse senectam.

11. Æn. 81 * Ducitur infelix ævo confectus Acetes.

12. Æn. 55 † Tu requies miseræ, spes tu nunc una senectæ.

17 * Olli sedato respondit corde Latinus. (*more senum.*)

v. Priscus, Tempus, & Iuventa.

SEPES, SEPTUM, SEPIRE, AMBIRE, *Vallum, Vallare, Circumdare, Cingere, Includere, Stipare, Circumstare, Circumsistere, Prætexere, &c.*

1. Ecl. 55 Hinc tibi quæ semper vicino ab limite sepes
Hyblæis apibus florem depasta salicti,
Sæpè levi somnum suadebit inire susurro.

7. Ecl. 12 † Hic viridis tenerâ prætexit arundine ripas
Mincius, éque sacrâ resonant examina quercu.

8. Ecl. 37 * Sepibus in nostris parvam te roscida mala,
(Dux ego vester eram) vidi cum matre legentem.

1. Geor. 270 † --segeti prætendere sepem.

2. Geor. 434 * Quid majora sequar? salices, humilésque genistæ
Sufficiunt, sepémque satis, & pabula melli.

371 † Texendæ sepes etiam, & pecus omne tenendum.

3. Geor. 14 * Propter aquam, tardis ingens ubi flexibus errat
Mincius, & tenerâ prætexit arundine ripas.

1. Æn. 415 † At Venus obscuro gradientes aëre sepsit,
Et multo nebulæ circum Dea fudit amictu.

10. Æn. 120 * Ast legio Æneadûm vallis obsessa tenetur.

9. Æn. 146 † --ferro quis scindere vallum Apparat?--

* Et fossas implere parant, ac vellere vallum. 9. Æn. 506
† Rescindit vallum, & scalas in mœnia poscit. 514
* --sed pellere vallo Missilibus certant.-- 519
† Relligione patrum lucus sacer, undique colles
Inclusère cavi, & nigrà nemus abiete cingunt. 8. Æn. 597
* Buccina, tum muros variâ cinxêre coronâ. 11. Æn. 475
† Vndique enim densì Teucri inclusère coronâ. &c. 12. Æn. 744
* Gramineum in campum, quem collibus undiq; curvis
Cingebant sylvæ.-- 5. Æn. 287
† Considunt castris ante urbem, & mœnia vallant. 11. Æn. 915
* Luce palàm certum est igni circumdare muros. 9. Æn. 153
† Septem quæ una sibi muro circumdedit arces. 2. Geor. 535
* Turnus in arma viros, armis circumdatus ipse. 9 Æn. 462
† Exercentur agris, pars intra septa domorum. 4. Geor. 159
* Quamvis multa meis exiret victima septis. 1. Ecl. 34
† Septa armis, solióque alto subnixa resedit (Dido.) 1. Æn. 510
* Aggeribus septam circum, & fluvialibus undis. 9. Æn. 70
† Vt fera, quæ densâ venantum septa coronâ. &c. 551
* Inclusum veluti si quando flumine nactus
Cervum, aut puniceæ septum formidine pennæ. 12. Æn. 749
† Infert se septus nebulâ (mirabile dictu.) 1. Æn. 443
* Vnus homo vestris, ô cives, undiq; septus Aggerib⁹. . Æn. 783
† Inclusus muris, hostilíque aggere septus. 11 Æn. 398
* Sepsit se tectis, rerúmque reliquit habenas. 7. Æn. 600
† Circumstant fremitu denso, stipántq; frequentes. 4. Geor. 216
* Incessit, magnâ juvenum stipante catervâ. 1. Æn. 497
Hinc atque hinc glomerantur Oreades.--
† Tandem progreditur magnâ stipante catervâ. 4. Æn. 136
* An Tyriis, omníque manu stipata meorum. 544
† Tum socios (námq; omnis eum stipata tegebat
Turba ducum) sic incipiens hortatur ovanteis. 11. Æn. 12
* Armati circumsistant ipsúmque, domúmque. 8. Æn. 490
† Circumstant animæ dextrà, lævâq; frequentes. 6. Æn. 486
* Certatim Regis circumstant tecta Latini. 7. Æn. 585
† Nec quæ circumstent te deinde pericula cernis. 4. Æn. 561
* At me tum primùm sævus circumstetit horror. 2. Æn. 559
† Quos circumfusos sic est affata Sibylla. 6. Æn. 666
* --hostes circumstant undique muros. 11 Æn. 838
† Mœnia lata videt triplici circumdata muro,
Quos rapidus flammis ambit torrentibus amnis. 6. Æn. 549
* --Ignipotens atque oras ambiit auro. (clypei.) 10. Æn. 243
† - quo nunc Reginam ambire furentem
Audeat affatu.-- 4. Æn. 283

7. Æn. 333 † --neu connubiis ambire Latinum
Æneadæ possint, Italósve obsidere fines.
v. Obsidere.

SERENITAS, SERENUS, SERENARE Serenum, &c.

1. Geor. 393 NEc minùs ex imbri Soles, & aperta serena
Prospicere, & certis poteris cognoscere signis.
4. Geor. 232 * Taygete simul os terris ostendit honestum Pleias.--
1. Æn. 142 † --& dicto citiùs tumida æquora placat,
Collectásque fugat nubes, Solémque reducit.
155 * --cœlóque invectus aperto.*
254 † Vultu, quo cœlum, tempestatésque serenat.
4. Æn. 477 * Consilium vultu tegit, ac spem fronte serenat.
5. Æn. 104 † Expectata dies aderat, nonámque serenâ
Auroram Phaëtontis equi jam luce vehebant.
6. Æn. 707 * Ac veluti in pratis, ubi apes æstate serenâ.
9. Æn. 630 †--cœli genitor de parte serenâ Intonuit lævum.--
8. Æn. 528 * Arma inter nubem cœli in regione serenâ
Per sudum rutilare vident, & pulsa tonare.
1. Geor. 426 † Hora, nec insidiis noctis capiêre serenæ.
100 * Humida solstitia, atque hyemes orate serenas
Agricolæ.--
461 † Denique quid vesper serus vehat, unde serenus
Ventus agat nubes, quid cogitet humidus Auster.
260 * Multa forent, quæ mox cœlo properanda sereno.
476 † Non aliàs cœlo ceciderunt plura sereno Fulgura.--
3. Æn. 518 * Postquàm cuncta videt cœlo constare sereno.
5. Æn. 851 † Et cœli toties deceptus fraude sereni.
870 * O nimiùm cœlo, & pelago confise sereno.
1. Geor. 338 † Extremæ sub casum hyemis, jam vere sereno.
2. Æn. 285 * --quæ causa serenos Fœdavit vultus.--
4. Geor. 76 † Ergo ubi ver nactæ sudum, campósq; patentes.
9. Æn. 18 * Iri, decus, quis te mihi nubibus actam
Detulit in terras? unde hæc tam clara repentè
Tempestas? video medium discedere cœlum,
Palantésque polo stellas: sequor omina tanta.

v. Ortus diei.

SERERE, INSERERE, SEMINARE, Semen, Satio, Sata, Planta, Plantaria, &c.

GRandia sæpè quibus mandavimus hordea sulcis, 5. Ecl. 36
Infelix lolium, & steriles dominantur avenæ.
* Námque canebat, uti magnum per inane coacta 6. Ecl. 31
Semina terrarúmque, animæque, marísq; fuissent.
† Exercete viri tauros, serite hordea campis, 1. Geor. 210
Necnon & lini segetem, & Cereale papaver,
Tempus humo tegere, & jamdudum incûbere aratris,
Dum siccâ tellure licet, dum nubila pendent.
Vere fabis satio, tunc te quoque Medica putres
Accipiunt sulci.--
* Debita quàm sulcis committas semina, quámque 223
Invitæ properes anni spem credere terræ.
† Ausim vel tenui vitem committere sulco. 2. Geor. 289
* - néve oleæ sylvestres inseretruncos. 302
† --ipse feraces 4. Geor. 114
Figat humo plantas, & amicos irriget imbres.
* Hic plantas tenero abscindens de corpore matrum 2. Geor, 23
Deposuit sulcis, hic stirpes obruit arvo.
† At rabidæ tigres absunt, & sæva leonũ Semina.-- 151
* Antè locum similem exquirunt, ubi prima paretur 265
Arboribus seges, & quò mox digesta feratur:
Mutata ignorent subitò ne semina matrem:
Quin etiam cœli regionem in cortice signant.
Vt quo quæque modo steterit, quâ parte calores
Austrinos tulerit, quæ terga obverterit axi,
Restituant. Adeò in teneris assuescere multum est.
† Néve inter vites corylum sere, néve flagella 298
Summa pete, aut summas defringe ex arbore plantas:
(Tantus amor terræ) neu ferro læde retuso
Semina, néve oleæ sylvestres insere truncos.
* Vere tument terræ, & genitalia semina poscant.
† - quærit pars semina flammæ 323
Abstrusa in venis silicis.-- 6. Æn. 6
* Quíque novas alitis nonnullo semine fruges.
†--jacto qui semine comminùs arva Insequitur.-- 1. Geor. 26
* Rura gelu tum claudit hyems, nec semine jacto 103
Concretam patitur radicem affigere terræ. 2. Geor. 316
† Nam quæ seminibus jactis se sustulit arbos,
Tarda venit, seris factura nepotibus umbram: 57

2. *Geor.* 352 † Seminibus positis superest deducere terram.
6. *Æn.* 206 * Fronde virere novâ, quod non sua seminat arbos.
1. *Ecl.* 74 † Insere nunc Melibœe pyros, pone ordine vites.
2. *Geor.* 68 * Inseritur verò ex fœtu nucis arbutus horrida.
25 † Sylvarúmque aliæ pressos propaginis arcus
Expectant: & viva suâ plantaria terrâ,
Nil radicis egent aliæ, summúmque putator
Haud dubitat terræ referens mandare cacumen.
60 * Plantis & duræ coryli nascuntur, & ingens
Fraxinus. --
73 † Nec modus inserere, atq; oculos imponere simplex:
Nam quæ se medio trudunt de cortice gemmæ. &c.
Fit nodo sinus, huc aliena ex arbore germen
Includunt, udóque docent inolescere libro.
Finditur in solidum cuneis via, deinde feraces
Plantæ immittuntur. -- &c.

v. Arbos, & Seges.

SERPENS, ANGVIS, DRACO, *Coluber, Hydrus, Hydra, Lerna, Lernæus, Vipera, Vipereus, Chelydrus, &c.*

3. *Ecl.* 92 QVi legitis flores, & humi nascentia fraga:
Frigidus, ô pueri, fugite hinc, latet anguis in herbâ.
8. *Ecl.* 71 † Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.
1. *Geor.* 253 * Maximus hîc flexu sinuoso elabitur anguis,
Circùm pérq; duas in morem fluminis Arctos.
2. *Geor.* 157 † Nec rapit immensos orbes per humum, neque tanto
Squammeus in spiram tractu se colligit anguis.
319 * (Ciconia.) -- cùm vere rubenti
Candida venit avis longis invisa colubris.
140 † Hæc loca non tauri spirantes naribus ignem
Invertêre, satis immanis dentibus hydri.
3. *Geor.* 214 * Et tophus scaber, & nigris exesa chelydris
Creta, negant alios æquè serpentibus agros.
544 † Interit, & curvis frustrà defensa latebris
Vipera, & attoniti squammis astantibus hydri.
395 * Disce, & odoratam stabulis accendere cedrum,
Galbaneóque agitare graves nidore chelydros:
Sæpè sub immotis præsepibus, aut mala tactu
Vipera delituit, cœlúmque exterrita fugit:
Aut tecto assuetus coluber succedere, & umbræ,
Pestis acerba boum, pecoríque aspergere virus,
Fovit humum: cape saxa manu, cape robora pastor,
Tol-

Tollentémque minas, & sibila colla tumentem
Dejice, jámque fugâ tumidum caput abdidit altè,
Cùm medii nexus, extremæque agmina caudæ
Solvuntur, tardósque trahit sinus ultimus orbes:
Est etiam ille malus Calabris in saltibus anguis,
Squammea convolvens sublato pectore terga,
Atque notis longam maculosus grandibus alvum.
† Stagna colit, ripísque habitans hîc piscibus atram — 3.*Geor.*429
Improbus ingluviem ranísque loquacibus explet,
Exilit in siccum, & flammantia lumina torquens
Sævit agris, aspérque siti, atque exterritus æstu.
Ne mihi tùm molles sub dio carpere somnos,
Neu dorso nemoris libeat jacuisse per herbas:
Cùm positis novus exuviis, nitidúsque juventâ
Volvitur, aut catulos tectis, aut ova relinquens
Arduus ad Solem, & linguis micat ore trisulcis.
* Cocyti metuet, tortósque Ixionis angues. — 38.
† Illa quidem dum te fugeret per flumina præceps, — 4.*Geor.*457
Immanem ante pedes hydrum moritura puella
Servantem ripas, altâ non vidit in herbâ.
* Ecce autem gemini à Tenedo tranquilla per alta — 2.*Æn.* 203
(Horresco referens) immensis orbibus angues,
Incumbunt pelago, paritérque ad littora tendunt,
Pectora quorum inter fluctus arrecta, jubæque
Sanguineæ exuperant undas, pars cætera pontum
Ponè legit, sinuántque immensa volumine terga,
Fit sonitus spumante salo, jámque arva tenebant,
Ardentésque oculos suffecti sanguine, & igni
Sibila lambebant linguis vibrantibus ora.
Diffugimus visu exangues, illi agmine certo
Laocoonta petunt, & primùm parva duorum
Corpora natorum serpens amplexus uterque
Implicat, & miseros morsu depascitur artus.
† Corripiunt, spirísque ligant ingentibus, & jam — 217
Bis medium amplexi, bis collo squammea circùm
Terga dati, superant capite, & cervicibus altis,
Ille simul manibus tendit divellere nodos,
Perfusus sanie vittas. --
* Obstupuit, retróque pedem cum voce repressit, — 376
Improvisum aspris veluti qui sentibus anguem
Pressit humi nitens, trepidúsque repentè refúgit
Attollentem iras, & cærula colla tumentem:
Haud secùs Androgeos, --

2. *Æn.* 471 † Qualis ubi in lucem coluber mala gramina pastus,
Frigida sub terrâ tumidum quem bruma tegebat:
Nunc positis novus exuviis, nitidúsque juventâ,
Lubrica convolvit sublato pectore terga
Arduus ad Solem, & linguis micat ore trisulcis.

4. *Æn.* 471 * Aut Agamemnonius scenis agitatus Orestes,
Armatam facibus matrem, & serpentibus atris,
Cùm fugit, ultricésque sedent in limine Diræ.

5. *Æn.* 84 † Dixerat hæc, adytis cùm lubricus anguis ab imis
Septem ingens gyros, septena volumina traxit,
Amplexus placidè tumulum, lapsúsque per aras:
Cæruleæ cui terga notæ, maculosus & auro
Squammam incendebat fulgor, ceu nubibus arcus
Mille trahit varios adverso Sole colores.
Obstupuit visu Æneas, ille agmine longo
Tandem inter pateras, & lævia pocula serpens,
Libavítque dapes, rursúsque innoxius imo
Successit tumulo, & depasta altaria liquit.

273 * Qualis sæpe viæ deprensus in aggere serpens,
Ærea quem obliquum rota transiit, aut gravis ictu
Seminecem liquit saxo, lacerúmque viator:
Nequicquam longo fugiens dat corpore tortus,
Parte ferox, ardénsque oculis, & sibila colla
Arduus attollens: pars vulnere clauda retentat
Nexantem nodis, séque in sua membra plicantem.
Tali remigio navis se tarda movebat.

6. *Æn.* 416 † Cui vates horrere videns jam colla colubris.

576 * Quinquaginta atris immanis hiatibus hydra
Sævior intùs habet sedem, tum Tartarus ipse.

287 † Et centumgeminus Briareus, ac bellua Lernæ
Horrendùm stridens, flammísque armata Chimæra.

803 * (*Hercules.*) --Lernam tremefecerit arcu.

7. *Æn.* 329 † Tam sævæ facies, tot pullulat atra colubris.

346 * Huic Dea cæruleis unum de crinibus anguem
Conjicit, inque sinum præcordia ad intima subdit:
Quò furibunda domum monstro permisceat omnem.
Ille inter vestes, & lævia pectora lapsus
Volvitur attactu nullo, fallítque furentem,
Vipeream inspirans animam, fit tortile collo
Aurum ingens coluber, fit longæ tænia vittæ,
Innectítque comas, & membris lubricus errat.

450 † Alecto geminos erexit crinibus angues.

657 * Pulcher Aventinus, clypeóque insigne paternum

Centum angues, cinctámq; gerit serpentibus hydram.
† Diriguêre oculi, tot Erinnys sibilat hydris. 7. Æn. 452
* --fortissimus Vmber, 752
Vipereo generi, & graviter spirantibus hydris
Spargere qui somnos cantúque, manúque solebat,
Mulcebátque iras, & morsus arte levabat.
† Herculeas, & facta ferunt, ut prima novercæ 8. Æn. 288
Monstra manu, geminósque premens eliserit angues.
* --non te rationis egentem 299
Lernæus turbâ capitum circunstetit anguis.
† Ægidáque horrificam, turbatæ Palladis arma, 435
Certatim squammis serpentum, auróque polibant,
Connexósque angues, ipsámque in pectore Divæ
Gorgona, desecto vertentem lumina collo.
* --contrà ille repugnans 11. Æn. 749
Sustinet à jugulo dextram, & vim viribus exit.
Vtque volans altè raptum cùm fulva draconem
Fert aquila implicuítq; pedes, atque unguibus hæsit,
Saucius at serpens sinuosa volumina versat,
Arrectísque horret squammis, & sibilat ore,
Arduus insurgens: illa haud minùs urget adunco
Luctantem rostro, simul aëra verberat alis:
Haud aliter prædam Tyburtum ex agmine Tarchon
Portat ovans.--
† Dicuntur geminæ pestes cognomine Diræ, 12. Æn. 845
Quas, & Tartaream Nox intempesta Megæram
Vno eodémque tulit partu, paribúsque revinxit
Serpentem spiris, ventosásque addidit alas.
v. Monstrum.

SERVIRE, SERVITIVM, Serva, &c.

† --neque servitio me exire licebat. 1. Ecl. 46
* Cui domus Assaraci Phthiam, clarásque Mycenas 1. Æn. 283
Servitio premet, ac victis dominabitur Argis.
† juvenémq; superbum Servitio enixæ tulimus.-- 3. Æn. 326
* --dehinc ubi libera colla Servitio assuerint.-- 3 Geor. 166
† (*Cæsari.*) --tibi serviat ultima Thule. 1. Geor. 24
* --liceat Phrygio servire marito. 4. Æn. 103
† --aut Graiis servitum matribus ibo. 2. Æn. 737
* Olli serva datur operum haud ignara Minervæ 5. Æn. 284
Cressa genus, Pholoë, geminíque sub ubere nati.

9.Æn.545 † Mœonio regi, quem serva Lycimnia furtim
Sustulerat, vetitísque ad Trojam miserat armis.
v. Libertas, Ministrare.

SIGNVM, OMEN.

1.Geor. 229 HAud obscura cadens mittet tibi signa Bootes,
437 † Sol quoq; & exoriēs, & cùm se cōdet in undas
Signa dabit: Solem certissima signa sequentur, &c.
393 * Nec minùs ex imbri soles, & aperta serena
Prospicere, & certis poteris cognoscere signis.
2.Æn. 171 † Nec dubiis ea signa dedit Tritonia monstris.
1.Geor. 470 * Obscœníque canes, importunæque volucres
Signa dabant, quoties Cyclopum effervere in agros.
3.Geor. 440 † Morborum quoque te caussas, & signa docebo.
10.Æn. 265 * Strimoniæ dant signa grues, atque æthera tranant.
5.Æn. 647 † Divini signa decôris, Ardentésque notate oculos.
1.Geor. 351 * Atque hæc ut certis possimus discere signis
4.Geor. 253 † Quod jam non dubiis poteris cognoscere signis.
8.Æn. 523 * Ni signum cœlo Cytherea dedisset aperto,
Námque improviso vibratur ab æthere fulgor
Cum sonitu venit. & ruere omnia visa repentè,
Tyrrhenúsque tubæ mugire per æthera clangor,
Suspiciunt, iterùm atq; iterùm fragor intonat ingens,
Arma inter nubem cœli in regione serenâ
Per sudum rutilare vident, & pulsa tonare, &c.
4.Æn. 166 † Deveniunt, prima & Tellus, & pronuba Iuno
Dant signum, fulsêre ignes, & conscius æther.
3.Æn. 387 * Quàm tutâ possis urbem componere terrâ
Signa tibi dicam, tu condita mente teneto,
Littore s ingens inventa sub ilicibus sus, &c.
537 † Quatuor hîc, primum omen, equos in gramine vidi
Tondentes campum latè, candore nivali.
7.Æn. 173 * Hinc sceptra accipere, & primos attollere fasces
Regibus omen erat, hoc illis curia templum.
10.Æn. 310 † Signa canunt, primus turmas invasit agrestes
Æneas, omen pugnæ, stravítque Latinos.
12.Æn. 853 * Harum unam celerem demisit ab æthere summo
Iuppiter, ínque omen Iuturnæ occurrere jussit.
7.Æn. 582 † Ilicet infandùm, cuncti contra omina bellum,
Contra fata Deûm perverso numine poscunt.
9.Æn. 20 * — video medium discedere cœlum,
Palantésque polo stellas, sequor omina tanta,

Quisquis in arma vocas. (*Turnus Iridi.*)

* Omine quo firmans animum, sic incipit ipsa. 4.*Geo.* 386
Est in Carpathio. -- (*Cirene ad Aristæum*)

† . --nec maximus omen Abnuit Æneas.-- 5. *Æn.* 530

* Certatim instaurant epulas, atque omine magno, 7.*Æn.* 145
Crateras læti statuunt, & vina coronant.

† Cui pater intactam dederat, primísque jugarat 1. *Æn.* 345
Ominibus.-- (*Sichæo Didonem.*)

v. Prædicere, Astrum, & Tuba.

SIMVLACRVM, VMBRA, IMAGO, *Facies, Figura, Forma, Effigies.*

† --& simulacra modis pallentia miris 1.*Geor.* 478
Visa sub obscurum noctis. --

* Et cantu commotæ Erebi de sedibus imis, 4.*Geor.* 471
Vmbræ ibant tenues, simulacráque luce carentum,
Quàm multa in sylvis avium se millia condunt,
Vesper ubi, aut hybernus agit de montibus imber:
Matres atque viri, defunctáque corpora vitâ
Magnanimûm heroûm, pueri, innuptæque puellæ,

† Ipsa sed in somnis inhumati venit imago 1. *Æn.* 352
Conjugis, ora modis attollens pallida miris,
Nudavit, cæcúmque domûs scelus omne retexit.
Tum celerare fugam, patriâque excedere suadet.

* In somnis ecce ante oculos mœstissimus Hector 2. *Æn.* 270
Visus adesse mihi, largósque effundere fletus, &c.
Hei mihi qualis erat, quantùm mutatus ab illo, &c.

† Ille nihil, nec me quærentem vana moratur, 287
Sed graviter gemitus imo de pectore ducens
Heu, fuge nate Deâ, téque his ait eripe flammis.

* Quærenti, & tectis urbis sine fine furenti, 771
Infelix simulacrum, atque ipsius umbra Creüsæ,
Visa mihi ante oculos, & notâ major imago.
Obstupui, steterúntque comæ, & vox faucibus hæsit,
Tum sic affari, & curas his demere dictis:
Quid tantùm insano juvat indulgere labori,
O dulcis conjux? non hæc sine numine Divûm
Eveniunt. -- (*Creüsa Æneæ.*)

† Hæc ubi dicta dedit, lacrymantẽ, & multa volentem 790
Dicere, deseruit, tenuésque recessit in auras:
Ter conatus ibi collo dare brachia circum,
Ter frustrà comprensa manus effûgit imago:

Par levibus ventis, volucríque simillima somno.

3. Æn. 247 † Nox erat, & terris animalia somnus habebat,
Effigies sacræ Divûm, Phrygiíque Penates.
Quos mecum à Troja, mediísque ex ignibus urbis,
Extuleram, visi ante oculos astare jacentis,
In somnis multo manifesti lumine, quà se
Plena per insertas fundebat luna fenestras:
Tum sic affari, & curas his demere dictis.

588 * Postera jámque dies primo surgebat Eoo, &c.
Cùm subitò è sylvis macie confecta supremâ,
Ignoti nova forma viri, miserandáque cultu
Procedit, suppléxque manus ad littora tendit:
Respicimus: dira illuvies, immissáque barba,
Consertum tegmen spinis: at cætera Graius,
Continuitque gradum: mox sese ad littora præceps
Cum fletu, precibúsque tulit. Per sydera testor,
Tollite me Teucri. --

4. Æn. 277 † - tali Cyllenius ore locutus,
Mortales visus medio sermone reliquit,
Et procul in tenuem ex oculis evanuit auram;
At verò Æneas aspectu obmutuit amens,
Arrectæque horrore comæ. --

351 * Me patris Anchisæ quoties humentibus umbris
Nox operit terras, quoties astra ignea surgunt,
Admonet in somnis, & turbida terret imago.

385 † Et cùm frigida mors animâ seduxerit artus,
Omnibus umbra locis adero, dabis improbe pœnas.

556 * Huic se forma dei vultu redeuntis eodem
Obtulit in somnis, rursúsque ita visa monere est:
Omnia Mercurio similis, vocémque, colorémque,
Nate Deâ, potes hoc sub casu ducere somnos.

570 † - sic fatus, nocti se immiscuit atræ:
Tum verò Æneas subitis exterritus umbris,
Corripit è somno corpus, sociósque fatigat.

654 * Et nunc magna mei sub terras ibit imago.

5. Æn. 721 † Et nox atra polum bigis subvecta tenebat;
Visa dehinc cœlo facies delapsa parentis
Anchisæ, subitò taleis effundere voces.
Chare magis, nate Iliacis exercite fatis,
Imperio Jovis huc venio, qui classibus ignem.

733 * Congressus pete, nate, meos, non me impia námq;
Tartara habent, tristesq; umbræ: sed amœna piorum
Concilia, Elysiúmque colo. --

* Dixerat, & tenues fûgit ceu fumus in auras, 5. *Æn* 740
Æneas: Quò deinde ruis? quò proripis? inquit,
Quem fugis? aut quis te nostris complexibus arcet?
† Ille autem: Tua me genitor, tua tristis imago 6. *Æn*. 695
Sæpiùs occurrens, hæc limina tendere adegit.
--dá jungere dextram,
Da genitor, téque amplexu ne subtrahe nostro.
Ter conatus ibi, &c. *vt* 2. *Æneid* 792 *suprà*.
* Hic illi occurrit Tydeus, hic inclytus armis 479
Parthenopêus, & Adrasti pallentis imago.
† Dii, quibus imperium est animarū, umbræq; silētes. 264
* Gorgones, Harpyiæq; & forma tricorporis umbræ. 289
† Rursus, & in veterem fato revoluta figuram. 449
* Alitis in parvæ subitò collecta figuram. 12. *Æn*. 862
† Multa modis simulacra videt volitantia miris. 7. *Æn*. 89
* Vix positum castris simulacrum. *i. Palladium*. 2. *Æn*. 172
† Ducendum ad sedes simulacrum. -- 232
* Condensæ & Divûm amplexæ simulacra tenebant. 517
† --Pugnæque cient simulacra sub armis. 5. *Æn*. 585
* Ascanius; galeam ante pedes projecit inanem, 673
Quâ ludo indutus belli simulacra ciebat.
† Morte obitâ quales fama est volitare figuras. 10. *Æn*. 641
vi. Evanescere, *&* *Somnus*.

SOL, PHOEBVS, TITAN, PHOEbêa lampas, Titanius: Sol aureus, Ardens, Decedens, Novus, Maturus, Rapidus, Coruscus, Tepidus, Surgens, Exoriens, Nascens, Igneus, Ætherius, Alius: Longus pro die, ut *Incertus: Recurrens, Cadens, Adversus, Infusus, Potens, Hybernus, Relatus, &c.*

SOle sub ardenti resonant arbusta cicadis. 2. *Ecl*. 13
* Et sol crescentes decedens duplicat umbras. 67
† Iámque novum terræ stupeant lucescere solem. 6. *Ecl*. 37
* --sæpè ego longos 9. *Ecl*. 51
Cantando puerum memini me condere soles.
† Inque novos soles audent se gramina tutò Credere.- 2. *Geo*. 332
* Pulverulenta coquat maturis solibus æstas. 1. *Geor*. 66
† --rapidíve potentia solis. 92
* Per duodena regit mundi sol aureus astra. 234
† Quinque tenent cœlum Zonæ, quarum une corusco 233

Semper sole rubens, & torrida semper ab igni.

1. Æn. 398 * Non tepidum ad solem pennas in l ttore pandunt.

424 † Si verò solem ad rapidum, lunásque sequentes,
O d ne respicies.--

438 * Sol quoque, & exoriens, & cùm se condet in undas
S gna dabit, solem cert ssima signa sequentur,
Et qu e mane refert, & quæ surgentibus astris.
Ille ub nascentem macul s variaverit ortum,
Conditus in nubem, med óque refugerit orbe,
Aut ubi sub lucem densa i ter nubila sese
Diversi erumpent rad i. --

463 † Sol tibi signa dabit: Solem quis dicere falsum
Au leat? Ille etiam cæcos instare tumultus
Sæpe m net, fraudémque, & operta tumescere bella,
Ille etiam extincto miseratus Cæsare Romam,
Cùm caput obscurâ nitidum ferrugine texit.

3. Æn. 203 * Tres adeò incertos cæcâ caligine soles
Erramus pelago, totidem sine sydere noctes;

284 † Intereà magnum sol circumvolvitur annum.

508 * Sol ruit intereà, & mon es umbrantur opaci.

7. Æn. 100 † Omnia sub pedibus, quà sol utrumq e recurrens
Asp cit O eanum, vertique, regíque videbunt.

218 * Extremo veniens Sol asp ciebat Olympo.

1. Geor. 288 † Aut cùm sole novo terras irrorat Eous.

7. Æn. 725 * Vel cùm sole novo densæ torrentur aristæ.

3. Geor. 510 † Atque alio patriam quæ unt sub sole jacentem.

155 * Sole recens orto, aut noctem ducentibus astris.

410 † Nocte premúnt, quod jam tenebris, & sole cadente.

1. Geor. 430 * Exercet sub sole labor. -- (Apes.)

3. Æn. 568 † Interea fessos ventus cum sole reliquit.

4. Æn. 701 * Mille trahens varios adverso sole colores.

6. Æn. 534 † Vt tristes sine sole domos, loca turbida adires.

7. Æn. 531 * Horrescit strictis seges ensibus, æráque fulgent
Sole lacessita, & lucem sub nubila jactant.

8. Æn. 22 † Sicut aquæ tremulum labris ubi lumen ahenis,
Sole repercussum. -- Omnia pervolitat. --

9. Æn. 461 * Iam sole infuso, jam rebus luce retectis.

10. Æn. 807 † Dum pluit in terris, ut possint, sole reducto,
Exercere diem. --

3. Æn. 637 * Argol c clypei, aut Phœbeæ lampadis instar.

4. Æn. 6 † Postera Phœbeâ lustrabat lampade terras.

1. Geor. 451 * --nam sæpè videmus
Ipsius in vultu varios errare colores,
Cæruleus pluviam denuntiat, igneus Euros:

Sin' maculæ incipient rutilo immiscerier igni,
At si cum refertque diem, condétque relatum,
Lucidus orbis erit. --
† Neve tibi ad solem vergant vineta cadentem. 2.Geor. 298
* Prima vel autumni sub frigora, cùm rapidus sol, 321
Nondum hyemem cõtingit equis, jam præterit Æstas.
† Cui super indignas hyemes, solemque potentem. 373
* Defectus solis varios, lunæque labores. 478
† Quid tantùm Oceano properent se tingere soles 481
Hyberni. --
* Surgit, & ætherii spectans orientia solis 8.Æn. 68
Lumina, ritè cavis undam de flumine palmis.
† Et stabula à ventis hyberno opponere soli 3.Geor. 302
Ad medium conversa diem. --
* Tum sol pallentes haud unquam discutit umbras, 357
Nec cùm invectus equis altum petit æthera, nec cùm
Præcipitem Oceani rubro lavit æquore currum.
† -ub pulsam hyemem sol aureus egit Sub terras.- 4.Geo. 51
* (*de Apibus.*) --& alas Pandere ad æstivũ solem -- 527
† Ardebat cœlo, & mediũ sol igneus orbẽ Hauserat.- 426
* Quod superest, ubi pulsam hyemem sol aureus egit 50
Sub terras cœlúmque æstivâ luce reclusit.
† Ipsa ego te medios cùm sol accenderit æstus. 400
* Nec tam aversus equos Tyriâ sol jungit ab urbe. 1.Æn. 567
† Intereà magnum sol circumvolvitur annum. 3.Æn. 284
* Sol, qui terrarum flammis opera omnia lustras. 4.Æn. 607
†--Solémque suum, sua sydera norunt. 6.Æn 641
* Illi ad surgentem conversi lumina solem. 12 Æn. 172
† Tum pius Æneas stricto sic ense precatur, 175
Esto nunc sol testis, & hæc mihi terra precanti.
* --cui tempora circum 162
Aurati bis sex radii fulgentia cingunt,
Solis avi specimen. --
† Postera vix summos spargebat lumine montes, 113
Orta dies, cùm primùm alto se gurgite tollunt
Solis equi, lucémque elatis naribus efflant.
* Ni roseus fessos jam gurgite Phœbus Ibero 11. Æn. 913
Tingat equos, noctémque die labente reducat.
† --ubi primos crastinus ortus 4. Æn. 119
Extulerit Titan, radiisque retexerit orbem.
* Lucentémque globum lunæ, Titaniáque astra. 6.Æn. 727

v. Dies, Ortus Diei, & Astrum.

SOLERE, SOLITUS, INSOLITUS, *Insuetus, &c.*

4. Ecl. 24	Nostram, sic parvis componere magna solebam.
3. Ecl. 26	† --non tu in triviis, indocte, solebas Stridenti miserum stipulâ disperdere carmen?
6. Ecl. 70	* Ascræo quos ante seni, quibus ille solebat Cantando rigidas deducere montibus ornos.
2. Geor. 186	† Qualé sæpe cavâ mõtis cõvalle solemus Despicere.
9. Æn. 214	* Mandet humo solitâ, aut si qua id fortuna vetabit.
11. Æn. 415	† Quanquam, ô si solitæ quicquam virtutis adesset.
9. Æn. 128	* --his Iuppiter ipse Auxilium solitum eripuit.
1. Æn. 462	† Et Danaûm solitæ naves, & Achaica castra.
1. Geor. 412	* Nescio quâ præter solitum dulcedine læti. *(Corvi.)*
11. Æn. 383	† Proinde tona eloquio, solitũ tibi.-*(Turnus Dranci.)*
2. Æn. 23	* Canto quæ solitus-- Amphion Dircæus in Actæo.--
9. Æn. 591	† Dicitur, antè feras solitus terrere fugaces.
7. Æn. 357	* Mollius & solito matrum de more locuta est.
1. Æn. 729	† --quam pateram Belus, & omnes A Belo soliti.
1. Geor. 475	* Audiit, insolitis tremuerunt montibus Alpes.
3. Geor. 543	† Proluit, insolitæ fugiunt in flumina phocæ.
8. Æn. 248	* Inclusúmque cavo saxo, atque insueta rudentem.

v. Assuesco, & Mos.

SOMNUS. MOLLIS, SALUBRIS, *Inceptus, Dulcis, Ferreus: Somnia Vana, Insomnia, Insomnis, Somniferi Cantus: Sopor, Placidus, Altus, Consanguineus Lethi: Sopiti sensus, Sopora Nox, Soporatus, Ramus, Offa: Quies, Placida, Prima, Inopina, Dulcis, Alta, Media, Sera, Dura, Languida, Gratissima dono Dei, Simillima Morti, &c.*

1. Ecl. 80	Hic tamen hac mecum poteris requiescere nocte.
6. Ecl. 14	† --Chromis, & Mnasylus in antro Silenum pueri somno vidêre jacentem, Inflatum hesterno venas, ut semper, Iaccho.
2. Geor. 470	* Mugitúsque boûm mollésque sub arbore somni, Non absunt. --
1. Geor. 342	† Tunc somni dulces, densæque in montibus umbræ.
2. Geor. 506	* Vt gemmâ bibat, & Sarrano dormiat ostro.
3. Geor. 435	† Ne mihi tum molles sub Dio carpere somnos, Neu dorso nemoris libeat jacuisse per herbas, Cùm positis novus exuviis, nitidúsque juventâ

Volvitur, &c. -- (*Anguis*)
† --nec somnes abrumpit cura salubres. 3. *Geor.* 50
* Post ubi jam thalamis se composuêre, siletur 4. *Geor.* 189
In noctem, fessosque sopor suus occupat artus.
† --facilè ut somno aggrediare jacentem. 404
* Donec talis erit mutato corpore qualem 414
Videris, incœpto tegeret cùm lumina somno.
† Sternunt se somno diverso in littore Phocæ. 432
* Vix defessa senem passus componere membra, 438
† --conditque natanti a lumina somnus, 496
Iámque vale, feror ingenti circumdata nocte.
* Hunc ego sopitum somno super alta Cythera. 1. *Æn.* 679
† At Venus Ascanio placidam per membra quietem 690
Irrigat, & fotum gremio Dea tollit in altos
Idaliæ lucos: ubi mollis amaracus illum
Floribus, & dulci aspirans complectitur umbrâ.
* --& jam nox humida cœlo 2. *Æn.* 8
Præcipitat, suadéntque cadentia sydera somnos.
† --fusi per mœnia Teucri 252
Conticuêre: sopor fessos complectitur artus.
* Tempus erat quo prima quies Mortalibus ægris 268
Incipit, & dono Divûm gratissima serpit,
In somnis ecce ante oculos mœstissimus Hector
Visus adesse mihi. --
† Invadunt urbem, somno, vinóque sepultam: 265
Cæduntur vigiles. --&c.
* Par levibus ventis, volucríque simillima somno. 294
† Sol ruit intereà, & montes umbrantur opaci, 3. *Æn.* 509
Sternitur optatæ gremio telluris ad undam.
* Nox erat, & terris animalia somnus habebat, 147
Sortiti remos, passímque in littore sicco
Corpora curamus, fessos sopor irrigat artus.
† --nec placidam membris dat cura quietem. 4. *Æn.* 5
* --nec dulci declinat lumina somno. 185
† Credimus, an qui amant ipsi sibi somnia fingunt. 8. *Ecl.* 108
* Ipsa sed in somnis inhumatæ venit imago. 1. *Æn.* 353
† Excutior somno.-- (*Æneas.*) 302
* Spargens humida mella, soporiferúmque papaver. 4. *Æn.* 486
† Nox erat: & placidum carpebant fessa soporem 522
Corpora per terras, sylvæque, & sæva quierant
Æquora, cùm medio volvuntur sydera lapsu,
Cùm tacet omnis ager, pecudes, pictæque volucres,
* Quæque lacus latè liquidos, quæque aspera dumis 530

Rura tenent, somno positæ sub nocte silenti
Lenibant curas, & corda oblita laborum.

4. Æn. 529 † --nec unquam
Solvitur in somnos, oculísve, aut pectore noctem
Accipit, ingeminant curæ:--

554 * Æneas celsâ in puppi, jam certus eundi
Carpebat somnos.--

569 † Nate Deâ, potes hoc sub casu ducere somnos?

571 * Tum verò Æneas subitis exterritus umbris,
Corripit è somno corpus, sociósque fatigat:
Præcipites vigilate viri.--

5. Æn. 835 † Iámque fere mediam cœli nox humida metam
Contigerat: placidâ laxarant membra quiete
Sub remis fusi per dura sedilia nautæ,
Cùm levis æthereis delapsus Somnus ab astris
Aëra dimovit tenebrosum, & dispulit umbras,
Te, Palinure, petens, tibi tristia somnia portans
Insonti, puppique Deus consedit in altâ,
Phorbanti similis, fudítque has ore loquelas:
Iaside Palinure, ferunt ipsa æquora classem.
Æquatæ spirant auræ: datur hora quieti:
Pone caput, fessósque oculos furare labori.

852 * Talia dicta dabat, clavúmque affixus, & hærens
Nusquam amittebat, oculósque sub astra tenebat:
Ecce Deus ramum lethæo rore madentem,
Vique soporatum Stygiâ, super utraque quassat
Tempora, cunctantíque natantia lumina solvit,
Vix primos inopina quies laxaverat artus,
Et super incumbens, cùm puppis parte revulsâ.

6. Æn. 278 † Tum consanguineus lethi sopor, & mali mentis:

282 * --primísque in faucibus Orci,
In medio ramos, annosaque brachia pandit
Vlmus opaca, ingens: quam sedem Somnia vulgò
Vana tenere ferunt, foliísque sub omnibus hærent.

390 † Vmbrarum hîc locus est, somni noctísque soporæ:

420 * Melle soporatam, & medicatam frugibus offam
Objicit, ille fame rabidâ tria guttura pandens
Corripit objectam, atque immania terga resolvit
Fusus humi, totóque ingens extenditur antro.

520 † Tum me confectum curis, somnóque gravatum
Infelix habuit thalamus, pressítque jacentem
Dulcis & alta quies, placidæque simillima morti.

893 * Sunt geminæ Somni portæ, quarum altera fertur
Cornea, quâ veris facilis datur exitus umbris:

Altera candenti perfecta nitens elephanto,
Sed falsa ad cœlum mittunt insomnia Manes.
† --& cæsarum ovium sub nocte silenti 7. Æn. 87
Pellibus incubuit stratis, somnósque petivit:
Multa modis simulacra videt volitantia miris.
* Iam mediam nigrâ carpebat nocte quietem. 414
† Hæc adeò tibi me placidâ cùm nocte jaceres. 427
* Spargere qui somnos, cantúque, manúque solebat. 754
† neque eû juvêre in vulnera cantus Somnifer.i.-- 757
* Nox erat, & terras animalia fessa per omnes 8. Æn. 26
Alituum, pecuúmque genus, sopor altus habebat.
Cùm pater in ripa, gelidique sub ætheris axe
Æneas, tristi turbatus pectora bello,
Procubuit, serámque dedit per membra quietem.
† Iámque tibi (ne vana putes hæc fingere somnum) 42
Littoreis ingens inventa sub ilicibus sus, &c.
* -- nox Ænéam, somnúsque reliquit. 67
† Optatos dedit amplexus, placidúmque petivit 405
Conjugis infusus gremio per membra soporem:
Inde, ubi prima quies medio jam noctis abactæ
Curriculo expulerat somnum. --
* Cætera per terras omnes animalia somno 9. Æn. 224
Laxabant curas, & corda oblita laborum.
† - Passim vino, somnóque per herbam 316
Corpora fusa vident. --
* Ramnetem aggreditur; qui fortè tapetibus altis 325
Extructus, toto proflabat pectore somnum.
† Æneas: neque enim membris dat cura quietem. 10. Æn. 217
* At quæ sopitos deludunt somnia sensus. 642
† Olli dura quies oculos, & ferreus urget 745
Somnus, in æternam clauduntur lumina noctem.
* Cernis quæ Rutulos habeat fiducia rerum; 11. Æn. 188
Lumina rara micant: somno, vinóque soluti
Procubuêre, silent latè loca. --
† Ac velut in somnis oculos ubi languida pressit 12. Æn. 908
Nocte quies, nequicquam avidos extendere cursus
Velle videmur, & in mediis conatibus ægri
Succidimus: non lingua valet, non corpore notæ
Sufficiunt vires, nec vox, nec verba sequuntur.
* --noctem custodita ducit Insomnem ludo.-- 9. Æn. 166
† Vestibulum insomnis servat noctésque, diésque. 6. Æn. 556

v. Lectus, Requies, Nox, Simulacrum, Vigilare.

SPES, FIDVCIA, SPERARE, CONFIDERE: *Spes Vana, Vlla, Fidissima, Incerta, Addita, Inanis, Vna, Altera, Subita, Angusta, &c.*

1. Ecl. 14 Hic inter densas corylos modò námque gemellos,
Spem gregis, ah, silice in nudâ connixa reliquit.
33 † Nec spes libertatis erat, nec cura peculî
3. Geor. 105 * Cum spes arrectæ Iuvenû ex ultantiáq; haurit Corda.
1. Æn. 213 † Spem vultu simulat, premit altum corde dolorem.
222 * Spémque, metúmque inter dubii, seu vivere credãt,
Sive extrema pati. --
8. Ecl. 26 † Mopso Nisa datur, quid non speremus amantes?
1. Æn. 560 * Pontus habet Libyæ, nec spes jam restat Iüli.
547 † At, sperate Deos memores fandi, atque nefandi,
4. Æn. 419 * Hunc ego si potui tantùm sperare dolorem,
2. Æn. 354 † Vna salus victis, nullam sperare salutem.
503 * Quinquaginta illi thalami, spes tanta nepotum:
217 † Multa malus simulans vanâ spe lusit amantem,
449 -- hic primùm Æneas sperare salutem
Ausus, & afflictis meliùs confidere rebus.
137 † Nec mihi jam patriam antiquam spes ulla videdi,
162 * Omnis spes Danaûm, & cœpti fiducia belli
Palladis auxiliis semper stetit: impius ex quo, &c.
Ex illo fluere, ac retrò sublapsa referri
Spes Danaûm: fractæ vires: aversa Deæ mens.
281 † O lux Dardaniæ, spes ô fidissima Teucrûm.
676 * Sin aliquam expertus sumptis spem ponis in armis,
Hanc primùm tutare domum. --
3. Æn. 543 † Spes est pacis, ait: tum Numina sancta precatur.
Limina portarum, nec spes opis ulla dabatur.
4. Æn. 55 * Spémque dedit dubiæ menti, solvítque pudorem.
235 † Quid struit? aut quâ spe inimicâ in gente moratur.
271 * Quid struis, aut quâ spe Libycis teris otia terris?
382 † Spero equidẽ mediis Supplicia hausurũ scopulis.
477 * Consilium vultu tegit, ac spem fronte serenat.
5. Æn. 183 † Hîc læta extremis spes est accensa duobus,
672 * -- vestras spes uritis. (*i. Naves.*)
6. Æn. 526 † Scilicet id magnum sperans fore munus amanti,
7. Æn. 126 * Tum sperate domos defessus. --
8. Æn. 217 † -- Bos, vastóque sub antro

Mugiit, & Caci spem custodita fefellit.

*Dum curæ ambiguæ, dum spes incerta futuri. 580

† --ergo maria invia Teucris, 9. Æn. 130

Nos spes ulla fugæ, rerum pars altera adempta est.

*At tu, oro, solare inopem, & succurre relictæ. 290

Hanc sine me spem ferre tui, audentior ibo.

† --spes addita suscitat iras. 10. Æn. 263

* Per ducis Evandri nomen, devictáque bella, 370

Spémque meam, parvæ quæ nunc subit æmula laudis.

† Quæ cuique fortuna hodie, quam quisque secat spē. 9. Æn. 107

* --atque animo spem turbidus hausit inanem. 10. Æn. 648

† Per patrios Manes, & spes surgentis Iüli. 524

* --spes pascis inanes. 627

† Et nunc ille quidem spe multum captus inani, 11. Æn. 49

Fors & vota facit. --

* Arma parate animis, & spe præsumite bellum. 218

† Hæc adeò ex illo mihi jam speranda fuerunt

Tempore. --

* Spem si quam accitis Ætolum habuistis in armis, 308

Ponite: spes sibi quisq; sed hæc quàm angusta videtis.

† Si nullam nostris ultrà spem ponis in armis. 411

* Vt tantâ quicquam pro spe tentare recusem. 1. Æn. 437

† Defecisse videt: sua nunc promissa reposci, 12. Æn. 2

Se signari oculis: ultrò implacabilis ardet.

* --vix urbe tuemur Spes Italas. 34

† --spes tu nunc una senectæ, 57

Tu requies miseræ: decus, imperiúmque Latini

Te penes: in te omnis domus inclinata recumbit.

* Et juxtà Ascanius, magnæ spes altera Romæ. 198

† Qui sibi jam requiem pugnæ, rebúsque salutem 241

Sperabant. --

* Turnus ut Æneam cedentem ex agmine vidit, 324

Turbatósque duces, subitâ spe fervidus ardet.

† Leniit: hîc primùm Æneas sperare salutem 1. Æn. 451

Ausus, & afflictis meliùs confidere rebus.

* Ignorare jubes? méne huic confidere monstro? 5. Æn. 849

† O nimiùm cœlo, & pelago confise sereno. 870

* Nam quis te juvenum confidentissime nostras 4. Geo. 444

Iussit adire domos? -- (*Proteus Aristæo.*)

† Infelix Priamus furtim mandarat alendum 3. Æn. 50

Threïcio Regi, cùm jam diffideret armis

Dardaniæ. --

v. Fiducia, & Desperare.

SPICVLA, PILA, PILATVS, Dolon, &c.

1. Geor. 494 EX- sa invenies scabrâ rubigine pila.
5. Æn. 306 † Gnosia bina dabo, levato lucida ferro Spicula.--
7. Æn. 166 * Aut acies ten sunt arcus, aut lenta lacertis
Spicula contorquent. --
186 † Spiculáque, clypeique, ereptáque rostra carinis.
687 * --pars spicula gestant Bina manu. --
664 † Pila manu, sævósque gerunt in bella dolones.
631 * Pars leves clypeos, & spicula lucida tergunt.
11. Æn. 667 † Protendunt longè dextris, & spicula vibrant.
10. Æn. 888 * Inde ubi tot traxisse moras, tot spicula tædet
Vellere & urgetur pugnâ congressus iniquâ.
676 † Quótque emissa manu contorsit spicula virgo,
Tot Phrygii cecidêre viri. --
12. Æn. 121 * Procedit legio Ausonidûm, pilatáque plenis
Agmina se fundunt portis --
403 † --nequicquam spicula dextrâ Sollicitat.--
408 * --subeunt equites, & spicula castris
Densa cadunt mediis, it tristis ad æthera clamor.
563 † --nec scuta, aut spicula densi Deponunt.--
v. Telum.

SPINA, SPINETVM, SPINVS. Sentis, Sentus: Dumus, Dumetum, Dumosus. Rubus, Carduus, Tribulus, &c.

3. Geor. 87 AT duplex agitur per lumbos spina.-- (de equo.)
10. Æn. 383 *Per mediū quà spina dedit, hastamq; receptat.
5. Ecl. 38 † Pro molli violâ, pro purpureo narcisso,
Carduus, & spinis surgit paliurus acutis.
3. Æn. 594 * Consertum tegmen spinis: at cetera Graius.
2. Ecl. 9 † Nunc virides etiam occultant spineta lacertos.
4. Geo. 145 * Eduramque pyrum, & spinos jam pruna ferentes.
9. Æn. 381 † Sylva fuit latè dumis, atque ilice nigrâ
Horrida, quam densi complerant undique sentes.
4. Ecl. 29 * Incultísque rubens pendebit sentibus uva.
2. Geor. 411 † Bis segetem densis obducunt sentibus herbæ.
2. Æn. 379 *Improvisū asper s veluti qui sentibus anguē Pressit. --
6. Æn. 462 † --jussa Deûm ire Per loca senta situ cogunt. --
4. Geor. 526 * --quæque aspera dumis Rura tenent. --

† Aurea nunc, olim sylvestribus horrida dumis. 8. *Æn.* 348
* - rarum in dumis olus, albáque circum Lilia.-- 4. *Geor.* 130
†Nec tibi desertæ in dumis coluisse Dianam Profuit.- 11. *Æn.* 843
* Hîc natam in dumis, intérque horrentia lustra. 570
† Neptune, & cultor nemorum, cui pinguia Ceæ 1. *Geor.* 14
Tercentum nivei tondent dumeta juvenci.
* Dumosâ pendere procul de rupe videbo. 1. *Ecl.* 77
† Tenuis ubi argilla, & dumosis calculus arvis. 2. *Geor.* 180
* Mella fluant illi, ferat & rubus asper amomum. 3. *Ecl.* 89
† Pascuntur ve ò sylvas, & summa Lycæi, 3. *Geo.* 314
Horrentesque rubos, & amantes ardua dumos.
* Esset robigo, segnísque horreret in arvis 1. *Geor.* 151
Carduus: intereunt segetes, subit aspera sylva,
Lappæque, tribulíque, inter nitentia culta.
† Si tibi lanicium curæ, primùm aspera sylva, 3. *Geor.* 384
Lappæque, tribulique absint.-- *(hinc Tribulatio.)*

v. Arbos, & Sylva.

STERILIS, ARIDUS, EFFOETUS, *Infœcundus, &c.*

SEd tamen alternis facilis labor, arida tantùm 1. *Geor.* 79
Ne saturare fimo pingui pudeat sola, néve
Effœtos cinerem immundum jactare per agros:
Sic quoque mutatis requiescunt fœtibus arva,
Nec nulla intereà est inaratæ gratia terræ:
Sæpè etiam steriles incendere profuit agros. &c.
* Corrupto cœli tractu, miserandáque vênit 3. *Æn.* 138
Arboribúsque, satisque lues, & lethifer annus:
Linquebant dulces animas, aut ægra trahebant
Corpora: tum steriles exurere Sirius agros:
Arebant herbæ, & victum seges ægra negabat.
† Illic, officiant lætis ne frugibus herbæ: 1. *Geor.* 69
Hîc sterilem exiguus, ne deserat humor arenam.
Alternis idem tonsas cessare novales,
Et segnem patiere situ durescere campum.
* Ense ferit, sterilémque tibi, Proserpina, vaccam. 6. *Æn.* 251
† Infelix lolium, & steriles dominantur avenæ, 5. *Ecl.* 37
Pro molli violâ, pro purpureo narcisso,
Carduus, & spinis surgit paliurus acutis.
* Prima Ceres ferro mortales vertere terram 1. *Geor.* 147
Instituit, cùm jam glandes, atque arbuta sacræ
Deficerent sylvæ, & victum Dodona negaret.

Mox & frumentis labor additus, ut malâ culmos
Esset rubigo, segnisque horreret in arvis
Carduus, intereunt segetes, subit aspera sylva,
Lappæque, tribulique, intérque nitentia culta
Infelix lolium, & steriles dominantur avenæ.

2. Geor. 69 * Inseritur verò ex fœtu nucis arbutus horrida,
Et steriles platani malos gessêre valentes.

111 † Nascuntur steriles saxosis montibus orni.

440 * Ipsæ Caucaseo steriles in vertice sylvæ.

1. Geor. 289 † --noctæ arida prata Tondentur.--

2. Geor. 48 * Infœcunda quidem, sed læta, & fortia surgunt.

v. Fertilis.

SVPER, SVPERNE, DESVPER, Suprà, Infrà, &c.

1. Ecl. 81 Hic tamen hac mecum poteris requiescere nocte
Fronde super viridi.--

1. Æn. 700 † Conveniunt, stratóque super discumbitur ostro.

750 * Multa super Priamo rogitans, super Hectore multa.

9. Æn. 60 † Nocte super mediâ.-- *i. ultra mediam noctem.*

10. Æn. 158 * Imminet Ida super, profugis gratissima Teucris.

2. Æn. 348 † Incipio super his: juvenes fortissima frustrà.

10. Æn. 556 * Provolvens, super hæc inimico pectore fatur.

3. Geor. 260 † -- quem super ingens Porta tonat cœli--.

1. Æn. 379 * Classe veho mecum, famâ super æthera notus.

680 † Hunc ego sopitum somno super alta Cythera,
Aut super Idalium secretâ sede recondam.

6. Æn. 658 * Inter odoratum lauri nemus: unde supernè
Plurimus Eridani per sylvam volvitur amnis.

1. Æn. 164 † Æquora tuta silent, tum sylvis scena coruscis
Desuper, horrentique atrum nemus imminet umbrâ.

419 * Iámque ascendebant collem, qui plurimus urbi
Imminet, adversásque adspectat desuper arces.

2. Æn. 47 † Inspectura domos, venturáque desuper urbi.

4. Æn. 122 * Desuper infundam, & tonitru cœlum omne ciebo.

1. Geor. 364 † Deserit, atque altam supra volat ardea nubem.

4. Geor. 236 * Illis ira modum supra est. -- (*Apibus.*)

7. Æn. 784 † Vertitur arma tenens, & toto vertice supra est.

12. Æn. 839 * Supra homines, supra ire Deos pietate videbis.

11. Æn. 509 †-- sed nunc (est omnia quando iste animus supra.)--

2. Geor. 158 * An mare, quod suprà memorem, quódque alluit infrà.

8. Æn. 149 † Et mare, quod suprà, teneant, quódque alluit infrà.

v. Altus, & Surgere.

SVPEREMINERE, EMINERE, *Imminere, Superare, Exuperare, Extare, &c.*

VErùm hæc tãtùm alias inter caput extulit urbes, Quantùm lenta solent inter viburna cupressi. — 1. *Ecl.* 23

* Lenta salix quantùm pallenti cedit olivæ, Puniceis humilis quantùm saliunca rosetis, Iudicio nostro tantùm tibi cedit Amyntas. — 5. *Ecl.* 16

† Vitis ut arboribus decori est, ut vitibus uvæ, Vt gregibus tauri, segetes ut pinguibus arvis, Tu decus omne tuis. -- (*Mopsus de Cæsare.*) — 32

* Gallo, cujus amor tantùm mihi crescit in horas, Quantùm vere novo viridis se subjicit alnus. — 7. *Ecl.* 73

† Regina ad templum formâ pulcherrima Dido Incessit, magnâ juvenum stipante catervâ, Qualis in Eurotæ ripis, aut per juga Cynthi Exercet Diana choros, quam mille sequutæ Hinc atque hinc glomerantur Oreades: illa pharetrã Fert humero, gradiénsque Deas supereminet omnes: Talis erat Dido, talem se læta ferebat Per medios.-- — 1. *Æn.* 506

* Iámque ascendebant collem, qui plurimus urbi Imminet, adversásque aspectat desuper arces. — 418

† Pectora quorum inter fluctus arrecta, jubæque Sanguineæ exuperant undas. -- — 2. *Æn.* 206

* Volvitur, exuperant flammæ, furit æstus ad auras. — 759

† Superant capite, & cervicibus altis. — 219

* Æ nos fratres cœlo capita alta ferentes, Concilium horrendum, quales cùm vertice celso Aëriæ quercus, aut coniferæ cyparissi Constiterant, sylva alta Iovis, lucúsve Dianæ. — 3. *Æn.* 678

† Inde alii Trojæ proceres: ipse agmine Pallas In medio, chlamyde & pictis conspectus in armis, Qualis ubi Oceani perfusus Lucifer undâ, Extulit os sacrum cœlo, tenebrásque resolvit. — 8. *Æn.* 587

* Aspice ut insignis spoliis Marcellus opimis Ingreditur, victórque viros supereminet omnes. — 6. *Æn.* 855

† Abietibus juvenes patriis, & montibus æquos. &c. Armati ferro, & cristis capita alta corusci, Quales aëriæ Liquentia flumina circum, Consurgunt geminæ quercus, intonsáque cœlo Attollunt capita, & sublimi vertice nutant. — 9. *Æn.* 574

* Talis prima Dares caput altum in prælia tollit. — 5. *Æn.* 375

Ostenditque humeros latos, alternáque jactat
Brachia protendens, & verberat ictibus auras,
Quæritur huic alius, nec quisquam ex agmine tanto
Audet adire virum, manibúsque inducere cæstus.

6.Æn. 667 † Musæum ante omnes, medium nam plurima turba
Hunc habet, atque humeris extantem suspicit altis.

7.Æn. 789 * Ipse inter primos præstanti corpore Turnus
& 9.Æn.29 Vertitur arma tenens, & toto vertice supra est.

8.Æn.65 † Hic mihi magna domus celsis caput urbibus exit.

162 * --sed cunctis altior ibat Anchises.--

10.Æn. 763 † At verò ingentem quatiens Mezentius hastam,
Turbidus ingreditur campo, quàm magnus Orion,
Cùm pedes incedit medii per maxima Nerei
Stagna, viam scindens humero supereminet undas,
Aut summis referens annosam montibus ornum,
Ingreditúrque solo, & caput inter nubila condit.

150 * --Æneïa puppis Imminet Ida super.--

11.Æn.682 † (*Orphitus.*) --ipse catervis
Vertitur in mediis, & toto vertice supra est.

12.Æn. 125 * --necnon mediis in millibus ipsi
Ductores auro volitant, ostróque decori.

19 † O præstans animi juvenis; quantùm ipse feroci
Virtute exuperas, tantò me impensiùs æquum est
Consulere, atque omnes metuentem expendere casus.

700 * At pater Æneas, horrendúmque intonat armis,
Quantus Athos, aut quantus Eryx, aut ipse coruscο,
Cùm fremit ilicibus, quantus gaudétque nivali
Vertice se attollens pater Appenninus ad auras.

838 † Hinc genus Ausonio mistum quod sanguine surget
Supra homines, supra ire Deos pietate videbis.

10.Æn.225 * Cymodocæa, dextrâ puppim tenet, ipsâque dorso
Eminet, ac lævâ tacitis subremigat undis.

In Map.121 † --verùm altior idem
Ingenti, & clarâ Æneas supereminet omnes.

419 * Námque omnes super excellens, atque altior ibat.

v. Altus.

SVRGERE, ASSVRGERE, CONSVRGERE, *Insurgere, Efferre se, Tollere, Attollere, Extollere, Sufferre, Levare, Sublevare, Arrigere, Erigere, &c.*

6. Ecl. 66 Vtque viro Phœbi chorus assurrexerit omnis.

3.Geo. 108 † Iámque humiles, jámque elati sublimè videntur

Aëra per vacuum ferri, atque aſſurgere in auras.

† Sed jacet aggeribus niveis informis, & alto — 3. *Geor.* 354
Terra gelu latè, ſeptémque aſſurgit in ulnas.

* Tunc decuit metuiſſe tuis, nunc ſera querelis — 10. *Æn.* 94
Haud juſtis aſſurgis, & irri ajurgia jactas.

† Indicio eſt tractu ſurgens oleaſter eodem Plurimus.- — 2. *Geor.* 182

* Nilum, ac navali ſurgentes ære columnas. — 3. *Geor.* 29

† Per genitorem oro, per ſpem ſurgentis Iüli. — 6. *Æn.* 364

* O fortunati, quorum jam mœnia ſurgunt. — 1. *Æn.* 437

† Oſtendit dextram inſurgens Entellus, & altè — 5. *Æn.* 444
Extulit: ille ictū venièntem à vertice velox Prævidit.-

* Ferrea progenies duris caput extulit arvis. — 2. *Geor.* 341

† Proſpiciens, ſummâ flavum caput extulit undâ. — 4. *Geor.* 352

* Inque dies avidum ſurgens caput altiùs effert. — 3. *Geor.* 553

† --continuò vaſtis cum viribus effert — 5. *Æn.* 368
Ora Dares, magnóque virûm ſe murmure tollit.

* Dicemus, Daphnimque tuum tollemus ad aſtra, — 5. *Ecl.* 51
Daphnin ad aſtra feremus. --

† Iidem venturos tollemus in aſtra nepotes. — 3. *Æn.* 158

* --tentanda via eſt, quâ me quoque poſſim Tollere.- — 3. *Geor.* 8

† Spōte ſuâ quæ ſe tollunt in luminis auras. (*Arbores.*) — 2. *Geor.* 47

* Exiit ad cœlum ramis felicibus arbos. — 2. *Geor.* 31

† --ora modis attollens pallida miris. — 1. *Æn.* 354

* Et ſæpè attollunt humeris. -- (*Apes Regem.*) — 4. *Geor.* 217

† Miſcent ſe maria, & nigræ attolluntur arenæ. — 9. *Æn.* 715

* Attollitque globos flammarum, & ſydera lambit. — 3. *Æn.* 574

† Punica ſe quantis attollet gloria rebus. — 4. *Æn.* 49

* Parva metu primò, mox ſeſe attollit ad auras. — 176

† Nam quæ ſeminibus jactis ſe ſuſtulit arbos. — 2. *Geor.* 57

* Suſtulit exutas vinclis ad ſydera palmas. — 2. *Æn.* 153

† Cunctantes ſocios, & terrâ ſublevat ipſum. — 10. *Æn.* 831

* Sic ait, & ſublatum altè conſurgit in enſem. — 9. *Æn.* 749

† Altè ſublatum conſurgit Turnus in enſem. — 12. *Æn.* 729

* Quò fremitus vocat, & ſublatus ad æthera clamor. — 2. *Æn.* 338

† Corticis, atque ſolo proceras erigit alnos. — 6. *Ecl.* 63

* --atque imo barathri ter gurgite vaſtos — 3. *Æn.* 421
Sorbet in abruptum fluctus, rurſúſque ſub auras
Erigit alternos, & ſydera verberat undâ.

† Paulatim ſeſe tollit mare, & altiùs undas — 7. *Æn.* 529
Erigit, inde imo conſurgit ad æthera fundo.

* Tu ſecreta pyram tecto interiore ſub auras Erige.- — 4. *Æn.* 494

† Interrupti ignes, atéique ad ſydera fumus Erigitur.- — 9. *Æn.* 239

* At Regina pyrâ, penetrali in ſede, ſub auras Erectâ.- — 4. *Æn.* 504

9. *Æn.* 681 † Consurgunt geminæ quercus intonsáque cœlo
Attollunt capita, & sublimi vertice nutant.

Æn. 690 * Ter sese attollens, cubitóque innixa levavit.

v. Altus, & Super.

SYLVA, SYLVESTRIS, VIRGULTUM, Nemus, Nemorosus, Viretum, Arbustum, Lucus, Saltus, Dryades, Hamadryades, Tempe. Sylvæ, *Sequentes, Dignæ, Alacres, Sacræ, Asperæ, Densissimæ, Palladiæ, Altæ, Steriles, Summæ, Felices, Coruscæ, Idææ, Virides, Antiquæ, Immensæ, Ingentes, Profundæ, Pineæ, Dilectæ, Nigræ, Horridæ, Fallaces, Arundineæ, Immanes, Opacæ, Arentes. Tecta densa ferarum, Stabula alta ferarum, &c.* Virgulta, *Sonantia, Sylvestria, Tenera, Avia, Cornea, &c.* Nemus *Grynæum, Argutum, Canens lanâ, Ignavum, Frondeum, Umbriferum, Fortunatum, Odoratum, Seclusum, &c.* Lucus, *Altus, Lætissimus umbrâ, Ingens, Opacus, Sacratus, &c.* Vireta, *Amœna, Loci læti, &c.* Saltûs, *Intacti, Parthenii, Lycæi, Aperti, Magni, Profundi, &c.* Tempe, *Frigida, Peneïa, &c.*

2. *Ecl.* 60 QUem fugis? ah demens! habitarunt Dii quoque sylvas,
Dardaniúsque Paris: Pallas quas condidit arces,
Ipsa colat, nobis placeant ante omnia sylvæ.

3. *Ecl.* 57 † Nunc frondent sylvæ, nunc formosissimus annus.

46 * Orpheáque in medio posuit, sylvásque sequentes.

4. *Ecl.* 3 † Si canimus sylvas, sylvæ sint Consule dignæ.

5. *Ecl.* 5 * Ergo alacres sylvas, & cætera rura voluptas.

64 † Ipsa sonant arbusta, Deus, Deus, ille Menalca.

6. *Ecl.* 39 * Incipiant sylvæ cùm primùm surgere, --
Dictææ Nymphæ nemorum, jam claudite saltus.

72 † His tibi Grynæi nemoris dicatur origo:
Ne quis sit lucus, quo se plus jactet Apollo.

7. *Ecl.* 59 * Phyllidis adventu nostræ nemus omne virebit.

8. *Ecl.* 22 † Mænalus, argutúmque nemus, pinósq; loquentes,
Semper habet, semper pastorum ille audit amores,

98 * His ego sæpè lupum fieri, & se condere sylvis
Mœrim. --

*--Quæ nemora, aut qui vos saltus habuêre, puellæ. 10. *Ecl.* 9
† Iam neque Hamadryades rursus, nec carmina nobis 62
Ipsa placent, ipsæ rursùs concedite sylvæ.
* --glandes, atque arbuta sacræ Deficerent sylvæ.-- 1. *Geor.* 149
Carduus, intereunt segetes, subit aspera sylva,
† Et claro sylvas cernes Aquilone moveri. 466
* Vox quoque per lucos vulgò exaudita silentes. 47
† Proluit insano contorquens vortice sylvas, 481
Fluviorum Rex Eridanus. --
* Pullulat ad radice aliis densissima sylva. 2. *Geor.* 16
† Palladiâ gaudent sylvâ vivacis olivæ. 181
* Glande sues redeunt læti, dant arbuta sylvæ. 520
† Quid nemora Æthiopum molli canentia lanâ? 120
* -- his genus omne 20
Sylvarum, fruticúmque viret, nemorúmque sacrorum.
† Te nostræ, Vare, myricæ, Te nemus omne canet. 6. *Ecl.* 10
* Per nemora, atque altos quærendo bucula lucos. 8. *Ecl.* 86
† In medio apparet fluctu nemorosa Zacynthos. 3. *Æn.* 270
* Aut unde iratus sylvam devexit arator, 2. *Geor.* 209
Et nemora evertit multos ignava per annos,
Antiquásque domos avium cum stirpibus imis
Eruit, illæ altum nidis petiêre relictis.
† Frigidus & sylvis Aquilo decussit honorem. 404
* Nec minùs intereà fœtu nemus omne gravescit. 429
† -- tædas sylva alta ministrat, 431
Pascuntúrque ignes nocturni, & lumina fundunt,
Et dubitant homines serere, atque impendere curam?
* Ipsæ Caucaseo steriles in vertice sylvæ, 440
Quas animosi Euri assiduè frangúntque, ferúntque,
Dant alios aliæ fœtus, dant utile lignum.
† Intereà Dryadum sylvas, saltúsque sequamur 3. *Geor.* 40
Intactos. --
* -- summæque sonorem Dant sylvæ. 3. *Geor* 199
† Quin age, & ipsa manu felices erue sylvas. 4. *Geor.* 329
* -- tum sylvis scena coruscis, 1. *Æn.* 164
Desuper, horrentíque atrum nemus imminet umbrâ.
† Miscet agens telis nemora inter frondea turbam, 191
* Lucus in urbe fuit mediâ, lætissimus umbrâ. 440
† -- pars densa ferarum 9. *Æn.* 7
Tecta rapit sylvas; inventaque flumina monstrat.
* Cernimus Idæâ claram se condere sylvâ (*Stellam.*) 2. *Æn.* 696
† (*Ventorum conflictu.*) -- stridunt sylvæ. 418
* --viridémq; ab humo convellere sylvam Conatus.-- 3. *Æn.* 23

5. *Æn.* 287 * Gramineū in campū, quem collibus undique curvis
Cingebant sylvæ. -- (*tendit Æneas.*)

6. *Æn.* 179 † Itur in antiquam sylvam, stabula alta ferarum.

186 * Aspectans sylvam immensam, & sic ore precatur,
Si nunc se nobis ille aureus arbore ramus
Ostendat nemore in tanto; quando omnia verè.

471 † Tandem proripuit sese, atque inimica refûgit
In nemus umbriferum. -- (*Didonis umbra.*)

638 * Devenêre locos lætos, & amœna vireta
Fortunatorum nemorum. --

657 † -- læ úmque choro Pæana canentes,
Inter odoratum lauri nemus, unde supernè
Plurimus Eridani per sylvam volvitur amnis.

703 * Intereà videt Æneas in valle reductâ,
Seclusum nemus, & virgulta sonantia sylvis.

11. *Æn.* 557 † Alma tibi hanc, nemorum cultrix Latonia virgo.

9. *Æn.* 405 * Astrorum decus, & nemorum Latonia custos.

7. *Æn.* 81 † --oracula Fauni --adit, lucósque sub altâ
Consulit Albuneâ, nemorum quæ maxima sacro
Fonte sonat, sævámque exhalat opaca Mephitim.

6. *Æn.* 672 * Nulli certa domus, lucis habitamus opacis.

7. *Æn.* 763 † --eductum lucis, &c. --nemoríque relegat,
Solus ubi in sylvis Italis ignobilis ævum Exigeret.--
Vnde etiam Triviæ templo, lucísque sacratis.

565 * Ansancti valles: densis hunc frondibus atrum
Vrget utrimque latus nemoris, medióque fragosus
Dat sonitum saxis. --

681 † (*Centaurus.*) -- cursu rapido dat euntibus ingens
Sylva locum, & magno cedunt virgulta fragore.

520 * Contremuit nemus, & sylvæ intonuêre profundæ.

8. *Æn.* 342 † Hinc lucum ingentem, quem Romulus acer Asylum
Retulit. --

351 * Hoc nemus, hunc inquit, frondoso vertice collem,
(Quis Deus, incertum est) habitat Deus, Arcades ipsum
Credunt se vidisse Iovem, cùm sæpè nigrantem. &c.

9. *Æn.* 85 † Pinea sylva mihi multos dilecta per annos,
Lucus in arce fuit summâ, quo sacra ferebant,
Nigranti piceâ trabibúsque obscurus acernis.

90 * --atque hoc precibus sine posse parentem,
Neu cursu quassatæ ullo, neu turbine venti
Vincantur, prosit nostris in montibus ortas.

381 † Sylva fuit latè dumis, atque ilice nigrâ

Horrida,

Horrida, quam densi complerant undique sentes,
Rara per occultos ducebat semita calles.
† --perplexum iter omne revolvens Fallacis sylvæ.-- 9. Æn. 391
* --cunctique fremebant 10. Æn, 97
Cœlicolæ, assensu vario, ceu flamina prima,
Cùm deprensa fremunt sylvis, & cæca volutant
Murmura, venturos nautis prodentia ventos.
† Actus aper-- sylvâ Pastus arundineâ -- 709
* Immanem ærato circumfert tegmine sylvam. 887
† Exuperátque jugum, sylvâque evadit opacâ. 11. Æn. 900
* At velut immissi diversis partibus ignes, 12. Æn. 521
Arentem in sylvam, & virgulta sonantia lauro.
† Sylvestrem tenui musam meditaris avenâ. 1. Ecl. 2
* Semina, néve oleæ sylvestres insere truncos. 302
† Sylvestres uri assiduè, capreæque sequaces. 373
* Nunc te, Bacche, canam, necnon sylvestria tecum 2
Virgulta, & prolem tardè crescentis olivæ.
† -- & strati baccis sylvestribus agri. 182
* Sæpè volutabris pulsos sylvestribus apros. 3. Geor. 411
† --sylvestri ex arbore lecta 3. Ecl. 70
Aurea mala decem misi, cras altera mittam.
* Exuerint sylvestrem animum, cultúque frequenti. 2. Geor. 51
† Dum tenera attondent simæ virgulta capellæ. 10. Ecl. 7
* --fuit tumulus, quo cornea summo Virgulta.-- 3. Æn. 22
† Sylvestris, raris sparsit labrusca racemis Antrum.-- 5. Ecl. 6
* Quos Iovis eduxit luco sylvestris Hiera. 9. Æn. 773
† Huic natam libro, & sylvestri subere clausam. 11 Æn. 554
* Quod superest, quæcunq; premes virgulta per agros. 346
† --Frondem, ac virgulta, facésq; Conjiciunt. -- 5. Æn. 661
* Avia tum resonant avibus virgulta canoris. 2 Geor. 3 8
† Tum credo, cùm me arbustum vidêre Myconis, 3. Ecl. 10
Atque malâ vites incidere falce novellas.
* Ipsi te fontes, ipsa hæc arbusta vocabant. 1. Ecl. 40
† Sole sub ardenti resonant arbusta cicadis. 2. Ecl. 13
* Non omnes arbusta juvant, humiléque myricæ. 4. Ecl. 2
† Ipsa sonant arbusta, Deus, Deus ille, Menalca. 5. Ecl. 64
* Iam vinctæ vites, jam falcem arbusta reponunt. 2. Geo. 417
† Et cantu querulæ rumpent arbusta cicadæ. 3. Geor. 328
* Dictææ Nymphæ, nemorum jam claudite saltus: 6. Ecl. 55
† Frigora Parthenios canibus circumdare saltus. 10 Ecl. 57
* Tercentum nivei tondent dumeta juvenci, 1. Geor. 15
Ipse nemus linquens patrium, saltúsque Lycæi.

1.*Geor.* 140	† Inventum, & magnos canibus circumdare saltus.
11.*Æn.* 904	* Cùm pater Æneas saltus ingressus apertos, Exuperátque jugum, sylvâque evadit opacâ.
4.*Geo.*.53	† Illæ continuò saltus, sylvásque peragrant.
2.*Geor.* 391	* Complentur vallésque cavæ, saltúsque profundi.
3.*Geor.* 143	† Saltibus in vacuis pascant, & plena secundùm Flumina. --
2. *Geor.* 469	* Speluncæ, vivíque lacus, & frigida Tempe Non absunt, illic saltus, ac lustra ferarum.
4. *Geor.* 317	† Pastor Aristæus fugiens Peneïa Tempe. *v. Arbos, & Templum*, ubi de Luco.

SYLVANUS, SATYRI, FAUNUS, Sylvicola, Fatidicus, Vetus, Senex, Agrestis: Arvorum Deus, &c.

10.*Ecl.* 24	Venit & agresti capitis Sylvanus honore, Florentes ferulas, & grandia lilia quassans.
1.*Geor.* 20	* Et teneram ab radice ferens Sylvane cupressum.
2. *Geor.* 493	† Fortunatus & ille, Deos qui novit agrestes, Panáque, Sylvanúmque senem, Nympháſq; sorores.
8. *Æn.* 597	* Est ingens gelidum lucus prope Cæritis amnem, Relligione patrum latè sacer: undique colles Inclusêre cavi, & nigrâ nemus abiete cingunt, Sylvano fama est veteres sacrasse Palasgos Arvorum, pecorísque Deo, lucúmque, diémque.
5.*Ecl.* 74	† Saltantes Satyros imitabitur Alphesibœus.
In Cul. 114	* Et Satyri, Dryadésque choros egêre puellæ.
12.*Æn.* 777	† Faune, precor, miserere, inquit, túq; optima ferrum Terra tene, colui vestros si semper honores.
7.*Æn.* 47	* Hunc Fauno, & Nymphâ genitum Laurente Maricâ Accipimus: Fauno Picus pater, ísque parentem Te Saturne refert. -- &c.
212	† (*Latini.*) --dicta Ilioneus sic voce sequutus Rex, genus egregium Fauni, nec fluctibus actos.
10.*Æn.* 550	* Tarquitus exultans contrà, fulgentibus armis, Sylvicolæ Fauno, Dryope quem Nympha crearat.
7.*Æn.* 81	† At Rex sollicitus monstris oracula Fauni Fatidici genitoris adit, lucósque sub altâ, &c.
102	* Hæc responsa patris Fauni, monitúsque silenti Nocte datos, non ipse suo premit ore Latinus.
254	† Et veteris Fauni volvit sub pectore sortem.
367	* Idque sedet, Faunique premunt te jussa parentis.

† Fortè sacer Fauni, foliis Oleaster amaris, | 12.Æn 766
Hic steterat, nautis olim venerabile Lignum, &c.
*Hæc nemora indigenæ Fauni, Nymphæq; tenebant. 8.Æn. 314
† Tum verò in numerum Faunósq; ferásque videres 6.Ecl.26
Ludere, tum rigidas motare cacumina quercus.

TECTVM, SEDES, DOMVS, Ædes: Casa, Tugurium, Mapalia, Magalia, &c.

ET Cererem clamore vocent in tecta. -- 1. Geor. 347
† --aquas dulces, & frondea semper 4. Geor. 60
Tecta petunt. --
Contemnúntq; favos, & frigida tecta 103
relinquunt.
* Solæ communes natos, consortia tecta 152
Vrbis habent, magnísque agitant sub legibus ævum.
† Et munire favos, & Dædala figere tecta. 178
* (*Dido.*) – simul Ænean in regia ducit Tecta. -- 1. Æn. 635
† Saucius at quadrupes nota intra tecta refûgit. 7. Æn. 505
* Ardua tecta petit stabuli & de culmine summo. 517
† --altáque certat Prendere tecta manu. -- 9. Æn. 557
* --arcem procul & rara domorum 8. Æn. 98
Tecta vident. --
† --turres; & tecta domorum Obsedêre. -- 11. Æn. 132
* Relliquias colerem, & Priami tecta alta manerent. 4. Æn. 343
† --& fœmineo ululatu Tecta fremunt. -- 667
* --pars densa ferarum Tecta rapit Sylvas. -- 6. Æn. 7
† Exiguus primùm, atque ipsos contractus ad usus 4. Geor. 294
Eligitur locus, hunc angustíque imbrice tecti,
Parietibúsque premunt arctis, & quattuor addunt,
Quattuor à ventis obliquâ luce fenestras.
* Ter flamma ad summum tecti subjecta reluxit. 384
† Dixit, & angusti subter fastigia tecti 8. Æn. 366
Ingentem Æneam duxit, stratísque locavit.
* Stellam summa super labentem culmina tecti 12. Æn. 695
Cernimus.
† --summi fastigia tecti Ascensu supero. -- 2. Æn. 303
* Atque humiles habitare casas. -- 2. Ecl. 29
† Pauperi & tugurî congestum cespite culmen. 1. Ecl. 69
* Miratur molem Æneas, magalia quondam. 1. Æn. 420
† Vt primùm alatis tetigit magalia plantis. 4. Æn. 259

4. Æn. 186 † Luce sedet custos, aut summi culmine tecti.
8. Æn. 25 * Erigitur, summíque ferit laquearia tecti.
7. Æn. 59 † Laurus erat tecti medio in penetralibus altis.
10. Æn. 280 * Quisque suæ, tectíque memor. —
1. Geor. 379 † Sæpius, & tectis penetralibus extulit ova.
3. Geor. 540 * Prosequar, & raris habitata mapalia tectis.
2. Æn. 460 † --turrim summísque sub astra Eductam tectis.--
771 * Quærenti, & tectis urbis sine fine furenti.
5. Æn. 395 † --ubi spolia illa tuis pendentia tectis?
7. Æn. 12 * Assiduo resonat cantu, tectísque superbis.
77 † Innocui, ac totis Vulcanum spargere tectis.
4. Æn. 457 * Præterea fuit in tectis de marmore templum.
1. Geor. 240 † Coláque prælorum fumosis deripe tectis.
3. Geor. 419 * Aut tecto assuetus coluber succedere.--
2. Æn. 477 †--unà omnis Scyria pubes Succedunt tecto. --
1. Æn. 429 * Pars optare locum tecto; & concludere sulco.
4. Æn. 403 † Cùm populant hyemis memores, tectóq; reponunt.
494 * Tu secreta pyram tecto interiore sub auras Erige.--
8. Æn. 455 † Evandrum ex humili tecto lux suscitat alma.
2. Æn. 507 * Limina tectorum, & mediũ in penetralibus hostem.
528 † Porticibus longis fugit, & vacua atria lustrat.
3. Geor. 344 * Armentarius Afer agit tectúmque, Larémque.
7. Æn. 170 † Tectum augustum, ingens, centũ sublime columnis, Vrbe fuit summâ, Laurentis regia Pici, &c.
191 * Tali intus templo Divûm, patriâque Latinus Sede sedens, Teucros ad sese in tecta vocavit.
3. Æn. 687 † Ecce autem Boreas angusta ab sede Pelori Missus.-
4. Æn. 503 * At regina pyrâ, penetrali in sede, sub auras.
7. Æn. 255 † Hinc illum fatis externa à sede profectum.
4. Geor 227 * Quando sedem angustam, servatáque mella.
1. Æn. 251 † Hic tamen ille urbem Patavî, sedésque locavit Teucrorum, & genti nomen dedit, armáque fixit.
2. Æn. 785 * Non ego Myrmidonum sedes, Dolopúmve superbas. Quò sequimur? quóve ire jubes? ubi ponere sedes?
123 † Hoste vacare domos, sedésque astare relictas.
7. Æn. 159 * Molitúrque locum, primúsque in littore sedes Castrorum in morem pinnis, atque aggere cingit.
3. Æn. 167 † Hæ nobis propriæ sedes, hinc Dardanus ortus.
2. Æn. 634 * Ast ubi jam patriæ perventum ad limina sedis, Antiquásque domos, genitor quem tollere in altos.
12. Æn. 518 † Ars fuerat, paupérq; domus.- (*Menætæ piscatori.*)
10. Æn. 101 * Infit, eo dicente Deûm domus alta silescit.
12. Æn. 132 † Invalidíq; senes, turres, & tecta domorũ Obsedêre.-

* -- domus alta sub Ida, Lyrnessi domus alta.-- 12. Æn. 546
† Ædibus in mediis, nudóque sub ætheris axe 2. Æn. 512
Ingens ara fuit, juxtáque veterrima laurus.
* Congressi jungunt dextras, mediisque residunt 8. Æn. 467
Ædibus, & lici o tandem sermone fruuntur.
† Exin quæ in mediis ingenti adnixa columnæ 12. Æ. 92
Ædibus astabat, validam vi corripit hastam.
v. Domus, Penates, Lares.

TEDÆ, FACES, FVNALIA, *Lychni, Lampas, Tortis, Favilla.* Tedæ, *Atræ, Fumidæ, Pingues, Funestæ, Fumantes, Ardentes, Funereæ, &c.*

ATque omnis facibus pubes accingitur atris: 9. Æn. 75
Diripuêre focos, piceum fert fumida lumen
Teda, & commistam Vulcanus ad astra favillam.
† Hîc focus, hîc tedæ pingues, hîc plurimus ignis. 7. Ecl. 49
* Funestæque iterum recidiva in Pergama tedæ. 7. Æn. 322
† Ipsa inter medias flagrantem fervida pinum 397
Sustinet, ac natæ, Turnique canit hymenæos.
* Sic effata facem juveni conjecit, & atro 461
Lumine fumantes, fixit sub pectore tedas.
† Ardentes tedas alii ad fastigia jactant. 9. Æn. 568
* Principiò pinguem tedis, & robore secto. 6. Æn. 214
† Contorsit non ille faces nec fumea tedis Lumina.- 593
* Qui face Dardanios, ferróque sequare colonos. 4. Æn. 626
† Quid face Trojanos atrâ vim ferre Latinis. 10. Æn. 77
* Stella facem ducens multâ cum luce cucurrit. 2. Æn. 694
† Iámque faces, & saxa volāt, furor arma ministrat. 2. Æn. 154
* Iam mare turbari trabibus, sævásque videbis 4. Æn. 566
Collucere faces, jam fervere littora flammis.
† -- faces in castra tulissem Implessémq; foros flāmis.- 604
* Ferte faces properè, fœdúsque reposcite flammis. 12. Æn. 573
† Funereas rapuêre faces, lucet via longo 11. Æn. 143
Ordine flammarum, & latè discriminat agros.
* --dependent lychni laquearibus aureis. 1. Æn. 730
Incensi, & noctem flammis funalia vincunt.
† Postera Phœbeâ lustrabat lampade terras. 4. Æn. 6
* Princeps ardentem conjecit lampada Turnus, 9. Æn. 535
Et flammam adfixit lateri, quà plurima vento, &c.
† Quatuor hic invectus equis, & lampada quassans 6. Æn. 587

Ibat ovans, Divûmque sibi poscebat honorem:
12. Æn. 298 † Obvius ambustum torrem Chorinæus ab ara
Corripit, & venienti Ebuso, plagámque ferenti
Occupat os flammis: illi ingens barba reluxit,
Nidorémque ambusta dedit. ..
7. Æn. 506 * Improvisi adsunt, hic torre armatus obusto.

v. Incendium, & Nuptiæ.

TELLVS, TERRA DEA, MATER, Parens magna, Optima, Omniparens, Deorum prima, &c.

11. Æn. 71 NOn jam Mater alit Tellus, virésque ministrat.
2. Geor. 439 † Agricolas quibus ipsa, procul discordibus armis,
Fundit humo facilem victum, justissima Tellus.
12. Æn. 910 * Qualia nunc hominum producit corpora Tellus.
1. Geor. 173 † Salve magna parens frugum, Saturnia Tellus,
Magna virûm, tibi res antiquæ laudis, & artis
Ingredior, sanctos ausus recludere fonteis:
8. Ecl. 91 * Has olim exuvias mihi perfidus ille reliquit,
Pignora chara sui, quæ nunc ego limine in ipso
Terra tibi mando: debent hæc pignora Daphnim.
4. Æn. 166 † --prima & Tellus, & pronuba Iuno
Dant signum.--
7. Æn. 136 * Æneas Geniúmque loci, primámque Deorum
Tellurem, Nympháśq;, & adhuc ignota precatur, &c.
12. Æn. 777 † Faune, inquit, miserere precor, túque optima ferrum
Terra tene, colui vestros si semper honores,
Quos contrà, Æneadæ bello fecere profanos.
197 * Hæc eadem, Ænea, Terram, Mare, Sydera juro.
4. Æn. 178 † Famam, Terra parens, irâ irritata Deorum,
Extremam (ut perhibent) Cæo, Enceladóque sororem
Progenuit, pedibus celerem, & pernicibus alis, &c.
6. Æn. 596 * Nec non, & Tityon Terræ omniparentis alumnum
Cernere erat, --
1. Geor. 277 † --tum partu terra nefando
Cœúmque, Iapetúmque creat, sævúmque Typhoëa,
Et coniuratos cœlum rescindere fratres.
6. Æn. 248 * --ipse atri velleris agnam
Æneas Matri Eumenidum, magnæque Sorori
Ense ferit, sterilémque tibi, Proserpina, vaccam.

† Hîc genus antiquum terræ, Titania pubes. 6; Æn 580
v. Terra, Ager, & Arare.

TELVM, STIPES, MISSILE, Trabalis, Contus, Sparus, Aclis, Iaculum, Cornus, Phalarica, Gæsa, Cateia, &c.

NEc posse Argolicis exsciudi Pergama telis, 2. Æn. 177
* --per tela, per hostes 358
Vadimus haud dubiam in mortem.
† --primi clypeos, mentitáq; tela Agnoscunt.-- 421
* Tela manu miseri jactabant irrita Teucri. 458
† --n c saxa, nec ullum 467
Telorum intereà cessat genus. --
* Exultat telis, & luce coruscus ahenâ. 470
† --his, quando ultima cernunt, 446
Extremâ jam in morte parant defendere telis.
* Sic fatus senior, telúmque imbelle sine ictu 544
Conjecit: rauco quod protinus ære repulsum,
Et summo clypei nequicquam umbone pependit.
† Et me, quem dudum non ulla injecta movebant 726
Tela.--
* --hîc confixum ferrea texit 3. Æn. 45
Telorum seges, & jaculis increvit acutis.
† Tela sonant humeris: haud illo segnior ibat Æneas. 4: Æn. 149
* In medios telum torsisti primus Achivos. 5. Æn. 495
† Convertêre vias, infestáque tela tulêre. 3. Æn. 582
* Dardana, qui Paridis direxti tela, manúsque 6. Æn. 77
Corpus in Æacidæ.--
† --quod cuique repertum R manti, telum ira facit.-- 7. Æn. 507
* --concurrunt undique telis Indomiti agricolæ.- 520
† --teretes sunt Aclides illis, 730
Tela, sed hæc lento mos est aptare flagello.
* Teutonico ritu soliti torquere Cateias. 741
† Trojugenas, ac tela vides inimica Latinis. 8. Æn. 117
* Stupea flamma manu, telísque volatile ferrum 194
Spargitur. --
† Non jaculo (neque enim jaculo vitam ille dedisset) 9. Æn. 804
Sed magnùm stridens contorta Phalarica venit
(*de Phalarica Veget. l.4. c.32*)
Fulminis acta modo, quam nec duo taurea terga,
Nec duplici squammâ lorica fidelis, & auro
Sustinuit, collapsa ruunt immania membra.
* Ecce aliud summâ telum librabat ab aure. 6. Æn. 417

6.Æn. 465 * --in me omnia tela
Conjicite, ô Rutuli, me primam absumite ferro.
531 † --Troës contrà defendere saxis.
9.Æn. 698 * Conjecto sternit jaculo, volat Itala cornus
Aëra per tenuem.-- (*ex corno hastile.*)
2.Geor. 447 † At myrtus validis hastilibus, & bona bello
Cornus: Ityræos taxi torquentur in arcus.
9.Æn. 534 * Pérque cavas densi tela intorquere fenestras.
8.Æn. 661 † --duo quisque Alpina coruscant
Gæsa manu, scutis protecti corpora longis.
9.Æn. 543 * Confixíque suis telis, & pectora duro
Transfossi ligno veniunt.--
555 † --& quà tela videt densissima, tendit.
622 * Non tulit Ascanius, nervóque obversus equino
Contendit telum.--
653 † Sit satis, Æneide, telis impunè Numanum
Oppetiisse tuis.--
666 * Sternitur omne solum telis.--
746 † At non hoc telum, mea quod vi dextera versat,
Effugies.--
8.Æn. 772 * --quo non fœlicior alter
Vngere tela manu, ferrúmque armare veneno.
9.Æn. 792 † --ceu fulvum turba Leonem
Cùm telis premit infensis.--
807 * --injectis sic undique telis Obruitur.--
10.Æ. 264 † Tela manu jaciunt, quales sub nubibus atris.
329 * --septem numero, septenáque tela
Conjiciunt, partim galeâ, clypeóque resultant,
Irrita, deflexitque Venus stringentia corpus.
333 † Suggere tela mihi (non ullum dexterá frustrà
Torserit in Rutulos) steterant quæ in corpore Graiûm
Iliacis campis: tum magnam corripit hastam,
Et jacit, illa volans clypei transverberat æra
Mæonis, & thoraca simul cum pectore rumpit.
881 * --magno vellit dum pondere saxum
Intorto figit telo.--
† Desine, jam venio moriturus, & hæc tibi porto
Dona priùs, Dixit, telúmque intorsit in hostem:
Inde aliud super, atque aliud, figítque, volátque
Ingenti gyro, sed sustinet aureus umbo.
Tela manu jaciens: ter circùm Troïus Heros
Immanem ærato circumfert tegmine sylvam,
Inde ubi tot traxisse moras, tot spicula tædet Vellere.--

* --dum texit Imaona Halæsus 10. Æ. 424
Arcadio infelix telo dat pectus inermum.
† Hîc Turnus ferro præfixum robur acuto 479
In Pallanta diu librans jacit, atque ita fatur,
Aspice num magè sit nostrum penetrabile telum.
* —jaculum nam torquet in hostem. 585
† Irritátque virum telis, & voce lacessit, 644
* Tundit humum expirans infractáq; tela cruentat. 731
† Teláque conjiciunt, proturbántq; eminùs hostem, 802
Missilibus, furit Æneas, tectúsque tenet se:
Ac velut effusâ si quando grandine nimbi
Præcipitant, omnis campis diffûgit arator, &c.
* --sic obrutus undique telis 808
Æneas, nubem belli dum detinet, omnes Sustinet.
† Teláque trunca viri, & bis sex thoraca petitum. 11. Æn. 9
* Addit equos, & tela, quibus spoliaverat hostem. 80
† --his decuit mecum concurrere telis. 117
* Ipsorum clypeos, & non felicia tela. 196
† --stetimus tela aspera contrà. 282
* --tela undique sæva premebant. 545
† Telum immane, manu validâ quod fortè gerebat 552
Bellator, solidum nodis, & robore cocto, &c.
* --quia prima per auras 558
Tela tenens supplex hostem fugit.--
† Tela manu jam tum tenerâ puerilia torsit. 557
* --fundunt simul undique tela 610
Crebra nivis ritu: cœlúmque obtexitur umbrâ.
† Quem telo primum, quem postremum aspera virgo 664
Dejicit? --
* Agrestísq; manus armat sparus -- (*telum rusticum.*) 682
† --nomen tamen haud leve partum 688
Manibus hoc referes, telo cecidisse Camillæ.
* Quò ferrum, quidve, hæc geritis tela irrita dextris! 735
† Telum ex insidiis cùm tandem tempore capto 783
Conjicit. --
* --nihil ipsa nec auræ 801
Nec sonitus memor, aut venientis ab æthere teli.
† --nec jam ampliùs hastæ 807
Credere, nec telis occurrere virginis audet.
* Illa manu moriens telum trahit, ossa sed inter 817
Ferreus ad costas alto stat vulnere mucro,
†--Túne etiam telis moriêre Dianæ? 857
* Nec quisquam instantes Teucros, lethúmq; ferentes 872

Sustentare valet telis.--

11.Æn. 993 † Tela manu trepidæ jaciunt, ac robore duro
Stipitibus ferrum. --

12. Æn. 7 * (*Leo.*) --fixúmque latronis
Impavidus frangit telum, fremit ore cruento.

50 † Et nos tela, pater, ferrúmq; haud debile dextrâ
Spargimus, & nostro sequitur de vulnere sanguis.

266 * --& adversos telum contorsit in hostes
Procurrens: sonitum dat stridula cornus & auras
Certa secat. -- &c.
Hasta volans. -- &c.

278 †--pars missile ferrum Corripiunt, cæciq; ruunt.--

283. * --it toto turbida cœlo
Tempestas telorum, ac ferreus ingruit imber.

294 † --telóque orantem multa trabali
Desuper altus equo, graviter ferit. --

305 * --primâque acie per tela ruentem
Ense sequens nudo super imminet. --

387 † Sævit, & infractâ luctatur arundine telum.

441 * --ingens Telum immane manu quatiens.

461 † Primus in adversos telum qui torserat hostes.

465 * --nec equo, nec tela ferentes Insequitur.--

536 † --telúmque aurata ad tempora torquet.

578 * Ferrum alii torquent, & obumbrant æthera telis.

682 † Pérque hostes, per tela ruit, mœstámque sororem
Deserit. --

693, * --& vos tela inhibete, Latini.

775 † --telóque sequi quem prendere cursu
Non poterat. --

787 * --telúmque altâ ab radice revellit.

815 † Non ut tela tamen, non ut contenderet arcum.

887. * Æneas instat contrà, telúmque coruscat
Ingens arboreum, & sævo sic pectore fatur.

916 † Cunctatúrque metu, telúmque instare tremiscit.

919 * Cunctanti telum Æneas fatale coruscat,
Sortitus fortunam oculis, & corpore toto
Eminùs intorquet. --

10.Æn.421 † Da nunc, Tybri pater, ferrum, quod missile libro,

773 * Dextra mihi Deus, & telum quod missile libro.

9. Æn. 519 † --sed pellere vallo Missilibus certant.--

10.Æn.716 Missilibus longè, & vasto clamore lacessant.

v. Hasta, Hastile, Iaculum, Spicula, Sagitta.

TEMPESTAS, PROCELLA, GRANDO. Nimbus, Turbo, Hyems ponti, &c. Tempestas Atra, Fœda, Coorta, Sonora, Stridens, Nigrans, Turbida, Nigerrima, Effusa, &c.

TAm multa in tectis crepitans salit horrida grando. 1. *Geor.* 449
* Præcipitésque cadunt, non densior aëre grando 4. *Geor.* 79
Nec de concussâ tantum pluit ilice glandis.
† Qualis ubi ad terras abrupto sydere nimbus, 12. *Æn.* 451
It mare per medium, miseris heu præscia longè
Horrescunt corda agricolis: dabit ille ruinas
Arboribus, stragémque satis, ruet omnia latè;
Antè volant sonitúmque ferunt ad littora venti,
Talis in adversos ductor Rhœteïus hostes
Agmen agit. --
* --tempestatúmque potentem Accipiat terra. -- 1. *Geor.* 27
† Hinc tempestates dubio prædicere cœlo. 52
* Verùm ubi tempestas, & cœli mobilis humor 416
Mutavêre vias, & Iuppiter humidus Austris Densat.
† Quid tempestates Autumni, & sydera dicam? 311
* Et fœdâ glomerant tempestate imbribus atris, &c. 323
† Præsertim si tempestas à vertice sylvis 2. *Geor.* 310
Incubuit, glomerátque ferens incendia ventus.
* Hîc quondam morbo cœli miseranda coorta 3. *Geor.* 479
Tempestas, totóque Autumni incanduit æstu.
† Non tam creber agens hyemem ruit æquore turbo. 471
* Nimborúmque facit, tempestatúmque potentem. 1. *Æn.* 80
† Vultu quo cœlum, tempestatésque serenat. 259
* Luctantes ventos, tempestatésque sonoras 53
Imperio premit: ac vinclis & carcere frenat.
† Incubuêre mari, totúmque à sedibus imis 84
Vnà Eurúsque, Notúsque ruunt, crebérque procellis
Africus, & vastos volvunt ad littora fluctus:
Insequitur clamórque virûm, stridórque rudentum,
Eripiunt subitò nubes cœlúmque, diemque,
Teucrorum ex oculis: ponto nox incubat atra;
Intonuêre poli, & crebris micat ignibus æther;
Præsentémque viris intentant omnia mortem,
Extemplò Æneæ solvuntur frigore membra:
Ingemit, & duplices tendens ad sydera palmas

Talia voce refert, O térque, quatérque beati, &c.

1. Æn. 102 † Talia jactanti stridens Aquilone procella,
Velum adversa ferit, fluctúsque ad sydera tollit,
Franguntur remi: tum prora avertit, & undis
Dat latus: insequitur cumulo præruptus aquæ mons,
Hi summo in fluctu pendent, his unda dehiscens
Terram inter fluctus aperit: furit æstus arenis.

375 * --diversa per æquora vectos
Forte suâ Libycis tempestas appulit oris.

519 † --ater quos æquore turbo
Dispulerat, penitúsque alias advexerat oras.

2. Æn. 115 * -- sæpè illos aspera ponti
Interclusit hyems, & terruit Auster euntes.

515 † Hîc Hecuba, & natæ nequicquam altaria circum,
Præcipites atrâ ceu tempestate columbæ,
Condensæ, & Divûm amplexæ simulacra tenebant:

3. Æn. 194 * Tum mihi cœruleus supra caput astitit imber
Noctem, hyemémq; ferens, & inhorruit unda tenebris.
Continuò venti volvunt mare, magnáque surgunt
Æquora, dispersi jactamur gurgite vasto;
Involvêre diem nimbi, & nox humida cœlum
Abstulit, ingeminant abruptis nubibus ignes:
Excutimur cursu, & cæcis erramus in undis,
Ipse diem, noctémque negat discernere cœlo,
Nec meminisse viæ mediâ Palinurus in undâ;
Tres adeò incertos cæcâ caligine soles
Erramus pelago, totidem sine sydere noctes.

560 † Eripite, ô socii, paritérque insurgite remis:
Haud minùs ac jussi faciunt: primúsque rudentem,
Contorsit lævas proram Palinurus ad undas,
Lævam cuncta cohors remis, ventísque petivit;
Tollimur in cœlum curvato gurgite, & iidem
Subductâ ad Manes imos descendimus undâ.
Ter scopuli clamorem inter cava saxa dedêre,
Ter spumam elisam, & rorantia vidimus astra.

708 * --hîc pelagi tot tempestatibus actus.

528 † Dii maris, & terræ, tempestatúmque potentes,
Ferte viam vento facilem, & spirate secundi.

553 * -- & navifragum Scylacæum,
Tum procul è fluctu Trinacria cernitur Ætna,
Et gemitum ingentem pelagi, pulsatáque saxa
Audimus longè, fractásque ad littora voces:
Exultántque vada, atque æstu miscentur arenæ;

† His ego nigrantem commistâ grandine nimbum, 4. Æn. 120
Dum trepidant alæ, saltúsque indagine cingunt,
Desuper infundam, & tonitru cœlum omne ciebo.
Diffugient comites, & nocte tegentur opacâ.
* Interea magno misceri murmure cœlum 160
Incipit, insequitur commistâ grandine nimbus,
Et Tyrii comites passim, & Trojana Iuventus,
Dardaniúsque nepos Veneris, diversa per agros
Tecta metu petiêre: ruunt de montibus amnes, &c.
Dant signum, fulsêre ignes, & conscius æther
Connubii, summóque ulularunt vertice Nymphæ.
† Olli cœruleus supra caput astitit imber, 5. Æn. 10
Noctem, hyemémq; ferens, & inhorruit unda tenebris,
Ipse gubernator puppi Palinurus ab altâ,
Heu, quianam tanti cinxerunt æthera nimbi?
Quídve, pater Neptune, paras? Sic deinde locutus,
Magnanime Ænea, non si mihi Iuppiter autor
Spondeat, hoc sperem Italiam contingere cœlo.
Mutati transversa fremunt, & vespere ab atro
Consurgunt venti, atque in nubem cogitur aër.
Nec nos obniti contra, nec tendere tantùm
Sufficimus: superat quoniam Fortuna, sequamur.
* Nunc dextrâ ingeminans ictus, nunc ille sinistrâ; 457
Nec mora, nec requies, quàm multâ grandine nimbi
Culminibus crepitant: sic densis ictibus heros
Creber utrâque manu pulsat, versátque Dareta.
† Vix hæc ediderat: cùm effusis imbribus atra 694
Tempestas sine more furit, tonitrúque tremiscunt
Ardua terrarum, & campi: ruit æthere toto
Turbidus imber aquâ, densísque nigerrimus Austris.
* Tres Eryci vitulos, & Tempestatibus agnam 772
Cædere deinde jubet, solvíque ex ordine funes.
† Ipse mihi nuper Libycis, tu testis, in undis 789
Quam molem subitò excierit: maria omnia cœlo
Miscuit, Æoliis nequicquam freta procellis,
In regnis hoc ausa tuis. (*Venus Neptuno.*)
Frangimur, heu, fatis, inquit, ferimúrque procellâ. 7. Æn. 599
* More furens torrentis aquæ, vel turbinis atri.
† Dissultant crepitus, volat atri turbinis instar. 10. Æn. 603
* Quanta per Idæos, sævis effusa Mycenis 12. Æn. 92
Tempestas ierit campos, quibus actus uterque
Europæ, atque Asiæ fatis concurrerit orbis.
† Littus ad Ausonium tot per vada cœrula vexit, 7. Æn. 198

7. Æn. 198 † Littus ad Ausonium tot per vada cærula vexit
Sive errore viæ seu tempestatibus acti.
10. Æn. 203 * Ac velut effusâ si quando grandine nimbi
Præcipitant, omnis campis diffugit arator,
Omnis & agricola, & tutâ latet arce viator,
Aut amnis ripis, aut alti fornice saxi,
Dum pluit in terris: ut possint sole reducto
Exercere diem: Sic obrutus undique telis
Æneas, nubem belli dum detinet, omnes Sustinet.-
11. Æn. 422 † --sunt illis sua funera, párq; per omnes Tēpestas.-
12. Æn. 284 * -- it toto turbida cœlo
Tempestas telorum, ac ferreus ingruit imber.
v. Mare: Pluvia, Venti, & Tonitrua.

TACERE, CONTICERE, SILERE, Silescere, Siletur, Tacitus, Silens, Silentium, Mutus, Mussare, Obmutescere, Hiscere, Hiare, &c.

4. Æn. 525 CVm tacet omnis ager, pecudes, pictæque volucres.
2. Æn. 255 * Conticuêre: & tacite per amica silentia Lunæ.
9. Æn. 236 † Rutuli somno, vinóque sepulti Conticuêre.--
717 * Fata enarrabat Divûm, cursúsque docebat:
Conticuit tandem, factóque hîc fine, quievit.
6. Æn. 53 † --& talia fata Conticuit.-- (*Sibylla.*)
2. Æn. 1 * Conticuêre omnes, intentíque ora tenebant.
9. Æn. 841 † Quis te magne Cato, tacitū, aut te Cosse relinquat?
9. Ecl. 21 * Vel quæ sublegi tacitus tibi carmina nuper.
37 † Id quidem ago, & tacitus, Lycida, mecū ipse voluto.
8. Æn. 87 * Leniit, & tacitâ refluens ita substitit undâ, Tybris.
9. Æn. 30 † Ceu septem surgens sedatis amnibus altus
Per tacitum Ganges cùm refluit campis. --
3. Æn. 515 * Sydera cuncta notat tacito labentia cœlo.
12. Æn. 219 † Adjuvat incessu tacito progressus, & aram.
666 * Turnus & obtutu tacito stetit, æstuat ingens.
4. Æn. 363 † —totúmque pererrat Luminibus tacitis.—
11. Æn. 763 * Hac Aruns subit, & tacitus vestigia lustrat.
2. Æn. 568 † Tyndarida, & tacitam secretâ in sede latentem,
12. Æn. 801 * Nec te tantus edat tacitam dolor, & mihi curæ.
2. Geor. 254 † Quæ gravis est, ipso tacitam se pondere prodit.
6. Æn. 386 * Per tacitum nemus ire, pedémque advertere ripæ.
1. Æn. 502 † Latonæ tacitum pertentant gaudia pectus.
151 * Tum pietate gravem, ac meritis si fortè virū quem

Conspexêre, silent, arrectísque auribus astant.
* --scopulorum sub vertice latè Æquora tuta silent. 1. *Æn.* 163
† Proc. buêre, silent latè loca. -- 9. *Æn.* 190
* Et nunc omne tibi stratum silet æquor. -- 9. *Ecl.* 57
† Illic (ut perhibent) aut intempesta silet nox. 1. *Geo.* 247
* Bis quinos silet ille dies, tectúsque recusat 2. *Æn.* 126
Prodere voce suâ quemquam, aut opponere morti:
Compositò rumpit vocem, & me destinat aræ.
† Eloquar, an sileam ? -- 3. *Æn.* 39
* Hæc effata silet, pallor simul occupat ora. 4. *Æn.* 499
† Infit, eo dicente, Deûm domus alta silescit, 10. *Æn.* 101
Et tremefacta solo tellus, silet arduus æther.
* Pòst ubi jam thalamis se composuêre, siletur. 4. *Geor.* 189
† Si qua fidem tanto est operi latura vetustas: 10. *Æn.* 792
Non equidem, nec te juvenis memorande silebo.
* Vox quoque per lucos vulgò exaudita silentes. 1. *Geor.* 476
† --somno positæ sub nocte silenti Lenibant curas. 4. *Æn.* 527
* Dii, quibus imperium est animarú, umbræq; silêtes. 6. *Æn.* 264
† --ille silentum Conciliúmque vocat. -- (*Minos.*) 432
* -- umbrarum pars tollere vocem 492
Exiguam: inceptus clamor frustratur hiantes.
† --tum facta silentia tectis: Iuppiter hospitibus. -- 1. *Æn.* 730
* Horror ubique animos, simul ipsa silentia terrent. 2. *Æn.* 755
† Idæúmque nemus, hinc fida silentia sacris. 3. *Æn.* 112
* (*Iuno Veneri.*) --quid me alta silentia cogis 10. *Æn.* 65
Rumpere, & obductum verbis vulgare dolorem?
† Ordine cuncta suo, tunc facta silentia linguis, &c. 11. *Æn.* 241
* Hæc responsa patris Fauni, moni úsque silenti 7. *Æn.* 102
Nocte datos, non ipse suo premit ore Latinus.
† Ipsa canas oro: Finem dedit ore loquendi. 6. *Æn.* 76
* Maluit & mutas agitare inglorius artes. 12. *Æn.* 397
† Molle pecus, mutúmq; metu, fremit ore cruento. 9. *Æn.* 341
* Stat pecus omne metu mutum, mussantq; juvencæ. 12. *Æn.* 718
† --cuncti se scire fatentur, sed dicere mussant. 11. *Æn.* 344
* --nec plura loquutus, Sepsit se tectis. -- 7. *Æn.* 599
† --dixit, pressóque obmutuit ore. (*Sibylla.*) 6. *Æn.* 155
* At verò Æneas aspectu obmutuit amens. 279
† Obstupui, steterúntque comæ, & vox faucibus hæsit. 2. *Æn.* 774
* Nec lingua valet, nec vox, nec verba sequuntur. 12. *Æn.* 911
† --tali Cyllenius ore loquutus, 4. *Æn.* 275
Mortales visus medio sermone reliquit.
* Cætera, parce puer bello. Sic orsus Apollo, 9. *Æn.* 656
Mortales medio aspectus sermone reliquit.

4. Æn. 388 † His medium dictis sermonem abrumpit. (*Dido.*)
3. Æn. 313 * Implevit clamore locum: vix pauca furenti
Subjicio, & raris turbatus vocibus hisco.
2. Geor. 518 † Hic stupet attonitus rostris, hunc plausus hiantem
Per cuneos (geminatur enim plebísque, patrúmque)
Corripuit. --

v. Attendere, Admirari, Audire, Dicere, Vox, & *Finis.*

TEMPLUM, DELUBRUM, SACRARIUM, Sacellum, Adytum, Lucus, Arx, Limen, Nemus, Sylva, Saltus, Asylum, Sedes, Penetralia, &c. *Templum immane, de marmore, ingens, structum vetusto saxo, opulentum donis, dicatum, sacratum,* &c. *Religiosum limen, Arx summa,* &c. *Templum instituere, condere, sacrare,* &c. *Excitare aras,* &c.

1. Æn. 509 TUm foribus Divæ mediâ testudine templi,
Septa armis, solióque altè subnixa resedit.
8. Æn. 652 * In summo custos Tarpeiæ Manlius arcis
Stabat pro templo, & Capitolia celsa tenebat.
7. Æn. 174 † Hinc sceptra accipere, & primos attollere fasces
Regibus omen erat, hoc illis curia Templum,
Hæ sacris sedes epulis, hîc ariete cæso,
Perpetuis soliti patres considere mensis, &c.
2. Æn. 410 * Hîc primùm ex alto delubri culmine telis
Nostrorum obruimur, oritúrque miserrima cædes.
6. Æn. 41 † --Teucros vocat alta in templa Sacerdos.
4. Geor. 549 * Ad delubra venit, monstratas excitat aras.
1. Æn. 500 † Regina ad templum formâ pulcherrima Dido
Incessit, magnâ juvenum stipante coronâ.
11. Æn. 477 * Necnon ad templum, summásque ad Palladis arces
Subvehitur, magnâ matrum Regina catervâ.
1. Æn. 523 † Orantes veniam, & templum clamore petebant.
11. Æn. 481 * Succedunt matres, & templum thure vaporant.
4. Æn. 56 † Principiò delubra adeunt, pacémque per aras
Exquirunt, mactant lectas de more bidentes.
6. Æn. 115 * Quin ut te supplex peterem, & tua limina adirem.
2. Æn. 225 † At gemini lapsu delubra ad summa dracones
Effugiunt, sævæque petunt Tritonidis arcem.
8. Æn. 716 * Maxima tercentum totam delubra per urbem.

Lætitiâ, ludísque viæ, plausúque fremebant:
Omnibus in templis matrum chorus, omnibus aræ,
Ante aras terram cæsi stravêre juvenci.

† Ipse tibi ad tua templa feram solennia dona. 9. Æn. 626

* --simul Æneam in regia ducit 1. Æn. 635
Tecta, simul Divûm templis indicit honorem.

† (*Venus.*) --Paphum sublimis abit, sedésq; revisit 420
Læta suas, ubi templum illi, centúmque Sabæo
Thure calent aræ, sertísque recentibus halant.

* Námque sub ingenti lustrat dum singula templo, 457
Reginam opperiens, dum quæ fortuna sit urbi,
Artificúmque manus inter se, operúmque laborem
Miratur, videt Iliacas ex ordine pugnas, &c.

† Excubias Divûm æternas, pecudúmque cruore 4. Æn. 201
Pingue solùm, & variis florentia limina sertis.

* Prætereà fuit in tectis de marmore templum 457
Conjugis antiqui, miro quod honore colebat,
Velleribus niveis, & festâ fronde revinctum.

† Nos delubra Deûm miseri, quibus ultimus esset 2. Æn. 249
Ille dies, festâ velamus fronde per urbem.

* Quattuor his aras alta ad delubra Dearum. 4. Geor. 542

† --jam nunc solennes ducere pompas 3. Geo. 22
Ad delubra juvat, cæsósque videre, juvencos.

* Ecce trahebatur passis Priameïa virgo 403
Crinibus à templo Cassandra, adytísque Minervæ.

† Vix ea fatus eram, tremere omnia visa repentè, &c. 3. Æn. 90
Mons circùm, & mugire adytis cortina reclusis.

* Est mihi nata, viro gentis quam jungere nostræ 7. Æn. 268
Non patrio ex adyto sortes, non plurima cœlo
Monstra sinunt. --

† Suspensi Eurypilum scitatum oracula Phœbi 2. Æn. 114
Mittimus, ísque adytis hæc tristia dicta reportat.

* Æternúmque adytis effert penetralibus ignem. 297

† --obtestor per magnos, Nise, Penates, 9. Æn. 258
Assaracíque Larem, & canæ penetralia Vestæ.

* Vrbis ubi captæ casum, convulsáque vidit 2. Æn. 507
Limina tectorum, & medium in penetralibus hostem,

† At pius Æneas arces, quibus altus Apollo 6. Æn. 9
Præsidet, horrendæque procul secreta Sibyllæ
Antrum immane petit. --

* Laocoon ardens summâ decurrit ab arce. 2. Æn. 42

† Et monstrum infelix sacratâ sistimus arce. 245

3. Æn. 531 † --templúmque apparet in arce Minervæ.
2. Æn. 615 * Iam summas arces Tritonia respice Pallas.
7. Æn. 696 † Hi Soractis habent arces, Laviniáque arva;
2. Æn. 165 * Fatale aggressi sacrato avellere templo
Palladium, cæsis summæ custodibus arcis.
8. Æn. 652 † In summo custos Tarpeiæ Manlius arcis
Stabat pro templo, & Capitolia celsa tenebat.
2. Æn. 760 * Procedo ad Priami sedes, arcémque reviso,
Et jam porticibus vacuis Iunonis Asylo,
Gustodes lecti Phœnix, & dirus Vlysses
Prædam asservabant. -- &c.
8. Æn. 342 † Hinc lucum ingentem, quem Romulus acer Asylum
Rettulit, & gelidâ monstrat sub rupe Lupercal
Parrhasio dictum Panos de more Lycæi.
6. Æn. 13 * Iam subeant Triviæ lucos, atque aurea tecta.
4. Æn. 670 † -- flammæque furentes
Culmina, pérque hominum volvuntur, pérq; Deorum.
3. Ecl. 9 * Et quo, sed faciles Nymphæ risêre, sacello.
12. Æn. 198 † Vimque Deûm infernam, & duri sacraria Ditis.
6. Æn. 45 * Ventum erat ad limen, cùm virgo poscere fata.
1. Æn. 448 † Ærea cui gradibus surgebant limina, nexæque
Ære trabes, foribus cardo stridebat ahenis.
2. Æn. 364 * Plurima pérque vias sternuntur inertia passim
Corpora, pérque domos, & religiosa Deorum
Limina. --
1567 † Iámque adeò super unus eram, cùm limina Vestæ
Servantem, & tacitam secretâ in sede latentem
Tyndarida aspicio. -- (*Helenam Æneas.*)
3. Æn. 154 * Quod tibi delato Ortygiam dicturus Apollo est,
Hic canit, & tua nos en ultrò ad limina mittit.
10. Æn. 119 † (*Iuno Iovi de Turno.*) --& tua largâ
Sæpè manu, multísque oneravit limina donis.
7. Æn. 609 * Centum ærei claudunt vectes, æternáque ferri
Robora, nec custos absistit limine Ianus,
12. Æn. 849 † Hæ Iovis ad solium, sævíque in limine Regis
Apparent, acuúntque metum Mortalibus ægris.
2. Æn. 741 * Nec priùs amissam respexi, animúmque reflexi.
Quàm tumulum antiquæ Cereris, sedémq; sacratam
Venimus. --
7. Æn. 774 † At Trivia Hippolytum secretis alma recondit
Sedibus, & Nymphæ Ægeriæ, nemoríque relegat.
5. Æn. 759 * Tunc vicina astris Erycino in vertice sedes
Fundatur Veneri Idaliæ, tumulóque Sacerdos,

† Templa Iovi centum latis immania regnis,	4. *Æn.* 199
Centum aras posuit, vigilémque sacraverat ignem.	
* Redditus his primùm terris tibi, Phœbe, sacravit	6. *Æn.* 18
Remigium alarum, posuítque immania templa.	
† Primus Idumæas referam tibi, Mantua, palmas,	3. *Geo.* 12
Et viridi in campo templum de marmore ponam.	
Propter aquam, tardis ingens ubi flexibus errat	
Mincius, & tenerâ prætexit arundine ripas:	
In medio mihi Cæsar erit, templúmque tenebit.	
* Tum Phœbo, & Triviæ solido de marmore templa	6. *Æn.* 69
Instituam.--	
† Templa Dei saxo venerabar structa vetusto.	3. *Æn.* 84
* Hîc templum Iunoni ingens Sidonia Dido	1. *Æn.* 450
Condebat, donis opulentum, & numine Divæ. &c.	
† --Pallas quas condidit arces Ipsa colat--	2. *Ecl.* 61
* Poscamus ventos, atque hæc me sacra quotannis	5. *Æn.* 59
Vrbe velit positâ templis sibi ferre dicatis.	
† Sylvano, fama est, veteres sacrasse Pelasgos	8. *Æn.* 600
Armorum, pecorísque Deo lucúmque, diémque.	
* Hæc omnis morbi causa, hinc, mirabile, Nymphæ,	4. *Geor.* 532
Cum quibus illa choros lucis agitabat in altis.	
† Sin ad bella magis studium, turmásque feroces,	3. *Geor.* 180
Et Iovis in luco currus agitare volantes.	
* Corporáque ipsa boum frondoso desere luco.	4. *Geor.* 543
† --subitò ex alto vox reddita luco est.	7. *Æn.* 95
* Unde etiam Triviæ templo, lucísque sacratis.	778
† --quem miserat Arcens Eductum Martis luco.--	9. *Æn.* 583
* Hic amor, hoc studium, dum sacra secũdus Aruspex	11. *Æn.* 739
Nunciet, ac lucos vocet hostia pinguis in altos.	
† Et nigram mactabis ovem, lucúmque revises.	4. *Geor.* 546
* Atque hîc Æneas ingentem ex æquore lucum	7. *Æn.* 29
Prospicit.--	
† Est ingens gelidum lucus prope Cæritis amnem:	8. *Æn.* 597
Religione patrum latè sacer, undique colles	
Inclusêre cavi, & nigrâ nemus abiete cingunt.	
* - latet arbore opacâ	6. *Æn.* 136
Aureus, & foliis, & lento vimine ramus,	
Iunoni infernæ dictus sacer, hunc tegit omnis	
Lucus, & obscuris claudunt convallibus umbræ.	
† Et lucus latè sacer additur Anchisæo.	5. *Æn.* 761
* Lucus in urbe fuit mediâ, lætissimus umbrâ.	1. *Æn.* 445
† Hos natura modos, primùm dedit, his genus omne	2. *Geor.* 20
Sylvarum, fruticúmque viret, nemorúmque sacrorum.	

7. Æn. 81 † At Rex sollicitus monstris, oracula Fauni
Fatidici genitoris adit, lucósque sub altâ
Consulit Albuneâ, nemorum quæ maxima sacro
Fonte sonat. -- &c.

3. Geor. 331 * Æstibus at mediis umbrosam exquirere vallem,
Sicubi magna Iovis antiquo robore quercus
Ingentes tendat ramos, aut sicubi nigrum
Ilicibus crebris sacrâ nemus accubat umbrâ.

3. Æn. 111 † Hinc mater cultrix Cybele, Corybantiáque æra,
Idæúmque nemus. --

8. Æn. 345 * Necnon & sacri monstrat nemus Argileti.

351 † Hoc nemus, hunc, inquit, frondoso vertice collem
(Quis Deus, incertum est) habitat Deus.

10. Ecl. 9 * Quæ nemora, aut qui vos saltus habuêre puellæ
Naiades, indigno cùm Gallus amore periret?

3. Geor. 392 † Pan Deus Arcadiæ captam te Luna fefellit,
In nemora alta vocans, nec tu aspernata vocantem.

7. Æn. 580 * Tum quorum, attonitæ Baccho, nemora avia matres
Insultant Thiasis. --

6. Æn. 187 † Si nunc se nobis ille aureus arbore ramus
Ostendat nemore in tanto, -- &c.

7. Æn. 774 * At Trivia Hippolytum secretis alma recondit
Sedibus, & Nymphæ Ægeriæ, nemoríque relegat.

6. Ecl. 72 † His tibi Grynæi nemoris dicatur origo,
Ne quis sit lucus, quo plus se jactet Apollo.

55 * --claudite Nymphæ
Dictææ, Nymphæ nemorum jam claudite saltus.

1. Geor. 12 † Neptune, & cultor nemorum, cui pinguia Cææ
Ter centum nivei tondent dumeta juvenci.

2. Geor. 14 * Pars autem posito surgunt de semine, ut altæ
Castaneæ, nemorúmque Iovi, quæ maxima frondet
Æsculus, atque habitæ Graiis oracula quercus.

11. Æn. 556 † Quam dextrâ ingenti librans ita ad æthera fatur,
Alma tibi hanc nemorum cultrix Latonia virgo
Ipse pater famulam voveo. -- (*Amasenus.*)

9. Æn. 85 * Pinea sylva mihi multos dilecta per annos,
Lucus in arce fuit summâ, quò sacra ferebant
Nigranti piceâ, trabibúsque obscurus acernis.

3. Æn. 680 † --sylva alta Iovis, lucúsque Dianæ.

2. Geor. 181 * Palladiâ gaudent sylvâ vivacis olivæ.

2. Æn. 696 † Cernimus Idæâ claram se condere sylvâ.

7. Æn. 659 * Collis Aventini sylvâ, quem Rhea Sacerdos, &c.

2. Ecl. 60 † Quem fugis? ah demens! habitarũt Dii quoq; sylvas.

v. Sacer, & Sylva.

TEMPVS, LVSTRVM, SECVLVM, *Seclum, Ævum, Tempestas, Tempestivus, &c.*

TEmpora, quæ messor, quæ curvus arator haberet.	3. *Ecl.* 42
* His ego nec metas rerum, nec tempora pono.	1. *Æn.* 282
† Sola viri molles aditus, & tempora noras.	4. *Æn.* 423
* --rebárque futurum Tempora dinumerans.--	6. *Æn.* 690
† Nunc age, qui Reges, Erato, quæ tempora rerum.	7. *Æn.* 37
* Bis gravidos cogunt fœtus, duo tempora messis.	4. *Geo.* 230
† Respexit tamen, & longo pòst tempore vênit.	1. *Ecl.* 30
* En unquam patrios longo pòst tempore fines.	68
† Hinc tempestates dubio prædiscere cœlo	1. *Geor.* 252
Possumus, hinc messísque diem, tempúsque serendi,	
Et quando infidum remis impellere marmor	
Conveniat, quando armatas deducere classes,	
Aut tempestivam sylvis evertere pinum.	
* Fatalis virgæ longo post tempore visum Donum.--	6. *Æn.* 408
† Nunc te marmoreum pro tempore fecimus, at tu,	7. *Ecl.* 35
Si fœtura gregem suppleverit, aureus esto.	
* Illo Virgilium me tempore dulcis alebat.	4. *Geo.* 562
† Haud secùs Ignipotens nec tempore segnior illo.	8. *Æn.* 414
* --nec longo deinde moranti Tempore.--	3. *Geor.* 579
† Labitur, & longo vix tandem tempore fatur.	3. *Æn.* 309
* Nunc olim quocunque dabunt se tempore vires.	4. *Æn.* 627
† Et vellem, & fuerat melius, non tempore tali	11. *Æn.* 303
Cogere concilium, cùm muros obsidet hostis.	
* Immò, ait, ô cives, arrepto tempore, Turnus.	459
Cogite concilium, & pacem laudate sedentes.	
† Deserit, ac tristi turbatus tempore differt.	470
* --hinc cœli tempore certo Dulcia mella premes.-	4. *Geor.* 99
† Tempore non alio catulorum oblita leæna.	3. *Geor.* 244
* --quo tempore primùm Deucalion vacuum, --&c.	1. *Geo.* 71
† Tempore quo primùm Phrygiâ formabat in Idâ.	9. *Æn.* 80
* Et mentem Venus ipsa dedit, quo tempore Glauci.	3. *Geor.* 262
† Ex illo Corydon, Corydon est tempore nobis.	7. *Ecl.* 70
* Tempore jam ex illo casus mihi cognitus urbis.	1. *Æn.* 627
† Temporibúsque parem diversis quattuor annum.	1. *Geor.* 256
* Donec longa dies perfecto temporis orbe.	6. *Æn.* 745
† Ipse, ubi tempus erit, omnes in fonte lavabo.	3. *Ecl.* 96
* Turno tempus erit magno cùm optaverit emptum.	10. *Æn.* 503
† Tempus erat, quo prima quies mortalibus ægris.	2. *Æn.* 268
* Aggredere, ô magnos (aderit jam tempus) honores.	4. *Ecl.* 48

12. *Æn.* 96 † Hasta meos, nunc tempus adest, te maximus Actor.
1. *Geor.* 492 * Scilicet, & tempus veniet; cùm finibus illis.
2. *Æn.* 324 † Vênit summa dies, & ineluctabile tempus.
10. *Æn.* 11 * Adveniet justum pugnæ (ne accersite) tempus.
2. *Geor.* 80 † Plantæ immittuntur, nec longum tempus, & ingens
Exiit ad cœlum ramis felicibus arbos.
9. *Æn.* 395 * Nec longum in medio tempus, cùm clamor ad aures
3. *Geor.* 265 † Sed fugit intereà, fugit irreparabile tempus,
Singula dùm capti circumvectantur amore.
8. *Æn.* 521 * -- nec defensoribus istis Tempus eget.--
10. *Æn.* 467 † Stat sua cuique dies, breve, & irreparabile tempus
Omnibus est vitæ, sed famam extendere factis.
622 * Si mora præsentis lethi, tempúsque caduco
Orator juveni, méque hoc ita ponere sentis.
1. *Geor.* 213 † --& cereale papaver Tempus humo tegere.--
2. *Geor.* 542 * Et jam tempus equûm fumantia solvere colla.
4. *Geor.* 281 † Tempus, & Arcadii memoranda inventa magistri
Pandere. --
5. *Æn.* 638 * Hîc domus est, inquit, vobis: nunc tempus agi res.
10. *Æn.* 441 † Vt vidit socios: Tempus desistere pugnæ.
12. *Æn.* 156 * Non lacrymis hoc tempus, ait Saturnia Iuno.
10. *Æn.* 512 † --tempus versis succurrere Teucris,
1. *Geor.* 253 * --hinc mesśísque diem, tempúsque serendi.
4. *Æn* 433 † Tempus inane peto, requiem, spatiúmque furori.
475 * --tempus secum ipsa modúmq; Exigit.-- (*Dido.*)
6. *Æn.* 537 † Et fors omne datum traherent per talia tempus.
7. *Æn.* 516 * At sæva è speculis tempus Dea nacta nocendi.
11. *Æn.* 2 † --sociis dare tempus humandi Præcipitant curæ.-
3. *Geor.* 122 * His animadversis instant sub tempus, & omnes.
1. *Geor* 468 † Impiáque æternam timuerunt secula noctem.
2. *Geor.* 290 * Involvunt, immota manet, multósque per annos
Multa virûm volvens durando secula vincit.
1. *Æn.* 295 † Aspera tum positis mitescent secula bellis.
604 * --quæ te tam læta tulerunt Secula?--
6. *Æn.* 792 † Augustus Cæsar, Divûm genus, aurea condet
Secula qui rursus Latio, regnata per arva.
8. *Æn.* 724 * Aureáq, (ut perhibent) illo sub Rege fuêre Secula.-
1. *Æn.* 449 † Egregiam, & facilem victu per secula gentem.
6. *Æn.* 235 * Dicitur, æternúmque tenet per secula nomen.
12. *Æn.* 826 † Sit Latium, sint Albani per secula Reges.
4. *Ecl.* 5 * Magnus ab integro seclorum nascitur ordo.
46 † Talia secla suis dixerunt currite fusis
Concordes stabili fatorum numine Parcæ.

† Aspice, venturo lætentur ut omnia seclo. 4. *Ecl.* 52
* Sed mihi tarda gelu, seclisque effœta senectus. 8. *Æn.* 508
† Téque adeò decus hoc ævi, te Consule inibit. 4. *Ecl.* 11
* Iungentur jam gryphes equis, ævóque sequenti. 8. *Ecl.* 27
† Hîc nemus, hîc ipso tecum consumerer ævo. 10. *Ecl.* 43
* Optima quæque dies miseris mortalibus ævi 3. *Geo.* 65
Prima fugit, subeunt morbi, tristísque senectus.
† (*Apes.*) -- magnísque agitant sub legibus ævum. 4. *Geor.* 153
* -- quorum Iphitus ævo, Iam gravior.-- 2. *Æn.* 435
† Tantum ævi longinqua valet mutare vetustas. 3. *Æn.* 415
* Et nunc æquali tecum pubesceret ævo. 491
† Hoc Helymus facit, hoc ævi maturus Acestes. 5. *Æn.* 73
* Solus ubi in sylvis Ital s ignobilis ævũ Exigeret,- 7. *Æn.* 781
† Haud vatum ignarus, venturíque inscius ævi. 8. *Æn.* 627
* -- atque integer ævi. (*Ascanius.*) 9. *Æn.* 255
† Nulla dies unquam memori vos eximet ævo 447
* Et dedit esse Deas, ævúmque agitare sub undis. 10. *Æn.* 235
† Pastorum, & solis exegit montibus ævum. 11. *Æn.* 569
* --positis inglorius armis Exigat hîc ævum.-- 10. *Æn.* 52
† Ducitur infelix ævo confectus Acetes. 11. *Æn.* 85
* Fata vocant, metásque dati pervenit ad ævi. 10. *Æn.* 472
† --nunc belli finis, & ævi His dabitur terris.-- 582
* Multa dies, variúsque labor mutabilis ævi 11. *Æn.* 425
Rettulit in melius.--
† Sic placitum, veniet lustris labentibus ætas. 1. *Æn.* 286

v. Annus, Dies, Nox, Senectus, Ver, Æstas, Autumnus, Hyems, Ætas.

TENEBRÆ, INFERNI, STYGIÆ, Domus sine Sole, Nox profunda, æterna, Lucus, opacus, &c.

Tisiphone in lucem Stygiis emissa tenebris. 3. *Geor.* 552
* Scrupea, tuta lacu nigro, nemorúmq; tenebris. 6. *Æn.* 238
† Discedam, explebo numerum, reddárque tenebris. 545
* Cernatur, trepidéntque immisso lumine Manes 8. *Æn.* 247
† Dicitur, & tenebrosa palus Acheronte refuso. 6. *Æn.* 107
* Ibant obscuri solâ sub nocte per umbras. 267
† Pallentes umbras Erebi, noctémque profundam. 4. *Æn.* 26
* Vmbrarum hic locus est, somni, noctísque soporæ. 6. *Æn.* 390
† Somnus, in æternam clauduntur lumina noctem. 12. *Æn.* 310
* Impiáque æternam timuerunt secula noctem. 1. *Geor.* 468
† Nocturnósque ciet Manes. -- (*Saga.*) 4. *Æn.* 490

6. Æn. 252 † Tum Stygio Regi nocturnas inchoat aras.
127 * Noctes, atque dies patet atri janua Ditis.
132 † Cocytúsque sinu labens circumfluit atro.
9. Æn. 105 * Per pice torrentes, atrâque voragine ripas.
6. Æn. 340 † Huncubi, vix multa mœstum cognovit in umbrâ.
271 * Est iter in sylvis, ubi cœlum condidit umbrâ
Iuppiter, & rebus nox abstulit atra colorem.
576 † Quinquaginta atris immanis hiatibus hydra.
4. Geor. 467 * Et caligantem nigrâ formidine lucum.
6. Æn. 34 † --Bis nigra videre Tartara.--
4. Geor. 478 * Quos circum limus niger, & deformis arundo.
6. Æn. 267 † Pandere res altâ terrâ, & caligine mersas.
535 * Ut tristeis sine Sole domos, loca turbida adires.
673 † Nulli certa domus, lucis habitamus opacis.
4. Geo. 546 * (*Hinc Eurydici.*) --nigra mactatur ovis.
6. Æn. 249 † (*Et matri Eumenidum.*) --atri velleris agna.
243 * (*Et faucibus Averni.*) --nigrantes terga juvenci.
136 † (*Ramus aureus.*) --latet arbore opacâ
Iunoni infernæ dictus sacer, hunc tegit omnis
Lucus, & obscuris claudunt convallibus umbræ.
633 * --pariter gressi per opaca viarum.
452 †-agnovítq; per umbrã Obscurã.- (*Didonē Æneas.*)

SILENTIUM.

264 *Dii, quibus imperium est animarũ, umbræq; silentes,
Et chaos, & Phlegeton, loca nocte silentia latè.
432 † Quæsitor Minos urnam monet: ille silentûm
Conciliúmque vocat, vitásque, & crimina discit.
492 * (*Animarum.*) --pars tollere vocem
Exiguam, inceptus clamor frustratur, hiantes.
386 † Per tacitum nemus ire, pedémque advertere ripæ.

v. Nox.

TERRA, TELLUS, SOLUM, Humus, Æquor, Campus: Terrenus, &c. Terra fœcunda, ferax, facilis, patiens, densa, rarissima, omnipotens, inimica, humida, latior, fertilis, prævalida, gravis, frequens herbis, Itala, alma, rudis, justissima, informis, antiqua, Mavortia, gratissima, mater, sacra, hostilis, Africa, ima, gratior, Romula, debita, excita, tremefacta, quæsita, ditissima, nigra, pinguis, dives, ignota, magna, prima, pauper, alta,

alta, patria, deserta, cava, salsa, amara, infelix frugibus, inarata, scelerata, dehiscens, &c. Solum *acclive, præpingue, cereale, &c.*

MVtabit merces : omnis feret omnia tellus. — 4. Ecl 39
* Et quid quæque ferat regio, & quid quæque recuset, — 1. Geor. 53
Hîc segetes, illic veniunt feliciùs uvæ.
† At si non fuerit tellus fœcunda, sub ipsum. — 67
* --arida Ne saturare fimo pingui pudeat sola.-- — 67
† --tellus Omnia liberiùs, nullo poscente, ferebat. — 80
* Nec verò terræ ferre omnes omnia possunt. — 160
† Et bibit humorem, & cùm vult ex se ipsa remittit, — 2. Geor. 218
Quæque suo viridi semper se gramine vestit,
Illa tibi lætis intexet vitibus ulmos :
Illa ferax oleæ est : illam experière colendo,
Et facilem pecori, & patientem vomeris unci.
* Densa magis Cereri, rarissima quæque Lyæo. — 229
† Humida majores herbas alit, ipsáque justo — 251
Lætior, ah! nimiùm ne sit mihi fertilis illa,
Neu se prævalidam primis ostendat aristis:
Quæ gravis est, ipso tacitam se pondere prodit.
* --terram multò antè memento Excoquere.--
† Vere tument terræ, & genitalia semina poscunt. — 259
* --quibus ipsa, procul discordibus armis, — 324
Fundit humo facilem victum justissima tellus. — 459
† Et qui proscisso quæ suscitat æquore terga.
* Præcipitémque Daren ardens agit æquore toto. — 1. Geor. 97
† Hæc ait, & socii cesserunt æquore jusso. — 5. Æn. 496
* - fremit æquore toto Insultans sonipes.-- — 10. Æn. 444
† --igneus æquore Tarchon Arma virúmq; ferens.-- — 11 Æn. 599
* Bella movens immittit equos, illi æquore aperto. — 746
† --unde soluti Per campos pascuntur equi.-- — 12. Æn. 333
* Molli paulatim flavescet campus aristâ. — 6. Æn. 652
† Quíque frequens herbis, & fertilis ubere campus. — 4. Ecl. 28
* At rudis enituit impulso vomere campus. — 2. Geor. 185
† --neque ullæ — 211
Aut herbæ campo apparent, aut arbore frondes: — 3. Ge. 353
Sed jacet aggeribus niveis informis, & alto
Terga gelu latè, septémque assurgit in ulnas.
* Terra antiqua, potens armis, atque ubere glebæ. — 1. Æn. 530
Oenotrii coluêre viri, nunc fama Minores
Italiam dixisse, ducis de nomine, gentem.

3. Æn. 13 † Terra procul vastis colitur Mavortia campis,
Thraces arant, acri quondam regnata Lycurgo:
Hospitium antiquum Trojæ, sociíque Penates.
73 * Sacra, mari colitur medio, gratissima tellus.
94 Dardanidæ duri, quæ vos à stirpe parentum
Prima tulit tellus, eadem vos ubere læto
Accipiet reduces: antiquam exquirite matrem.
4. Æn. 37 † Ductoré́sque alii, quos Africa terra triumphis
Dives alit.--
24 * Sed mihi vel tellus optem priùs ima dehiscat.
5. Æn. 27 † --an sit mihi gratior ulla,
Quàm quæ Dardanium tellus mihi servat Acesten,
Et patris Anchisæ gremio complectitur ossa?
876 * --nec Romula quondam
Ullo se tantùm tellus jactabit alumno.
720 † Continuò: Salve fatis mihi debita tellus.
Hîc domus, hæc patria est.--
721 * --cursúque pedum tremit excita tellus:
10. Æn. 102 † Et tremefacta solo tellus silet.--
650 * Hac dabitur dextrâ tellus quæsita per undas.
6. Æn. 732 † Terreníque hebetant artus, moribundáq; membra;
11. Æn. 850 * --fuit ingens Regis Dercẽni terreno ex aggere bustũ.
1. Geor. 329 † --quo maxima motu Terra tremit.--
2. Geor. 139 * Sed neque Medorum sylvæ, ditissima terra.
203 † Nigra ferè, & presso pinguis sub vomere terra.
Et cui putre solum. -&c. Optima frumentis.--
285 * -non aliter vires dabit omnibus æquas Terra.--
4. Æn. 37 † - ductores quos Africa terra triũphis Dives alit.--
9. Æn. 485 * Heu terrâ ignotâ canibus data præda Latinis.
10. Æn. 321 † Alcidæ usque graves dum terra labores Præbuit.--
9. Æn. 132 * Terra autem in manibus nostris.--
8. Æn. 243 †--si quâ vi terra dehiscens Infernas reseret sedes.--
10. Æn. 675 * --aut quæ jam satis ima dehiscat Terra mihi?
7. Æn. 369 † Omnem equidem sceptris terram, quæ libera nostris
Dissidet, externam reor, & sic dicere Divos.
10. Æn. 295 * --nimicam findite rostris Hanc terram--
6. Æn. 595 † Necnon & Tityon, terræ omnipotentis alumnum.
2. Geor. 26 * Expectant, & viva suâ plantaria terrâ.
313 † Possunt, atque imâ similes revirescere terrâ.
4. Geor. 365 * Omnia sub magnâ labentia flumina terrâ.
1. Æn. 633 † Iactatum hac demùm voluit consistere terrâ.
545 * -primâque vetant consistere terrâ (i. littore.)
3. Æn. 60 † Omnibus idem animus sceleratâ excedere terrâ.

† Quàm tutâ possis urbem componere terrâ.	3. Æn. 387
* Posse nefas? tacitúsque meâ decedere terrâ?	4. Æn. 306
† --Ausonia Teucros considere terrâ.	349
* Aut metus Ausoniâ prohibet consistere terrâ.	6. Æn. 807
† --Curibus parvis, & paupere terrâ Missus in Imperium magnum.-	82
* Ire viam, & Tyrios desertâ quærere terrâ.	4. Æn. 468
† --divinique ossa parentis Cond dimus terrâ.--	5. Æn. 47
* Intereà socios, inhumatáq; corpora terræ Mãdemus.	11. Æn. 22
† Conspicere, & patriâ decedens ponere terrâ.	6. Æn. 508
* Pandere res altâ terrâ & caligine mersas.	267
† --secura sub altâ Otia agunt terrâ.--	3. Geor. 376
* --clausúmque cavâ te condere terrâ.	1. Æn. 893
† --& patriâ Turnum consistere terrâ.	10. Æn. 75
* --gaudet cognomine terra	6. Æn. 383
† Littora præripere, & venientes pellere terrâ.	10. Æn. 277
* Frigida sub terrâ tumidum quem bruma tegebat.	2. Æn. 472
† --hoc sum terrâque maríque secuta?	9. Æn. 492
* --jam quæ passus terrâque, maríque.	10. Æn. 162
† Iam faciles poteram à terrâ contingere ramos.	8. Ecl. 39
* Ire, neque à terrâ moneat convellere funem.	1. Geor. 457
† --ergo age, terræ Pingue solum primis extemplò à mensibus anni Fortes invertant tauri, glebásque jacentes, Pulverulenta coquat maturis solibus æstas: At si non fuerit tellus fœcunda, sub ipsum Arcturum, tenui sat erit suspendere sulco.	63
* Ire loca, & scrobibus superabit terra repletis, Expecta, & validis terram proscinde juvencis: Salsa autem tellus, & quæ perhibetur amara, Frugibus infelix, ea nec mansuescit arando, Nec Bacchi genus, aut pomis sua nomina servat.	2. Geor 234
† Nec nulla intereà est inaratæ gratia terræ.	1. Geor. 83
* Liber, & alma Ceres, vestro si munere tellus Chaoniam pingui glandem mutavit aristâ.	7
† Sollicitanda tamen tellus, pulvísque movendus.	2. Geor. 418
* Ipsa satis tellus cùm dente recluditur unco.	423
† --parvóque assueta juventus Aut rastris terram.--	9. Æn. 608
* Sin tumulis acclive solum, collésque supinos.	2. Geor. 275
† Mercatique solum facti de nomine Byrsam.	1. Æn. 371
* Exupero præpingue solum stagnantis Elori.	3. Æn. 698
† --pecudúmque cruore Pingue solum.--	4. Æn. 201
* Sub pedibus mugire solum, & juga cœpta moveri.	6. Æn. 256

9. *Æn* 666	† Sternitur omne solum telis, tum scuta.--
10. *Æn*. 63	* Atque solum, quo Troja fuit --
7. *Æn*. 111	† Et cereale solum pomis agrestibus augent.
5. *Æn*. 198	*-- tremit ictibus ærea puppis Subtrahitúrq; solum.--
9. *Ecl*. 40	†--varios flumina circum Fundit humus flores.--
2. *Geor* 184	* At quæ pinguis humus, dulcíq; uligine læta.
8. *Æn*. 195	† --sempérque recenti Cæde tepebat humus.--
1. *Geor*. 210	* At si triticeam in messem-- Exercebis humum.--
5. *Ecl*. 39	† Spargite humum foliis, inducite fontibus umbras.
9. *Ecl*. 19	* -quis humum florentibús herbis Spargeret?
3. *Æn*. 24	† Viridémque ab humo convellere sylvam Conatus.-
10. *Æn*. 489	* Et terram hostilem moriens petit ore cruento.
349	† Fronte ferit terram, & crassum vomit ore cruorem
7. *Æn*. 643	* --quibus Itala jam tum Floruerit terra alma viris.-
3. *Æn*. 60	†--sceleratâ excedere terrâ, Linquere pollutum.--
4. *Æn*. 306	* --tacitúsque meâ decedere terrâ.
10 *Æn*. 730	† --calcibus atram Tundit humum expirans.--
1. *Æn*. 419	* Procubuit moriens, & humũ semel ore momordit.

v. Ager, Tellus, & Arare.

TESTIS, TESTOR, OBTESTOR, &c.

12 *Æn*. 176	ESto nunc sol testis, & hæc mihi terra precanti.
5. *Æn*. 789	† Ipse mihi nuper Libycis tu testis in undis.
9. *Æn*. 2?8	* --nox, & tua testis Dextera.--
5. *Ecl*. 25	† Flebant, vos coryli testes, & flumina Nymphis.
8 *Ecl*. 19	* Dum queror, & Divos, quanquam nil testibus illis Profeci, extremâ moriens tamen alloquor horâ.
3. *Æn*. 486	† Accipe & hæc manuum tibi quæ monimenta mearum Sint puer, & longum Andromaches testentur amorẽ.
11. *Æn*. 220	* Ingravat hæc sævus Drances: solúmq; vocari Testatur, solum posci in certamina Turnum.
7. *Æn*. 593	† Multa Deos, auráſque pater testatus inanes.
2. *Æn*. 432	* Testor in occasu vestro, nec tela, nec ullas Vitavisse vices Danaûm.--
7. *Æn*. 576	† Implorántque Deos, obtestantúrque Latinum.

v. Iurare, & Precari.

TESTVDO, FORNIX, LAQVEAR, *Tholus, Tignum.*

2. *Geor*. 463	NEc varios inhiãt pulchrâ testudine postes. (*dom*.)
1. *Æn*. 505	† Tum foribus Divæ, mediâ testudine templi.
2. *Æn*. 442	* Cernimus, obsessúmque actâ testudine limen.

† Ferre libet subter densâ testudine casus.	9. Æn. 514
* Mœnia conspicio, atque adverso fornice portas.	6. Æn. 631
†--tutâ latet arce viator, aut alti fornice saxi.	10. Æn. 804
* Atria, dependent lychni laquearibus aureis.	1. Æn. 726
† Erigitur, summíque ferit laquearia tecti.	8. Æn. 25
* Suspendíve tholo, aut sacra ad fastigia fixi Dona.--	9. Æn. 408
† Garrula quàm tignis nidum suspendat hirundo.	4. Geor. 357

Testudo, Cava, *Cithara*, Threïcia, Aurata, *Sistrum* patrium, *&c.*

* Ipse cavâ solans ægrum testitudine amorem.	4. Geor. 464
† Si potuit Manes arcessere conjugis Orpheus, Threiciâ fretus citharâ, fidibúsque canoris.	6. Æn. 119
* Pòst alii proceres, citharâ crinitus Iopas Personat auratâ, docuit quæ maximus Atlas.	1. Æn. 740
† Cretea, Musarum comitem, cui carmina semper, Et citharæ cordi, numerósque intendere nervis.	9. Æn. 775
* Ipse suas artes, sua munera lætus Apollo, Augurium, citharámque dabat, celerésq; sagittas.	12. Æn. 393
† Regina in mediis patrio vocat agmina sistro.	8. Æn. 696

v. Canere.

TEXTILIS, TEXTUS, INTEXTUS, Intertextus, Circumtextus, Contextus, Texere, Intexere, Insertare, Inserere, Insertus, &c.

† --& tenui telas discreverat auro.--	4. Æn. 264
* Victori chlamydem auratam, quam plurima circũ Purpura Mæandro duplici Melibœa cucurrit, Intextúsque puer frondosâ regius Idâ.	5. Æn. 250
† Levibus huic hamis consertam, auróq; trilicem Loricam, quam Demoleo detraxerat ipse Victor.--	259
* Threïciis, lato quam circum amplectitur auro Balteus, & tereti subnectit fibula gemmâ.	311
† Arte laboratæ vestes, ostróque superbo.	1. Æn. 639
* Ferre jubet, pallam signis, auróque rigentem, Et circumtextum croceo velamen acantho, Ornatus Argivæ Helenæ.--	646
† --trabibus contextus acernis Staret equus.--	2. Æn. 112
* Seu lento fuerint alvearia vimine texta Ipsa autem seu corticibus tibi suta cavatis.	4. Geor. 33
† Roboribus textis jussit Calchas attollere molem.	2. Æn. 185
* --lentæ texunt umbracula vites.	9. Ecl. 42

8. Æn. 167 * --chlamydémque auro dedit intertextam.
614 † Tum leves ocreas electro, auróque recocto,
Hastámque, & clypei non enarrabile textum.
3. Æn. 485 * Fert picturatas auri subtegmine vestes,
Textilibúsque onerat donis, ac talia fatur:
Accipe, & hæc manuum tibi quæ monimenta mearum
Sint puer, & longum Andromaches testētur amorem.
11. Æn. 64 † Haud segnes alii, crates, & molle pheretrum
Arbuteis texunt virgis, & vimine querno,
Extructósque toros obtentu frondis inumbrant.
4. Geor. 33 * Seu lento fuerint alvearia vimine texta.
10. Ecl. 71 † Dum sedet & gracili fiscellam texit hibisco.
2. Geor 370 * Texendæ sepes etiam & pecus omne tenendum.
1. Geor. 265 † Nunc facilis rubeâ texatur fiscina virgâ.
5 Æn. 589 * Parietibus textum cæcis iter (*labyrinthi.*)
Impediunt, texúntque fugas, & prælia ludo
Delphinum similes, qui per maria humida nando,
Carpathium, Libycúmq; secant, ludúntque per undas.
5 Ecl. 31 † Et foliis lentas intexere mollibus hastas.
2. Geor. 221 * Illa tibi lætis intexet vitibus ulmos.
10 Æn. 785 † Transiit intextum tauris opus (*Hasta*)
2. Geor 37 * Iuvat Ismara Baccho Conserere.--
2. Æn. 397 † Multáq; per cæcā cōgressi prælia noctē Conserimus.
3. Æn. 591 * Consertum tegmen spinis.--
11. Æn. 770 † Spumantémq; agitabat equum, quem pellis ahenis
In plumam squammis auro conserta tegebat.
1. Ecl. 74 * Insere nunc, Melibœe, pyros, pone ordine vites.
2. Geor. 69 † Inseritur verò ex fœtu nucis arbutus horrida.
2. Æn. 671 * --clypeóque sinistram Insertabam aptans.--

TIMOR, TREMOR, FORMIDO; Metus, Pavor, Terror, Horror: Timidus, *Tremulus, Pavidus, Pavitans, Territus, Conterritus, Exterritus, Perterritus, Attonitus Trepidus, Tremefactus, Turbatus, Exanimis, Exanguis. Formidatus, Terrificus:* Horridus, *Horrificus, Horrisonus, Tremendus, Tremebundus, Terribilis:* Terrere, *Terrificare, Horrificare, Tremefacere, Territare, Turbare: Sanguis gelidus, & frigidus:* Tremere, *Pavere, Terreri, Horrescere, Timere, Pavitare, Tremiscere,*

Trepidare , &c. Impavidus , *Interritus , Imperterritus , neque territus , &c.*

TErra tremit, fugêre feræ , & mortalia corda Per gentes humilis stravit pavor.-- 1. Geor. 330

* Felix , qui potuit rerum cognoscere causas, Atque metus omnes , & inexorabile fatum Subjecit pedibus, strepitúmque Acherontis avari. 2. Geor. 490

† Frigidus obstiterit circum præcordia sanguis. 484

* Nec vanos horret strepitus.-- (*Equus.*) 3. Geor. 79

† Cùm spes arrectæ juvenum , exultantiáq; haurit Corda pavor pulsans : illi instant verbere torto. 105

* Nónne vides , ut tota tremor pertentet equorum Corpora ?-- 251

† Et procul , ô gemitu non frustrà exterrita tanto. 4. Geor. 353

* Huic perculsa novâ mentem formidine mater. 357

† Extemplò Æneæ solvuntur frigore membra. 1. Æn. 29

* --revocate animos , mœstúmq; timorē Mittite.-- 201

† Spémque,metúmque inter dubii, seu vivere credant, Sive extrema pati : nec jam exaudire vocatos. 222

* Parce metu Cytherea,manent immota tuorum Fata.- 261

† --quo tota exterrita sylvis Diffugiunt armenta -- 3. Geor. 149

* Vipera delituit, cœlúmque exterrita fûgit. 417

† Cum canibus timidi venient ad pocula damæ. 8. Ecl. 28

* Aut impacatos à tergo horrebis Iberos. 3. Geor. 408

† Quæ mare nunc terrásq; metu , cœlúmq; fatigat,. 1. Æn. 284

* Conveniunt , quibus aut odium crudele tyranni Aut metus acer erat.- 365

† Hoc primùm in luco nova res oblata timorem Leniit : hoc primùm Æneas sperare salutem. 454

* Solve metus : feret hæc aliquam tibi fama salutem. 467

† Solvite corde metum Teucri , secludite curas. 566

* Námque ut conspectu in medio turbatus inermis Constitit, atque oculis Phrygia agmina circumspexit: Heu quæ nunc tellus , inquit , quæ me æquora possunt Accipere?-- (*Sinon Graius.*) 2. Æn. 67

† Ille hæc depositâ tandem formidine fatur, Cuncta equidem tibi rex -- (*idem Priamo*) 76

* Prosequitur pavitans , & ficto pectore fatur. 107

† --vulgi quæ vox ut vênit ad aures, Obstupuêre animi , gelidúsque per ima cucurrit Ossa tremor : cui fata parent. 119 & 6. Æn. 54

2. Æn. 199 † Hic aliud majus miseris, multóq; tremendum
Objicitur magis, atq; improvida pectora turbat.
212 * Diffugimus visu exangues.--
228 † Tum verò tremefacta novus per pectora cunctis
Insinuat pavor.-- (*pro insinuatur.*)
369 * Luctus, ubique pavor, & plurima mortis imago.
378 † Obstupuit, retróque pedem cum voce repressit,
Improvisum aspris veluti qui sentibus anguem
Pressit humi nitens, trepidúsque repentè refûgit,
Haud secus Androgeos visu tremefactus abibat.
384 * Ignarósque loci passim, & formidine captos.
400 † - pars ingentem formidine turpi
Scandunt rursus equum, & notâ conduntur in alvo.
559 * At me tum primùm sævus circumstetit horror,
Obstupui: subiit cari genitoris imago.
685 † Nos pavidi trepidare metu. - (*i. trepidabam.*)
726 * Et me quem dudum non ulla injecta movebant
Tela, neque adverso glomerati ex agmine Graii:
Nunc omnes terrent auræ, sonus excitat omnis
Suspensum, & pariter comitíque, oneríq; timentem.
755 † Horror ubique animos, simul ipsa silentia terrent.
3. Æn. 47 * Tum verò ancipiti mentem formidine pressus,
Obstupui, steterúntque comæ, & vox faucibus hæsit.
57 † -- postquam pavor ossa reliquit.--
10. Æn. 522 * Ille astu subit, ac tremebunda supervolat hasta.
6. Æn. 803 † Et licet Alcides Lernam tremefecerit arcu.
4. Geor. 468 * Et caligantem nigrâ formidine lucum
Ingressus, Manésque adiit, regémque tremendum.
2. Æn. 52 † -stetit illa tremens (*hasta in equum contorta.*)
3. Æn. 648 * Prospicio, sonitúmque pedum, vocémq; tremisco.
5. Æn. 694 †--tonitrúque tremiscunt Ardua terrarum, & câpi.
2. Geor 479 * Unde tremor terris; quâ vi maria alta tumescant.
9. Æn. 756 † Diffugiunt versi trepidâ formidine Troës.
538 * Turbati trepidare intus.-- (*pro trepidabant*)
6. Æn. 276 † Et metus, & malesuada Fames, & turpis Egestas
Terribiles visu formæ, Lethúmque, Labórque.
4. Geor. 152 * Dictæo cœli regem pavêre sub antro.
173 † Talibus attonitus visis, ac voce Deorum,
Tum gelidus toto manabat corpore sudor.
259 * At sociis subitâ gelidus formidine sanguis
Diriguit: cecidêre animi, nec jam amplius armis,
Sed votis, precibúsque jubent exposcere pacem,
275 † Et formidatus nautis aperitur Apollo.

* Ipse sed horrificis juxta tonat Ætna ruinis. 3. Æn. 771

† Et terram tabo maculant, mihi frigidus horror 33
Membra quatit, gelidúsque coït formidine sanguis.

* Arma amens vidit, magnis exterrita monstris, 306
Diriguit visu in medio, calor ossa reliquit:
Labitur, & longo vix tandem tempore fatur.

† --vix pauca furenti 313
Subjicio, & raris turbatus vocibus hisco.

* Isque ubi Dardanios habitus, & Troïa vidit 597
Arma procul, paulùm aspectu conterritus hæsit,
Continuítque gradum, mox sese ad littora præceps.

† Degeneres animos timor arguit.-- 4. Æn. 13

Anna soror, quæ me suspensam insomnia terrent? 9

* At verò Æneas aspectu obmutuit amens, 279
Arrectæque horrore comæ, & vox faucibus hæsit,
Attonitus tanto monitu, imperióque Deorum.

† Linquẽ multa metu cunctantẽ, & multa parantem. 390

* Multáque præterea vatum prædicta piorum 464
Terribili monitu horrificant.

† At trepida, & cœptis immanibus effera Dido. 642

* --exultantiáque haurit Corda pavor pulsans.-- 5. Æn. 137

† Attonitis hæsêre animis.-- 529

* Ast illæ diversa metu per littora passim Diffugiunt.- 676

† Tum verò attonitæ monstris, actæque furore 659

* Et quicquid tecum invalidum, metuénsq; pericli est, 716
Delige, & his habeant terris sine mœnia fessi.

† Tum verò Æneas subitis exterritus umbris. 4. Æn. 571

* Constitit Æneas, strepitúmque exterritus hausit. 6. Æn. 559

† Audiit exanimis, trepidóque exterrita cursu. 4. Æn. 672

* Intremuit malus, timuítque exterrita pennis. 5. Æn. 505

† Nunc quoq; mens eadem perstat mihi: pelle timores. 812

* Conticuit, gelidus Teucris per dura cucurrit 54
Ossa tremor, fudítque preces rex pectore ab imo.

† Corripit hîc subitâ trepidus formidine ferrum 290
Æneas, strictámque aciem venientibus offert.

* Non ullum pro me tantum cepisse timorem. 351

† At Danaûm proceres, Agamemnoniæq; phalanges 489
Vt vidêre virum, fulgentiáq; arma per umbras
Ingenti trepidare metu, pars vertere terga, &c.

* Aut metus Ausoniâ prohibet consistere terrâ. 807

† At juveni oranti subitus tremor occupat artus. 7. Æn. 446

* --arma regum inter falsâ vatem formidine ludit. 4[illegible]8

† Ne tantos mihi finge metus.-- 4[illegible]8[illegible]

7. Æn. 458 † Olli somnum ingens rupit pavor, ossáque, & artus
Perfudit toto proruptus corpore sudor.
613 * Relligione sacræ, & sævi formidine Martis.
8. Æn. 46 † Neu belli terrêre minis, timor omnis, & iræ
Concessêre Deûm.--
222 * Tum primùm nostri Cacum vidêre timentem,
Turbatúmque oculis, fugit ilicet ocyor Euro,
Speluncâmque petit: pedibus timor addidit alas.
295 † Te Stygii tremuêre lacus, te janitor Orci
Ossa super recubans antro semesa cruento,
Nec te ullæ facies, non terruit ipse Typhœus,
Arduus arma tenens.--
349 * Iam tùm relligio pavidos terrebat agrestes
Dira loci, jam tùm sylvam saxúmque tremebant.
370 † At Venus haud animo nequicquã exterrita mater,
Laurentúmque minis, & duro mota tumultu.
556 * Vota metu duplicant matres, propiúsque periclo
It timor, & major Martis jam apparet imago.
592 † Stant pavidæ in muris matres, oculísq; sequuntur
Pulveream nubem, & fulgenteis ære catervas.
9. Æn. 89 * - sollicitam timor anxius urget, Solve metus.
11. Æn. 811 † Occiso pastore lupus, magnóve juvenco,
Conscius audacis facti, caudámque remulcens
Subjecit pavitantem utero, sylvásque petivit.
3. Geor. 372 * - agitant pavidos formidine cervos.
11. Æn. 406 † Vel cùm se pavidum contra mea jurgia fingit.
9. Æn. 106 * Annuit, & totum nutu tremefecit Olympum.
345 † --Rhætum vigilantem, & cuncta videntem
Sed magnum, metuens, se post cratera tegebat.
475 * --ac subitus miseræ calor ossa reliquit.
719 † Immisítque fugam Teucris, atrúmq; timorem.
756 * Diffugimus versi trepidâ formidine Troës.
169 † --nec non trepidi formidine portas Explorant.--
10. Æn. 631 * Frigidus Arcadibus coït in præcordia sanguis.
452 † - quod ut ô potiùs formidine falsâ Ludar.--
11. Æn. 14 * Maxima res effecta viri, timor omnis abesto.
296 † Vix ea legati, variúsque per ora cucurrit
Ausonidum turbata fremor, ceu saxa morantur,
Cùm rapidos amnes, clauso fit gurgite murmur,
Vicinæque fremunt ripæ crepitantibus undis,
Vt primùm placati animi, & trepida ora quierunt.
357 * Quòd si tantus habet mentes, & pectora terror.
392 † Pulsus ego? aut quisquam meritò, fœdissime, pulsum

Arguet ?-- (*Turnus in Drancem.*)
† Ne cessa turbare metu, proinde omnia magno. 11.*Æn.*400
* --formidine crimen acerb t. 407
† (*Diræ.*) - acuúntque metum Mortalibus ægris, 12.*Æn.* 850
Si quando lethum horrificum, morbósq; Deûm rex
Molitur, meritas aut bello territat u bes.
* --ne me terrete timentem Obscœnæ volucres.-- 875
† Multáque prætereà vatum prædicta piorum 4.*Æn.*464.
Terribili monitu horrificant.-.
* Aspicis hæc ? an te genitor, cùm fulmina torques, 208
Nequicquam horremus ? cæcique in nubibus ignes,
Terrificant animos, & inania murmura miscent?
† Seráq; terrifici cecinerunt omina vates. 5. *Æn.* 524
* Fulgores nunc terrificos, sonitúmque, metúmque 8. *Æn* 431
Miscebant operi, flammísque sequacibus iras.
† (*Fama.*) --magnas territat urbes 4. *Æn.* 187
Tam ficti, pravíque tenax, quàm nuntia veri.
* Castra, fugæ fidens, & cœlum territat armis. 11. *Æn.* 351
† --quos improbus advena bello 261
Territat, invalidas ut aves. (*Turnus de Ænea.*)
* Incidit huic, subitóque aspectu territus hæsit. 694
† Frigidus Arcadibus coït in præcordia sanguis. 10.*Æn.*451
* Ille autem insidiis, & ripâ territus altâ. (*Cervus.*) 12.*Æn.*752
† Quod si tantus habet mentes, & pectora terror. 11. *Æn.* 357
* Sed variis portenta Deûm terroribus implent. 7. *Æn.* 58
† (*Nuntius.*) --magnísque urbem terroribus implet, 11.*Æn.* 448
Tyrrhenámque manum totis descendere campis;
Extemplò turbati animi, concusśáque vulgi Pectora.-
* Attulit hunc illi cæcis terroribus aura, &c. 12.*Æn.*619
Hei mihi, quid tanto turbantur mœnia luctu?
† (Horresco referens) immensis orbibus orbes. 2.*Æn.* 204
* Horrescit visu subitò, causásque requirit. 6. *Æn.* 710
† Responsis horrent Divûm, & Mœotica tellus, 799
Et septem gemini turbant trepida ostia Nili.
* Ignémque, horribilémq; feram, fluviúmq; liquentem. 4.*Geor.*441
† Nunc etiam horribili visu portenta sequuntur. 11. *Æn.* 271
* In vada præcipitant, cû Iuppiter horridus Austris. 9.*Æn.* 670
† Tùm demùm horrisono stridentes cardine sacræ 6. *Æn.* 573
Panduntur portæ.-- (*Inferorum.*)
* Clamore excipiunt socii, fremitúque sequuntur 9. *Æn.* 54
Horrisono.--
†- sævus campis magis, ac magis horror Crebrescit -- 12.*Æn.*4 65
*--circúmque atræ formidinis ora Iræque, insidiæque, 335

12. Æn. 867 † Illi membra novus solvit formidine torpor.
776 * --tùm verò amens formidine Turnus.
11. Æn. 406 † Vel cùm se pavidum contra mea jurgia fingit,
Artificis scelus, & formidine crimen acerbat.
9. Æn. 112 * --tum vix horrenda per auras
Excidit, & Troûm, Rutulorúmque agmina complet:
Ne trepidate meas, Teucri, defendere naves.
10. Æn. 717 † Ille autem impavidus partes cunctatur in omnes.
12. Æn. 7 *. fixúmque latronis Impavidus frangit telum (*Leo.*)
8. Æn. 631 †(*Rom. & Rem.*) Impavidi ludũt lupæ ubera circum.
5. Æn. 427 * Brachiáque ad superas interritus extulit auras.
863 † Promissísque patris Neptuni interrita fertur.
11. Æn. 711 * Ense pedes nudo, puráque interrita parmâ.
836 † Alta sedet summis, spectátque interrita pugnas.
10. Æn. 770 * Obvius ire parat: manet imperterritus ille,
Hostem magnanimum opperiens, & mole suâ stat.
5. Æn. 453 † At non tardatus casu, neque territus heros,
Acrior ad pugnam redit, & vim suscitat ira.
11. Æn. 641 * Ingentem animis, ingentem corpore, & armis
--nudíque humeri, nec vulnera terrent.
v. Fuga, & Fortis.

TONITRUA, FULGURA, FULGORE, Fulmina, Murmur, Sonitus; Tonare, Sonare, Intonare, Fulminare, Fulmineum, Rutilare, Fulgere, &c.

1. Geor. 371 Eurique, Zephyrique tonat domus.--
3. Geor. 266 † - quem super ingens Porta tonat cœli.--
1. Geor. 487 * Non aliàs cœlo ceciderunt plura sereno
Fulgura, nec diri toties arsêre Cometæ.
1. Ecl. 17 † De cœlo tactas memini prædicere quercus.
4. Geor. 170 * Ac veluti lentis Cyclopes fulmina massis
Cùm properant, alii taurinis follibus auras
Accipiunt, reddúntque; alii stridentia tingunt
Æra lacu, gemit impositis incudibus Ætna.
1. Æn. 94 † Intonuêre poli, & crebris micat ignibus æther.
2. Æn. 113 * --toto sonuerunt æthere nimbi.
692 † --subitóque fragore Intonuit lævum.--
3. Æn. 571 * Ipse, sed horrificis juxta tonat Ætna ruinis.
199 † --ingeminant abruptis nubibus ignes.
578 * Fama est Enceladi semiustum fulmine corpus
Urgeri mole hac,

† His ego nigrantem commistâ grandine nimbum, 4. Æn. 120
Desuper infundam, & tonitru cœlum omne ciebo,
Diffugient comites, & nocte tegentur opacâ.
* Intereà magno misceri murmure cœlum 160
Incipit, insequitur commistâ grandine nimbus.
† Tercentum tonat ore Deos, Erebúmque, Chaósque 510
* -- fulsêre ignes, & conscius æther Connubii.-- 167
† -- tumidúmq; sub axe tonanti Sternitur æquor.-- 5. Æn. 820
* Tempestas sine more fugit, tonitrúque tremiscunt 694
Ardua terrarum, & campi: ruit æthere toto.
† Vidi, & crudeles dantem Salmonea pœnas, 2. Æn. 685
Dum flammas Iovis, & sonitus imitatur Olympi,
Quattuor hîc invectus equis, & lampada quassans,
Demens qui nimbos, & non imitabile fulmen
Ære, & cornipedum cursu simularat equorum,
At Pater omnipotens densa inter nubila telum
Contorsit, non ille faces, nec fumea tedis
Lumina, præcipitémque immani turbine adegit.
* Tartaream intendit vocem, quâ protinus omne 7. Æn. 519
Contremuit nemus, & sylvæ intonuêre profundæ
† -- notúsque medullas 8. Æn. 389
Intravit calor, & labefacta per ossa cucurrit,
Non secus, atque olim tonitru cùm rupta corusco
Ignea rima micans percurrit lumine nimbos.
* Ni signum cœlo Cytherea dedisset aperto, 524
Námque improviso vibratus ab æthere fulgor,
Cum sonitu venit, & ruere omnia visa repentè,
Tyrrhenúsque tubæ mugire per æthera clangor.
Suspiciunt: iterùm, atque iterū fragor intonat ingens:
Arma inter nubem, cœli in regione serenâ,
Per sudum rutilare vident, & pulsa tonare.
Obstupuêre animis alii: sed Troïus heros.
† Proinde tona eloquio, solitum tibi -- 11. Æn. 383
* Responsant circa, & cœlum tonat omne tumultu. 12. Æn. 757
† Continuò nova lux oculis effulsit, & arma 9. Æn. 731
Horrendum sonuêre, tremunt in vertice cristæ
Sanguineæ, clypeóq; micantia fulgura mittit.
* -- aut geminos, duo fulmina belli, 6. Æn. 842
Scipiadas, cladem Libyæ --
† -- Cæsar dum magnus ad altum 4. Geor. 559
Fulminat Euphratem bello, victórque volentes.
* Fulminat Æneas armis, summásque minatur 12. Æn. 654
Dejecturum arces Italûm, exitióque daturum,

4. Æn. 579 † -- vaginâq; eripit ensem Fulmineum. --
9. Æn. 441 * -- non segniùs, ac rotat ensem Fulmineum. --
811 † Fulmineus Mnestheus ingeminat hastis.
v. Fulmen Iovis, Cyclopes, & Tempestas.

TRIPVDIARE, SALTARE, CHOREÆ, Chori, Exultare, Ludere in numerum: Choros agitare, exercere, instaurare, ducere: Plaudere pedibus, Choreis indulgere, Dare motus incompositos, Lustrare choreis, Inducere choros, &c.

5. Ecl. 74 SAltantes Satyros imitabitur Alphesibœus.
6. Ecl. 27 * Tum verò in numerũ Faunósq; ferásq; videres
Ludere, tum ri idas motare cacumina quercus.
6 ; † Vtque viro, Phœbi chorus assurrexerit omnis.
1. Geor. 350 * Det motus incompositos, & carmina dicat.
2. Geor. 386 † Versibus incomptis ludunt, risúque soluto.
4. Geor. 533 * Cum quibus illa choros lucis agitabat in altis.
1. Æn. 497 † Qualis in Eurotæ ripis, aut per juga Cynthi
Exercet Diana choros, quam mille secutæ
Hinc, atq; hinc glomerantur Oreades, illa pharetram
Fert humero, gradiénsque Deas supereminet omnes,
4. Æn. 144 * -- ac Delum maternam invisit Apollo,
Instaurátque choros, mistíq; altaria circum
Cretésq;, Driopésq; fremunt, pictíque Agathyrsi,
Ipse jugis Cynthi graditur, mollíque fluentem
Fronde premit crinem fingens, atque implicat auro:
Tela sonant humeris. --
6. Æn. 656 † Conspicit ecce alios dextrâ, lævâque per herbam
Vescentes, lætúmque choro Pæana canentes
Inter odoratum Lauri nemus. --
517 * Illa chorum simulans, Evantes Orgia circum
Ducebat Phrygias, flammam media ipsa tenebat.
644 † Pars pedibus plaudunt choreas, & carmina dicunt.
7. Æn. 391 * Te lustrare choros, sacrum tibi pascere crinem.
8. Æn. 285 † Tum Salii ad cantus, incensa altaria circum
Populeis adsunt evincti tempora ramis:
Hic juvenum chorus, ille senum: qui carmine laudes
Herculeas, & facta ferunt, &c.
663 * Hinc exultantes Salios, nudósque Lupercos
Extulerat. --
716 † Maxima tercentum totam delubra per urbem.

Lætitiâ, ludísque viæ, plausúque fremebant,	
Omnibus in templis matrum chorus, omnibus aræ.	
† Desidiæ cordi: juvat indulgere choreis.	9. Æn. 615
* -- ite per alta	617
Dindyma, ubi assuetis, biforem dat tibia cantum:	
Tympana vos, buxúsque vocat Berecynthia matris.	
† Agnoscunt longè Regem, lustrántque choreis.	10. Æn. 224
* Aut ubi curva choros induxit tibia Bacchi.	11. Æn. 737

TROIA, ILIUM, TEUCRIA, Dardania, Pergama; Imperium, Regnum Priami: Arces Pergameæ, &c.

ILium in Italiam portans. --	1. Æn. 68
† -- Trojæ sub mœnibus altis.	95
* -- méne Iliacis occumbere campis Non potuisse?-	97
† -- (Ilus erat, dum res stetit Ilia regno.)	268
* Nos Trojâ antiquâ (vestras si fortè per aures	374
Trojæ nomen iit.) --.	
† Námque videbat ubi bellantes Pergama circum.	465
* Pabula gustassent Trojæ, Xanthúmque bibissent.	472
† Ter circum Iliacos raptaverat Hectora muros.	482
* Munera prætereà Iliacis erepta ruinis,	646
† Dona ferens pelago è flammis restantia Trojæ.	678
* Trojanas ut opes, & lamentabile regnum	2. Æn. 4
Eruerint Danai. --	
† -- nondùm Ilium, & arces Pergameæ steterant. --	3. Æn. 109
* Æneas bis Pergameis erepte ruinis.	476
† Et breviter Trojæ supremum audire laborem.	2. Æn. 11.
* -- Priami dum regna manebant.	22
† Ergo omnis longo sólvit se Teucria luctu.	26
* Trojáque nunc stares, Priamíq; arx alta maneres.	56
† Cùm primùm Iliacas, Danai, venistis ad oras	117
* -- Priami imperio, Phrygibúsque futurum.	191
† O patria, ô Divûm domus Ilium, & inclyta bello	241
Mœnia Dardanidum? --	
* Invadunt urbem somno, vinóque sepultam.	265
† Hostis habet muros, ruit alto à culmine Troja.	290
* Ucalegon: Sigæa igni freta lata relucent.	312
† Vênit summa dies, & ineluctabile tẽpus Dardaniæ, -	324
* Urbs antiqua ruit multos dominata per annos.	363
† Trojam incẽsam, & prolapsa vidẽtem Pergama. --	555
* -- Troja arserit igni,	581

Dardanium toties sudarit sanguine littus?

2. Æn. 612 * -- hic Iuno Scæas sævissima portas Prima tenet. --

624 † Tùm verò omne mihi visum considere in ignes
Ilium, & ex imo verti Neptunia Troja.

622 * Apparent diræ facies, inimicáq; Trojæ Numina.--

637 † Abnegat excisa vitam producere Trojâ.

660 * -- perituræq; addere Trojæ Téq; tuósq; juvat.--

3. Æn. 1 † Postquàm res Asiæ, Priamíque evertere gentem
Immeritam visum superis: ceciditq; superbum
Ilium, & omnis humo fumat Neptunia Troja.

109 * -- nondum Ilium, & arces Pergameæ steterant. --

156 † Nos te, Dardaniâ incensâ, tuáq; arma sequuti.

325 * Nos, patriâ incensâ, diversa per æquora vecti.

349 † Procedo, & parvam Trojam, simulatáq; magnis
Pergama, & arentem Xanthi cognomine rivum
Agnosco, Scææque amplector limina portæ,
Necnon & Teucri sociâ simul urbe fruuntur.

462 * Vade, age, & ingentem factis fer ad æthera Trojam.

5. Æn. 261 † Victor apud rapidum Simoënta sub Ilio alto.

633 * Nulláne jam Trojæ dicentur mœnia? nusquam
Hectoreos amnes Xanthum, & Simoënta videbo?

755 † Intereà Æneas urbem designat aratro,
Sortitúrque domos, hoc Ilium, & hæc loca Trojæ
Esse jubet: --

811 * (*Neptunus.*) -- cuperem cùm vertere ab imo
Structa meis manibus perjuræ mœnia Trojæ.

6. Æn. 515 † Cùm fatalis equus saltu super ardua vênit
Pergama. --

7. Æn. 364 * Lædæámque Helenam Trojanas vexit ad arces.

8. Æn. 134 † Dardanus Iliacæ primus pater urbis, & autor
Electrâ (ut Graii perhibent) Atlantide cretus.

374 * Dum bello Argolici vastabant Pergama Reges,
Debita, casuráſque inimicis ignibus arces.

9. Æn. 144 † -- an non viderunt mœnia Trojæ,
Neptuni fabricata manu, considere in ignes?

247 * Dii patrii, quorum semper sub numine Troja est.

10. Æn. 45 † Dura, per eversæ genitor fumantia Trojæ
Excidia obtestor, liceat dimittere ab armis.

12. Æn. 544 * Occidis, Argivæ quem non potuêre phalanges
Sternere, nec Priami regnorum eversor Achilles.

828 † Occidit, occideritque sinas cum nomine Troja.

TROIANI, TROES, TROIUGENÆ, Troades, Troii, Teucri, Dardani, Dardanii coloni, Dardanidæ, Iliaci, Iliades, Æneadæ, Hectorei socii, Mæonidæ: Gens Dardania, Pergamea, Hectorea, & Priami: Phryges, Phrygii, Iuventus Mæonia, &c.

Progeniem sed enim Trojano à sanguine duci — 1. Æn. 19
Audierat, Tyrias olim quæ verteret arces,
Hinc populum latè Regem, bellóque superbum.
* Troas, relliquias Danaûm, atque immitis Achilli. — 30
† Gens inimica mihi Tyrrhenum navigat æquor. — 67
* Defessi Æneadæ quæ proxima littora cursu. — 157
† -- revocato à sanguine Teucri, — 235
Qui mare, qui terras omni ditione tenerent.
* Hic tamen ille urbem Patavi, sedésque locavit — 246
Teucrorū & genti nomen dedit, armáque fixit Troïa.--
† Hîc jam tercentum totos regnabitur annos — 272
Gente sub Hectoreâ. --
* Servitio premet, ac victis dominabitur Argis. — 285
Nascetur pulchrâ Trojanus origine Cæsar,
Imperium Oceano, famam qui terminet astris.
† -- videt Iliacas ex ordine pugnas. — 455
* Hàc fugerent Graii, premeret Trojana juventus, — 466
Hàc Phryges. -
† Crinibus Iliades passis, peplúmque ferebant. — 479
* Troës te miseri ventis maria omnia vecti Oramus.- — 523
Parce pio generi, & propiùs res aspice nostras.
† - Trojanóque à sanguine clarus Acestes. — 549
* Talibus Ilioneus, cuncti simul ore fremebant — 558
Dardanidæ. --
† Quis genus Æneadum, quis Trojæ nesciat urbem? — 564
Virtutésque, virósque aut tanti incendia belli?
* Non opis est nostræ, Dido, nec quicquid ubique est — 600
Gentis Dardaniæ, magnum quæ sparsa per orbem.
† Séq; ortum antiquâ Teucrorum à stirpe volebat. — 625
* Hunc lætum Tyriísque diem, Trojâq; profectis. — 731
† Constitit, atq; oculis Phrygia agmina circumspexit. — 2. Æn. 68
* O lux Dardaniæ, spes ô fidissima Teucrûm. — 281
† - fuimus Troës, fuit Ilium, & ingens — 325
Gloria Teucrorum. -
* Iliadum turbâ, & Phrygiis comitata ministris. — 580

2. *Æn.* 618 † – ipse Deos in Dardana suscitat arma.
3. *Æn.* 13 * Æneadásque meo nomen de nomine fingo.
66 † Et circùm Iliades crinem de more solutæ.
95 * Dardanidæ duri, quæ vos à stirpe parentum
Prima tulit tellus. – &c.
359 † Trojugena, interpres Divûm –
4. *Æn.* 43 * – Teucrûm comitantibus armis,
Punica se quantis attollet gloria rebus?
626 † Qui face Dardanios, ferróque sequare colonos.
5. *Æn.* 45 * Dardanidæ magni, genus alto à sanguine Divûm.
190 † Hectorei socii, Trojæ quos sorte supremâ
Delegi comites, nunc illas promite vires.
599 * Quo puer ipse modo, secum quo Troïa pubes.
602 † Trojáque nunc, pueri Trojanum dicitur agmen.
3. *Æn.* 1 * Postquàm res Asiæ, Priamíque evertere gentem.
133 † Pergameámque voco, & lætam cognomine gentem.
5. *Æn.* 622 * Ac sic Dardanidûm mediam se matribus infert.
6. *Æn.* 63 † Vos quoque Pergameæ jam fas est parcere genti,
Diíq; Deæq; omnes, quibus obstitit Ilium, & ingens
Gloria Dardaniæ. –
648 * Hîc genus antiquum, Teucri pulcherrima proles,
Magnanimi heroës nati melioribus annis.
756 † Nunc age Dardaniam prolem, quæ deinde sequatur
Gloria, qui maneant Italâ de gente nepotes,
Illustres animas, nostrúmq; in nomen ituras.
765 * Educet sylvis Regem, Regúmque parentem:
Vnde genus longâ nostrum dominabitur Albâ:
Proximus ille Procas Trojanæ gloria gentis.
784 † Felix prole virûm, qualis Berecynthia mater
Invehitur curru Phrygias turrita per urbes,
Læta Deûm partu, centum complexa nepotes,
Omnes cœlicolas, omnes supera alta tenentes. &c.
864 * Filius an-ne aliquis magna de stirpe nepotum?
Externi veniunt generi, qui sanguine nostrum
Nomen in astra ferant, quorúmque à stirpe nepotes
Omnia sub pedibus, quà Sol utrumque recurrens
Aspicit Oceanum, vertíque, regíq; videbunt.
7. *Æn.* 217 † – Pulsi regnis, quæ maxima quondam
Extremo veniens Sol aspiciebat Olympo,
Ab Iove principium generis, Iove Dardana pubes
Gaudet avo, Rex ipse Iovis de gente suprema
Troïus Æneas tua nos ad limina misit. &c.
231 * Non erimus regno indecores: nec vestra feretur

Fama levis, tantíque abolescet gratia facti,
Nec Trojam Ausonios gremio excepisse pigebit.
† - hinc progeniem virtute futuram 7. Æn. 257
Egregiam, & totum quæ viribus occupet orbem.
* -- generos externis affore ab oris, 270
Hoc Latio restare canunt, qui sanguine nostrum
Nomen in astra ferant. -
† Talibus Æneadæ donis, dictisque Latini 284
Sublimes in equis redeunt, pacémque reportant.
* Heu stirpem invisam, & fatis contraria nostris 293
Fata Phrygum. --
† -- Teucros in regna vocari, 578
Stirpem admisceri Phrygiam. --
* Accipe, dáque fidem, sunt nobis fortia bello 8. Æn, 150
Pectora, sunt animi, & rebus spectata juventus.
† Vatis fatidicæ, cecinit quæ prima futuros 340
Æneadas magnos, & nobile Pallantêum.
* Trojugenas, ac tela vides inimica Latinis. 118
† -- ô Mœoniæ delecta juventus, 499
Flos veterum, virtúsque virûm, quos justus in hostem.
* --sociósque revisit, 546
Quorum de numero qui sese in bella sequantur,
Præstantes virtute legit. --
† Huc pater Æneas, & bello lecta juventus. 606
* Dii patrii, quorum semper sub nomine Troja est: 9. Æn. 246
Non tamen omninò Teucros delere paratis,
Cùm tales animos juvenum, & tam certa tulistis
Pectora. --
† -- quid pestem evadere belli 10. Æn. 55
Juvit, & Argolicos medium fugisse per ignes,
Tótque maris, vastæq; exhausta pericula terræ,
Dum Latium Teucri, recidiváque Pergama quærunt?
* Mæoniâ generose domo.- 141
† -. sociósque precatur: 293
Nunc ô lecta manus, validis incumbite remis.
*- Trojæ sub mœnibus altis Tot nati cecidêre Deûm.- 469
† Ite, ait, egregias animas, quæ sanguine nobis 11. Æn. 24
Hanc patriam peperêre suo, decorate supremis
Muneribus. --
* Quàm pius Æneas, & quàm magni Phryges.-- 170
† Bellum importunum cives cum gente Deorum, 305
Invictísque viris gerimus, quos nulla fatigant
Prælia, nec victi possunt absistere ferro.

11.Æn.759 † -- eventúmque sequuti Mæonidæ incurrunt.--

12.Æn.625 * -- hàc Turne sequamur
Trojugenas, quà prima viam victoria pandit.

122 † Agmina se fundunt portis, hinc Troius omnis,
Tyrrhenúsque ruit, variis exercitus armis.

834 * Sermonem Ausonii patrium, moréſque tenebant,
Vtque est, nomen erit: commisti corpore tantum
Subsident Teucri, morem, ritúsque sacrorum
Adjiciam, faciámque omnes uno ore Latinos:
Hinc genus Ausonio mistum quod sanguine surget
Supra homines, supra ire Deos pietate videbis.

In Mapp: 15 † O socii per dura, ac densa pericula vecti, &c.

92 * Iungemus, dabit inde mihi Lavinia conjunx,
Bello acri defensa, Italô cum sanguine mistam
Trojanam transferre æterna in secula gentem.

TROPHÆVM, SPOLIA, EXVVIÆ, Triumphus, Triumphatus, &c.

3. Geor. 31 ET duo rapta manu diverso ex hoste trophæa,
Bisque triumphatas utroque ab littore gentes.

11. Æn. 172 † Magna trophæa ferunt, quos dat tua dextera letho;
Tu quoque nunc stares immanis truncus in armis.

224 * Multa virum meritis sustentat fama trophæis.

385 † -- passímque trophæis Insignis agros. --

10. Æn. 541 * -- arma Serestus
Lecta refert humeris, tibi, Rex Gradive, trophæum;

774 † Nunc adsint: voveo prædonis corpore raptis,
Indutum spoliis, ipsum te, Lause, trophæum.

11. Æn. 5 * Ingentem quercum decisis undique ramis
Constituit tumulo, fulgentiáque induit arma.
Mezenti ducis exuvias, tibi magne trophæum
Bellipotens: aptat rorantes sanguine cristas,
Teláque trunca viri, & bis sex thoraca petitum,
Perfossúmq; locis, clypeúmq; ex ære sinistræ
Subligat, atque ensem collo suspendit eburnum.

785 † Omnipotens, non exuvias, pulsæve trophæum
Virginis, au spolia ulla peto, mihi cætera laudem
Facta ferent. --

78 * Multáque prætereà Laurentis præmia palmæ
Aggerat, & longo prædam jubet ordine duci:
Addit equos, & tela, quibus spoliaverat hostem,
Indutósque jubet truncos hostilibus armis.

Ipsos ferre duces, inimicáque nomina figi.
† Hunc olim cœlo spoliis Orientis onustum
Accipies. -- 1. Æn. 293
* -- spoliis se quisque re entibus armat. 2. Æn. 391
†Barbarico postes auro,spoliisq; superbi procubuêre.- 504
* Egregiam verò laudem,& spolia ampla refertis, &c. 6. Æn. 850
† Tertiáque arma patri suspendet capta Quirino.
* Agnoscunt spolia inter se,galeámque nitentem
Messapi, & multo phaleras sudore receptas. 9. Æ. 457
† -- hodie victor spolia illa cruenta, 10. Æ. 862
Et caput Æneæ referes. -
* Aut spoliis ego jam raptis laudabor opimis, 449
Aut letho insigni, sorti pater æquus utrique est.
† -- nam maximus ultor 8. Æn. 201
Tergemini nece Geryonis, spoliisque superbus
Alcides aderat, taurósque huc victor agebat.
* Mox hic cum spoliis, ingenti cæde peractâ, 9. Æn. 242
Affore cernetis. --
† Victores prædâ Rutuli, spoliísque potiti. 450
* Fœmineo prædæ, & spoliorum ardebat amore. 11. Æn. 777
† Ædibus astabat, validam vi corripit hastam 12. Æn. 93
Actoris Aurunci spolium, quassátque trementem.
* -- infelix humero cùm apparuit alto 941
Balteus & notis fulseruntcingula bullis
Pallantis pueri, victum quem vulnere Turnus
Straverat, atque humeris inimicum insigne gerebat:
Ille oculis postquàm sævi monimenta doloris,
Exuviásque hausit, furiis accensus & irâ
Terribilis: Túne hinc spoliis indute meorum
Eripiare mihi? Pallas te hoc vulnere, Pallas
Immolat. --
† Exanimum, rapiens immania pondera baltei, &c. 10. Æn. 496
Quæ bonus Eurytion multo cælaverat auro,
Quo nunc Turnus ovat spolio, gaudétque potitus.
* Nequicquam memoratus Eryx? ubi fama per omnem 5. Æn. 329
Trinacriam, & spolia illa tuis pendentia tectis?
† Quod superest, hæc spolia, & de Rege superbo 11. Æn. 15
Primitiæ, manibúsque meis Mezentius hic est.
* Hinc alii spolia occisis direpta Latinis 192
Conjiciunt igni, galeas, ensésque decoros,
Frænáque, ferventésque rotas, pars munera nóta,
Ipsorum clypeos, & non felicia tela.
† -- quantum mutatus ab illo 2. Æn. 274

Hectore qui redit exuvias indutus Achillis.

10.Æn.422 * Da nunc, Tybri pater ferro, quod missile libro,
Fortunam, atque viam duri per pectus Halesi,
Hæc arma, exuviásque viri tua quercus habebit.

8. Æn. 566 † Ter letho sternendus erat: cui tum tamen omnes
Abstulit hæc animas dextra, & totidem exuit armis.

4.Æn. 648 * Hic postquàm Iliacas vestes, notúmq; cubile
Conspexit. --
Dulces exuviæ, dum fata, Deúsque sinebant.

10.Æn. 503 † Turno tempus erit, magno cùm optaverit emptum,
Intactum Pallanta, & cùm spolia ista, diémq; Oderit. -

11.Æn.577 * Tigridis exuviæ per dorsum à vertice pendent.

v. Præda, Victoria, Præmi...

TVBA, CLASSICVM, LITVVS,

Concha, Cornu, Buccina, Signum bellicum: Æs raucum, canorum, cavum: Sistrum: Sonitus, Clamor, Cantus, Clangor, &c.

2. Geor. 532 NEcdum etiam audierant inflari classica, necdum
Impositos duris crepitare incudibus enses.

3. Geor. 182 † Primus equi labor est, animos, atque arma videre
Bellantum, lituósque pati, tractúque gementem
Ferre rotam, & stabulo frænos audire sonantes.

83 *(*Bellicosus equus.*)-si qua sonum procul arma dedêre.
Stare loco nescit, micat auribus, & tremit artus,
Collectúmq; premens volvit sub naribus ignem.

4. Geor. 70 † - námque morantes
Martius ille æris rauci canor increpat, & vox
Auditur fractos sonitus imitata tubarum, &c.
Miscentur, magnísque vocant clamoribus hostem.

2. Æn. 301 * Clarescunt sonitus, armorúmque ingruit horror.

313 † Exoritur clamórque virûm, clangórque tubarum;
Arma amens capio, nec sat rationis in armis.

6, Æn. 672 * clamorem immensum tollit. -- (*Polyphemus.*)
At genus è sylvis Cyclopum, & montibus altis
Excitum ruit ad portus, & littora complent.

5. Æn. 113 † Et tuba commissos medio canit aggere ludos.

137 * Intenti expectant signum, exultantiáq; haurit
Corda pavor pulsans, laudúmque arrecta cupido,
Inde ubi clara dedit sonitum tuba, finibus omnes,
Haud mora prosiluêre suis, ferit æthera clamor
Nauticus. --

† Hæc ubi dicta, locum capiunt, signóque repentè | 5. Æn. 315
Corripiunt spatia audito liménque relinquunt,
Effusi nimbo similes, simul ultima signant.
* Postquàm omnes læti consessum, oculósque suorum | 577
Lustravêre in equis, signum clamore paratis
Æpytides longè dedit, insonuitque flagello:
Olli discurrêre pares, &c.
† Et lituo pugnas insignis obibat, & hastâ. | 6. Æn. 167
* Misenum Æolidem, quo non præstantior alter, | 164
Ære ciere viros, Martémque accendere cantu.
† Ardua tecta petit stabuli, & de culmine summo | 7. Æn. 512
Pastorale canit signum, cornúque recurvo
Tartaream intendit vocem, quâ protinùs omne
Contremuit nemus, & sylvæ intonuere profundæ,
Et trepidæ matres pressêre ad pectora natos;
Tùm verò ad vocem celeres quà buccina signum
Dira dedit, raptis concurrunt undique telis
Indomiti agricolæ. --
* Signáq; ferre juvat, sonitúsque audire tubarum. | 628
† Classica jámque sonant, it bello tessera signum. | 637
* Tyrrhenúsque tubæ mugire per æthera clangor. | 8. Æn. 526
† Regina in mediis patrio vocat agmina sistro. | 696
* At tuba terribilem sonitum procul ære canoro | 9. Æn. 503
Increpuit, sequitur clamor, cœlúmque remugit.
† It cœlo clamórque virûm, clangórque tubarum. | 11. Æn. 192
* -- cur indecores in limine primo | 424
Deficimus? cur ante tubam tremor occupat artus?
† -- bello dat signum rauca cruentum | 474
Buccina, tum muros varia cinxêre coronâ
Matronæ, puerique; vocat labor ultimus omnes.
* Vtque dato signo spatia in sua quisque recessit, | 12 Æn. 129
Defigunt tellure hastas, & scuta reclinant.
† Sed tum fortè cavâ dum personat æquora conchâ | 6. Æn. 171
Demens, & cantu vocat in certamina Divos:
* Primus equi labor est animos, atq; arma videre | 3. Geor. 182
Bellantum, lituósque pati, tractúque gementem.
† Æreáque assensu conspirant cornua rauco. | 7. Æn. 615
* Vt belli signum Laurenti Turnus ab arce | 8. Æn. 1
Extulit, & rauco strepuerunt cornua cantu.
† -- dat signum speculâ Misenus ab altâ | 3. Æn. 239
Ære cavo: invadunt socii, & nova prælia tentant.
* Dat clarum è puppi signum, nos castra movemus. | 519

Buccina: tunc vari â muros cinxêre coronâ.

7. Æn. 628 † Signáque ferre juvat, sonitúsque audire tubarum.

TVMVLTVS, MOTVS, MOVERE, Turba. Turbare, Turbidus, Confundere, Confusus, &c. Tumultus *magnus, turbans, ululans, ingens, miser, mistus, trepidus, subitus, flagrans, cæcus, medius, &c.*

2. Æn. 122 * -- Calchanta tumultu, Protrahit in medios. --
6. Æn. 857 † Hic rem Romanã magno turbante tumultu Sistet. --
11. Æn. 662 *Pentesilea refert; magnóque ululante tumultu,
Fœminea exultant lunatis agmina peltis.
447 † Nuncius ingenti per regia tecta tumultu Ecce ruit. --
2. Æn. 486 *- domus interior gemitu, miseróq; tumultu Miscetur. -
3. Æn. 99 † -- mistóque ingens exorta tumultu Lætitia. --
8. Æn. 4 * - simul omne tumultu Conjurat trepido Latium. - -
9. Æn. 397 † Fraude loci, & noctis subito turbante tumultu.
11 Æn. 225 * Hos inter motus medio flagrante tumultu.
12. Æn. 269 † Turbati cunei, calefactáq; corda tumultu.
757 * Responsant ripæ, & cœlum tonat omne tumultu.
897 † Nũcius & juveni ingentem fert Acca tumultum.
1. Geor. 464 * -- Sol etiam cæcos instare tumultus Sæpè monet. --
4. Geor. 86 † Hi motus animorum, atque hæc certamina tanta.
1. Æn. 135 * Quos ego? sed motos præstat componere fluctus.
4. Geor. 68 † Regibus incessit magno discordia motu.
1. Æn. 217 * Iamdudum & vario misceri pectora motu.
503 † -- tanton' placuit concurrere motu,
Iuppiter, æternâ gentes in pace futuras?
1. Geor. 474 * Armorum sonitum toto Germania cœlo
Audiit, insolitis tremuerunt motibus Alpes.
6. Æn. 820 † - natósq; pater nova bella moventes. (*Brutus.*)
813 * Otia qui rumpet patriæ, residésque movebit
Tullus in arma viros, & jam desueta triumphis.
2. Æn. 96 † Promisi ultorem, & verbis odia aspera movi.
3. Æn. 519 * Dat clarum è puppi signum: nos castra movemus.
8. Æn. 299 † Arduus arma tenens, non te rationis egentem
Lernæus turbâ capitum circumstetit anguis.
11. Æn. 880 * Hos inimica super misto premit agmine turba.
12 † - námq; omnis eum stipata tegebat Turba ducum. --
34 * Circum omnes, famulũmq; manus, Trojanáq; turba. -
145 † - turba Phrygũ veniens plangẽtia jungit Agmina. --

† Aspice

† Aspice bis senos, (*cycnos*) quos Iovis ales aperto Turbabat cœlo, nunc terras ordine longo, &c. — 1. *Æn.* 392

* Impastus ceu plena leo per ovilia turbans. — 9. *Æn.* 339

† Ductori Turno diversâ in parte furenti, Turbantíque viros, perfertur nuncius hostem. — 691

* Hunc sine me turbare globum, & rege tela per auras — 409

† Illum turbat amor, figítque in Virgine vultus. — 12. *Æn.* 70

* -- sed res animos incognita turbat. — 1. *Æn.* 55

† Præcipitant curæ, turbatáque funere mens est. — 11. *Æn.* 3

* -- subitò mentem turbata dolore, Se caussam clamat. -- — 12. *Æn.* 599

† Extemplò turbatæ acies, versíq; Latini Rejiciunt parmas. -- — 11. *Æn.* 618

* Ascanius sic acer equo turbata petivit Castra. -- — 5. *Æn* 668

† Hostilis facies occurrat, & omnia turbet. — 3. *Æn.* 407

* Ne turbata volent rapidis ludibria ventis. — 6. *Æn.* 75

† -- abruptis turbata procellis Æquora. -- — 3. *Geor.* 259

* Turbavit mentes Italas, monstróque fefellit. — 12. *Æn.* 246

† Dicere quàm multæ Zephyro turbentur arenæ. — 2. *Geor.* 106

* Turbidus hîc cœno, vastáque voragine gurges. — 6. *Æn.* 296

† Implevit clamore locum, vix pauca furenti Subjicio, & raris turbatus vocibus hisco. (*Æneas.*) — 3. *Æn.* 313

* -huc turbidus, atque huc Lustrat equo muros Turnus.- — 9. *Æn.* 57

† (*Tarchon.*) Venulo adversum se turbidus infert. — 11. *Æn.* 742

* -- agnovi cùm prima per artem Fœdera turbasti. -- — 12 *Æn.* 632

† Pandare, qui quondam jussus confundere fœdus In medios telum torsisti primus Achivos. — 5. *Æn.* 496

* -- avidus confundere fœdus, Adverso proterret equo Messapus. -- — 12. *Æn.* 290

† Ore, Arethusa, tuo Siculis confunditur undis. — 3. *Æn.* 696

* Obstupui variâ confusus imagine rerum. — 12 *Æn.* 665

† -- confusa ruebant Ossa focis. -- (*pro eruebant.*) — 11. *Æn.* 211

* -- mihi malè numen amicum Confusam eripuit mentem. -- — 2. *Æn.* 735

† Procubuisse super confusæ stragis acervum. — 6. *Æn.* 504

* -- confusæque ingentem cædis acervum. — 11. *Æn.* 207

† Attulit hunc illi cæcis terroribus aura Commistum clamorem, arrectásque impulit aures Confusæ sonus urbis, & illætabile murmur. Hei mihi! quid tanto turbantur mœnia luctu? — 12. *Æn.* 617

v. *Bellum.*

TVRNVS, DAVNIVS HEROS, Arduus, Acer, Furens, Præstanti corpore, Audax, Bellator, Princeps; Victor, Præstans animi, Alacer, Iuvenis, Implacabilis, Aureus, Dux, Ductor Rhœteïus, Pulcherrimus, Potens atavis, Alter Achilles, &c.

11. *Æn.* 336 TVm Drances idem infensus, quem gloria Turni
Obliquâ invidiâ, stimulísque agitabat amaris.

12. *Æn.* 651 † Vectus equo spumante Sages, adversa sagittâ
Saucius ora, ruítque implorans nomine Turnum,
Turne in te suprema salus, miserere tuorum.

56 * Turne, per has ego te lacrymas, per si quis Amatæ,
Tangit honos animum, spes tu nunc una senectæ,
Tu requies miseræ: decus, imperiúmque Latini
Te penes, in te omnis domus inclinata recumbit.

19 † O præstans animi juvenis, quantùm ipse feroci
Virtute exuperas: tantò me impensi..s æquum est
Consulere, atque omnes metuentem expendere casus.

7. *Æn.* 421 * Turne tot incassùm fusos patiere labores?
Et tua Dardaniis transcribi sceptra colonis?

10. *Æn.* 150 † (*Edocet Æneas.*) -- Mezentius arma,
Quæ sibi conciliet, violentáque pectora Turni.

12. *Æn.* 45 * -- Haudquaquam dictis violentia Turni
Flectitur, exuperat magis, ægrescítque medendo.

48 † Vt primùm fari potuit, sic incipit ore:
Quam pro me curam geris, hanc, precor, optime, pro me
Deponas, lethúmque sinas pro laude pacisci.

9. *Æn.* 37 * Tum verò incumbunt, urget præsentia Turni,
Atque omnes facibus pubes accingitur atris.

29 † At non audaci cessit fiducia Turno,
Vltrò animos tollit dictis, atque increpat ultrò.

7. *Æn.* 577 * Turnus adest, medióque in crimine cædis, & ignis
Terrorem ingeminat, Teucrósque in regna vocari,
Stirpem admisceri Phrygiam, se limine pelli.

10. *Æn.* 20 † Cernis ut insultent Rutuli, Turnúsque feratur
Per medios insignis equis, tumidúsque secundo
Marte ruat? --

12. *Æn.* 10 * Nulla mora in Turno nihil est quòd dicta retractent
Ignavi Æneadæ, nec quæ pepigêre recusent:
Congredior, fer sacra pater, & concipe fœdus,
Aut hac Dardanium dextrâ sub Tartara mittam
Desertorem Asiæ, sedeant, specténtq; Latini,

Et solus ferro crimen commune refellam;
Aut habeat victos: cedat Lavinia conjunx.
† -- misit Saturnia Iuno Audacem ad Turnum. 9. Æn. 2
* Intereà extremo bellator in æquore Turnus 12. Æn. 614
Palantes sequitur paucos...
† Emicat hîc impunè putans, & corpore toto 728
Altè sublatum consurgit Turnus in ensem,
Et ferit, exclamant Troës, trepidíque Latini.
* -- Bigis it Turnus in albis 164
Bina manu lato crispans hastilia ferro.
† Turnus equo, dejectum Amycum, fratrémq; Diorem 509
Congressus pedes: hunc venientem cuspide longâ
Hunc mucrone ferit: currúque abscissa duorum
Suspendit capita, & rorantia anguine portat, &c.
* Ductori Turno diversâ in parte furenti, 9. Æn. 691
Turbantíq; viros perfertur nuncius, hostem
Fervere cæde novâ, & portas præbere patentes.
† Dextera nec tua te Graiûm fortissime Creteu, 12. Æn. 538
Eripuit Turno: nec Dii texêre Cupentum.
* At Rutulûm abscessu juvenis, tum jussa superba 10. Æn. 445
Miratus stupet in Turno, corpúsq; per ingens
Lumina volvit, obítque truci procul omnia visu.
† -- Rex ipse Latinus 7. Æn. 432
Ni dare conjugium, & dicto parere fatetur
Sentiat, & tandem Turnum experiatur in armis.
* Nec Turnum segnis retinet mora, sed capit acer 10. Æn. 308
Totam aciem in Teucros, & contrà in littore sistit.
† Ipse inter primos præstanti corpore Turnus 7. Æ. 783 &
Vertitur arma tenens, & toto vertice supra est. 9. Æn. 28
Cui triplici crinita jubâ galea alta Chimæram
Sustinet, Ætnæos efflantem faucibus ignes;
Tam magis illa fremens, & tristibus effera flammis
Quàm magis effuso crudescunt sanguine pugnæ.
* Vt belli signum Laurenti Turnus ab arce 8. Æn. 1
Extulit, & rauco strepuerunt cornua cantu,
Vtque acres concussit equos, útque impulit arma,
Extemplò turbati animi--
† Turnus ut antevolans tardum præcesserat agmen, 9. Æn. 47
Viginti lectis equitum comitatus, & urbi
Improvisus adest, maculis quem Thracius albis
Portat equus, cristâque tegit galea aurea rubrâ,
Ecquis erit mecum juvenes, qui primus in hostem?
En ait, & jaculum intorquens emittit in auras,

Principium pugnæ, & campo ſeſe arduus infert:
Clamorem excipiun. ſocii, fremitúque ſequuntur
Horriſono. --

9. Æn. 462 † Turnus in arma viros armis circumdatus ipſe
Suſcitat, [illegible]atáſque acies in prælia cogit.

535 * Princeps ardentem conjecit lampada Turnus,
Et flammam affixit lateri, quà plurima vento.

10. Æn. 478 † Hîc Turnus ferro præfixum robur acuto
In Pallanta diu librans jacit, atque ita fatur:
Aſpice num mage ſit noſtrum penetrabile telum.

9. Æn. 525 * Vos, ô Calliope, precor aſpirate canenti,
Quas ibi tum ferro ſtrages, quæ funera Turnus
Ediderit. -

12. Æn. 500 † Quis mihi nũc tot acerba Deus, quas carmine cædes
Diverſas, obitúmque Ducum, quos æquore toto
Inq; vicem nunc Turnus agit, nunc Troïus Heros,
Expediat? tanton' placuit concurrere motu?

331 * Qualis apud gelidi cùm flumina concitus Hebri
Sanguineus Mavors clypeo increpat, atque furentes
Bella movens immittit equos, illi æquore aperto, &c.
Talis equos alacer media inter prælia Turnus
Fumantes ſudore quatit (miſerabile) cæſis
Hoſtibus inſultans: ſpargit rapida ungula rores
Sanguineos, miſtâque cruor calcatur arenâ.

9. Æn. 549 † Iſque ubi ſe Turni media inter millia vidit,
Hinc acies, atq; hinc acies aſtare Latinas:
Vt fera, quæ denſâ venantum ſepta coronâ
Contra tela furit, ſeſéque haud neſcia morti
Injicit, & ſaltu ſupra venabula fertur:
Haud aliter juvenis medios moriturus in hoſtes
Irruit: & quà tela videt denſiſſima, tendit.

10. Æn. 453 * Deſiluit Turnus bijugis, pedes apparat ire
Comminùs: útque leo ſpeculâ cùm vidit ab altâ
Stare procul campis meditantem prælia taurum,
Advolat: Haud alia eſt Turni venientis imago.

12 Æn. 3 † -- ultrò implacabilis ardet,
Attollítque animos: Pœnorum qualis in arvis,
Saucius ille gravi venantum vulnere pectus.
Tùm demùm movet arma leo, gaudétque comantes,
Excutiens cervice toros, fixúmque latronis
Impavidus frangit telum, & fremit ore cruento:
Haud ſecus accenſo gliſcit violentia Turno.

9. Æn. 783 * Talibus accenſi firmantur, & agmine denſo

Consistunt. Turnus paulatim excedere pugnâ,
Acrius hoc Teucri clamore incumbere magno,
Et glomerare manum: ceu sævum turba leonem
Cùm telis premit infensis, at territus ille
Asper acerba tuens retrò redit, & neque terga
Ira dare, aut virtus patitur; nec tendere contrà,
Ille quidem hoc cupiens, potis est, per tela, virósque.
Haud aliter retrò dubius vestigia Turnus
Improperata refert, & mens exæstuat irâ.
† Ast alios secum includit, recipítque ruentes, 9. Æn. 727
Immanem veluti pecora inter in[illegible] Tigrim, &c.
* -- Teucrûm mirantur inertia corda, 55
Non æquo dare se campo: non obvia ferre
Arma viros; sed castra fovere: hùc turbidus, atq; huc
Lustrat equo muros, aditúmque per avia quærit.
Ac veluti pleno lupus insidiatus ovili
Cùm fremit ad caulas, &c. -
Haud aliter Rutulo muros, & castra tuenti
Ignescunt iræ, & duris dolor ossibus ardet,
Quâ tentet ratione aditus, & quæ via clausos
Excutiat Teucros vallo, atque effundat in æquor?
† Quem Turnus pariter cursu, telóque secutus 556
Increpat his victor: Nostrásne evadere demens
Sperasti te posse manus? Simul arripit ipsum
Pendentem, & magnâ muri cùm parte revellit,
Qualis ubi aut leporem, aut candenti corpore cycnum
Sustulit alta petens pedibus Iovis armiger uncis:
Quæsitum aut matri multis balatibus agnum
Martius à stabulis rapuit lupus.
* Cingitur ipse furens certatim in prælia Turnus, 11. Æn. 486
Iámque adeo Rutulum thoraca indutus ahenis
Horrebat squammis, surásque incluserat auro, &c.
Exultátque animis, & spe jam præcipit hostem.
† At veluti Edoni Boreæ cùm spiritus alto 12. Æn. 365
Insonat Ægæo, sequitúrque ad littora fluctus,
Quà venti incubuêre, fugam dant nubila cœlo:
Sic Turno, quacumque viam secat, agmina cedunt,
Conversæque ruunt acies: fert impetus ipsum.
* Obstupuit variâ confusus imagine rerum 665
Turnus & obtutu tacito stetit: æstuat ingens
Imo in corde pudor. --
† Ergo amens diversa fugâ petit æquora Turnus, 742
Et nunc hùc, inde hùc incertos implicat orbeis:

Vndique enim densâ Teucri inclusêre coronâ.
Atque hinc vasta palus, hinc ardua mœnia cingunt:
Nec minus Æneas (quanquam tardante sagittâ
Interdum genua impediunt, cursúmque recusant)
Insequitur, trepidíque pedem pede fervidus urget:
Inclusum veluti si quando in flumine nactus
Cervum, aut puniceæ septum formidine pennæ
Venator cursu canis, & latratibus instat.
Æneas mortem contrà, præséńsque minatur
Exitium, si quisquam adeat, terrétque trementeis;
Excisurum urbem minitans, & saucius instat.
Quinque orbes explent cursu, totidémque retexunt
Hùc, illuc: nec enim levia, aut ludicra petuntur.
Præmia, sed Turni de vita, & sanguine certant.

12 Æn. 887 * Æneas instat contrà telúmque coruscat
Ingens arboreum, & sævo sic pectore fatur:
Quæ nunc deinde mora est? aut quid jam, Turne retractas?
Non cursu, sævis certandum comminùs armis:
Verte omnes tete in facies, & contrahe quidquid
Sive animis, sive arte vales, opta ardua pennis
Astra sequi: clausúmque cavâ te condere terrâ.
Ille caput quassans: Non me tua fervida terrent
Dicta ferox: Dii me terrent, & Iuppiter hostis.
Nec plura effatus saxum circumspicit ingens.
Ille manu raptum trepidâ torquebat in hostem, &c.

908 † Ac velut in somnis oculos ubi languida pressit
Nocte quies: nequicquam avidos extendere cursus
Velle videmur, & in mediis conatibus ægri
* Veste super, fulvíque insternor pelle leonis. (*Æneas.*) 2. Æn. 722
† - tergum Getuli immane leonis Dat Salio.-- 5. Æn. 351.
* Ipse pedes tegmen torquens immane leonis 7. Æn. 666.
Terribili impexum setâ, cum dentibus albis
Indutus capiti: sic regia tecta subibat. (*Aventinus.*)
†- villosi pelle leonis Accipit Æneam. (*Rex Evãdr⁹.*) 8. Æn. 177.
* Ducunt exortem Æneam, quem fulva leonis 552.
Pellis obit totum, præfulgens unguibus aureis.
† Dat Niso Mnesthe⁹ pellẽ, horrẽtisq; leonis Exuvias.- 9. Æn. 306.

VACARE, VACVVM ESSE, Cavus, Cavea, Inexpletus, Solidus, Plenus; Implere, Explere, Expletus, Replere, Satiare, Saturare, Saturatus, Exsaturatus, Inexsaturabilis, &c.

HOste vacare domos, sedésq; astare relictas. 3. Æn. 123.
* Nunc quoq; pòst tanto videat, deser- [táq; regna 3. Geor. 476.
Pastorũ, & longè saltus, latéq; vacantes.
† Hactenus indulsisse vacat.-- 10. Æn. 625
* -meritis vacat hic tibi solus, Fortunæq; locus.-- 11. Æn. 179.

1. *Æn.* 373 † Et vacet annales nostrorum audire laborum.
3. *Geor.* 3 * Cætera, quæ vacuas tenuissent carmina mentes.
6. *Æn.* 269 † Pérque domos Ditis vacuas, & inania regna.
3. *Geor.* 143 * Saltibus in vacuis pascant, & plena secundùm.
4. *Geor* 90 † Dede neci: melior vacuâ sine regnet in aulâ.
4. *Æn.* 82 * Sola domo mœret vacuâ stratísque relictis Incubat.
2. *Geor.* 54 † Hoc faciet, vacuos si sit digesta per agros Arbor.-
4. *Æn.* 588 * Littoráque, & vacuos sensit sine remige portus.
2. *Æn.* 528 † Porticibus longis fugit, & vacua atria lustrat.
12. *Æn.* 906 * Tum lapis ipse viri vacuum per inane volutus.
1. *Æn.* 81 † --cavum conversâ cuspide montem Impulit.-
10. *Æn* 784 * --hasta per orbem Ære cavum transiit.--
1. *Geor.* 117 † Vnde cavæ tepido sudant humore lacunæ.
1. *Ecl.* 18 * Sæpè sinistra cavâ prædixit ab ilice cornix.
2. *Æn.* 38 † Aut terebrare cavas uteri, & tentare latebras.
260 * Reddit equus, lætíque cavo se robore promunt.
7. *Æn.* 632 † Tegmina tuta cavant capitum.--
2. *Geor.* 450 * Nec tiliæ, aut rasile buxum, ferróq; cavantur acuto.
1. *Æn.* 300 † Classem in convexo nemorum sub rupe cavatâ.
1. *Geor.* 136 * Tunc alnos primùm fluvii sensêre cavatas.
2. *Geor.* 387 † Oráque corticibus sumunt horrenda cavatis.
5. *Æn.* 340 * Hîc totum caveæ consessum ingentis, & ora
Prima patrum magnis Salius clamoribus implet.
8. *Æn.* 636 † Consessu caveæ, magnis Circensibus actis.
9. *Æn.* 809 * --strepit assiduo cava tempora circum
Tinnitu galea, & saxis solida æra fatiscunt.
3. *Geor.* 365 † Et totæ solidam in glaciem vertêre lacunæ.
2. *Æn.* 765 * Cratерésque auro solidi, captiváque vestis.
6. *Æn.* 69 † Instituam Phœbo, solido de marmore templa.
552 * Porta adversa ingens, solidóq; adamante columnæ
Vis ut nulla virûm, non ipsi excindere ferro
Cœlicolæ valeant: stat ferrea turris ad auras.
3. *Geor.* 26 † In foribus pugnam ex auro, solidóq; elephanto.
11. *Æn.* 553 * Telum immane, solidum nodis, & robore cocto.
2. *Æn.* 638 † (*Methaphoricè.*) - vos ô, quibus integer ævi
Sanguis, ait, solidæque suo stant robore vires.
11. *Æn.* 427 * Ludit, & in solido rursus Fortuna locavit.
5. *Æn.* 311 † --Amazoniam pharetram, plenámque sagittis.
1. *Æn.* 460 * Quæ regio in terris nostri non plena laboris?
2. *Ecl.* 45 † --tibi lilia plenis Ecce ferunt calathis.--
4. *Geor.* 180 * --referunt se nocte minores Crura thymo plenæ.--
5. *Æn.* 281 † Vela facit tamen, & plenis subit ostia velis.
11. *Æn.* 738 * Expectare dapes, & plenæ pocula mensæ.

† More patrum nivea implebunt mulctralia vaccæ.	3. Geor. 177
* Diluit, implentur fossæ, & cava flumina crescunt.	1. Geor. 326
† Implentur veteris Bacchi, pinguísque ferinæ.	1. Æn. 215
* --atque omne querelis Impleri nemus.-- (boum.)	8. Æn. 215
† Supplicia, & scopulos lacrymosis vocibus implent.	11. Æn. 274
* Implesséemque foros flammis.-- (Dido.)	4. Æn. 605
† Hæret, inexpletùm lacrymans.-- (Evandrus.)	8. Æn. 5 9
* Improbus ingluviem, ranísque loquacibus explet.	3. Geor. 431
† Nam simul expletus dapibus, vinóq; sepultus.	3. Æn. 630
* Laudabor pœnas, animúmque explesse juvabit Vltricis flammæ, & cineres satiasse meorum.	2. Æn. 586
† Expleri mentem nequit, ardescítque tuendo. (Dido.)	1. Æn. 713
* -- informe cadaver --nequeunt expleri corda tuendo.	8. Æn. 2 5
† Expleri nequit, atque oculos per singula volvit.	618
* Triginta magnos volvendis mensibus orbes Imperio explebit.--	1. Æn. 269
† Discedam, explebo numerum, reddárq; tenebris.	6. Æn. 545
* --& scrobibus superabit terra repletis.	2. Geor. 235
† Millia multa daret letho, gemerétq; repleti Amnes.	5. Æn. 806
* Primus ades, sed non replenda est curia verbis.	11. Æn. 380
† --questúq; cruentus tectum omne replevit. (Equus.)	7. Æn. 501
* Talia vociferans gemitu tectum omne replebat.	2. Æn. 679
† Hæc tum multiplici populos sermone replebat.	4 Æn. 189
* Ite domum saturæ, venit Hesperus, ite capellæ.	10. Ecl. 77
† Aut intùs clausos satura ad præsepia servant.	3. Geor. 214
* Nec cytiso saturantur apes, nec fronde capellæ.	10. Ecl. 30
† Nec saturare fimo pingui pudeat sola.--	1. Geor. 80
* Intereà cùm jam stabulis saturata moveret Amphitryoniades armenta, abitúmque pararet.	8. Æn. 213
† Multa movens, necdum antiquum saturata dolorem.	5. Æn. 608
* Iunonis gravis ira, & inexsaturabile pectus.	781
† --odiis aut exsaturata quievi?	7. Æn. 298

v. Fames, & Inanis.

VACCA, BOS, BVCVLA, VITVLA, Vitulus, Iuvenca, Iuvencus, Taurus, Taurinus, Taureus, Bubulcus, &c.

Ense ferit, sterilémque tibi, Proserpina vaccam.	6. Æn. 251
* Perducant aliquæ stabula ad Gortynia vaccæ.	6. Ecl. 60
† Sic cytiso pastæ distendent ubera vaccæ.	9. Ecl. 1
* - ubera vaccæ Lactea demittant.--	2. Geor. 524
† Sed frumenta manu carpes sata; nec tibi fœtæ	3. Geor. 176

More patrum nivea implebunt mulctralia vaccæ,
Sed tota in dulces consument ubera natos.

4. Æn. 61 † Candentis vaccæ media inter cornua fundit. (*Dido.*)

1. Ecl. 9 * Ille meas errare boves, ut cernis, & ipsum
Ludere quæ vellem calamo permisit agresti.

46 † Pascite ut antè, boves, pueri, submittite tauros.

5. Ecl. 24 *-illis egêre diebus Frigida, Daphni, boves ad flumina, &c.

3. Geor. 50 † -seu quis fortes ad aratra juvencos,
Corpora præcipuè matrum legat; optima torvæ
Forma bovis, cui turpe caput, cui plurima cervix,
Et crurum tenus à mento palearia pendent, &c.
Ætas Lucinam, justósque pati hymenæos
Desinit ante decem, post quattuor incipit annos.

1. Geor. 285 * Et prensos domitare boves.-

3. Geor. 532 † Quæsitas ad sacra boves Iunonis, & uris
Imparibus ductos alta ad donaria currus. &c.
Vnguibus effodiunt fruges, montésque per altos
Contentâ cervice trahunt stridentia plaustra.

3. Æn. 220 * Læta boum passim campis armenta videmus,
Caprigenúmque pecus, nullo custode per herbam.

7. Æn. 663 † Tyrrhenóque boves in flumine lavit Iberas.

8. Æn. 207 * Quattuor à stabulis præstanti corpore tauros
Avertit, totidem formâ superante juvencas,
Atque hos, ne qua forent pedibus vestigia rectis. &c.

217 † Reddidit una boum vocem, vastóq; sub antro
Mugiit, & Caci spem custodita fefellit.

263 * Abstractæq; boves, abjuratæq; rapinæ.

11. Æn. 197 † Multa boum circa mactantur corpora morti.

3. Ecl. 77 * Cùm faciam vitulâ pro frugibus, ipse venito.

4. Geor. 546 † Placatam Eurydicen vitulâ venerabere cæsâ.

3. Ecl. 109 * Et vitulâ tu dignus, & hic, & quisquis amores.

29 † Depono ego hanc vitulam, ne fortè recuses,
Bis venit ad mulctram, binos alit ubere fœtus.

48 * Si ad vitulam spectes, nihil est quòd pocula laudes.

85 † Pierides vitulam lectori pascite vestro.

4. Geor. 550 * Quattuor eximios præstanti corpore tauros
Ducit, & intactâ totidem cervice juvencas.

3. Ecl. 87 † Iam cornu petat, & pedibus qui spargat arenam.

3. Geor. 494 * Hinc lætis vituli vulgò moriuntur in herbis.

4. Geor. 299 † Tum vitulus bimâ curvans jam cornua fronte.

2. Geor. 195 * Sin armenta magis studium, vitulósque tueri.

3. Geor. 157 † Post partum, cura in vitulos traducitur omnis.

163 * Tu quos ad studium, atque usum formabis agrestem,

Iam vitulos hortare, viámque insiste domandi,
Dum faciles animi juvenum, dum mobilis ætas.
† Vesper ubi è pastu vitulos ad tecta reducit. 4. Geor. 434
* Immemor herbarum, quos est mirata juvenca. 8. Ecl. 2
† Pascitur in magnâ sylvâ formosa juvenca. 3. Geor. 219
* Inachiæ Iuno pestem meditata juvencæ. 153
† Cùm duo conversis inimica in prælia tauri 12. Æn. 716
Frontibus incurrunt, pavidi cessêre magistri:
Stat pecus omne metu mutum, mussántq; juvencæ,
Quis pecori imperitet, quem tota armenta sequantur.
Illi inter sese multâ vi vulnera miscent,
Cornuáque obnixi infigunt, & sanguine largo
Colla, armósque lavant, gemitu nemus omne remugit,
Haud aliter Tros Æneas, & Daunius heros.
* Aspice: aratra jugo referunt suspensa juvenci. 2. Ecl. 66
† Pasiphaën nivei solatur amore juvenci. 6. Ecl. 450
* Huc ipsi potum venient per prata juvenci. 7. Ecl. 11
† Ite domum pasti, si quis pudor, ite juvenci. 44
* Ter centum nivei tondent dumeta juvenci. 1. Geor. 15
† Ante aras terram cæsi stravêre juvenci. 8. Æn. 719
* Talis amor Daphnim, qualis cùm fessa juvencum 8, Ecl. 85
Per nemora, atque altos quærendo bucula lucos.
† Aëriæ fugëre grues: aut bucula cœlum 1. Geor. 375
Suspiciens, patulis captavit naribus auras.
* Floribus insultent, aut errans bucula campo 4. Geor. 11
Decutiat rorem, & surgentes atterat herbas.
† Bellum etiam pro cæde boum, stratísq; juvencis. 3. Æn. 247
* Haud equidem pretio inductus, pulchróq; juvenco. 5. Æn. 399
† Ecce autem duro fumans sub vomere taurus 3. Geor. 515
Concidit, & mistum spumis vomit ore cruorem,
Extremósque ciet gemitus: it tristis arator
Mœrentem abjungens fraternâ morte juvencum.
* Nunc grege de intacto septem mactare juvencos. 6. Æn. 353
† Pingue solum.-- Fortes invertant tauri.-- 1. Geor. 64
* Hæc loca non tauri spirãtes narib⁹ igem Invertêre.- 2. Geor. 140
† Robustus quoque jam tauris juga solvet arator. 4. Ecl. 41
* Hic crudelis amor tauri, suppostáque furto 6. Æn. 24
Pasiphaë, mistúmque genus, prolésque biformis
Minotaurus inest, Veneris monimenta nefandæ.
† Aut juga detrectans, interdúmque aspera cornu, 3. Geor. 57
Et faciem tauro propior, quæque ardua tota,
Et gradibus imâ verrit vestigia caudâ.
* Hîç victor, superans animis, tauróq; superbus. 5. Æn. 473

5. *Æn.* 382 † Tum lævâ taurum cornu tenet, atque ita fatur.
1. *Geor.* 210 * Exercete, viri, tauros, serite hordea campis.
8. *Æn.* 203 † Alcides aderat, taurósque hac victor agebat
Ingentes, vallémque boves, amnémq; tenebant.
10. *Æn.* 454 * - utque leo speculâ cùm vidit ab altâ
Stare procul campis meditantem prælia taurum,
Advolat: haud alia est Turni venientis imago.
2. *Æn.* 222 † Clamores simul horrendos ad sydera tollit,
Quales mugitus, fugit cùm saucius aram
Taurus, & incertam excussit cervice securim.
12. *Æn.* 101 * His agitur furiis, totóque ardentis ab ore
Scintillæ absistunt, oculis micat acribus ignis,
Mugitus veluti cùm prima in prælia taurus
Terrificos ciet, atque irasci in cornua tentat,
Arboris obnixus trunco, ventósque lacessit
Ictibus, & sparsâ ad pugnam proludit arenâ.
1. *Geor.* 217 † Candidus auratis aperit cùm cornibus annū Taur*.-
9. *Æn.* 705 * (*phalaricam*) contortam, nec duo taurea terga.
10. *Æn.* 785 † Ære cavum triplici, per linea terga, tribúsque
Transiit intextum tauris opus. - (*hasta.*)
4. *Geor.* 171 * alii taurinis follibus auras Accipiunt, reddúntque.-
371 † Et gemina auratus taurino cornua vultu Eridanus,
1. *Æn.* 367 * Mercatíque solum, facti de nomine Byrsam,
Taurino quantùm possent circumdare tergo.
10. *Æn.* 482 † Dixerat, ac clypeum, tot ferri terga, tot æris
Cùm pellis toties obeat circumdata tauri.
10, *Ecl.* 19 * Venit & Vpilio, tardi venêre bubulci.

v. Arare, & Sacrificare.

VADVM, VADOSVS, VADA cæca, salsa, fervida, cærula, livida. Exultant, Spumant, &c. Syrtes, Brevia, Saxa, Scopulis, Gurges, Æstus, Charybdis, Scylla, Scyllæus, Sinus, Vortex, Vorago, &c.

1 *Æn.* 539 IN vada cæca tulit, fluctu nimbosus Orion.
5. *Æn.* 158 † - longæ sulcant vada salsa carinæ.
7. *Æn.* 24 * Atque fugam dedit, & præter vada fervida vexit.
198 † Littus ad Ausonium tot per vada cœrula vexit.
6. *Æn.* 320 * Hæ linquūt, illæ remis vada livida verrunt. (*Animæ.*)
10. *Æn.* 200 † It gravis Auletes, centenáque arbore fluctum
Verberat assurgens, spumant vada marmore verso,

† Et primùm in scopulo luctantem deserit alto | 5. Æn. 220
Sergestum, brevibúsque vadis, frustráq; vocantem.
* Labitur uncta vadis abies, mirantur & undæ. | 8. Æn. 91
† In rupes, in saxa, volens vos Turnus adoro, | 10 Æn. 677.
Ferte ratem, sævísque vadis immittite syrteis.
* Treis Notus abreptas in saxa latentia torquet. | 1. Æn. 108
Saxa vocant Itali, mediis quæ in fluctibus Aras,
Dorsum immane mari summo: treis Eurus ab alto
In brevia, & Syrteis urget (miserabile visu)
Illidítque vadis, atque aggere cingit arenæ.
† Námque inflicta vadis dorso dum pendet iniquo | 10. Æn. 303
Anceps sustentata diu, fluctúsque fatigat. (*Navis.*)
* --amnísque vadosi Accola Vulturni.-- | 7. Æn. 728
† Detrudunt naveis scopulo, levat ipse Tridenti,
Et vastas aperit Syrteis.-- (*Neptunus.*)
* Quid Syrtes, aut Scylla mihi, quid vasta Charybdis. 302
† Hunc ego Gætulis agerem si Syrtibus exul. | 5. Æn. 51
* Nunc animos, quibus in Gætulis Syrtibus usi, | 192
Ionióque mari, Maleæque sequacibus undis.
† Et Numidæ infræni cingunt, & inhospita Syrtis. | 4. Æn. 41
* Pontibus exponit, multi servare recursus | 10. Æn. 288
Languentis pelagi, & brevibus se credere saltu,
Quà vada non sperat, nec fracta remurmurat unda.
† Quid loquar? aut Scyllã Nisi, quã fama sequuta est | 6. Æn. 76
Candida succinctam latrantibus inguina monstris
Dulichias vexasse rates, & gurgite in alto
Ah! timidos nautas canibus lacerasse marinis.
* Littore diductas angusto interluit æstu.
Dextrum Scylla latus, lævum implacata Chrybdis | 3. Æn. 419
Obsidet, atque imo barathri ter gurgite vastos, &c.
At Scyllam cæcis cohibet spelunca latebris
Ora exertantem, & naveis in saxa trahentem, &c.
Informem, cœruleis canibus resonanlia saxa.
† Centauri in foribus stabulant, Scyllæq; biformes. | 6. Æn. 286
* Vos, & Scyllæam rabiem, penitúsque sonantes | 11. Æn. 200
Accestis scopulos: vos & Cyclopea saxa Experti.--
† Hinc sinus Herculei (si vera est fama) Tarenti, | 3. Æn. 551
Caulonísque arces, & navifragum Scylacæum,
Et gemitum ingentem pelagi, pulsatáque saxa
Audimus longè, fractásque ad littora voces,
Exultántque vada, atque æstu miscentur arenæ.
Et pater Anchises: Nimirùm hæc illa Charybdis
Hos Helenus scopulos, hæc saxa horrenda canebat,

3. Æn. 684 †Cōtra jussa monent Heleni, Scyllā, atq; Charybdim,
Inter utramque viam lethi discrimine parvo,
Ni teneant cursus, certum est dare lintea retrò.
4. Geor. 361 * Curvata in montis faciem circumstetit unda,
Accepítque sinu vasto, misítque sub amnem.
6. Æn. 132 † Cocytúsque sinu labens circumfluit atro.
11. Æn. 624 * Qualis ubi alterno procurrens gurgite pontus
Nunc ruit ad terras, scopulósque superjacit undam
Spumeus, extremámque sinu perfundit arenam;
Nunc rapidus retrò, atque æstu revoluta resorbens
Saxa, fugit, littúsque vado labente relinquit.
3. Geor. 237 † Fluctus ut in medio cœpit cùm albescere ponto
Longiùs, ex altóque sinum trahit: utque volutus
Ad terras immane sonat per saxa, nec ipso
Monte minor procumbit · at ima exæstuat unda
Vorticibus, nigrámque altè subjectat arenam.
4. Geor. 420 * Cogitur, ínque sinus scindit sese unda reductos.
6. Æn. 296 † Turbidus hîc cœno, vastâque voragine gurges
Æstuat, atque omnem Cocyto eructat arenam.
104 * Per pice torrentes, atrâque voragine ripas.
7. Æn. 569 † Monstratur, ruptóque ingens Acheronte vorago.
1. Æn. 116 * --ast navim ter fluctus ibidem
Torquet agēs circum, & rapidus vorat æquore vortex,
Apparent rari nantes in gurgite vasto.
7. Æn. 31 † Vorticibus rapidis, & multâ flavus arenâ
In mare prorumpit, fluvio Tyberinus amœno.

VALEDICERE.

1. Ecl. 73 ITe meæ quondam felix pecus, ite capellæ
3. Ecl. 79 * Et longum formose vale, vale, inquit, Iola.
8. Ecl. 58 † --vivite sylvæ.
10. Ecl. 70 * Hoc sat erit, Divæ, vestrum cecinisse Poëtam.
62 † --ipsæ rursus concedite sylvæ.
77 * Ite domum saturæ, venit Hesperus, ite capellæ.
2. Æn. 789 † Iámque vale, & nati serva communis amorem.
3. Æn. 477 * Vade, ait, ô felix nati pietate: quid ultrà
Provehor? & fando surgentes demoror Austros?
492 † Hos ego digrediens lacrymis affabar obortis:
Vivite felices, quibus est fortuna peracta
Iam sua: nos alia ex aliis in fata vocamur.
482 * Nec minùs Andromache digressu mœsta supremo,
Et Phrygiam Ascanio chlamydem, nec cedit honori.

Textilibúsque onerat donis, ac talia fatur:
Accipe, & hæc manuum tibi quæ monumenta mearum
Sint puer, & lõgum Andromaches testentur amorem.
† Iámque vale, torquet medios nox humida cursus. 5. Æn. 538
* Exoritur procurva ingens per littora fletus, 765
Complexi inter se noctemque, diémque morantur.
Ipsæ jam matres, ipsi quibus aspera quondam
Visa maris facies, & non tolerabile numen,
Ire volunt, omnémque fugæ perferre laborem,
Quos bonus Æneas dictis solatur amicis,
Et consanguineo lacrymans commendat Acestæ.
† Crudelis? nec te sub tanta pericula missum 9. Æn. 483
Affari extremùm miseræ data copia matri?
* - salve æternum mihi, maxime Palla, 11. Æn. 197
Æternúmque vale.--
† Non hæc Evandro de te promissa parenti 45
Discedens dederam, cùm me complexus euntem
Mitteret in magnum imperium.--
* Iámque vale: feror, ingenti circumdata nocte: 4. Geor. 497
† Inque salutatam linquo (nox, & tua testis 9. Æn. 288
Dextera) quòd nequeam lacrymas perferre parentis:
At tu, oro, solare inopem, & succurre relictæ.
* Postquàm habilis lateri clypeus, loricáq; tergo est, 12. Æn. 432
Ascanium fusis circum complectitur armis,
Summáque per galeam delibans oscula, fatur;
Disce puer virtutem ex me, verúmque laborem, &c.

v. Salvere.

VALLIS ACCOMMODA, NEC tuta, curva, sacrata, umbrosa, pulsa, cava, saxosa, ima, gelida, tonsa, media, obscura, &c.

Est curvo anfractu vallis accommoda fraudi. 11. Æn. 522
†--duo nec tutâ mihi valle reperti Capreoli.-- 2. Ecl. 40
* Commendo sociis, & curvâ valle recondo, 2. Æn. 748
† Pilumni Turnus sacratâ valle sedebat. 9. Æn. 4
* Gramineũ in campum, quem collibus undiq; curvis 5. Æn. 287
Cingebãt sylvæ, mediâq; in valle theatri Circus erat.-
†--videt Æneas in valle reductâ Seclusum nemus.-- 6. Æn. 703
* Æstibus at mediis umbrosam exquirere vallem. 3. Geor. 331
† Ille canit: pulsæ referunt ad sydera valles. 6. Ecl. 84

1. Geor. 391	† Complentur vallésque cavæ, saltúsque profundi.
5. Ecl. 84	* Saxosas inter decurrunt flumina valles.
1. Æn. 186	† Cervorum longum per valles pascitur agmen.
7. Æn. 801	* -gelidúsque per imas Quærit iter valles.-
1. Geor. 374	†-- imbrē surgentem vallib⁹ imis Aëriæ fugere grues.-
2. Geor. 485	* Rura mihi, & rigui placeant in vallibus amnes.
488	† --ô qui me gelidis in vallibus Hæmi Sistat.--
4. Geor. 277	* Asper in ore sapor, tonsis in vallibus illum Pastores, & curva legunt prope flumina Mellæ.
4. Æn. 156	†--Ascanius mediis in vallibus acri Gaudet equo.-
9. Æn. 244	* Vidimus obscuris primam sub vallibus urbem Venatu assiduo, & totum cognovimus amnem.

Collis apertus, malignus, supinus, obscurus, pulsatus, cavus, durus, obsessus, altus, frondoso vertice.

9. Ecl. 7	† Certè equidem audieram quà se subducere colles Incipiunt, mollíque jugum demittere clivo.
2. Geor. 112	* --denique apertos Bacchus amat colles.-
179	† Difficiles primùm terræ, collésque maligni.
276	* Sin tumulis acclive solum, collésque supinos.
3. Geor. 555	† Arentésque sonant ripæ, collésque supini.
3. Æn. 522	*--obscuros colles, humilémque videmus Italiam.--
5. Æn. 150	† --pulsati colles clamore resultant.
7. Æn. 798	* Littus arant, Rutulósque exercent vomere colles.
8. Æn. 598	†--lucus latè sacer, undique colles Inclusēre cavi.-
11. Æn. 318	*-Rutulíque serunt, & vomere duros Exercēt colles.-
902	† Deserit obsessos colles, nemora aspera linquit.
8. Ecl. 58	* Liber Pampineas invidit collibus umbras.
9. Ecl. 49	† Duceret apricis in collibus uva colorem.
2. Geor. 273	* Collibus, an plano melius sit ponere vites, Quære.-
7. Æn. 726	† & quos de collibus altis Aurunci misēre patres.-
8. Æn. 351	* Hoc nemus, hunc (inquit) frondoso vertice collem
7. Æn. 639	† Collis Aventini sylvâ, quem Rhea Sacerdos,
8. Æn. 231	* Lustrat Aventini montem, ter saxea tentat Limina nequicquam, ter fessus valle resedit.

v. Mons.

VANVS, SIMVLANS, SIMVLATVS, Simulare, Dissimulare, &c.

1. Æn. 352	MVlta malus simulans vanâ spe lusit amantem.
11. Æn. 715	† Vane Ligur, frustráque animis elate superbis.
52	* Debentem, vano mœsti comitamur honore.
1. Geor. 226	† Expectata seges vanis elusit avenis.

† Pro

† Prodigit, aut vanæ vertêre ex hostibus umbræ. 10. *Æn.* 593
* Ille nihil, nec me quærentem vana, moratur. 2. *Æn.* 287
† --& vanis se occulat umbris. (*Vide Evanesco.*) 12. *Æn.* 53
* Illa chorum simulās, evanteis orgia circum Ducit.- 6. *Æn.* 517
† Spem vultu simulat, premit altum corde dolorem. 1. *Æn.* 209
* Votum pro reditu simulant, ea fama vagatur. 2. *Æn.* 17
† Demens, qui nimbos, & non imitabile fulmen 6. *Æn.* 590
Ære, & cornipedum cursu simularat equorum.
* --mirantur Iülum, simulatáque verba. 1. *Æn.* 710
† -& parvam Trojam simulatáque magnis Pergama.- 3. *Æn.* 349
* --sensit enim simulatâ mente loquutam. 4. *Æn* 105
† --simulato numine Bacchi Majus adorta nefas. -- 7. *Æn.* 385
* Sparserat, & latices simulatos fontis Averni. 4. *Æn.* 512
† Dissimulant, & nube cavâ speculantur amicti. 1. *Æn.* 516
* --quæ sit rebus causa novandis Dissimulent.-- 4. *Æn.* 290
† Dissimulare etiam sperasti, perfide, tantum 30
Posse nefas? tacitúsque meâ decedere terrâ?
* Vel cùm se pavidum contra mea jurgia fingit. 11. *Æn.* 406
† --nec ego hanc abscondere furto 4. *Æn.* 338
Speravi (ne finge) fugam. --
* Ne tantos mihi finge metus, nec regia Iuno. 7. *Æn.* 438
† --& te quoque dignum Finge Deo.-- 8. *Æn.* 364
* Iámque tibi (ne vana putes hæc fingere somnum.) 42
v. Dolus, & *Dolere.*

VARIUS, VARIARE, INSTABILIS, *Diversus, Alternus, Alternare, Vices, Vicissim, &c.*

VEntos, & varium cœli prædiscere morem. 1. *Geor.* 51
† Principiò arboribus varia est natura creandis. 2. *Geor.* 9
* Tum variæ venêre artes. Labor omnia vincit. 1. *Geor.* 145
† Gentes variæ linguis, habitu vestis, & armis. 8. *Æn.* 723
* Necnon & vario noctem sermone trahebat. 1. *Æn.* 748
† Quisque suas, variísque acuunt rumoribus iras. 9. *Æn.* 464
* --cunctíque fremebant Cœlicolæ assensu vario.- 10. *Æn.* 96
† Dissensu vario magnus se tollit in auras Clamor.-- 11. *Æn.* 455
* Certa mori, vario curarum fluctuat æstu. 4. *Æn.* 564
† - varium, & mutabile semper Fœmina. -- 569
* Sermonem, & vulgi variare labantia corda. 12. *Æn.* 223
† Fertur equo, variísque instigat vocibus alas. 11. *Æn.* 730
* Discurrunt, variántque vices.-- 9. *Æn.* 164
† Instabiles animos ludo prohibebis inani.

4. Geor. 105 † Vt cymbæ instabiles fluctu jactante saburram.
11. Æn. 855 * Cur, inquit, diversus abis? huc dirige gressum.
5. Æn. 166 † Quò diversus abis? iterum pete saxa, Menœte.
8. Ecl. 73 * Terna tibi hæc primùm triplici diversa colore Licia.—
1. Geor. 445 † —densa inter nubila sese Diversi erumpent radii.—
7. Æn. 149 * —& littora gentis Diversi explorant.—
1. Geor. 258 † Temporibúsque parem diversis quattuor annum.
3. Geor. 32 * Et duo rapta manu diverso ex hoste trophæa.
4. Geor. 431 † Sternunt se somno diversæ in littore Phocæ.
11. Æn. 261 * Militiâ ex illâ diversum ad littus adacti.
12. Æn. 495 † Diversos ubi sensit equos, currúmque referri.
3. Ecl. 58 * Incipe Damœta, tu deinde sequêre, Menalca:
Alternìs dicetis, amant alterna Camœnæ.
7. Ecl. 18 † Alternis igitur contendere versibus ambo
Cœpêre: alternos Musæ meminisse volebant.
12. Æn. 233 * Vix hostem, alterni si congrediamur, habemus.
1. Geor. 71 † Alternìs item tonsas cessare novales.
79 * Sed tamen alternìs facilis labor.—
3. Geor. 219 † Tauri alternantes multâ vi prælia miscent.
4. Æn. 287 * Hæc alternanti potior sententia visa est.
5. Æn. 237 † —alternáque jactat Brachia protendens.— (Dares.)
In Moreto. * Interdum fessæ succedit læva sorori,
Alternátque vices.— (dextra.)
6. Æn. 535 † Hac vice sermonum roseis Aurora quadrigis.
4. Geor. 165 * Sunt, quibus ad portas cecidit custodia sorti,
Inq; vicem speculantur aquas, & nubila cœli. (Apes.)
12. Æn. 502 † Inque vicem nunc Turnus agit, nunc Troïus heros.
2. Æn. 432 * —nec tela, nec ullas Vitavisse vices Danaûm.—
3. Æn. 376 † Sortitur, volvítque vices, is vertitur ordo.
9. Æn. 175 * Excubat, exercétq; vices, quod cuique tuendum est.
221 † —simul excitat: illi Succedunt, servántq; vices.—
3. Ecl. 28 * Vis ergo, inter nos, quid possit uterque vicissim
Experiamur? ego hanc vitulam, tu quo pignore certes.
5. Ecl. 50 † Nos tamen hæc quæcunq; modò tibi nostra vicissim
Dicemus, Daphnímque tuûm tollemus ad astra.
4. Æn. 80 * —luménque obscura vicissim Luna premit.—
6. Æn. 531 † Sed te qui vivum casus, age, fare vicissim Attulerint.
7. Æn. 435 * Hîc juvenis vatem irridens, sic orsa vicissim
Ore refert, classes invectas Tybridis undam.
11. Æn. 123 † —sic ore vicissim Orsa refert.—

v. Ambiguus, & Constantia.

VASTARE, VASTATOR, VASTUS, Evertere, Eversor, Eversus, Vertere, Diruere, Dirutus, Ruere, Ruina, Perdere, Perditus, Delere, Deletus, Sternere, Destruere, Excindere, Excisus, Excidium, Casus, Occasus, Exitium.

TYdides multâ vastabat cæde cruentus.	1. *Æn.* 471
† -Belus opimam Vastabat Cyprum, & victor.-	621
* Dum bello Argolici vastabant Pergama reges.	8. *Æn.* 374
† Omnia nam latè vastant. -	4. *Geor.* 16
* .-- & latos vastant cultoribus agros. (*Milites.*)	8. *Æn.* 8
† --inde ferarum Vastatorem Amycum.--	9. *Æn.* 771
* Hæc ego vasta dabo, & lato te limite ducam.	323
† Hæc loca vi quondam & vastâ convulsa ruinâ.	3. *Æn.* 414
* Turbidus hìc cœno, vastâque voragine gurges.	6. *Æn.* 296
† Nocte tulit fessum vastâ te cæde Pelasgûm.	503
* Vulnificúsque chalybs vastâ fornace liquescit.	8 *Æn.* 446
† Quid Syrtes, aut Scylla mihi, quid vasta Charybdis.	7. *Æn.* 302
* Et vastas aperit Syrteis, & temperat æquor.	1. *Æn.* 146
† Hinc atque hinc vastæ rupes. -- (*i. ingentes.*)	162
* Longa tibi exilia, & vastum maris æquor arandum.	2. *Æn.* 780
† Tótque maris, vastæque exhausta pericula terræ.	10. *Æn.* 57
* --urgentur cornua vasto Cũ gemitu, reboant sylvæ.-	3. *Æn.* 222
† Apparent rari nantes in gurgite vasto.	1. *Æn.* 118
* Ipse gravis, gravitérque ad terram pondere vasto Concidit, (*Entellus*) ut quondam eruta pinus.	5. *Æn.* 447
† Aut tempestivam, sylvis evertere pinum.	1. *Geor.* 256
* Postquàm res Asiæ, Priamíque evertere gentem Immeritam visum Superis, cecidítq; superbum Ilium.-	3. *Æn.* 1
† Turrim certabant, summâque evertere opum vi.	9. *Æn.* 532
* Et nemora evertit multos ignava per annos.	2. *Geor.* 208
† Culpatúsve Paris, verùm inclementia Divûm Has evertit opes, sternítque à culmine Trojam.	2. *Æn.* 602
* —evertunt actas ad sydera pinus.	11. *Æn.* 136
† Illa sibi infestos eversa ob Pergama Teucros.	2. *Æn.* 571
* Aut quid in eversâ vidi crudelius urbe ?	746
† Hunc saltem everso juvenem succurrere seclo.	1. *Geor.* 500
* Oppetere, & latè terram consternere tergo: Occidis Argivæ, quem non potuere phalanges Sternere, nec Priami regnorum eversor Achilles.	12. *Æn.* 543
† --ne vertere secum Cuncta pater vellet. -(*Anchises.*)	2. *Æn.* 653
* Nube cavâ eripui, cuperem cùm vertere ab imo	5. *Æn.* 810

Structa meis manibus perjuræ mœnia Trojæ.

10. Æn. 87 † Nôsne tibi fluxas Phrygiæ res vertere fundo.

1. Æn. 20 * Audierat, Tyrias olim quæ verteret arces.

2. Æn. 624 † Tùm verò omne mihi visum considere in ignes Ilium, & ex imo verti Neptunia Troja.

1. Geor. 505 * Quippe ubi fas versum, atq; nefas, tot bella per orbẽ.

10. Æn. 363 † Intulerat torrens, arbustáque diruta ripis.

8. Æn. 525 * Cum sonitu venit, & ruere omnia visa repentè.

2. Æn. 290 † Hostis habet muros, ruit alto à culmine Troja.

363 * Vrbs antiqua ruit, multos dominata per annos.

12. Æn. 610 † Conjugis attonitus fatis, urbísque ruinâ.

1. Æn 129 * Fluctibus oppressos Troas, cœlique ruinâ. (*pluviâ.*)

11. Æn. 310 † Cætera quâ rerum jaceant perculsa ruinâ.

888 * Pars in præcipites fossas urgente ruinâ Volvitur.—

2. Æn. 310 † —Iam Deïphobi dedit ampla ruinam Vulcano superante domus.—

465 * —turris lapsa repentè ruinam Cum sonitu trahit.—

631 † Congemuit, traxitq; jugis avulsa ruinam. (*Ornus.*)

8. Æn. 192 * Stat domus, & scopuli ingentem traxêre ruinam.

4. Geor. 249 † Incumbent generis lapsi sarcire ruinas.

1. Æn. 238 * Hoc equidem occasum Trojæ, tristésque ruinas.

12. Æn. 453 † Horrescunt corda agricolis, dabit ille ruinas Arboribus, stragémque satis, ruet omnia latè.

1. Æn. 647 * Munera præterea Iliacis erepta ruinis.

3. Æn. 475 † Cura Deûm, bis Pergameis erepte ruinis.

571 * Ipse sed horrificis juxta tonat Ætna ruinis.

7. Æn. 304 † —Mars perdere gentẽ Immanẽ Lapithûm valuit.—

10. Æn. 879 * Terres? hæc via sola fuit, quâ perdere posses.

4. Geor. 494 † Illa, quis, & me, inquit, miserã, & te perdidit Orpheu?

2. Ecl. 58 * Eheu, quid volui misero mihi? floribus Austrum Perditus, & liquidis immisi fontibus apros.

9. Æn. 248 † Non tamen omnino Teucros delere paratis.

11. Æn. 898 * Deletas Volscorum acies, cecidisse Camillam.

2. Æn. 306 † Sternit agros, sternit sata læta, boûmque labores.

1. Æn. 190 * Cornibus arboreis sternit (*cervos Æneas.*)

10. Æn. 318 † Immanémque Gyam, sternentes agmina clavâ.

7. Æn. 426 * Tyrrhenas, i, sterne acies: tege pace Latinos.

2. Æn. 384 † Ignarósq; loci passim, & formidine captos Sternimus.

8. Æn. 566 * Ter letho sternendus erat, Herilus.

12. Æn. 364 † Et sternacis equi lapsum cervice Thymœtem.

8. Æn. 561 * —cùm primam aciem Præneste sub ipsâ Stravi.—

10. Æn. 325 † -Cydon, Dardaniâ stratus dextrâ, securus amorum.

4. Æn. 325 * —an mea Pygmalion dum mœnia frater Destruat.—

* Non ego cum Danais Trojanam excindere gentem.	4. *Æn*.425
† At licet amborum populos excindere regum.	7. *Æn*.316
* Fata mihi; ferro sceleratam excindere gentem.	9. *Æn*.137
† Nec posse Argolicis excindi Pergama telis.	2. *Æn*.177
* Excindine domos (id rebus defuit unum) Perpetiar?	12. *Æn*. 643
† Abnegat excisâ vitam producere Trojâ.	2. *Æn*.637
* Æneas mortem contrà, præsénsque minatur Exitium. Excisurum urbem minitans. --	12. *Æn*.760
† Septima post Trojæ excidium jam vertitur æstas.	5. *Æn*.626
* Ferrum acuant portis in me, excidiúmq; meorum.	8. *Æn*. 386
† Dejecturum arces Italûm, excidióque daturum.	11. *Æn*. 655
*-satis una supérq; Vidimus excidia, & captæ superavimus urbi.	2. *Æn*. 642
† Dura per eversæ genitor fumantia Trojæ Excidia.-	10. *Æn*.45
* Hic petit excidiis urbem, miserósque Penates.	2. *Geo*.505
† --casurásque inimicis ignibus arces.	8. *Æn*.375
* --& casus abies visura marinos	2. *Geor*. 68
† Si verò (quoniam casus apibus quoque nostros Vita tulit) tristi languebunt corpora morbo.	4. *Geor*.251
* Iámque pedem referens, casus evaserat omnes.	485
† - tot volvere casus Insignem pietate virum. -	1. *Æn*.9
* Per varios casus, per tot discrimina rerum.	204
† Quis te, nate Deâ, per tãta pericula casus Insequitur?	615
* Tempore ex illo casus mihi cognitus urbis Trojanæ.	624
† Sed si tantus amor casus cognoscere nostros, Et breviter Trojæ supremum audire laborem.	2. *Æn*. 11
* Qui te cunque manent isto certamine casus.	12. *Æn*.61
† Nunc Amyci casum gemit, & crudelia secũ Fata.-	1. *Æn*.221
* Testor in occasu vestro, nec tela, nec ullas.	2. *Æn*. 432
† Exitium dirum hasta ferens, orásque recludit.	10. *Æn*. 13

v. Malum.

VELA, VELATUS, VELIVOLUM, Carbasus, Lintea, Sinus. Vela legere, trahere, cadere; dare fatis, & ventis; tendere, intendere. vocare, facere, implere ventis, &c.

* -- omnis navita ponto Humida vela legit.--	1. *Geor*. 372
† Vela legunt socii, & proras ad littora torquent.	3. *Æn*.532
* Vela traham, & terris festinem advertere proram.	4. *Geor*. 117
† Vela cadunt, remis insurgimus; haud mora nautæ.	3. *Æn*. 207
*-in altũ Vela dabãt læti, & spumas salis ære ruebant.	1. *Æn*. 35
† Del tui, dum vela darent, si fortè dedissent.	2. *Æn*.136
* Et pater Anchises dare fatis vela jubebat.	3. *Æn*. 9

Littora tum patriæ lacrymans, portúsque relinquo.

4. Æn. 546	† Rursus agam pelago, & ventis dare vela jubebo ?
3. Æn. 266	* --tum li tore funem diripere. Tendunt vela Noti.--
5. Æn. 32	† -petunt portus, & vela secundi Intendũt Zephyri.--
3. Æn. 683	*--rudẽtes Excutere, & ventis intẽdere vela secundis.
357	† -auræ Vela vocãt, tumidóque inflatur carbasus Austro.
454	* Quamvis increpitent socii, & vi cursus in altum Vela vocet, possísque sinus implere secundos.
5. Æn. 281	† Vela facit tamen, & plenis subit ostia velis.
7. Æn. 22	* Delati in portus, neu littora dira subirent, Neptunus ventis implevit vela secundis.
12. Æn. 263	† -petet ille fugam, penitúsq; profundo Vela dabit.--
3. Æn. 549	* Cornua velatarum obvertimus antennarum.
1. Æn. 224	† Despiciens mare velivolum, terrásque jacentes.
4. Æn. 417	* Undique convenêre: vocat jam carbasus auras.
3. Æn. 686	† Ni teneant cursus, certum est dare lintea retrò.
5. Æn. 15	* validísq; incumbere remis, obliquátq; sinus in vẽtũ.
28	† -frustrà cerno te tendere contrà: Flecte viam velis.--
5. Æn. 504	* Et venit, adversíque infigitur arbore mali, Intremuit malus, timuítque exterrita pennis Ales.
3. Æn. 61	† Linquere pollutũ hospitiũ, & dare classibus Austros.

v. Navis, & Navigare.

VELOX, CELER, CELERRIMUS, Subitus, Levis, Citus, Volucer, Pernix: Ocyor, Euro, vento, & fulmine; Rapidus, Properus, Festinus, Improvisus: Accelerare, Celerare, Properare, Festinare, Expedire, Corripere, &c.

3. Ecl. 52	QUin age, si quid habes, in me mora non erit ulla.
3. Geo. 92	† Conjugis adventu pernix Saturnus, & altum.
2. Æn. 273	* Festinate viri, nam quæ tam sera moratur Segnities? alii rapiunt incensa, ferúntque.
3. Geo. 194	† (*Equus.*) --tum cursibus auras Provocet, ac per aperta volans, ceu liber habenis, Æquora vix summâ vestigia ponat arenâ, Qualis Hyperboreis Aquilo cùm densus ab oris, &c.
4. Geor. 343	* Et tandem positis velox Arethusa sagittis.
1. Æn. 191	† --arcúmq; manu, celerésque sagittas Corripuit.--
305	* Remigio alarum, ac Libyæ citus astitit oris.
648	† --rapidum ad naves præmittit Achatem.

*Harpalice, volucrémque fugâ prævertitur Hebrum. 1. Æn. 316
† Hæc celerans, iter ad naveis tendebat Achates. 655
* Iam jam nulla mora est, sequor, & quà ducitis adsum. 2. Æn. 701
† At puer Ascanius mediis in vallibus acri
Gaudet equo, jámque hos cursu, jam præterit illos. 4. Æn. 157
* (*Famam.*) --pedibus celerem & pernicibus alis. 180
† Fama, malum, quo non aliud velocius ullum. 174
* Tum verò Æneas subitis exterritus umbris 572
Corripit è somno corpus, sociósque fatigat:
Præcipites vigilate viri, considite transtris.
Solvite vela citi.--
† Ferte citi flammas, date vela, impellite remos. 594
* --illa gradum studio celerabat anili. 641
† Inde ubi clara dedit sonitum tuba, finibus omnes, 5. Æn. 139
Haud mora, prosiluêre suis: ferit æthera clamor.
* At lætus Mnestheus, successúque acrior ipso, 216
Agmine remorum celeri, ventísque vocatis
Prona petit maria, & pelago decurrit aperto,
Qualis speluncâ subitò commota columba, &c.
Fertur in arva volans, &c.
Sic Mnestheus, sic ipsa fugâ secat ultima Pristis
Æquora: sic illam fert impetus ipse volantem.
† --subitúsque priorem Præterit.-- 170
* Veloces jaculo cervos, cursúque fatigat, 253
† Extulit, ille ictum venientem à vertice velox 444
Prævidit, celeríque elapsus corpore cessit.
* Nulli visa citò decurrit tramite virgo. 610
† Et pater ipse manu magnâ Portunus euntem 241
Impulit, illa Noto citiùs, volucríque sagittâ
Ad terram fugit, & portu se condidit alto.
* Hæc ubi dicta: locum capiunt, signóque repentè 315
Corripiunt spatia audito, liménque relinquunt,
Effusi nimbo similes, simul ultima signant.
Primus agit, longéque ante omnia corpora Nisus
Emicat, & ventis, & fulminis ocyor alis.
† Evaditque celer ripam irremeabilis undæ. 6. Æn. 425
* Haud mora, festinant jussi, rapidísque feruntur, 7. Æn. 156
Passibus.--
† (*Camilla.*)--assueta cursúque pedũ prævertere vẽtos. 807
Illa vel intactæ segetis, per summa volaret
Gramina, nec teneras cursu læsisset aristas:
Vel mare per medium fluctu suspensa tumenti

Ferret iter, celeres nec tingeret æquore plantas.
3. Æn. 223 † --fugit ilicet ocyor Euro,
Speluncámque petit: pedibus timor addidit alas.
389 * --notúsque medullas
Intravit calor, & lab facta per ossa cucurrit,
Non secùs atque olim tonitru cùm rupta corusco,
Ignea rima micans percurrit lumine nimbos.
433 † Parte aliâ Marti currúmque rotásque volucres.
9. Æn. 853 *-volucré Threïssa sagittam Deprompsit pharetrâ.-
178 † Venatrix, jaculo celerem, levibúsque sagittis.
488 * Veste tegens, tibi quam noctes festina, diésque
Vrgebam, & telâ curas solabar aniles.
8. Æn. 49 † Haud incerta cano, nunc quâ ratione quod instat
Expedias victor, paucis adverte, docebo.
2. Æn. 632 *- flammâ inter, & hostes Expedior, dant tela locũ.-
1. Æn. 701 † - Cereremque canistris Expediunt.-
5. Æn. 208 * --acutâ cuspide contos Expediunt.-
12. Æn. 257 † -augurium clamore salutant, Expediúntq; manus.-
10. Æn. 440 * Turnum, qui voluceri curru medium secat agmen.
247 † --fugit illa per undas
Ocyor, & jaculo, & ventos æquante sagittâ:
Inde aliæ celerant cursus, stupet inscius ipse. (*Æneas.*)
308 * Nec Turnum segnis retinet mora, sed rapit acer.
658 † Exuperátque moras, & pontes transilit altos.
11. Æn. 462 * Corripuit sese, & tectis citus extulit altis.
718 † Hæc fatur virgo, & pernicibus ignea plantis
Transit equum cursu, frænísque adversa prehensis.
694 * Orsilochum fugiens, magnúmq; agitata per orbem
Eludit gyro interior, sequitúrque sequentem.
712 † --advolat ipse
(Haud mora) conversísque fugax aufertur habenis,
Quadrupedémque citum ferrato calce fatigat.
760 * Velocem jaculo & multâ prior arte Camillam.
765 † Hac Aruns furtim celeres detorquet habenas,
Hos aditus jámque hos aditus, omnémque pererrat
Vndique circuitum.--
906 * Sic ambo ad muros rapidi, totóque feruntur
Agmine, nec longis inter se passibus absunt.
12. Æn. 85 † Circunstant properi aurigæ, manibúsque lacessunt.
425 * Arma citi properate viro: quid statis? Iapis
Conclamat.--
675 † Deserit, ac rapido cursu media agmina rumpit.
556 * Ocyùs, & subitâ turbaret clade Latinos.

† --haud multa moratus 12. Æn. 506
Excipit in latus, & quà fata celerrima; crudo.
* (*Æneas.*) --cunctísque repentè 1. Æn. 593
Improvisus ait: coram quem quæritis adsum.
† --& urbi Improvisus adest. -- (*Turnus.*) 9. Æn. 48
* --pelagóque remenso Improvisi aderunt. --(*Græci.*) 2. Ecl. 181
† Improvisi adsunt, hic torre armatus obusto, &c. 7. Æn. 506
v. Fuga. Mora. Volare.

VELOCITER, OCYUS, EXTEMPLO, Mox, Continuò, Quamprimùm, Dicto citiùs, Repentè; Subitò, Properè, Ilicet, Improvisò, Confestim, Iam, Haud mora, Promptum, Non longum, &c.

OCyùs advertunt proras, urbíque propinquant. 8. Æn. 101
† --ocyùs, inquit, Huc ades, ô Melibœe.-- 7. Ecl. 8
* --ocyùs omnes Imperio læti parent.-- 4. Æn. 294
† --jubet ocyùs omnes Attolli malos.-- 5. Æn. 828
* Dixit, & è curru saltum dedit ocyùs armis. 12. Æn. 681
† Extemplò Æneæ solvuntur frigore membra. 1. Æn. 96
* Extemplò tentanda fugâ canit æquora Calchas. 2. Æn. 176
† Extemplò Libyæ magnas it fama per urbes. 4. Æn. 173
* Extitit in digitos extemplò arrectus uterque. 5. Æn. 427
† Corripit extemplò Æneas, avidúsque refringit. 6. Æn 210
* Multa forent, quæ mox cœlo properanda sereno. 1. Geor. 260
† --mox sese ad littora præceps 3. Æn. 598
Cum fletu, precibúsque tulit. --
* Victor nec longùm lætabere, te quoque fata 10. Æn. 438
Prospectant paria, atque eadem mox arva tenebis.
† Haud mora, continuò matris præcepta facessit. 4. Geor. 547
* Continuò venti volvunt mare, magnáque surgunt. 3. Æn. 196
† Nec mora, continuò vastis cum viribus effert. 5. Æn. 368
* Continuò pugnæ accendit majoris imago. 12. Æn. 560
† Invisam quærens quamprimùm abrumpere lucem. 4. Æn. 631
* Sic ait, & dicto citiùs tumida æquora placat. 1. Æn, 149
† -illa Noto citiùs, volucríq; sagittâ Ad terrâ fugit.- 5. Æn. 242
* Pressit humi nitens, trepidúsque repentè refugit. 2. Æn. 380
† --ea lapsa repentè ruinam Cum sonitu trahit. - 465
* Vix ea fatus eram, tremere omnia visa repentè. 3. Æn. 90
† --& superis immissa repentè Alecto.-- 10. Æn. 40
* Mutata ignorent subitò ne femina matrem. 2. Geo. 267

4.*Geor*. 406 † Fiet enim subitò sus horridus, atráque tigris.
1.*Æn*. 92 * Eripiunt subitò nube, cœlúmque, diémque.
7.*Æn*. 694 † Agmina in arma vocat subitò ferrúmque retractat.
11.*Æn*. 862 * Alitis in parvæ subitò collecta figuram.
6.*Æn*. 236 † His actis, properè exequitur præcepta Sibyllæ.
9. *Æn*. 801 * Sed manus è castris properè coït omnis in unum.
12.*Æn*. 573 † Ferte faces properè, fœdúsque reposcite flammis.
9. *Æn*. 231 * Euryalus, confestim alacres admittier orant.
2.*Æn*. 662 † Iámque aderit multo Priami de sanguine Pyrrhus.
4.*Ecl*. 48 * Aggredere ô magnos (aderit jam tempus) honores.
2.*Geor*. 255 † --promptum est oculis prædiscere, magnum.
2. *Æn*. 424 * Ilicet obruimur numero. --
758 † Ilicet ignis edax summa ad fastigia vento.
7.*Æn*. 583 * Ilicet infandum cuncti contra omina bellum.
11.*Æn*. 468 † Ilicet in muros totâ discurritur urbe.
8. *Æn*. 524 * Námque improvisò vibratus ab æthere fulgor
Cum sonitu venit, & ruere omnia visa repentè.
12.*Æn*. 576 † Scalæ improvisò, subitúsque apparuit ignis.

v. Mora, Volare, Fuga.

---

*V*ENA *propriè, & metaphoricè.*

6.*Ecl*. 15 INflatum hesterno venas, ut semper, Iaccho.
3.*Geor*. 460 † Ima ferire pedis salientem sanguine venam.
482 * --sed ubi ignea venis. Omnibus acta sitis. --
4.*Geor*. 237 † --& spicula cæca relinquunt Affixæ venis.- (*Apes*.)
4. *Æn*. 1 * At regina gravi jamdudum saucia curâ
Vulnus alit venis, & cæco carpitur igni.
1.*Geor*. 91 † Seu durat magis & venas astringit hiantes.
135 * Et silicis venis abstrusum excudere ignem.
6. *Æn*. 6 †--quærit pars semina flãmæ Abstrusa in venis silicis.
2.*Geor*. 165 * Hæc eadem argenti rivos, ærisq; metalla
Ostendit venis, atque auro plurima fluxit.

---

*V*ENARI, AGITARE FERAS,

Sectari, Agere, Fatigare sylvas: Venatus, Venans, Latro: Venator: *Orphitus, Hyrtacides, Amycus, Lausus, Æneas, Iülus, Ganymedes, Lupus, Accipiter*: Venatrix, *Venus, Ida, Camilla, Delia, Dido, Aquila, Ciconia, Leæna*: Venabula, *Retia, Indago, Pedicæ, Casses, Plaga, Laqueus, Viscum, Telum, Penna, Pharetra*: Ca-

nis Venator, *Molossus, Umber, Lycisca*. *Feræ*, *Dama, Aper, Lepus, Cervus, Onager, Capra, Cerva, Leo, Capella, Aves, Grues, Columbæ.*

NOn ego te vidi Damonis, pessime, caprum. 3.*Ecl.*18
Excipere insidiis, multùm latrante Lyciscâ?
† Notior ut jam sit canibus non Delia nostris. 67
* Si dum tu sectaris apros, ego retia servo. 75
† Cum canibus timidi venient ad pocula damæ. 8.*Ecl.*28
* Intereà mistis lustrabo Mænala Nymphis, 10.*Ecl.*55
Aut acres venabor apros: non me ulla vetabunt
Frigora Parthenios canibus circundare saltus:
Iam mihi per rupes videor, lucósque sonantes
Ire, libet Partho torquere Cydonia cornu
Spicula. --
† Non illum vestri possunt mutare labores. 64
* Tum laqueis captare feras, & fallere visco, 1.*Geo.*139
Inventum, & magnos canibus circundare saltus.
† Insidias avibus moliri, incendere vepres. 271
* Tunc gruibus pedicas, & retia ponere cervis, 307
Auritósque sequi lepores, tum figere damas.
† Taygetíque canes, domitríxque Epidaurus equorum, 3.*Geor.* 45
Et vox assensu nemorum ingeminata remugit,
* --consertóque agmine cervi 369
Torpent mole novâ, & summis vix cornibus extant:
Hos non immissis canibus, non cassibus ullis,
Puniceæve agitant pavidos formidine pennæ:
Sed frustrà oppositum trudentes pectore montem,
Comminùs obtruncant ferro, gravitérque rudentes
Cædunt, & magno læti clamore reportant.
† Nec tibi cura canum fuerit postrema, sed unà 384
Veloces Spartæ catulos, acrémque Molossum
Pasce sero pingui: nunquam custodibus illis
Nocturnum stabulis furem, incursúsque luporum,
Aut impacatos à tergo horrebis Iberos.
* Sæpè etiam cursu timidos agitabis onagros, 409
Et canibus leporem, canibus venabere damas:
Sæpè volutabris pulsos sylvestribus apros
Latratu turbabis agens, montésque per altos
Ingentem clamore premes ad retia cervum.
† Constitit hîc, arcúmque manu, celerésque sagittas 1. *Æn.* 187
Corripuit, fidus quæ tela gerebat Achates,
Ductorésque ipsos primùm capita alta ferentes,

Cornibus arboreis sternit; tum vulgus, & omnem
Miscet agens telis nemora inter frondea turbam:
Nec priùs absistit, quàm septem ingentia victor
Corpora fundat humi,&numerū cum navibus æquet.

1.Æn.318 * Cui mater mediâ sese tulit obvia sylvâ, &c.
Námq; humeris de more habilem suspenderat arcum
Venatrix, dederátque comam diffundere ventis,
Nuda genu, nodóque sinus collecta fluentes.

322 † Vidistis si quam hîc errantem fortè sororum
Succinctam pharetrâ, & maculosæ tegmine lyncis,
Aut spumantis apri cursum clamore prementem.

4.Æn,69 * Vrbe furens qualis conjectâ cerva sagittâ,
Quam procul incautam nemora inter Cressia fixit
Pastor agens telis, liquítque volatile ferrum
Nescius, illa fugâ sylvas, saltúsque peragrat
Dictæos: hæret lateri letalis arundo.

117 † Venatum Æneas, unáque miserrima Dido
In nemus ire parant, ubi primos crastinus ortus.

121 * Dum trepidant alæ, saltúsque indagine cingunt.

130 † It portis jubare exorto delecta Iuventus,
Retia rara, plagæ, lato venabula ferro,
Massylíque ruunt equites, & odora canum vis.

151 * Postquā altos ventū in montes, atque invia lustra,
Ecce feræ saxi dejectæ vertice capræ
Decurrêre jugis; aliâ de parte patentes
Transmittunt cursu campos, atque agmina cervi,
Pulverulenta fugâ glomerant, montésque relinquunt.
At puer Ascanius mediis in vallibus acri
Gaudet equo: jámque hos cursu, jam præterit illos,
Spumantémque dari pecora inter inertia votis
Optat aprum, aut fulvum descendere monte leonem.

5.Æn.252 † Intextúsque puer frondosâ regius Idâ,
Veloces jaculo cervos, cursúque fatigat,
Acer, anhelanti similis, quem præpes ab Ida
Sublimem pedibus rapuit Iovis armiger uncis,
Longævi palmas nequicquam ad sydera tendunt
Custodes, sævítque canum latratus ad auras.

6.Æn.801 * --sævítque canum latratus in auras:
Necverò Alcides tantùm telluris obivit,
Fixerit æripedem cervam licet, aut Erymanthi
Placarit nemora, & Lernam tremefecerit arcu.

7.Æn.477 † --quo littore pulcher
Insidiis, cursúque feras agitabat Iülus.

Hìc subitam canibus rabiem Cocytia virgo
Objicit, & noto nares contingit odore,
Vt cervum ardentes agerent: quæ prima malorum
Caussa fuit, belloque animos accendit agrestes. 7. Æn. 751
* Horrida præcipuè cui gens, assuetáque multo
Venatu nemorum, duris Æquicola glebis;
Convectare juvat prædas, & vivere rapto. 493
† Hunc procul errantem rapidæ venantis Iüli
Commovêre canes, fluvio cùm fortè secundo
Deflueret, ripâque æstus viridante levaret. 8. Æn. 318
* Sed rami atque asper victu venatus alebar. 9. Æn. 177
† Hyrtacides, comitem Æneæ quem miserat Ida
Venatrix, jaculo celerem levibúsque sagittis. 546
* Isque ubi se Turni media inter millia vidit,
Hinc acies, atque hinc acies astare Latinas.
Vt fera quæ densâ venantum septa coronâ
Contra tela furit, seséque haud nescia morti
Injicit, & saltu supra venabula fertur:
Haud aliter juvenis medios moriturus in hostes
Irruit, & quà tela videt densissima, tendit.
† Si qua tuis unquam pro me pater Hyrtacus aris 406
Dona tulit, si qua ipse meis venatibus auxi.
* Venatu assiduo totum cognovimus amnem. 245
† --antè feras solitus terrere fugaces Ascanius.-- 591
* Venatu invigilant pueri, sylvásque fatigant: 605
Flectere ludus equos, & spicula tendere cornu.
† Heu, terrâ ignotâ, canibus data præda Latinis, 485
Alitibúsque jaces. --
* Ac velut ille canum morsu de montibus altis, 10. Æn. 707
Actus aper, multos Vesulus quem pinifer annos
Defendit, multósque palus Laurentia; sylvâ
Pastus arundineâ, postquàm inter retia ventum est,
Substitit, infremuitque ferox, & inhorruit armos;
Nec cuiquam irasci, propiúsque accedere virtus,
Sed jaculis, tutísque procul clamoribus instant:
Haud aliter justæ quibus est Mezentius iræ,
Non ulli est animus stricto concurrere ferro.
† --inde ferarum 771
Vastatorem Amycum, quo non felicior alter
Vngere tela manu, ferrúmque armare veneno.
* Lausus equûm domitor, debellatórque ferarum. 7. Æn. 651
† (*Orphitus.*) --equo venator Iapige fertur, 11. Æn. 673

Cui pellis latos humeros erepta juvenco
Pugnatori operit, caput ingens oris hiatus, &c.

11. Æn. 685 † Trajicit, & super hæc inimico pectore fatur;
Sylvis te, Tyrrhene, feras agitare putasti.

12. Æn. 4 * --Pœnorum qualis in arvis
Saucius ille gravi venantum vulnere pectus,
Tùm demùm movet arma leo, gaudétque comanteis
Excutiens cervice toros, fixúmque latronis
Impavidus frangit telum, & fremit ore cruento.

748 † Insequitur, trepidíque pedem pede fervidus urget:
Inclusum veluti si quando flumine nactus
Cervum, aut puniceæ septum formidine pennæ.
Venator cursu canis, & latratibus instat:
Ille autem insidiis, & ripâ territus altâ,
Mille fugit, refugítque vias, at vividus Umber
Hæret hians: jam jamque tenet, similísque tenenti
Increpuit malis, morsúque elusus inani est.
Tùm verò exoritur clamor, ripæque lacúsque
Responsant circà, & cœlum tonat omne tumultu.

9. Æn. 563 * Qualis ubi aut leporem, aut candenti corpore cycnũ,
Sustulit alta petens pedibus Iovis armiger uncis,
Quæsitum aut matri multis balatibus agnum
Martius à stabulis rapuit lupus, undique clamor.

12. Æn. 262 † Corripite, ô Rutuli, quos improbus advena bello
Territat invalidas ut aves, & littora vestra
Vi populat. -- (*Turnus de Ænea.*)

11. Æn. 751 * Utque volans altè raptum cùm fulva draconem
Fert aquila, implicuítq; pedes, atque unguibus hæsit;
Saucius at serpens sinuosa volumina versat, &c.
Arduus insurgens: illa haud minus urget adunco
Luctantem rostro, simul æthera verberat alis.

12. Æn. 247 † Námque volans rubrâ fulvus Iovis ales in æthrâ
Littoras agitabat aves, turbámque sonantem
Agminis aligeri, subitò cùm lapsus ad undas
Cycnum excellentem pedibus rapit improbus uncis;
Convertunt clamore fugam, cunctæque volucres
Ætheráque obscurant pennis hostémque per auras
Factâ nube premunt, donec vi victus, & ipso
Pondere defecit, prædámque ex unguibus ales
Projecit fluvio, penitúsque in nubila fûgit.

9. Ecl. 11 * Carmina tantum valent tela inter Martia quantùm
Chaonias dicunt aquilâ veniente columbas.

1. Æn. 393 † Aspice bis senos lætantes agmine cycnos

Æthereâ quos lapsa plagâ Iovis ales aperto
Turbabat cœlo.

† Quàm facilè accipiter saxo sacer ales ab alto — 11. Æn. 725
Consequitur pennis sublimem in nube columbam,
Comprensámque tenet, pedibúsque eviscerat uncis:
Tum cruor, & vulsæ labuntur ab æthere plumæ.

* Candida venit avis, longis invisa colubris. (*Ciconia.*) — 2. Geor. 320

† Misit avi similis, quæ circum littora, circum — 4. Æn. 254
Piscosos scopulos humilis volat æquora juxta.

* Torva leæna lupum sequitur, lupus ipse capellam. — 2. Ecl. 63

VENENUM, ATRUM, NIGRUM, Gorgoneum, Sævum, Lectum in Ponto, Assyrium, &c. Virus malum, lentum, &c. Veneno fallere, id est, amore: Armare. Tabum, Tabesco, Sanies: Inspirare, Aspergere: Incestare, Corrumpere, Inficere, Corruptus, Insyncerus, Putris, Infectus, &c.

OCcidet & serpens, & fallax herba veneni: — 4. Ecl. 24

† Has herbas, atque hæc Ponto mihi lecta venena — 8. Ecl. 95
Ipse dedit Mœris: nascuntur plurima Ponto.

* Ille malum virus serpentibus addidit atris. — 1. Geor. 129

† Media fert tristes succos, tardúmque saporem — 2. Geor. 126
Felicis mali, quo non præsentius ullum
(Pocula si quando sævæ infecêre novervæ,
Miscuerúntque herbas, & non innoxia verba)
Auxilium venit, ac membris agit atra venena.

* Quantùm illi nocuêre greges, duríque venenum — 377
Dentis, & adverso signata in stirpe cicatrix.

† Alba nec Assyrio fucatur lana veneno. — 465

* Pastores, lentum distillat ab inguine virus. — 3. Geor. 281
Hippomanes, quod sæpe malæ legêre novercæ,
Miscuerúntque herbas, & non innoxia verba.

† Pestis acerba boum, pecoríque aspergere virus. — 420

* In stabulis turpi dilapsa cadavera tabo. — 558

† Corrupítque lacus, infecit pabula tabo. — 482

* Præthereà jacet exanimum tibi corpus amici, — 6. Æn. 149
(Heu! nescis) totámque incestat funere classem.

† Illis ira modum supra est, læsæque venenum — 4. Geor. 236
Morsibus inspirant, & spicula cæca relinquunt
Affixæ venis, animósque in vulnere ponunt. (*Apes.*)

* Perfusus sanie vittas, atróque veneno, — 2. Æn. 221

3. Æn. 28 * --huic atro liquuntur sanguine guttæ,
Et terram tabo maculant, mihi frigidus horror
Membra quatit, gelidúsque coït formidine sanguis.
625 † --saniéque aspersa natarent
Limina, vidi, atro cùm membra fluentia tabo
Manderet.--
4. Æn. 512 * Sparserat, & latices simulatos fontis Averni:
Falcibus & messæ ad Lunam quæruntur ahenis
Pubentes herbæ, nigri cum lacte veneni.
1. Æn. 687 † Occultum inspires ignem, fallásque veneno.
7. Æn. 190 * Aureâ percussum virgâ, versúmque venenis.
341 † Exin Gorgoneis Alecto infecta venenis,
354 * Ac dum prima lues udo sublapsa veneno
8. Æn. 196 Pertentat sensus, atque ossibus implicat ignem.
† --foribúsque affixa superbis
487 Ora virûm tristi pendebant pallida tabo.
* --& sanie, tabóque fluentes
9. Æn. 472 Complexu in misero longâ sic morte necabat.
† --ora virûm-- --atróque fluentia tabo.
772 * --quo non felicior alter
10. Æn. 140 Vngere tela manu, ferrúmque armare veneno.
† Vulnera dirigere, & calamos armare veneno.
12. Æn. 857 * Armatam sævi Parthus quam felle veneni,
4. Æn. 742 Parthus, sive Cydon, telum immedicabile torsit.
† Infectum eluitur scelus, aut exuritur igni.
2. Geor. 466 * Nec casiâ liquidi corrumpitur usus olivi.
1. Æn. 177 † Tum Cererem corruptam undis-- Expediunt.--
3. Æn. 137 * Corrupto cœli tractu, miserandáque venit. (*lues.*)
4. Geor. 284 † --cæsis jam sæpe juvencis
Insyncerus apes tulerit cruor.--
1. Geo. 392 * --vident putres concrescere fungos.
1. Geor. 204 † Et cui putre solum.--
3. Geor. 562 * Vellera, nec telas possunt attingere putres.

v. Pestis, Morbus, Malum, & Virus.

VENIAM ORARE, PRECARI, Poscere, Rogare, Dare, Prosequi veniâ, Parcere, Ignoscere, &c.

TEnde petens pacem, & faciles venerare Napæas, 4. *Geo.* 531
Námque dabunt veniam votis, irásq; remittent.
† Orantes veniam, & templum clamore petebant. 1. *Æn.* 519.
* Hortatur pater ire mari, veniámque precari. 3. *Æn.* 144
† Tu modò posce Deos veniam, sacrísque litatis. 4. *Æn.* 50
* Extremam hanc oro veniam (miserere sororis) 435
Quam mihi cùm dederis, cumulatam morte relinquā.
† Ipsum obtestemur, veniámque oremus ab ipso. 11. *Æn.* 358
* --sin altior istis 10. *Æn.* 625
Sub precibus venia ulla latet. --
† Vnum hoc, per si qua est victis venia hostibus, oro. 902
* Iámque Oratores aderant ex urbe Latinâ, 11. *Æn.* 100
Velati ramis oleæ, veniámque rogantes: &c.
Nullum cum victis certamen, & æthere cassis
Parceret hospitibus quondam, socerísque vocatis,
Quos bonus Æneas haud adspernanda precantes
Prosequitur veniâ, & verbis hæc insuper addit.
† Deficit, abde domo, nec turpi ignosce senectæ. 3. *Geor.* 96
* Cùm subita incautum dementia cepit amantem, 4. *Geor.* 488
Ignoscenda quidem, scirent si ignoscere Manes.
† Et genua amplectens affatur talia supplex: 10. *Æn.* 523
Per patrios Manes, & spes surgentis Iüli,
Te precor, hanc animam serves natóque, patríque.
Est domus alta: jacent penitùs defossa talenta, &c.
* Parcite jam Rutuli, & vos tela inhibete, Latini. 12. *Æn.* 693
† Nec mortem horremus, nec Divûm parcimus ulli. 10. *Æn.* 880
* Vos quoque Pergameæ jam fas est parcere genti, 6. *Æn.* 63
† Parcere subjectis, & debellare superbos. 853.
* Parce pio generi, & propiùs res aspice nostras. 1. *Æn.* 526
† Quid miserum, Ænea, laceras? jam parce sepulto. 3. *Æn.* 41
v. Vindicare.

Parcere, metaphoricè pro Parsimonia.

* Sin duram metues hyemem, parcésque futuro. 4. *Geor.* 239
† --atque apibus quanta experientia parcis. 4
* Aut parco sale contingunt, hyemíque reponunt. 3. *Geor.* 403
† Aut componere opes norunt, aut parcere parto. 9. *Æn.* 696

7. Æn. 115 † Fatalis crusti, patulis nec parcere quadris?
10. Æn. 531 * Argenti, atque auri memoras quæ multa talenta,
Gnatis parce tuis: belli commercia Turnus
Sustulit ista prior, jam tum Pallante perempto.
2. Geor. 362 † Ac dum prima novis adolescit frondibus ætas,
Parcendum teneris, sed dum se lætus ad auras, &c.
1. Æn. 257 * Parce metu Cytherea, manent immota tuorum.

Parcere, pro Cavere.

3. Ecl. 94 † Parcite oves nimium procedere, non bene ripæ
Creditur, ipse aries etiam nunc vellera siccat.
7 * Parciùs ista viris tamen objicienda memento:
3. Æn. 42 † Parce pias scelerare manus, jam parce sepulto.
9. Æn. 656 * Cætera parce puer bello: sic orsus Apollo.

VENTUS, VENTOSUS, FLAMINA, Flabra, Flatus, Sibilus, Murmur, Æolus, Æolius, Æolia: Aër, Aura: Auster, Aquilo, Africus, Boreas, Caurus, Eurus, Notus, Zephyrus, Turbo, &c.

2. Æn. 116 SAnguine placastis ventos, & virgine cæsâ.
3. Æn. 115 † Placemus ventos, & Gnosia regna petamus.
10. Æn. 676 * Terra mihi, vos ô potiùs miserescite venti:
In rupes, in saxa volens vos Turnus adoro.
5. Ecl. 82 † Nam neque me tantùm venientis sibilus Austri.
9. Ecl. 58 * Aspice, ventosi ceciderunt murmuris auræ.
1. Geor. 318 † Omnia ventorum concurrere prælia vidi,
Quæ gravidam latè segetem ab radicibus imis
Sublimè expulsam eruerent: ita turbine nigro
Ferret hyems, culmúmque levem, stipulásq; volantes.
333 * --ingeminant Austri, & densissimus imber,
Nunc nemora ingenti vento, nunc littora plangunt.
336 † Continuò ventis surgentibus, aut freta Ponti
Incipiunt agitata tumescere, & aridus altis
Montibus audiri fragor, aut resonantia longè
Littora misceri, & nemorum increbrescere murmur.
354 * Quo signo caderent Austri, -- &c.
352 † Æstúsque, pluviásque, & agentes frigora ventos.
430 * At si virgineum suffuderit ore ruborem,
Ventus erit, vento semper rubet aurea Phœbe.
453 † Cæruleus pluviam denunciat: igneus Euros:
601 * --unde serenas
Ventus agat nubes, quid cogitet humidus Auster.

† Et claro sylvas cernes Aquilone moveri. 1. Geor. 666
Omnia tunc pariter vēto, nimbísq; videbis Fervere.-
* Ergo non hyemes illam, non flabra, neque imbres 2. Geor. 293
Convellunt, immota manet. -- (Arbor.)
† --glomerátque ferens incendia ventus. 311
* Tellurem Boreâ rigidam spirante movere. 315
† Parturit almus ager, Zephyríq; tepentibus auris 330
Laxant arva sinus, superat tener omnibus humor.
* --nec metuit surgentes pampinus Austros, 333
Aut auctum cœlo magnis Aquilonibus imbrem.
† Crediderim, ver illud erat, ver magnus agebat 338
Orbis, & hybernis parcebant flatibus Euri.
* Viribus eniti quarum, & contemnere ventos 360
Assuescant. --
† Frigidus & sylvis Aquilo decussit honorem. 404
* Quas animosi Euri assiduè frangúntque, ferúntque. 441
† Continuóque avidis ubi subdita flamma medullis 3. Geor. 271
(Vere magis, quia vere calor redit ossibus,) illæ
Ore omnes versæ in Zephyrum, stant rupibus altis,
Exceptántque leveis auras: & sæpe sine ullis
Conjugiis vento gravidæ (mirabile dictu)
Saxa per, & scopulos, & depressas convalles
Diffugiunt, non Eure tuos, neque Solis ad ortus,
In Boream, Caurúmque, aut unde nigerrimus Auster
Nascitur, & pluvio contristat frigore cœlum.
* --tum cursibus auras Provocet.-- (Equus.) 194
Qualis Hyperboreis Aquilo cùm densus ab oris
Incubuit, Scythiæque hyemes, atque arida differt
Nubila, tum segetes altæ, campíque natantes
Lenibus horrescunt flabris, summæque sonorem
Dant sylvæ, longíque urgent ad littora fluctus,
Ille volat, simul arva fugâ, simul æquora verrens.
† Vere madent udo terræ ac pluvialibus Austris. 429
* Ergo omni studio glaciem, ventósque nivales 319
Avertes. --
† Ut verò Zephyris cùm læta vocantibus æstas. 323
* Non tam creber, agens hyemem, ruit æquore turbo. 470
† Quò neque sit ventis aditus, nam pabula venti 4. Geor. 19
Ferre domum prohibent. --
* -- si fortè morantes 29
Sparserit, aut præceps Neptuno immerserit Eurus.
† Obscurámque trahi vento mirabere, nubem. 60
* --aut credunt cœlo adventantibus Euris, 192

4. Geor. 261 * Frigidus ut quondam sylvis immurmurat Auster.
305 † Hoc geritur Zephyris primùm inpellentibus undas.
1. Æn. 55 * Nimborum in patriam, loca fœta furentibus Austris
Æoliam venit: hic vasto Rex Æolus antro
Luctantes ventos, tempestatésque sonoras
Imperio premit, ac vinclis, & carcere frænat.
Illi indignantes magno cum murmure montis
Circum claustra fremunt: celsâ sedet Æolus arce,
Sceptra tenens, mollítque animos, & temperat iras.
Ni faciat, maria, ac terras, cœlúmque profundum
Quippe ferant rapidi secum, verrántque per auras.
Sed pater omnipotens speluncis abdidit atris,
Hoc metuens: molémque, & montes insuper altos
Imposuit, Regémque dedit, qui fœdere certo
Et premere, & laxas sciret dare jussus habenas.
† Æole, námq; tibi Divûm pater, atq; hominum Rex
Et mulcere dedit fluctus, & tollere ventos.
71. * Incute vim ventis, submersásque obrue puppes.
85 † Hæc ubi dicta, cavum conversâ cuspide montem
Impulit in latus: at venti velut agmine facto
Quà data porta ruunt, & terras turbine perflant.
Incubuêre mari, totúmque à sedibus imis,
Unà Eurúsque, Notúsque ruunt, crebérque procellis
Africus, & vastos volvunt ad littora fluctus.
131 * Eurum ad se, Zephyrúmque vocat, dehinc talia fatur.
Tantáne vos generis tenuit fiducia vestri?
Iam cœlum, terrámque meo sine numine venti
Miscere, & tantas audetis tollere moles?
Quos ego: sed motos præstat componere fluctus.
Post mihi non simili pœnâ commissa luetis:
Maturate fugam, Regíque hæc dicite vestro: &c.
--illâ se jactet in aulâ
Æolus, & clauso ventorum carcere regnet.
103 † Talia jactanti stridens Aquilone procella.
139 * --tenet ille immania saxa,
Vestras, Eure, domos: illâ se jactet in aulâ
Æolus, & clauso ventorum carcere regnet.
443 † Quò primùm jactati undis, & turbine Pœni.
511 * Teucrorúmque alios, ater quos æquore turbo
Dispulerat, penitúsque alias advexerat oras.
5. Æn. 534 † Cùm subitò assurgens fluctu nimbosus Orion
In vada cæca tulit, penitúsque procacibus Austris.
574 * Atque utinam Rex ipse Noto compulsus eodem.

† --sæpè illos aspera Ponti | 2. Æn. 110
Interclusit hyems, & terruit Auster euntes.
* Undique collecti invadunt: acerrimus Ajax, | 414
Adversi rupto ceu quondam turbine venti
Confligunt Zephyrúsque, Notúsque, & lætus Eoïs
Eurus equis: stridunt sylvæ, sævítque tridenti
Spumeus, atque imo Nereus ciet æquora fundo.
† Inde ubi prima fides pelago, placatáque venti | 3. Æn. 69
Dant maria, & lenis crepitans vocat Auster in altum.
* Placemus ventos, & Gnosia regna petemus. | 115
† Prosequitur surgens à puppi ventus euntes. | 130
* Continuò venti volvunt mare, magnáque surgunt | 196
Æquora, dispersi jactamur gurgite vasto.
† Tendunt vela Noti: fugimus spumantibus undis, | 268
Quà cursum, ventúsque gubernatórque vocabat.
* Sed tibi qui cursum venti, quæ fata dedêre. | 337
† Vela vocant, tumidóque inflatur carbasus Austro. | 357
* Intereà classem velis aptare jubebat | 472
Anchises, fieret vento mora ne qua ferenti.
† verso tenuis cùm cardine ventus | 448
Impulit, & teneras turbavit janua frondes.
* --fando surgentes demoror Austros. | 481
† --Palinurus, & omnes | 513
Explorat ventos, atque auribus aëra captat.
* Sic fatus meritos aris mactavit honores | 118
Nigram hyemi pecudem, Zephyris felicibus albam.
† Dii maris, & terræ, tempestatúmque potentes, | 528
Ferte viam vento facilem, & spirate secundi,
Crebrescunt optatæ auræ, portúsque patescit.
* --ferunt sua flamina classem. | 5. Æn. 832
† Seu terram rapido pariter cum flamine portant. | 4 Æn. 241
* Intereà fessos ventus cùm Sole reliquit. | 3. Æn. 568
† Excutere, & ventis intendere vela secundis. | 683
* Ecce autem Boreas angusta à sede Pelori | 687
Missus adest: vivo prætervehor ostia saxo.
† Ac veluti annosam valido cùm robore quercum | 4. Æn. 441
Alpini Boreæ nunc hinc, nunc flatibus illinc
Eruere inter secertant: it stridor, & altè
Consternunt terram, concusso stipite frondes;
Ipsa hæret scopulis, & quantùm vertice ad auras. &c.
* Demens? nec Zephyros audis spirare secundos. | 562
† Mutati transversa fremunt, & vespere ab alto | 5. Æn. 19

Consurgunt venti, atque in nubem cogitur aër,
Nec nos obniti contrà, nec tēdere tantùm Sufficimus.-

5. Æn. 26 † --equidem sic poscere ventos
Iamdudum, & frustrà cerno te tendere contrà.

32 * Hæc tibi dicta, petunt portus, & vela secundi
Intendunt Zephyri, fertur cita gurgite classis.

790 † (Iuno.) --maria omnia cœlo
Miscuit, Æoliis nequicquam freta procellis.

763 * --placidi straverunt æquora venti,
Creber & aspirans rursùs vocat Auster in altum.

777 † Prosequitur surgens à puppi ventus euntes.

850 * Æneam credam quid enim fallacibus Austris?

6. Æn. 355 † Treis Notus hybernas immensa per æquora noctes
Vexit me violentus aquâ.--

362 * Nunc me fluctus habet, vexántque in littore venti.

7. Æn. 8 † Aspirant auræ in noctem.--

23 * Neptunus ventis implevit vela secundis,
Atque fugam dedit, & præter vada fervida vexit.

27 † Cùm venti posuêre, omnísque repentè resedit
Flatus, & in lento luctantur marmore tonsæ.

8. Æn. 707 * Ipsa videbatur ventis Regina vocatis
Vela dare, & laxos jam jámque immittere funes.

9. Æn. 91 † --neu turbine venti Vincantur naves.

10. Æn. 37 * Quid tempestatum Regem, ventósque furentes
Æolia excitos repetam?--

82 † Próque viro nebulam, & ventos obtendere inanes.

96 * Fremebāt Cœlicolæ assensu vario, ceu flamina prima
Cùm deprensa fremunt sylvis, & cæca volutant
Murmura, venturos nautis prodentia ventos.

665 † Cùm Turnum medio intereà fert æquore turbo.

652 * --nec ferre videt sua gaudia ventos.

6. Æn. 742 † --aliæ panduntur inanes Suspensæ ad ventos.--

3. Æn. 563 * Lævam cuncta cohors remis, ventísque petivit.

3. Ecl. 80 † Triste lupus stabulis.-- Arboribus venti.--

10. Æn. 69 * Hortati sumus, aut vitam committere ventis.

103 † Tum Zephyri posuêre, premit placida æquora pōtus.

355 * Nunc hi, nunc illi; certatur limine in ipso
Ausoniæ: magno discordes æthere venti
Prælia ceu tollunt, animis, & viribus æquis.
Non ipsi inter se, non nubila, non mare cedit:
Anceps pugna diu: stant obnixi omnia contra:
Haud aliter Trojanæ acies, aciésque Latinæ
Concurrunt, hæret pede pes, densúsque viro vir.

† --partem volucres dispersit in auras. 11. *Æn.* 795
* Non dedit, inque Notos vocem vertêre procellæ. 798
† Adventúmque pedum, flatúsque audivit equorum, 911
* Dixit, at illa leves cœli demissa per auras 595
Insonuit, nigro circumdata turbine corpus,
† Ac velut Edoni Boreæ cùm spiritus alto 12. *Æn.* 365
Insonat Ægæo, sequitúrque ad littora fluctus,
Quà venti incubuêre, fugam dant nubila cœlo.
Sic Turni quacunque viam secat, agmina cedunt,
Conversæque ruunt acies: fert impetus ipsum,
Et cristam adverso curru quatit aura volantem.
* Antè volant, sonitúmque ferunt ad littora venti. 455
† Quàm quibus in patriam ventosa per æquora vectis. 1. *Geor.* 206
* Quos simul à Trojâ ventosa per æquora vectos. 6. *Æn.* 335
† Aspice, ventosi ceciderunt murmuris auræ. 9. *Ecl.* 58
* --alii ventosis follibus auras Accipiunt, reddúntq;.- 8. *Æn.* 449
† Serpentem spiris, ventosásq; addidit alas, Megæræ.- 12. *Æn.* 848
* --an tibi Mavors Ventosâ in linguâ semper erit? -- 11. *Æn.* 389
† Iam nosces ventosa ferat cui gloria laudem. 708
* (*Venus de Iunone.*) --maria omnia cœlo 5. *Æn.* 790
Miscuit, Æoliis nequicquam freta procellis.

v. Tempestas.

VENUS, CYTHEREA, MATER Acidalia, Dionæa, Deus, Dea, Diva, Creatrix, Alma parens, Genitrix pulcherrima, Candida, Formosa, Idalia, Aurea, Ore roseo, Niveis lacertis: Paphia Myrtus: Paphos, Idalium, Cythera, &c.

At Venus Ascanio placidam per membra quietem 1. *Æn.* 695
Irrigat, & fotum gremio Dea tollit in altos
Idaliæ lucos.--
† -deflexit partim stringentia corpus Alma Venus.-- 10. *Æn.* 331
* Hinc Venus, hinc contrà spectat Saturnia Iuno. 760
† Oscula libavit natæ, dehinc talia fatur, 1. *Æn.* 261
Parce metu, Cytherea, manent immota tuorum
Fata tibi.--
* At Cytherea novas artes, nova pectore versat 661
Consilia. --
† Ecce Dionæi processit Cæsaris astrum: 9. *Ecl.* 47

2. Geor. 64 † --solido Paphiæ de robore myrtus.
4. Æn. 127 * Annuit, atque dolis risit Cytherea repertis.
2. Æn. 632 † Descendo, ac ducente Deo flammam inter, & hostes
Expedior, dant tela locum, flammæque recedunt.
12. Æn. 428 * Non hæc humanis opibus, non arte magistrâ
Proveniunt, neque te, Ænea, mea dextera servat.
Major agit Deus, atque opera ad majora remittit.
1. Æn. 410 † Et multo nebulæ circum Dea fudit amictu:
Ipsa Paphum sublimis abit, sedésque revisit
Læta suas, ubi templum illi, centúmque Sabæo
Thure calent aræ, sertísque recentibus halant.
723 * (Cupido.) --at memor ille
Matris Acidaliæ paulatim abolere Sichæû Incipit.--
3. Æn. 19 † Sacra Dioneæ matri, Divísque ferebam,
Auspicibus cœptorum operum.--
6. Æn. 664 * Hoc erat alma parens, quòd me per tela, per ignes,
Eripis.--
2. Æn. 196 † --túque ô, dubiis ne deface rebus, Alma parens --
4. Æn. 365 * Nec tibi Diva parens, generis nec Dardanus autor.
6. Æn. 367 † Aut tu, si qua via est, si quam tibi Diva creatrix
Ostendit.--
8. Æn. 534 * Hoc signum cecinit missuram Diva creatrix.
5. Æn. 799 † Tum Saturnius hæc domitor maris edidit alti,
Fas omne est Cytherea meis te fidere regnis,
Unde genus ducis.--
1. Æn. 329 * Sic Venus: at Veneris contrà sic filius orsus.
621 † Tune ille Æneas, quem Dardanio Anchisæ
Alma Venus Phrygii genuit Simoëntis ad undam?
7. Æn. 320 * Quin idem Veneri partus suus, & Paris alter.
2. Æn. 787 † Dardanis, & Divæ Veneris nurus.
7. Æn. 556 * Egregium Veneris genus, & Rex ipse Latinus.
12. Æn. 554 † Hîc mentem Æneæ genitrix pulcherrima misit.
1. Æn. 227 * Tristior, & lacrymis oculos suffusa nitentes.
314 † Virginis os, habitúmque gerens: & virginis arma.
401 * Dixit, & avertens roseâ cervice refulsit,
Ambrosiæque comæ divinum vertice odorem
Spiravêre, pedes vestis defluxit ad imos,
Et vera incessu patuit Dea.--
2. Æn. 589 † Cùm mihi se non antè oculis tam clara videndam
Obtulit, & purâ per noctem in luce refulsit
Alma parens, confessa Deam; qualísque videri
Cœlicolis, & quanta solet; dextrâque prehensum
Continuit, roseóque hæc insuper addidit ore:

Nate,

Nate, quis indomitas tantus dolor excitat iras?
† Hîc Venus indigno nati concussa dolore, 12.*Æn.* 411
Dictamnum genitrix Cretæâ carpit ab Idâ, &c.
Hoc Venus obscuro faciem circumdata nimbo
Detulit: hoc fuscum labris splendentibus amnem
Inficit, occultè medicans, spargítque salubreis, &c.
* At Venus ætherios inter Dea candida nimbos, 8.*Æn.*608
Dona ferens aderat, gnatúmque in valle reductâ
Talibus affata est dictis, séque obtulit ultrò:
En perfecta mei promissâ conjugis arte
Munera, ne mox aut Laurenteis, gnate, superbos.
† Ille Deæ donis, & tanto lætus honore 617
Expleri nequit, atque oculos per singula volvit, &c.
Terribilem cristis galeam, flammásq; vomentem. &c.
* Dixerat, & niveis hinc, atque hinc Diva lacertis, 387
Cunctantem amplexu molli fovet. —
† Sic fatus, velat maternâ tempora myrto. 72
* Accipiat, cingens maternâ tempora myrto. 1.*Geor.* 29
† Formosæ myrtus Veneri, sua laurea Phœbo. 7. *Ecl.* 61
* Tunc vicina astris Erycino in vertice sedes 5. *Æn.* 759
Fundatur Veneri Idaliæ, tumulóque Sacerdos,
Et lucus latè sacer additur Anchisæo.
† Est Amathus, est celsa mihi Paphos, atque Cythera, 10.*Æn.* 51
Idaliæque domus. --
* Hunc ego sopitum, somno super alta Cythera, 1. *Æn.* 684
Et super Idalium sacratâ sede recondam.
† Est Paphos, Idaliúmque tibi, sunt alta Cythera. 10. *Æn.* 89
* Iuppiter hæc paucis: at non Venus aurea contrà 16
Pauca refert. --
† Parta meæ Veneri sunt munera, námque notavi, &c. 3. *Ecl.* 68
* Et Venerem certis repetant armenta diebus. 2. *Geor.* 328
v. Luxuria.

VENVSTAS, &c.

RESTITIT Æneas, claráque in luce refulsit: 1. *Æn.* 588
Os, humerósq; Deo similis: námq; ipsa decoram
Cæsariem nato genitrix, luménque juventæ
Purpureum, & lætos oculis adflarat honores,
Quale manus addunt ebori decus, aut ubi flavo
Argentum, Pariúsque lapis circumdatur auro.
† Sunt mihi bis septem præstanti corpore Nymphæ, 71
Quarum, quæ formâ pulcherrima, Deïopeiam

Connubio jungam stabili, propriámque dicabo.

1. Æn. 285 * - quæ causa indigna serenos Fœdavit vultus? --

4. Æn. 150 † Æneas, tantum egregio decus enitet ore.

327 * --si quis mihi parvulus aulâ
Luderet Æneas, qui te tantùm ore referret.

558 † Omnia Mercurio similis, vocémque, colorémque,
Et crines flavos, & membra decora juventæ.

5. Æn. 295 * Euryalus formâ insignis, viridique juventâ.

569 † Extremus formâque ante omnes pulcher Iülus.

6. Æn. 861 * Egregium formâ juvenem, & fulgentibus armis,
Sed frons læta parum, & dejecto lumina vultu.

9. Æn. 581 † Stabat in egregiis Arcentis filius armis
Insignis facie. --

10. Æn. 132 * Ipse inter medios Veneris justissima cura
Dardanius caput, ecce puer detectus honestum:
Qualis gemma micat, fulvum quæ dividit aurum,
Aut collo decus, aut capiti, vel quale per artem
Inclusum buxo, aut Oriciâ terebintho
Lucet ebur: fusos cervix cui lactea crines
Accipit, & molli subnectit circulus auro.

11. Æn. 67 † Hîc juvenem agresti sublimem in stramine ponunt,
Qualem virgineo demessum pollice florem,
Seu mollis violæ, seu languentis hyacinthi:
Cui neque fulgor adhuc, necdum sua forma recessit,
Non jam mater alit tellus, virésque ministrat.

818 * Labitur exanguis, labuntur frigida letho
Lumina: purpureus quondam color ora reliquit.

12. Æn. 63 † Accepit vocem lacrymis Lavinia matris,
Flagrantes perfusa genas, cui plurimus ignem
Subjecit rubor, & calefacta per ora cucurrit:
Indum sanguineo veluti violaverit ostro
Si quis ebur, vel mista rubent ubi lilia multâ
Alba rosâ: tales virgo dabat ore colores.

v. Formosus, & Egregius.

VER, PURPUREUM, IMBRIFERUM, Serenum, Rubens, Assiduum, Sudum, Dulce, Novum, Udum, &c.

3. Ecl. 56 ET nunc omnis ager, nunc omnis parturit arbos
Nunc frondent sylvæ, nunc formosissimus annus.

In Culic. * Florida cùm tellus gemmantes picta per herbas
Vere notat dulci distincta coloribus arva.

† Quoſcunque novant vernantia tempora flores.	*In Ciri.*
* Omnia nunc rident. --	7. *Ecl.* 5
† Hîc ver purpureum: varios hîc flumina circum, Fundit humus flores. --	9. *Ecl.* 40
* Gallo cujus amor tantùm mihi creſcit in horas, Quantùm vere novo viridis ſe ſubjicit alnus.	10. *Ecl.* 73
† Vere novo, gelidus canis cùm montibus humor Liquitur, & Zephyro putris ſe gleba reſolvit.	1. *Geor.* 43
* Vere fabis ſatio, &c. Candidus auratis aperit cùm cornibus annum Taurus, & adverſo cedens Canis occidit aſtro.	215
† --vel cùm ruit imbriferum ver.	313
* Sacra refer Cereri, lætis operatus in herbis, Extremæ ſub caſum hyemis, jam vere ſereno; Tunc agni pingues, & tunc molliſſima vina: Tunc ſomni dulces, denſæque in montibus umbræ.	339
† Et veterem in limo ranæ cecinêre querelam.	1. *Geor.* 378
* Optima vinetis ſatio eſt cùm vere rubenti, Candida venit avis longis inviſa colubris.	2. *Geor.* 319
† Hîc ver aſſiduum, atque alienis menſibus æſtas.	148
* Ver adeò frondi nemorum, ver utile ſylvis, Vere tument terræ, & genitalia ſemina poſcunt, Avia tum reſonant avibus virgulta canoris, Parturit almus ager, Zephyríque tepentibus auris Laxant arva ſinus, ſuperat tener omnibus humor, &c.	323
† Nec metuit ſurgentes pampinus Auſtros, Sed trudit gemmas, & frondes explicat omnes.	332
* Vere magis, quia vere calor redit oſſibus. --	3. *Geor.* 272
† Vere madent udo terræ, ac pluvialibus Auſtris. Stagna colit, &c. ranîſque loquacibus explet.	429
* Ergo ubi ver nactæ ſudum, campóſque patentes.	4. *Geor.* 77
† Hoc geritur Zephyris primùm impellentibus undas, Antè novis rubeant quàm prata coloribus, antè Garrula quàm tignis nidum ſuſpendat hirundo.	305
* Primus vere roſam, atque Autumno carpere poma.	133

VERBA, & VOCES.

AVdieram. Numeros memini, ſi verba tenerem.	9. *Ecl.* 45
† Miſcuerúntque herbas, & non innoxia verba.	2. *Geor.* 129
* Flagrantéſque Dei vultus, ſimulatáque verba.	1. *Æn.* 710
† Et multum lacrymas verba inter ſingula fundit.	3. *Æn.* 348
* Has inter voces, media inter talia verba, Ecce viro,	12. *Æn.* 318

4. Æn. 460 † Hinc exaudiri voces, & verba vocantis,
650 * Incubuitque toro, dixitq; novissima verba. (*Dido.*)
6. Æn. 231 † Lustravitque viros, dixitque novissima verba.
7. Æn. 237 * Præferimus manibus vittas, ac verba precantum.
8. Æn. 155 † Accipio, agnoscóque libens, ut verba parentis
Et vocem Anchisæ magni, vultúmque recordor.
404 *--ea verba loquutus, Optatos dedit amplexus.
10. Æn. 639 † Divini assimulat capitis, dat inania verba.
11. Æn. 687 * Advênit qui vestra dies muliebribus armis
Verba redargueret. --
4. Æn. 4 † --hærent infixi pectore vultus Verbáque. --
12. Æn. 912 * Sufficiunt vires, ne vox, aut verba sequuntur.
3. Geo. 289 † Nec sum animi dubius verb s ea vincere magnum.
2. Æn. 372 * Inscius: atque ultrò verbis compellat amicis.
7. Æn. 330 † Quam Iuno his acuit verbis, ac talia fatur.
9. Æn. 634 * Trajicit. I, verbis virtutem illude superbis.
10. Æn. 64 † Iuno furore gravi. Quid me alta silentia cogis
Rumpere, & obductum verbis vulgare dolorem?
11. Æn. 107 * Prosequitur veniâ, & verbis hæc insuper addit.
380 † Primus ades, sed non replenda est curia verbis.
6. Æn. 547 * Tantum effatus, & in verbo vestigia torsit.
10. Æ. 547 † Dixerat ille aliquid, vímque affore verbo.
9. Æn. 179 * --tibi maxima rerum Verbotúmque fides. --
v. Loqui, in *Dicere*.

VERBERARE, DIVERBERARE, Everberare, Transverberare, Cædere, Tundere, Ferire, Petere, Percussus, Repercussus, &c.

1. Geor. 141 Atque alius latum fundâ jam verberat amnem.
3. Æn. 423 † Erigit alternos, & sydera verberat undâ.
5. Æn. 377 * Brachia protendens, & verberat ictibus auras.
10. Æn. 892 † --quadrupes & calcibus auras Verberat. --
9. Æn. 669 * Verberat imber humû, quàm multâ grandine nimbi.
11. Æn. 756 † Luctantem rostro, simul æthera verberat alis.
10. Æn. 207 * Centenâque arbore fluctum Verberat assurgens. --
5. Æn. 503 † Hyrtacidæ juvenis volucres diverberat auras.
9. Æn. 411 * Conjicit, hasta volans noctis diverberat umbras.
6. Æn. 294 † Irruat, & frustrà ferro diverberet umbras.
12. Æn. 866 * Fértque, refertq; sonans, clypeúmq; everberat alis:
10. Æn. 376 † Et jacit: illa volans clypei transverberat æra.
448 * Vibranti cuspis medium transverberat ictu.
11. Æ. 667 † Transversi longâ transverberat abiete pectus.
1. Geor. 309 * Stupea torquentem Balearis verbera fundæ.

†	—alarum verbera nosco Lethalémque sonum.—	12. *Æn.* 876
*	—prensíque negabunt Verbera lenta pati.- (*Equi.*)	3. *Geo.* 207
†	—tu verbera tectis, Funereasque inferre faces. —	7. *Æn.* 336
*	Verberáque insonuit.— (*Erinnys.*)	451
†	Ac neque eos jam fræna virûm, nec verbera sæva.	3. *Geor.* 252
*	Concussere jugis, proníque in verbera pendent.	5. *Æn.* 147
†	Lucagus ut pronus pendens in verbera telo.	10. *Æn.* 586
*	—illi instant verbere torto, Et proni dant lora.—	3. *Geo.* 106
†	Ceu quondam torto volitans sub verbere turbo.	7. *Æn.* 378
*	Epytides longè dedit, insonuítque flagello.	5. *Æn.* 579
†	Continuò sonteis ultrix accincta flagello.	6. *Æn.* 570
*	Tela, sed hæc lento mos est aptare flagello.	7. *Æn.* 731
†	Quam consanguineo sequitur Bellona flagello.	8. *Æn.* 703
*	Hùc ades: insani feriant sine littora fluctus.	9. *Ecl.* 43
†	Ima ferire pedis salientem sanguine venam.	3. *Geor.* 460
*	Occursare capro, cornu ferit ille, caveto.	9. *Ecl.* 25
†	Victor equus, qui pede terram Crebrà ferit.—	3. *Geor.* 499
*	—stridens Aquilone procella Velum adversa ferit.—	1. *Æn.* 102
†	Fœmineis ululant, ferit aurea sydera clamor.	2. *Æn.* 488
*	—ferit æthera clamor Nauticus.—	5. *Æn.* 141
†	Iungit opes, fœdúsque ferit.—	10. *Æn.* 154
*	Inde Lycam ferit, exectum jam matre peremptâ.	305
†	Advenit, & rigidâ Dryopem ferit eminus hastâ.	346
*	Certatim socii feriunt mare, & æquora verrunt.	3. *Æn.* 290
†	Submissi petimus terram.—	93
*	Et terram hostilem moriens petit ore cruento.	10. *Æn* 494
†	Iam cornu petat, & pedibus qui spargat arenam.	3. *Ecl.* 87
*	Nec percussa juvant fluctu tam littora, nec quæ.	5. *Ecl.* 83
†	Térque, quatérque manu pectus percussa decorum.	4. *Æn.* 589
*	Sylvia prima soror palmis percussa lacertos.	7. *Æn.* 503
†	Térque, quatérque manu pectus percussit honestū.	12. *Æn.* 155
*	Aureâ percussum virgâ, versúmque venenis.	7. *Æn.* 190
†	Sicut aquæ tremulum labris ubi lumen ahenis Sole repercussum, aut radiantis imagine lunæ.	8. *Æn.* 22
*	Cædit semianimis Rutulorum calcibus arva.	10 *Æn.* 404
†	—& calcibus atram Tundit humum expirans.—	730

v. Nocere.

VERSUS.

QVid tibi pastores Libyæ? quid pascua versu. — 3. *Geor.* 339

*Cur non Mopse (boni quoniã cõvenimus ambo — 5. *Ecl.* 1
Tu calamos inflare leves, ego dicere versus.

v. Carmen.

VERTEX, POLVS, AXIS.

1.Geor. 242 HIc vertex nobis semper sublimis: at illum
Sub pedibus Styx atra videt, Manésque profundi,
Maximus hîc flexu sinuoso elabitur anguis
Circum pérque duas in morem fluminis Arctos,
Arctos Oceani metuentes æquore tingi, &c.
1.Æn.225 †-sic vertice cœli Constitit, Iuppiter æthere summo.-
3.Geo. 351 * Quæque redit medium Rhodope porrecta sub axem.
2.Geor.270 † Vt quo quæque modo steterit, quâ parte calores
Austrinos tulerit, quæ terga obverterit axi.
3.Geor. 381 * Talis hyperboreo Septem subjecta trioni
Gens effrena virûm Riphæo tunditur Euro.
4.Geor. 517 † Solus hyperboreas glacies, Tanaïmque nivalem
Arváque Riphæis nunquam viduata pruinis.
1. Geor. 233 * Quinque tenent cœlum Zonæ, &c.
Quam circum extremæ dextrâ, lævâque trahuntur
Cœruleâ glacie concretæ, atque imbribus atris, &c.
1.Æn. 608 † --polus dum sydera pascet Semper honos, &c.
3.Æn. 585 *Nam neque erant astrorum ignes, nec lucidus æthrâ
Sydereâ polus, obscuro sed nubila cœlo
Et Lunam in nimbo nox intempesta tenebat.

v. Astrologia, & Cœlum.

VERV SABELLVM, ET COLVRNVM

7.Æn.665 ET tereti pugnant mucrone, verúque Sabello.
2.Geo. 167 † Hæc genus acre virûm Marsos, pubéq; Sabellã
Assuetúmque malo Ligurem, Volscósque verutos.
Sic Pharetratos, clypeatos, & pilatos dicit Virg.
396 * Pinguiáque in verubus torrebimus exta colurnis.
1. Æn. 212 † Pars in frustra secant, verubúsque trementia figunt.
5. Æn. 103 * Subjiciunt verubus prunas, & viscera torrent.

VERVM, VERVS, VERE, VERIVS, *Falsus, Fictus, &c.*

8. Æn. 331 TYbrim; amisit verum vetus Albula nomen.
12. Æn. 435 † Disce puer virtutem ex me, verúmq; laborem.
3.Æn. 310 * Veráne te facies, verus mihi nuncius affers.
6. Æn. 456 † -verus mihi nuncius ergo Venerat extinctam.-
11.Æn. 892 * Monstrat amor verus patriæ, ut vidêre Camillam.
3.Geor. 280 † Hinc verò Hippomanes, vero quod nomine dicũt.

* Si qua fides animum si veris implet Apollo. 3. Æn. 434
† Cornea quâ veris facilis datur exitus umbris. 6. Æn. 849
* —quando omnia verè 188
Heu nimium de te vates, Misene, locuta est.
† O verè Phrygiæ (neque enim Phryges) ite per alta. 9. Æn. 617
* --me verius unum Pro vobis fœdus luere.-- 12. Æn. 694
† Sæpè etiam effossis (si vera est fama) latebris. 4. Geor. 42
* Et vera incessu patuit Dea.-- (Venus.) 1. Æn. 405
† Salve vera Iovis proles, decus addite Divis. 8. Æn. 301
* Non datur? ac veras audire, & reddere voces. 1. Æn. 409
† Cuncta equidem tibi rex, fuerint quæcunq; fatebor 2. Æn. 77
Vera, inquit: neque me Argolicâ de gente negabo.
* --mihique hæc edissere vera roganti. 149
† — solem quis dicere falsum Audeat. 1. Geor. 463
* Prœtides implerunt falsis mugitibus agros. 6. Ecl. 453
† Quid natum falsis Ludis imaginibus? -- 1. Æn. 407
* Et magnum falsi implevit genitoris amorem. 716
† Hos juxta falso damnati crimine mortis. 6. Æn. 430
* Demisêre neci falsâ sub proditione Pelasgi. 2. Æn. 84
† Tam ficti, pravíque tenax, quàm nuntia veri. 4. Æn. 288
* --Spes pascis inanes. Quid si quod voce gravaris 10. Æn. 627
Mente dares? --
Nunc manet insontem gravis exitus: aut ego veri
Vana feror, quòd ut potiùs formidine falsâ
Ludar: & in meliùs tua, qui potes, orsa reflectas.
† Námque ut supremam falsa inter gaudia noctem. 9. Æn. 513

v. Mendax, & *Dolus*.

VESANVS, RATIONIS EGENS, *Inops*, & *Præceps animi*, &c.

IMpastus ceu plena leo per ovilia turbans 9. Æn. 340
(Suadet enim vesana fames) mandítq;, trahítque. & 10. Æ. 725
* - vesano talia latè Dicta volant Liger. -- 10. Æn. 584
† Sperne lucrum, versat mentes vesana libido. Epig. de lud.
* - non te rationis egentem 8. Æn. 299
Lernæus turbâ capitum circumstetit anguis.

Ve, minuit in Vesanus, & Vecors, q. insanus, & sine corde.

† Et præceps animi Tmarus, & Mavortius Hamon 9. Æn. 685
* Sævit inops animi; totámque incensa per urbem. 4. Æn. 300

v. Furor.

VESTIS, TUNICA, HABITUS, Tegmen, Amictus, Velamen, Sagulum, Carbasus, Ostrum, Purpura, Trabea, *Læna, Chlamys, Peplum, Palla,* Tiaras, *Mitra, Infula, Galerus, Pero, Tapes. Togatus, Indutus. Inducere, Induci, Vestire, Exuere.* Vestes *arte laboratæ, purpureæ, acu pictæ, recinctæ, perfusæ ostro, intertextæ, & illusæ auro, Aureæ, picturatæ, fulgentes murice, squallentes & rigentes auro. Iliadum labor, notæ, ignotæ, longæ, ad pedes imos defluentes, puræ* sacerdotum, *tenues, indutæ; madidæ, geminæ. Gentes variæ habitu vestis. Virgatæ, Aulæa, &c.*

3. Geor. 17 ILli victor ego, & Tyrio conspectus in ostro.
383 † Gens effræna virûm Riphæo tunditur Euro,
Et pecudum fulvis velantur corpora setis.
4. Geor. 340 * Ambæ auro, pictis incinctæ pellibus ambæ.
1. Æn. 274 † Inde lupæ fulvo nutricis tegmine lætus Romulus.
281 * Romanos rerum dominos, gentémque togatam.
314 † Virginis os, habitúmque gerens, & virginis arma,
Nuda genu, nodóque sinus collecta fluentes.
711 * Pallámque, & pictum croceo velamen acantho.
335 † Virginibus Tyriis mos est gestare pharetram,
Purpureóque altè suras vincire cothurno.
321 † Vidistis si quam hîc errantem fortè sororum
Succinctam pharetrâ, & maculosæ tegmine lyncis.
638 † Arte laboratæ vestes, ostróque superbo.
403 * Spiravêre, pedes vestis defluxit ad imos.
479 † Crinibus Iliades passis, peplúmque ferebant.
3. Æn. 594 * Ignoti nova forma viri, miserandáque cultu:
Consertum tegmen spinis.-- (*Achæmenidæ.*)
483 † Fert picturatas auri subtegmine vestes.
405 * Purpureo velare comas adopertus amictu.
4. Æn. 137 † Sidoniam picto chlamydem circundata limbo,
Aurea purpuream subnectit fibula vestem.
518 * Vnum exuta pedem vinclis, in veste recinctâ.
262 † Ensis erat, Tyrióque ardebat murice Læna,
Demissa ex humeris, dives quæ munera Dido
Fecerat, & tenui telas discreverat auro.
5. Æn. 37 * --occurrit Acestes
Horridus in jaculis, & pelle Libystidis Vrsæ.

* --armáque, & ostro Perfusæ vestes.--		5. Æn. 111
† Victori chlamydem auratam, quam plurima circú		250
Purpura Mæandro duplici Melibœa cucurrit,		
Intextúsque puer frondosâ regius Idâ, &c.		
* Ductores longè effulgent, ostróque decori.		313
† Cùm positis novus exuviis, nitidúsque juventâ.		3. Geor. 437
* Has olim exuvias, mihi perfidus ille reliquit,		8. Ecl. 91
Pignora chara sui. --		
† --exuviásque omnes, lectúmque jugalem.		4. Æ. 496
* Dat Niso Mnestheus pellem, horrentísque leonis		9. Æn. 306
Exuvias. --		
† Ferre jubet: pallam signis, auróque rigentem,		5. Æn. 647
Et circumtextum croceo velamen acantho, &c.		
* Purpureásque super vestes velamina nota,		6. Æn. 221
Conjiciunt, pars ingenti subiêre pheretro.		
† Ni gens crudelis madidâ cum veste gravatum,		359
Invasisset. --		
* Tisiphonéque sedens pallâ succincta cruentâ.		555
† Necnon Threïcius longâ cum veste sacerdos.		645
Ipse, Quirinali trabeâ, cinctúque Gabino Insignis.--		7. Æn. 612
* --sacérque tiaras, Iliadúmque labor, vestes.--		247
† --nec purpura regem Picta movet.--		251
* Nuncius ingentes ignotâ in veste reportat		167
Advenisse viros. --		
† Succinctus trabeâ, lævâque ancile gerebat.		188
* --& prospectat euntem,		814
† Purpurea intexti tollant aulæa Britanni.		3. Geor. 25
* Aulæis jam se regina superbis Composuit. --		1. Æn. 697
Attonitis inhians animis: ut regius ostro		
Velet honos læveis humeros, ut fibula crinem		
Auro internectat, Lyciam ut gerat ipsa pharetram,		
† Ipse pedes tegmen torquens immane leonis		
Terribili impexum setâ cum dentibus albis,		666
Indutus capiti: sic regia tecta subibat		
Horridus, Herculeóque humeros innexus amictu.		
* --fulvósque lupi de pelle galeros		688
Tegmen habet capiti, vestigia nuda sinistri		
Instituêre pedis, crudus tegit altera pero.		
* Dulces exuviæ dum fata, Deúsque sinebant.		4. Æn. 651
† Præcipuúmque toro, & villosi pelle leonis		8. Æn. 177
Accipit Æneam. solióque invitat acerno.		
* --& cinctus villosæ tegmine capræ,		In Morct.
† Sic fatus tergum Gætuli immane leonis.		5. Æn 351.

Dat Salio, villis onerosum, atque unguibus aureis.

8. Æn. 32 † Visus, eum tenuis glauco velabat amictu
Carbasus, & crines umbrosa tegebat arundo.

167 * Chlamydémque auro dedit intertextam.

457 † Consurgit senior tunicâque inducitur artus,
Et Tyrrhena pedum circundat vincula plantis,
Demissa ab lævâ Pantheræ terga retorquens.

552 * Ducunt exortem Æneæ, quem fulva leonis
Pellis obit totum, præfulgens unguibus aureis.

722 † --incedunt victæ longo ordine gentes,
Quàm variæ linguis, habitu tam vestis, & armis.

659 * Aurea cæsaries ollis, atque aurea vestis:
Virgatis lucent sagulis: tum lactea colla
Auro innectuntur. —

702 † Et scissâ gaudens vadit Discordia pallâ.

9. Æn. 26 * Dives equûm, dives pictaï vestis, & auri.

614 † Vobis picta croco, & fulgenti murice vestis,
Desidiæ cordi, juvat indulgere choreis:
Et tunicæ manicas, & habent ridimicula mitræ.

581 * Pictus acu chlamydem, & ferrugine clarus Iberâ.

10. Æn. 314 † Per tunicam squalentem auro, latus haurit apertum.

539 * Totus collucens veste, atque insignibus armis.

818 † Et tunicam, molli mater quam neverat auro.

2. Geo. 106 * Vt gemmâ bibat, & Sarrano dormiat ostro.

4. Æn. 134 † --ostróque insignis, & auro Stat sonipes. —

7. Æn. 277 * Instratos ostro alipedes, pictísque tapetis.

1. Geor. 207 † Pontus, & ostriferi fauces tentantur Abydi.

9. Æn. 358 * Armáque, craterásque simul, pulchrósque tapetas.

325 † Rhamnetem, qui fortè tapetibus altis Extructus. —

334 * Et sellam regni, trabeámque insignia nostri.

576 † Procrinali auro, pro longæ tegmine pallæ,
Tigridis exuviæ per dorsum à vertice pendent.

679 * Cui pellis latos humeros erepta juvenco
Pugnatori operit; caput ingens oris hiatus,
Et malæ texêre lupi, cum dentibus albis;
Agrestísque manus armat sparus. -- (*Orphiti.*)

10. Æn. 732 † Purpureum pennis, & pactæ conjugis ostro.

774 * Aureus ex humeris sonat arcus, & aurea vati
Cassida: tum croceam chlamydémq; sinúsq; crepantes
Carbaseos, fulvo in nodum collegerat auro,
Pictus acu tunicas, & barbara tegmina crurum.

1. Æn. 770 † --quem pellis ahenis
In plumam squammis, auro conserta tegebat.

Ipse peregrinâ ferrugine clarus, & ostro.

* Procedunt castris, purâque in veste sacerdos. 12. *Æn.* 169

† Harum unum ad medium, teritur quà sutilis alvo 273
Balteus, & laterum juncturas fibula mordet, &c.

* (*Iapis*) --ille retorto 400
Pæonium in morem sen'or succinctus amictu,
Multa manu medicâ Phœbíque potentibus herbis.

† Purpureos moritura manu discindit amictus. 602

* Cyniphii tondent hirci, setásque comantes, 3. *Geor.* 312
Vsum in castrorum, & miseris velamina nautis.

† Et pecudum sylvis velantur corpora feris. 383

* Et capita ante aras Phrygio velamur amictu. 3. *Æn.* 545

† --it scissâ veste Latinus, 12. *Æn.* 609
Conjugis attonitus fatis, urbísque ruinâ.

* Neu Troas fieri jubeas, Teucrósque vocari, 324
Aut vocem mutare viros, aut vertere vestes.

† Tantum effata, caput glauco contexit amictu. 885

* Servati ex undis ubi figere dona solebant 768
Laurenti Divo, & votas suspendere vestes.

† Nam quà se medio trudunt de cortice gemmæ, 2. *Geor.* 74
Et tenues rumpunt tunicas. --

* Nec varios inhiant pulchrâ testudine postes, 463
Illusásque auro vestes, Ephyreiáque æra,
Alba nec Assyrio fucatur lana veneno.

† Vadat, & Andromache quondã data munera, vestes *In Maph.*
Intextas auro ferat. -- 479

* Crinibus Iliades passis, peplúmque ferebant. 1. *Æn.* 480

† (*Æneas*) latos humeros, subjectáque colla 2. *Æn.* 721
Veste super, fulvíque insternor pelle leonis.

* Cum gemitu, atque atros siccabat veste cruores. 4. *Æn.* 687

† At ramum hunc (aperit ramum, qui veste latebat.) 6. *Æn.* 406

*-- pressive oculos, aut vulnera lavi Veste tegens.-- 9. *Æn.* 487

† Tum geminas vestes, ostróque, auróque rigentes 11. *Æn.* 72
Extulit Æneas: quas illi læta laborum
Ipsa suis quondam manibus Sidonia Dido
Fecerat, & tenui telas discreverat auro:
Harum unam juveni, supremum mœstus honorem
Induit, arsurásque comas obnubit amictu.

* Linea dum niveâ circundatur infula vittâ. 3. *Geo.* 487

† Labentem pietas, nec Apollinis infula texit. 2. *Æn.* 430

* Infula cui sacrâ redimibat tempora vittâ, 10. *Æn.* 538
Mæoniâ mentum mitrâ, crinémque madentem.

(*Frigore.*) --vestésque rigescunt Indutæ.-- 4. *Æn.* 216

2. Æn. 765 † Craterésque auro solidi, captiváq; vestis Cógeritur.
5. Æn. 685 * Tum pius Æneas humeris abscindere vestem.
2. Æn. 275 † Hectore, qui redit exuvias indutus Achillis.
5. Æn. 673 * Ascanius galeam ante pedes projecit inanem,
Quâ ludo indutus belli simulacra ciebat.
11. Æn. 487 † Iámque adeò Rutulum thoraca indutus ahenis
Horrebat squammis, suráſque incluſerat auro,
Tempora nudus adhuc. -- (*Turnus.*) [arma.
9. Æn. 180 * Euryalus, quo pulchrior alter Trojana non induit
365 † -- tum galeam, Cristiſque decoram Induit.--
10. Æn. 774 *--voveo prædonis corpore raptis Indutum spoliis.-
12. Æn. 947 †-túne hinc spoliis indute meorum Eripiare mihi?-
2. Æn. 392 *--clypeique insigne decorum Induitur,-- (*Æneas.*)
7. Æn. 640 † Loricam induitur, fidóque accingitur ense.
11. Æn. 439 * Factáque Vulcani manibus paria induat arma.

Inducere, & Vestire, Metaphoricè.

6 † Ingentem quercum, fulgentiáque induit arma.--
83 * Indutósque jubet truncos hostilibus armis Ferre.--
1. Geor. 187 † -- cùm se nux plurima sylvis induet in florem .--
4. Geor. 142 * Quótq; in flore novo pomis se fertilis arbos Induit,
7. Æn. 20 † Induerat Circe in vultus, ac terga ferarum.
1. Æn. 684 * Falle dolo, & notos pueri puer indue vultus.
7. Æn. 413 † Alecto torvam faciem, & furialia membra
Exuit, in vultus sese transformat aniles,
Frontem rugis arat, induit albos cum vittâ crines.--
2. Geor. 38 * Conserere, atque oleâ magnum vestire Taburnum.
2. Ecl. 39 † Diffusos ederâ vestit pallente corymbos.
2. Geor. 219 * Quæque suo viridi semper se gramine vestit.
6. Æn. 640 † Largior hîc campos æther & lumine vestit.
8. Æn. 160 * Tum mihi prima genas vestibat flore juventa,
10. Æn. 681 † An sese mucrone ob tantum dedecus amens
Induat, & crudum per costas exigat ensem.

Exuere, Exutus.

2. Geor. 51 * Exuerint sylvestrem animum, cultúque frequenti.
1. Æn. 690 † -- & alas Exuit, & gressu gaudens incedit Iüli.
5. Æn. 420 * Solve metus, & tu Trojanos exue cæstus:
Hæc fatus, duplicem ex humeris rejecit amictum,
Et magnos membrorum artus, magna ossa, lacertósq;
Exuit, atque ingens mediâ consistit arenâ.
8. Æn. 567 † Abstulit hæc animas dextra, & toridé exuit armis,
4. Æn. 518 * Vnum exuta pedem vinclis, in veste recinctâ.
2. Æn. 154 † Sustulit exutas vinclis ad sydera palmas.
146 * --manicas atq; arcta levari Vincla jubet Priamus.

Nudare, Nudus, Nudatus.

† Corporáque agresti nudat prædura palæstrâ.	2. *Geor.* 531
* Tergora diripiunt costis, & viscera nudant.	1. *Æn.* 211
† Et nunc terga fugæ nudant, & spicula vertunt.	5. *Æn.* 586
* Trajectáque pectora ferro Nudavit.— (*Sichæus.*)	1. *Æn.* 355
† Brontésq;, Steropésq;, & nudus membra Pyracmō.	8. *Æn.* 425
* Tempora nudus adhuc.— (*i. sine galea.*)	11. *Æn.* 449
† Nudus ara, sere nudus, hyems ignava colono.	1. *Geor.* 299
* Nudus, & ignotâ, Palinure, jacebis arenâ.	5. *Æn.* 871
† Nuda genu, nodóque sinus collecta fluentes.	1. *Æn.* 320
* Nudata, direptis crura cothurnis.	2. *Geor.* 7
† Exercent patrias oleo labente palæstras Nudati socii.	3. *Æn.* 281
* Nudato capite, atq; suos clamore vocabat. (*Æneas.*)	12. *Æn.* 312
† Nudatósq; humeros oleo perfusa nitescit. (*Iuvĕtus*)	5. *Æn.* 135
* Discissos nudis laniabant dentibus artus.	3. *Geor.* 514
† Ædibus in mediis nudóque sub ætheris axe.	2. *Æn.* 512
* —nudo cui vertice fulva Cæsaries, nudiq; humeri.—	11. *Æn.* 642
† Ense levis nudo, parmâque inglorius albâ.	9. *Æn.* 548
* Ense sequens nudo supereminet, ille securi.	12. *Æn.* 306
† —quamvis lapis omnia nudus.	1. *Ecl.* 48
* Continuò sontes ultrix accincta flagello Tisiphone quatit insultans, ternósque sinistrâ Intentans angues, vocat agmina sæva sororum.	570
† --nam maximu ultor, Alcides aderat.-- Tergemini nece Geryonis, spoliisque superbus.	8. Æn. 201
* Tu tamen intereà calido mihi sanguine pœnas Persolves amborum, inquit: simul ense recluso Ibat in Euryalum.--	9. Æn. 412
† . --Lausíq; dolorum Vltor eris mecum, Rhœbe.-	10. Æn. 363
* Si sine pace tuâ, atque invito numine Troës Italiam petiêre, luant peccata, neque illos Iuveris auxilio.-	31
† Nunc pereat, Teucrísque pio det sanguine pœnas.	617
* Debueram patriæ pœnas, odiísque meorum, Omnes per mortes animam sontem ipse dedissem.	853
† Hæc cape, & ultricem pharetrâ deprome sagittam;	11. Æn. 590
* Non tamen indecorem tua te regina relinquet Extremâ jam in morte, neque hoc sine nomine lethum Per gentes erit, aut famam patieris inultæ: Nam quicunque tuum violarit vulnere corpus, Morte luet meritâ.--	845
† Orodes expirans: Non me quicunque es inulto, Victor, nec longum lætabere: te quoque fata Prospectant paria, atque eadem mox arva tenebis.	10. Æn. 739
* Cur, inquit, diversus abis, hùc dirige gressum, Hùc periture veni, capias ut digna Camillæ Præmia: túne etiam telis moriere Dianæ?	11. Æn. 855
† --túne hinc spoliis indute meorum	12. Æn. 947

Eripiare mihi? Pallas te hoc vulnere, Pallas
Immolat, & pœnam scelerato ex sanguine sumit.

11. Æn. 358 † Ipsum obtestemur, veniámque oremus ab ipso.

10. Æn. 624 * Tolle fugâ Turnum, atq; instantibus eripe fatis.
Hactenus indulsisse vacat: sin altior istis
Sub precibus venia ulla latet, totúmq; moveri.

2. Geor. 347 † --exciperet cœli indulgentia terras.

8. Æn. 512 * Et generi fatum indulget, quem numina poscunt.

4. Æn. 50 † Tu modò posce Deos veniam, sacrísq; litatis
Indulge hospitio, causásque innecte morandi.

9. Æn. 165 * Indulgent vino, & vertunt crateras ahenos.

2. Æn. 776 † Quid tantùm insano juvat indúlgere labori?

9. Æn. 615 * Desidiæ cordi, juvat indulgere choreis.

4. Æn. 532 † Et bene apud memores veteris stat gratia facti?

7. Æn. 232 * Fama levis, tantíque abolescet gratia facti?

9. Æn. 298 † --nec partum gratia talem Parva manet.--

7. Æn. 401 * Si qua piis animis manet infelicis Amatæ
Gratia: si juris materni cura remordet.

1. Geor. 83 † Nec nulla intereà est inaratæ gratia terræ.

v. Pœnas dare, Parcere, & Venia.

VINUM, MERUM, MUSTUM, Bacchus, Iacchus: Latex, & Humor Lenæus, Lyæus, & Massicus: Laticum honor, Lætitia Dei, Nectar, Pocula. Vina Arvisia, mollissima, humida, currentia, firmissima, fusa, liquentia, Falerna, &c.

8. Æn. 274 Cingite fronde comas, & pocula porgite dextris,
Communémq; vocate Deū, & date vina volentes.

6. Ecl. 15 * Inflatum hesterno venas, ut semper, Iaccho.

3. Geor. 509 † Profuit inserto latices infundere cornu,
Lenæos: ea visa salus morientibus una.

4. Æn. 207 * Gens epulata toris, Lenæum libat honorem.

5. Ecl. 70 † Vina novum fundam calathis Arvisia nectar.

1. Geor. 131 * Et passim rivis currentia vina repressit.

340 † Tunc somni dulces, tunc & mollissima vina.

3. Geor. 374 * --cædúntque securibus humida vina.

1. Æn. 128 † Crateras magnos statuunt, & vina coronant.

4. Æn. 454 * Horrendum dictu, latices nigrescere sacros,
Fusáque in obscœnum se vertere vina cruorem.

5. Æn. 98 † Vináque fundebat pateris, animámque vocabat.

238 * Porriciam in fluctus, & vina liquentia fundam.

*Constituit frontique invergit vina Sacerdos.	6. Æn. 244
† -- & vina reponite mensis.	7. Æn. 134
* Tentatura pedes olim, vincturáque linguam.	2. Geor. 93
Purpureæ, Preciæque, & quo te carmine dicam	
Rhetica? nec cellis ideò contende Falernis:	
Sunt & Amineæ vites, firmissima vina:	
Tmolus, & assurgit quibus, & rex ipse Phanæus,	
Argitísque minor, cui non certaverit ulla,	
Aut tantum fluere, aut totidem durare per annos.	
Non ego te mensis, & Diis accepta secundis,	
Transierim Rhodía, & tumidis Bumaste racemis:	
Sed neque quàm multæ species, nec nomina quæ sint,	
Est numerus, neq; enim numero comprendere refert.	
† Aut dulcis musti Vulcano decoquit humorem.	1. Geor. 295
* Hûc pater ô Lenæe veni, nudatósque musto	2. Geor. 7
Tinge novo. --	
† Implevítque mero pateram. -- (*Dido.*)	1. Æn. 729
* Induit, implevítque mero. -- (*Anchises.*)	3. Æn. 526
† Eructans frustra cruento Commista mero. --	632
* Expectare dapes, & plenæ pocula mensæ.	11. Æn. 738
† Cui pater intactam dederat, primísq; jugârat	1. Æn. 345
Ominibus. --	
* Sed gravidæ fruges, & Bacchi Massicus humor.	2. Geor. 243
† Implentur veteris Bacchi, pinguísque ferinæ.	1. Æn. 214
* Vina bonus, quæ deinde cadis onerârat Acestes.	194
† Dido ad littora mitti Munera, lætitiámq; Dei. --	635
* Regales inter mensas, laticémque Lyæum.	690
† Dixit, & in mensâ laticum libavit honorem, &c.	135
* Invadunt urbem somno, vinóque sepultam.	2. Æn. 265
† Relliquias vino, & bibulam lavêre favillam.	6. Æn. 227
* Dona laboratæ Cereris, Bacchúmque ministrant.	8. Æn. 181

v. Bacchus, Bibere, & Ebrietas.

VIR, VIRILIS, VIRAGO.
Semivir, Masculus, &c.

Hic vir, hic est, tibi quem promitti sæpiùs audis.	6. Æn. 791
† Vir Trojane: miserere precantis. (*i. Ænea.*)	10. Æn. 598
* Concurrunt, hæret pede pes, densúsque viro vir.	361
† Implicuêre inter se acies, legítque virum vir.	11. Æn. 632
* Hinc ubi jam firmata virûm te fecerit ætas.	4. Ecl. 37
† Defuit, & comites, natúmq;, virúmque fefellit.	2. Æn. 744
* Vlta virum, pœnas inimico à fratre recepi.	4. Æn. 656

7. Ecl. 7 † Vir gregis ipse caper deerraverat. --
3. Æn. 102 * Tum genitor veterum volvens monimenta virorum.
9. Æn. 311 † Ante annos animúmque gerens, curámque virilem.
3. Æn. 342 * Et quid in antiquam virtutem animósque viriles,
Et pater Æneas, & avunculus excitat Hector.
7. Æn. 50 † Filius huic, fato Divûm, proléſque virilis.
12. Æn. 468 * Hoc concussa metu mentem Iuturna virago.
99 † Semiviri Phrygis, & fœdare in pulvere crines
Vibratos calido ferro, myrrhâque madentes.
4. Æn. 215 * Et nunc ille Paris cum semiviro comitatu
Mæoniâ mentum mitrâ, crinémque madentem.
8. Ecl. 65 † Verbenas adole pingues, & mascula thura.

VIRES, ANIMVS, ET ANIMI, Potestas, Virtus, Vigor, Violentia, Robur, Conatus, Nisus, Luctamen, Vividus: Vires, *validæ, indomitæ, infractæ, summæ, solidæ, superbæ, secundæ, receptæ, novæ:* Exiguæ, *fractæ, effætæ, æquæ, pares, impares, &c. Vires addere, sufficere, firmare, exercere, revocare, promere, &c.*

3. Geor. 236 POst ubi collectum robur, viréſque receptæ,
Signa movet præcépsq; oblitum fertur in hostem.
227 * Ingentes tollant animos. --
209 † Sed non ulla magis vires industria firmat
Quàm Venerem, & cæci stimulos avertere amoris.
236 * Ergò omni curâ vires exercet, & inter
Dura jacet pernox instrato saxa cubili.
4. Geor. 240 † Contusósque animos, & res miserabere fractas.
248 * Quò magis exhaustæ fuerint, hoc acriùs omnes
Incumbent generis lapsi sarcire ruinas.
418 † Atque habilis membris vênit vigor. --
1. Æn. 201 * .. revocate animos, mœstúmque timorem Mittite, --
206 † Durate, & vosmet rebus servate secundis.
113 * Tum victu revocant vires: fusíq; per herbam
Implentur veteris Bacchi. --
8:5 † Non ea vis animo, nec tanta superbia victis.
578 * His animum arrecti dictis. --
663 † Nate meæ vires, mea magna potentia solus.
2. Æn. 507 * Sic fatus, validis ingentem viribus hastam, &c.
170 † Spes Danaûm, fractæ vires, aversa Deæ mens.
451 * Instaurati animi Regis succurrere tectis,

Auxilióque levare viros, vímque addere victis.
* Sic animis juvenum furor additus, inde lupi ceu. 2. *Æn.* 355
† Ipse pater Danais animos, virésque secundas 617
Sufficit: ipse Deos in Dardana suscitat arma.
* Vos agitate fugam, vos ò, quibus integer ævi 638
Sanguis, ait, solidæque suo stant robore vires.
† Instat vi patriâ Pyrrhus, nec claustra, nec ipsi 491
Custodes sufferre valent. --
* Dat juveni, atque animum præsenti pignore firmat. 3. *Æn.* 611
† Mobilitate viget, virésque acquirit eundo. (*Fama.*) 4. *Æn.* 175
* Qu.q; pedum cursu valet, & qui viribus audax. 5. *Æn.* 67
† (*Æneas suis.*) -- nunc illas promite vires, 191
Nunc animos, quibus in Getulis Syrtibus usi.
* -- olli certamine summo 197
Procumbunt, vastis tremit ictibus ærea puppis, &c.
† At lætus Mnestheus, successúque acrior ipso. 210
* Quem petit, & summis adnixus viribus urget. 226
† Nunc si cui virtus, animúsque in pectore præsens 363
Adsit, & evinctis attollat brachia palmis.
Nec mora continuò vastis cùm viribus effert
Ora dares, magnóque virûm se murmure tollit.
* Sive inde occultas vires, & pabula terræ. 1. *Geor.* 86
† Pòst ubi collectum robur, virésque receptæ. 3. *Geor.* 2.5
* Solus qui Paridem solitus contendere contra, 5. *Æn.* 368
Perculit, & fulvâ moribundum extendit arenâ.
Talia prima Dares caput altum in prælia tollit,
Ostendítq; humeros latos, alternáque jactat
Brachia protendens, & verberat ictibus auras:
Quæritur huic alius, nec quisquam ex agmine tanto
Audet adire virum. --
† -- sed enim gelidus tardante senectâ 395
Sanguis hebet, frig ntque effœtæ in corpore vires.
* -- his ego suetus Dum melior vires sanguis dabat. - 414
† Acrior ad pugnam redit; ac vim suscitat ira, 454
Tum pudor incendit vires, & conscia virtus.
* Hæc fatus, duplicem ex humeris rejecit amictum, 421
Et magnos membrorum artus, magna ossa, lacertósq;
Exuit, atque ingens mediâ consistit arenâ.
† -- ille ictum venientem à vertice velox, 444
Prævidit, celeríque elapsus corpore cessit.
Entellus vires in ventum effudit. --
* Non vires alias, conversáque numina sentis? 456
Cede Deo. --

5. Æn. 474 † -- cognoscite Teucri,
Et mihi quæ fuerint juvenili in corpore vires.
500 * Tum validis flexos incurvant viribus arcus.
680 † Sed non idcircò flammæ, atque incendia vires
Indomitas posuëre. --
684 * Nec vires heroum, infusáq; flumina prosunt.
6. Æn. 95 † Tu ne cede malis, sed contrà audentior ito.
260 * Nunc animis opus, Ænea, nunc pectore firmo.
394 † Diis quanquam geniti, atque invicti viribus essent.
551 * Porta adversa ingens, solidóque adamante columnæ,
Vis ut nulla virûm, non ipsi excindere ferro
Cœlicolæ valeant, stat ferrea turris ad auras.
771 † Qui juvenes, quantas ostentent, aspice, vires.
833 * Neu patriæ validas in viscera vertite vires.
7. Æn. 300 † Ausa sequi, & profugis toto me opponere ponto!
Absumptæ in Teucros vires, cœlíque, maríſque.
297 * -- at credo mea numina tandem Fessa jacent.--
5. Æn. 437 † Stat gravis Entellus, nisúque immotus eodem.
11. Æn. 852 * Hîc Dea se primùm rapido pulcherrima nisu Sistit.-
5. Æn. 809 † Congressum Æneam nec Diis, nec viribus æquis.
12. Æn. 218 * Tum magis ut propiùs cernunt non viribus æquis.
10. Æn. 458 † -- si qua fors adjuvet ausum Viribus imparibus. --
357 * Prælia ceu tollunt animis, & viribus æquis.
474 † At Pallas magnis emittit viribus hastam.
7. Æn. 320 * -- quid si mea numina non sunt
Magna satis, dubitem haud equidem implorare quod usquam est?
Flectere si nequeo Superos, Acheronta movebo.
591 † Verùm ubi nulla datur cæcum exuperare potestas.
8. Æn. 403 * -- absiste precando Viribus indubitare tuis. --
441 † Arma acri facienda viro, nunc viribus usus,
Nunc manibus rapidis, omni nunc arte magistrâ.
451 * Illi inter sese multâ vi brachia tollunt
In numerum, versántque tenaci forcipe massam.
472 † Nobis ad belli auxilium pro nomine tanto
Exiguæ vires: hinc Tusco claudimur amni,
Sed tibi ego ingentes populos, opulentáque regnis
Iungere castra paro, quam fors inopina salutem
Ostentat. --
509 * Invidet imperium, seræque ad fortia vires.
9. Æn. 96 † -- certúsque incerta pericula lustret
Æneas? cui tanta Deo permissa potestas?
499 * It gemitus, torpent infractæ ad prælia vires.

† --- simul arripit ipsam 9. Æn. 561
Pendentem, & magnâ muri cum parte revellit,
Qualis ubi aut leporem, aut candenti corpore cygnum
Sustulit alta petens pedibus Iovis armiger uncis,
Quæsitum aut matri multis balatibus agnum
Martius à stabulis rapuit lupus. --
* -- nec tarda senectus 610
Debilitat vires animi, mutátque vigorem.
† -- Iuno vires, animúmque ministrat. 764
* -- Teucri clamore sequuntur, 636
Lætitiâque fremunt, animósque ad sydera tollunt.
† Hic Mars armipotens animum, virésque Latinis 717
Addidit, & stimulos acreis sub pectore vertit.
* Incipe, si qua animo virtus, consere dextram. 741
† Et glomerare manum; ceu sævum turba leonem 792
Cùm telis premit infensis, at territus ille
Asper acerba tuens retrò redit, & neque terga
Ira dare, aut virtus patitur, nec tendere contrà:
Haud aliter retrò dubius vestigia Turnus
Improperata refert. --
* -- turrim, summis quam viribus omnes 530
Expugnare Itali, summâque evertere opum vi
Certabant: Troës contrà defendere saxis.
† Igneus est ollis vigor, & cælestis origo. 6. Æn. 730
* Nec contrà vires audet Saturnia Iuno Sufficere. -- 9. Æn. 802
† Viderit irrumpentem, ultróque incluserit urbi, 729
Immanem veluti pecora inter inertia tigrim.
* Talibus accensi firmantur, & agmine denso 788
Consistunt. --
† Agmina concurrunt ducibúsque, & viribus æquis. 10. Æn. 431
* -- si quà fors adjuvet ausum, Viribus imparibus. -- 458
† -- magno discordes æthere venti 356
Prælia ceu tollunt, animis, & viribus æquis,
Non ipsi inter se, non nubila, non mare cedit.
Anceps pugna diu, stant obnixi omnia contra:
Haud aliter Trojanæ acies, aciésque Latinæ
Concurrunt, hæret pede pes, densúsque viro vir.
* Messapus cædit, & prædurum viribus Orsen. 748
† -- majoráque viribus audes? 811
* -- aut aperit si nulla viam vis. 864
† -- ubi nunc Mezentius acer? & illa 897
Effera vis animi? -
* -- & quanquam vis alto vulnere tardat. 857

11.Æn.148 † At non Evandrum potis est vis ulla tenere.
354 * -- nec te ullius violentia vincat.
† -- si tantum pectore robur Concipis.--
368 * Aude, atque adversum fidens fer pectus in hostem:
Talibus exarsit dictis violentia Turni.
400 † -- proinde omnia magno
Ne cessa turbare metu, atque extollere vires.
539 * Pulsus ob invidiam regno, virésque superbas.
744 † Et gremium ante suum multâ vi concitus aufert.
750 * Sustinet à jugulo dextram, & vim viribus exit.
424 † -- atque novæ rediêre in pristina vires.
226 * -- nunc nunc
Fluctuat ira intùs, rumpuntur nescia vinci
Pectora, nunc totis in vulnera viribus itur.
12.Æn.552 † Pro se quisque viri summâ nituntur opum vi.
910 * -- in mediis conatibus ægri Succidimus.--
2.Æn.792 † Ter conatus ibi collo dare brachia circum.
1.Geor.281 * Ter sunt conati imponere Pelio Ossam.
9.Æn.393 † oppressum rapit, & conantem plurima frustrà.

v. Luctari, Possum Potentia; Exhortari, Fortis, & Virtus.

VIRGA, VIRGATUS, VIRGEUS, Virgultum, Vimen, Vimineus, Iuncus, Hibiscus, Fiscina, Fiscella, Crates, Alvearia, Canistrum, &c

1.Geor.266 NUnc facilis rubeâ texatur fiscina virgâ.
2.Geor.117 * -- solis est thurea virga Sabæis.
358 † Tum læves calamos, & rasæ hastilia virgæ.
6.Æn.144 * Aureus, & simili frondescit virga metallo.
408 † -- ille admirans venerabile donum Fatalis virgæ --
4.Æn.242 * Tum virgam capit, hac animas ille evocat Orco, &c.
8.Æn.660 † Virgatis lucent sagulis, atque aurea vestis.
1.Geor.165 * Virgea prætereà Celei, vilísque supellex
3.Geor.320 † -- victúmque feres, & virgea lætus Pabula. --
7.Æn.461 * Ira super: magno veluti cùm flamma sonore
Virgea suggeritur costis undantis aheni.
2.Geor.328 † Avia tum resonant avibus virgulta canoris.
4.Geor.123 * Narcissum, aut flexi tacuissem vimen acanthi.
3.Æn.31 † Rursus & alterius lentum convellere vimen.
2.Geor.242 * --tu spisso vimine qualos, Coláque prælorum diripe.-
3.Geor.166 † At primum laxos tenui de vimine circlos Subnecte.-
4.Geor.280 * Pabuláq; in foribus plenis appone canistris.

† Seu lento fuerint alvearia vimine texta. 4.*Geor.* 34
* Haud segnes alii crates, & molle feretrum 11.*Æn.* 64
Arbuteis texunt virgis, & vimine querno.
† Scilicet & grandes ibunt per vimina guttæ. 2 *Geor.* 245
* Exiguum colito, necnon etiam aspera rusci 413
Vimina per sylvam, & ripis fluvialis arundo.
† Quin tu aliquid saltem potiùs, quorum indiget usus 2.*Ecl.* 71
Viminibus, mollíque paras detexere junco.
* Viminibus salices fœcundæ, frondibus ulmi. 2.*Geor.* 446
† Vimineásque trahit crates, juvat arva. 1. *Geor.* 95
* Dum sedet, & gracili fiscellam texit hibisco. 10. *Ecl.* 71
† Limosóque palus obducat pascua junco. 1. *Ecl.* 49

VIRGINITAS, VIRGO, VIRGIneus, Castus, Purus: Intacta, Innupta: Pudor, Pudicitia, &c. Virgo *Diana*, *Minerva*, *Iustitia*, *Camilla*, *Cydippe*, *Penthesilea*, *Cassandra*, *Sibylla*, *&c.* *Intemerata.*

Penthesilea furens, mediis in millibus ardet 1. *Æn.* 490
Bellatrix, audétq; viris concurrere virgo.
* Ecce trahebatur passis Priameïa virgo 2. *Æn.* 403
Crinibus à templo, Cassandra, adytísque Minervæ.
† Quæ scelerum facies? ô virgo, effare. -- 6. *Æn.* 560
* Intereà pendent dulces circùm oscula nati, 2.*Geor.* 527
Casta pudicitiam servat domus. --
† Hac casti maneant in relligione nepotes. 3. *Æn.* 409
* Quíque Sacerdotes casti, dum vita manebat. 6. *Æn.* 661
† Nulli fas casto sceleratum insistere limen. 563
* Noctem addens operi, famulásque ad lumina longo 8. *Æn.* 411
Exercet penso, castum ut servare cubile
Conjugis, & possit parvos educere natos.
† Vel pater omnipotens adigat me fulmine ad umbras 4. *Æn.* 25
Antè pudor, quàm te violem, aut tua jura resolvam.
* Spémque dedit dubiæ menti, solvitque pudorem. 55
† -- te propter eundem Extinctus pudor. -- 321
* -- solâ contenta Dianâ 11. *Æn.* 582
Æternum telorum, & virginitatis amorem
Intemerata colit. --
† Non licuit thalami expertem sine crimine vitam 4. *Æn.* 550
Degere. -- (*Dido.*)
* Quíque ob adulterium cæsi, pœnam expectant. 6. *Æn.* 612
† Hic thalamum invasit natæ, vetitósq; hymenæos: 623

Ausi omnes immane nefas, ausóque potiti.
6. Æn. 26 * Minotaurus inest, Veneris monimenta nefandæ.
4. Geo. 197 † Illum adeò placuisse apibus mirabere morem,
Quòd nec concubitu indulgent, nec corpora segnes
In Venerem solvunt, aut fœtus nixibus edunt.
6. Ecl. 49 *-- turpes pecudū tamen ulla sequuta est Cōcubitus.
12. Æn. 139 † Diva Deam, stagnis quæ, fluminibúsq; sonoris
Præsidet (hunc illi Rex ætheris altus honorem
Iuppiter ereptâ pro virginitate sacravit.)
878 *- hæc pro virginitate reponit? Quò vitā dedit æternā?
4. Æn. 511 † Tergeminámq; Hecaten, tria virginis ora Dianæ.
2. Æn. 116 * Sanguine placastis ventos, & virgine cæsâ.
4. Ecl. 7 † Iam redit & Virgo; redeunt Saturnia regna.
2. Æn. 403 * Ecce trahebatur passis Priameïa virgo
Crinibus à templo Cassandra, adytísque Minervæ.
3. Æn. 445 † Quæcunque in foliis descripsit carmina virgo,
Digerit in numerum. (*Sibylla Cumæa.*)
3. Æn. 426 * Pulchra hominis facies, & pulchro pectore virgo
Pube tenùs.-- (*Scylla.*)
7. Æn. 362 † Perfidus alta petens, abductâ virgine prædo.
9. Æn 120 * Ima petunt: hinc virgineæ (mirabile monstrum)
Reddunt se totidem facies, pontóque feruntur,
Quot priùs æratæ steterant ad littora puppes.
3. Æn. 216 † Virginei volucrum vultus, fœdissima ventris.
1. Geor. 430 * At si virgineum suffuderit ore ruborem.
11. Æn. 804 †-- virgineúmq; altè bibit acta cruorem. (*Camilla.*)
68 * Qualem virgineo demessum pollice florem,
4. Geor. 339 † Cydippéque, & flava Lycorias, altera virgo,
Altera tum primos Lucinæ experta labores.
4. Æn. 54 * His dictis incensum animum inflammavit amore,
Spémque dedit dubiæ menti, solvítque pudorem.
4. Geor. 476 † Magnanimûm heroum, pueri, innuptæq; puellæ.
2. Æn. 31 * Pars stupet innuptæ donum exitiale Minervæ.
238 † Fœta armis: circum pueri, innuptæq; puellæ:
12. Æn. 24 * Sunt aliæ innuptæ Latio, & Laurentibus agris,
Nec genus indecores.--
169 † Procedunt castris: puráq; in veste Sacerdos, &c.
v. Luxuria.

VIRIDIS, VIRENS, VIRIDANS, Viridissimus, Virere, Virescere, Revirescere, Viretum, &c.

7. Ecl. 46 Et quæ vos rarâ viridis tegit arbutus umbrâ.
1. Ecl. 76 * Non ego vos posthac viridi projectus in antro,

† Hic viridis tenerâ prætexit arundine ripas.	7. Ecl.
* At liquidi fontes, & ſtagna virentia muſco.	4. Æn. 18
† At pater Anchiſes penitùs convalle virenti.	6. Æn. 679
* Subjiciunt fragmenta, thymum, caſiáſque virentes.	4. Geor. 304
† Sic fatus, cingit viridanti tempora lauro.	5. Æn. 539
* Proximus ut viridante toro conſederat herbæ,	388
† Deflueret, ripâque æſtus viridante levaret.	7. Æn. 495
* Flumina muſcus ubi, & viridiſſima gramine ripà.	3. Geor. 144
† Fronde virere novâ, quod non ſua ſeminat arbos.	6. Æn. 206
* Phyllidis adventu noſtræ nemus omne virebit.	7. Ecl. 59
† -- his genus omne Sylvarum, fruticúmque viret --	2. Geor. 20
* Poſſunt, atq; imâ ſimiles reviréſcere terrâ. (*Arbores.*)	323
† Devenére locos lætos, & amœna vireta.	3. Æn. 638

Viridis, metaphoricè.

* Euryalus formâ inſignis, viridíque juventâ.	5. Æn. 295
† Iam ſenior, ſed cruda Deo, viridíſque ſenectus,	6. Æn. 304

VIRTUS ANTIQUA, ARDENS, Avita, Paterna, Conſcia, Itala, Ferox, Nova, Solita, Vivida, &c. Virtutem accendere, Diſcere, Extendere, Illudere, &c. Virtute præſtans, Virtutis egens, &c.

QVondam etiam victis redit in præcordia virtus.	2. Æn. 367
† -- dolus, an virtus, quis in hoſte requirat?	390
* Pacatúmque reget patriis virtutibus orbem.	4. Ecl. 17
† Quis genus Æneadum, quis Trojæ neſciat urbem? Virtutéſque, viróſque, & tanti incendia belli?	1. Æn. 565
* --ſunt hic etiam ſua præmia laudi.	460
† Ecquid in antiquam virtutem, animóſq; viriles, Et pater Æneas, & avunculus excitat Hector.	3. Æn. 341
* Multa viri virtus animo, multúſque recurſat Gentis honos. --	4. Æn. 3
† At qui deinde locum tenuit virtute ſecundum.	5. Æn. 258
* Nunc ſi cui virtus animúſque in pectore præſens.	363
† Tum pudor incendit vires, & conſcia virtus.	455
* Exigui numero, ſed bello vivida virtus.	754
† -- pauci, quos æquus amavit Iuppiter, aut ardens evexit ad æthera virtus.	6. Æn. 129
* Et dubitamus adhuc virtutem extendere factis?	806

8. Æn. 547 † Quorum de numero, qui sese in bella sequantur;
Præstantes virtute legit. --

9. Æn. 76 * Incipe, si qua animo virtus, & consere dextram.
794 † Asper, acerba tuens retrò redit: & neque terga
Ira dare, aut virtus patitur: nec tendere contra.
641 * Macte novâ virtute puer, sic itur ad astra.
634 † I, verbis virtutem illude superbis.

10. Æn. 368 * Nunc prece, nunc dictis virtutem accendit amaris.
410 † Non aliter sociûm virtus coït omnis in unum.
468 * -- sed famam extendere factis, Hoc virtutis opus. --
752 † Quem tamen haud expers Valerus virtutis avitæ
Dejicit, Atronium Salius, Saliúmque Nealces.

11. Æn. 27 * -- quem non virtutis egentem Abstulit atra dies. --
312 † Nec quemquam incuso: potuit quæ plurima virtus
Esse, fuit: toto certatum est corpore regni.
386 * -- possit quid vivida virtus Experiare licet. --
368 † Aut si fama movet, si tantũ pectore robur Cõcipis. --
Aude, atque adversum fidens fer pectus in hostem.
377 * Si patrii quid Martis habes, illum aspice contrà.
415 † Quanquam ô, si solitæ quicquam virtutis adesset.
440 * Turnus ego haud ulli veterum virtute secundus,
Devoveo vobis animam hanc. --

12. Æn. 19 † O præstans animi juvenis, quantùm ipse feroci
Virtute exuperas, tanto me impensiùs æquum est
Consulere. - (*Latinus Rex Turno.*)
435 * Disce puer virtutem ex me, verùmq; laborem,
Tu facito mox, cùm matura adoleverit ætas,
Sis memor, & te animo repetentem exempla tuorum:

12. Æn. 714 † Congeminant, Fors, & Virtus miscentur in unum.
913 * Sic Turno, quacunque viam virtute petivit.
827 † Sit Romana potens Itala virtute propago.
7. 225 * Cui genus à proavis ingens, clarúmque paternæ
Nomen erat virtutis, & ipse acerrimus armis.

v. Fortis, Miles, & Vires.

VIRVS, MALVM, ET LENTVM, Aspergere, Virosus, &c.

1. Geor. 129 ILle malum virus serpentibus addidit atris.
3. Geor. 281 * Pastores, lentum distillat ab inguine virus.
419 † Pestis acerba boum, pecoríque aspergere virus.
1. Geor. 58 * -- mittit virosáque Pontus Castorea, --

v. Venenum.

VISERE, VISUS, VISA, Revisere, Invisere, &c.

HÆc alternanti potior sententia visa est. 4. *Æn.* 287
† Quà visa est fortuna pati. -- 12 *Æn.* 147
* -- simulacra modis pallentia miris, 1. *Geor.* 477
Visa sub obscurum noctis, pecudésque loquutæ.
† Vix ea fatus eram, tremere omnia visa repentè. 3. *Æn.* 90
* Hinc exaudiri voces, & verba vocantis Visa viri. -- 4. *Æn.* 460
† Cum sonitu venit, & ruere omnia visa repentè. 8. *Æn.* 525
* -- visæque canes, ululare per umbram. 6. *Æn.* 257
† -- Penates -- visi ante oculos astare jacentis. 3. *Æn.* 150
* Ilium & omne mihi visum considere in ignes. 2. *Æn.* 6 4
† Donum virgæ longo post tempore visum. 6. *Æn.* 409
* Haud temerè est visum. -- 9. *Æn.* 375
† Quippe ita Neptuno visum est. -- 4. *Geor.* 394
* Diis aliter visum, pereunt Hipanísque, Dymásque. 2. *Æn.* 428
† Postquàm res Asiæ, Priamíque evertere gentem 3. *Æn.* 1
Immeritam, visum Superis. --
* Æstuat, & visenda modis animalia miris. 4. *Geor.* 309
† Vndique visendi studio Trojana Iuventus 2. *Æn.* 63
Circumfusa ruit, certántque illudere capto.
* Nam memini Hesiones visentem regna sororis. 8 *Æn.* 157
† Si visurus eum vivo, & venturus in unum. 5 6
* Nascitur, & casus abies visura marinos. 2. *Geor.* 68
† -- complerant littora cœtu Visuri Æneadas. 5. *Æn.* 107
* Talibus attonitus visis, ac voce Deorum. 3 *Æn.* 172
† Ritè secundarent visus, omnénque levarent. 36
* Mortales hebetant visus tibi, & humida circum 2. *Æn.* 605
Caligat, nubem eripiam. --
† Hoc visum nulli, non ipsi effata sorori, 4. *Æn.* 456
* Æneas viso Tyrrheni sanguine lætus. 10. *Æn.* 788

VISU.

† In brevia, & Syrteis urget (miserabile visu.) 1. *Æn.* 111
* Id verò horrendum, ac visu mirabile ferri. 7. *Æn.* 78
† Quin ipsa arrectis (visu miserabile) in hastis 9. *Æn.* 465
Præfigunt capita, & multo clamore sequuntur.
* In faciem Æneæ (visu mirabile monstrum.) 10. *Æn.* 637
† Convertunt clamore fugam (mirabile visu.) 11. *Æn.* 252
* Nec visu facilis, nec dictu affabilis ulli. 3. *Æn.* 621
† Terribiles visu formæ, lethúmque, labórque. 6. *Æn.* 277
* Parte aliâ horrendus visu quassabat Hetruscam. 9. *Æn.* 721
† Diffugimus visu exangues. -- (*ob dracones.*) 2. *Æn.* 212

2. Æn. 382 * Haud secùs Androgeos visu tremefactus abibat.
3. Æn. 308 † Diriguit visu in medio , calor ossa reliquit.
5. Æn. 90 * Obstupuit visu Æneas.--
6. Æn. 710 † Horrescit visu subito , causásque requirit.
8. Æn. 109 * Terrentur visu subito , cunctique relictis
Consurgunt mensis. --
10. Æn. 447 † Lumina volvit , obítque truci procul omnia visu.
11. Æn. 271 * Nunc etiam horribili visu portenta sequuntur.
2. Æn. 760 † Procedo ad Priami sedes , arcésque reviso.
795 * Sic demùm socios consumptâ nocte reviso.
669 † Reddite me Danais, sinite instaurata revisã Prælia.-
7. Ecl. 67 * Sæpiùs at si me Lycida formose revisas.
6. Æn. 750 † Scilicet immemores supera ut convexa revisant.
330 * Tum demùm admissi stagna exoptata revisunt.
4. Geor. 390 † Hic nunc Emathiæ portus , patriámq; revisit.
3. Æn. 318 * Excipit ? aut quæ digna satis fortuna revisit ?
1. Geor. 414 † Progeniem parvam , dulcésque revisere nidos.
25 * urbísne invisere Cæsar Terrarúmq; velit curam.-
8. Æn. 159 † Protinùs Arcadiæ gelidos invisere fines.
4. Æn. 144 * --ac Delum maternam invisit Apollo.
11. Æn. 588 † Labere Nympha polo , finésque invise Latinos.

v. Videre.

VITA, VITALIS, VIVAX, *Vividus*, *Vivus* , &c.

2. Geor. 467 AT secura quies, & nescia fallere vita.
4. Geor. 251 * Si verò (quoniam casus apibus quoq; nostros
Vita tulit) tristi languebunt corpora morbo.
9. Æn. 212 † Te superesse velim : tua vitâ dignior ætas.
10. Æn. 629 * --atque hæc Turno rata vita maneret.
6. Æn. 306 † -defunctáq; corpora vitâ Magnanimûm heroum.-
4. Ecl. 53 * O mihi tam longè maneat pars ultima vitæ,
Spiritus & quantùm sat erit tua dicere facta.
4. Geor. 326 † En etiam hunc ipsum vitæ mortalis honorem.
6. Æn. 828 * Heu ? quantum inter se bellum , si lumina vitæ
Attigerint , quantas acies , stragésque ciebunt !
7. Æn. 771 † Mortalem infernis ad lumina surgere vitæ
11. Æn. 180 * --non vitæ gaudia quæro, Nec fas.--
10. Æn. 867 † Stat sua cuique dies , breve,& irreparabile tempus
Omnibus est vitæ : sed famam extendere factis.
6. Æn. 433 * Conciliúmque vocat , vitásque , & crimina discit.
12. Æn. 753 † --vividus Vmber Hæret hians.-

† Exigui numero, sed bello vivida virtus. 5. Æn. 754
* Trojanas sustentat opes, non vivida bello 10. Æn. 609
Dextra viris, animúsque ferox, patiénsque pericli.
† Et ramosa Mycon vivacis cornua cervi. 7 Ecl. 30
* Palladiâ gaudent sylvâ vivacis olivæ. 2. Geor. 181
† Succedet famâ, vivúsque per ora feretur. 12. Æn. 235
* O Lycida, vivi pervenimus, advena nostri. 9. Ecl. 2
† Speluncæ, vivíq; lacus, at frigida Tempe. 2. Geor. 469
* Attrectare nefas, donec me flumine vivo Abluero. 2. Æn. 719
† Intùs aquæ dulces, vivóque sedilia saxo. 1. Æn. 167
* Credo equidem, vivos ducent de marmore vultus. 6. Æn. 845
† Expectant, & viva suâ plantaria terrâ. 2. Geor. 27
* Et spumas miscent argenti, viváque sulphura. 3. Geor. 449
† Corpora viva nefas Stygiâ vectare carinâ. 6. Æn. 391

v. Mori.

VINDEMIA, VINEA, VINETUM, Uva, Racemus, Vinitor, Vitisator, Putator, Liber, Vindemia, Pampinus, Pampineus, Vallus, Palmes, Ramus, Antes, Retinacula, Ulmus, Sarmentum, &c.

INsere nunc, Melibœe, pyros, pone ordine vites. 1. Ecl. 74
* Semiputata tibi frondosâ vitis in ulmo est. 2. Ecl. 70
† Atque malâ vites incidere falce novellas. 3. Ecl. 11
* Lenta quibus torno facili superaddita vitis. 38
† Non rastros patietur humus, non vinea falcem. 4. Ecl. 40
* Incultísque rubens pendebit sentibus uva. 29
† Vitis ut arboribus decori est, ut vitibus uvæ. 5. Ecl. 32
* Populus Alcidæ gratissima, vitis Iaccho. 7. Ecl. 61
† -- & lentæ texunt umbracula vites. 9. Ecl. 42
* Astrum quo segetes gauderent frugibus, & quo 49
Duceret apricis in collibus uva colorem.
† Aut custos gregis, aut maturæ vinitor uvæ. 10. Ecl. 36
* Mecum inter salices lentâ sub vite jaceret. 40
† Nec, si cùm moriens altâ liber aret in ulmo. 67
* Hîc segetes, illic veniunt feliciùs uvæ. 1. Geor. 54
† Heu! malè tum mites defendet pampinus uvas. 448
* Et turpes avibus prædam fert uva racemos. 2. Geor. 60
† Sunt & Amineæ vites, firmissima vina. 97
* Hîc tibi prævalidas olim, multóq; fluentes 190
Sufficiet Baccho vites: hîc fertilis uvæ,
Hic laticis, qualem pateris libamus, & auro.
† -- primus devecta cremato Sarmenta. -- 408

Q q

2. Geor. 221 † Illa tibi lætis intexet vitibus ulmos.
273 * Collibus, an pleno meliùs sit ponere vites.
362 † --& dum se lætus ad auras
Palmes agit, laxis per purum immissus habenis:
Ipsa acie falcis nondum tentanda, sed uncis
Carpendæ manibus frondes, intérque legendæ.
Inde ubi jam validis amplexæ stirpibus ulmos
Exierint; tunc stringe comas, tunc brachia tonde;
Antè reformidant ferrum, tunc denique dura
Exerce imperia, & ramos compesce fluentes.
28 * Nil radicis egent aliæ, summúmque putator
Haud dubitat terræ referens mandare cacumen.
417 † Iam vinctæ vites, jam falcem arbusta reponunt,
Iam canit extremos effœtus vinitor antes.
390 * Hic omnis largo pubescit vinea fœtu.
403 † Et jam olim seras posuit cùm vinea frondes.
410 * -- bis vitibus ingruit umbra.
522 † - & altè Mitis in apricis coquitur vindemia saxis.
298 * Néve tibi ad Solem vergant vineta cadentem.
318 † Optima vinetis satio est, cùm vere rubenti.
356 * Flectere luctantes inter vineta juvencos.
7. Æn. 179 † Vitisator curvam servans sub imagine falcem.
2. Geor. 4 * Hùc pater ô Lenæe, tuis hìc omnia plena
Muneribus, tibi pampineo gravidus Autumno,
Floret ager, spumat plenis vindemia labris.
88 † Non eadem arboribus pendet vindemia nostris,
Quam Metymnæo carpit de palmite Lesbos:
Sunt Thasiæ vites, sunt & Mareotides albæ.
4. Geor. 269 * Defruta, vel Psythiâ passos de vite racemos.
2. Geor. 588 † Ausim vel tenui vitem committere sulco.
405 * Rusticus, & curvo Saturni dente relictam
Persequitur vitem attondens, fingítque putando.
2. Geor. 62 † Sed truncis oleæ meliùs, propagine vites
Respondent. --
1. Geor. 284 * Septima post decimam felix, & ponere vites.
265 † Atque Amerina parant lentæ retinacula viti.
2. Geor. 233 * -- vitibus almis
Aptius uber erit. --
4. Geor. 330 † Vre sata, & validam in vites molire bipennem.
1. Geor. 2 * Conveniat quo sydere, ulmis adjungere vites.
299 Néve inter vites corylum sere, néve flagella.
2. Geor. 261 † Quàm lætum infodias vitis genus --
2. Geor. 419 * Et jam maturis metuendus Iuppiter uvis.

† --& lentis vitem demittere ramis. (*de apibus.*)	4. *Geor* 557
* Poculáque inventis Acheloïa miscuit uvis.	1. *Geor.* 9
† Sylvestris raris sparsit labrusca racemis.	5. *Ecl.* 6
* --- nec metuit surgentes pampinus Austros.	1. *Geor.* 333
† Liber pampineas invidit collibus umbras.	7. *Ecl.* 58
* Pampineásque gerunt incinctæ pellibus hastas.	7. *Æn.* 396
† Nec qui pampineis victor juga flectit habenis, Liber agens celso Nisæ de vertice Tigres.	6. *Æn.* 804

v. Vinum, & Bacchus.

VITIVM, VITIOSVS, IMPROBVS, Perversus, Pessimus, &c.

† -- vitio moriens sitit aëris herba.	7. *Ecl.* 57
* Corticibúsque cavis, vitiosæq; Ilicis alvo.	2. *Geor.* 453
† (*de terra.*) -- sive illis omne per ignem Excoquitur vitium, atque exsudat inutilis humor.	1. *Geor.* 11
* -- alitur vitium, vivitque tegendo. Dum medicas adhibere manus ad vulnera pastor Abnegat. -- (*de ovium morbo.*)	3. *Geor.* 455
† Omnibus umbra locis adero; dabis, improbe, pœnas.	4. *Æn.* 386
* Improbe amor, quid non mortalia pectora cogis?	412
† Tum cornix plenâ pluviam vocat improba voce.	1 *Geor.* 388
* Hoc primùm, nec si miserum fortuna Sinonem Finxit, vanum etiam, mendacémque improba finget.	2. *Æn.* 80
† -- quos improba ventris Exegit cæcos rabies. --	357
* Crudelis mater magis, an puer improbus ille? Improbus ille puer: crudelis tu quoque mater.	8. *Ecl.* 49
† Cygnum excellentem pedibus rapit improbus uncis.	12. *Æn.* 250
* Fregisti, & calamos: quæ tu, perverse Menalca.	3. *Ecl.* 13
† Non ego te vidi Damonis, pessime, caprum.	17

VIVERE, VITAM ACCIPERE, Colere, Excolere, Agere, Degere, Trahere, Ducere, Producere, Tolerare, Pacisci, Dare, Morari, Committere ventis, Ponere, Relinquere, Fundere, Dispergere in auras, Exhalare, Abrumpere, Includere, Manere, Recedere, Superesse, Sinere: Animam dare, Amittere, &c.

4, *Ecl.* 15 ILle Deûm vitam accipiet. --
1,*Geor*.467 * At ſecura quies, & neſcia fallere vita.
533 † Hanc olim veteres vitam coluêre Sabini,
Hanc Remus, & frater: ſic fortis Etruria crevit.
2.*Geor*.539 * Aureus hanc vitam in terris Saturnus agebat.
3. *Geor*. 10 † -- modo vita ſuperſit.
66 * Optima quæque dies miſeris Mortalibus ævi
Prima fugit, ſubeunt morbi, triſtíſque ſenectus,
Et labor, & duræ rapit inclementia mortis.
547 † Præcipites altâ vitam ſub nube relinquunt.
4.*Geor*.154 * -- magníſq; agitant ſub legibus ævum.
156 † Venturæque hyemis memores, æſtate laborem
Experiuntur, & in medium quæſita reponunt:
Námque aliæ victu invigilant, & fœdere pacto
Exercentur agris. --
224 * Quémque ſibi tenues naſcentem arceſſere vitas,
Scilicet hùc reddi deinde, ac reſoluta referri
Omnia, nec morti eſſe locum, ſed viva volare
Syderis in numerum, atque alto ſuccedere cœlo.
238 † -- & ſpicula cæca relinquunt
Affixæ venis, animáſque in vulnere ponunt.
251 * Si verò (quoniam caſus apibus quoque noſtros
Vita tulit) triſti languebunt corpora morbo.
311 † -- tenuémq; magis, magis aëra carpunt.
1. *Æn*. 386 * Quiſquis es, haud credo inviſus Cœleſtibus auras
Vitales carpis. --
545 † Quem ſi fata virum ſervant, ſi veſcitur aurâ
Ætheriâ, neque adhuc crudelibus occubat umbris.
2. *Æn*. 92 * Afflictus vitam in tenebris, luctúq; trahebam.
145 † His lacrymis vitam damus & miſereſcimus ultrò.
532 * Concidit, ac multo vitam cum ſanguine fudit.
637 † Abnegat exciſâ vitam producere Trojâ.
10.*Æn*.486 * Tantáne me tenuit vivendi, nate, voluptas.
11.*Æn*. 160 † Contrà ego vivendo vici mea fata ſuperſtes.
10.*Æn*.848 * -- tua hæc genitor per vulnera ſervor.
2, *Æn*. 641 † Me ſi cœlicolæ voluiſſent ducere vitam.
561 * Vt regem, crudeli vulnere vidi Vitam exhalantem.
647 † Iampridem inviſus Divis, & inutilis annos
Demoror, ex quo me Divûm pater, &c.
3. *Æn*. 315 * Vivo equidem, vitámq; extrema per omnia duco.
338 † Quid puer Aſcanius? ſuperátne, & veſcitur aurâ?
311 * -- vivíſne aut ſi lux alma receſſit?
644 † Tertia jam lunæ ſe cornua lumine complent;

Cùm vitam in sylvis, inter deserta ferarum
Lustra, domósque traho, vastósque ab rupe Cyclopas
Prospicio, sonitúmque pedum, vocémque tremisco:
Victum infelicem baccas, lapidosáque corna
Dant rami, & vulsis pascunt radicibus herbæ.

* Dum memor ipse mei, dum spiritus hos reget artus. 4. Æn. 336

† Me si fata meis paterentur ducere vitam Auspiciis.- 340

* Non licuit thalami expertem sine crimine vitam
Degere, more feræ. -- 550

† Vixi, & quem dederat cursum fortuna peregi. 653

* Dilapsus calor: atque in ventos vita recessit. 705

† Ni teneant, vitámque volunt pro laude pacisci. 5. Æn. 230

* Amissam classem, sociósque à morte reduxit. 4. Æn. 375

† Nate, mihi vitâ quondam, dum vita manebat,
Chare magis. -- 5. Æn. 724

* Si fratrem Pollux alternâ morte redemit 6. Æn. 121

† Postquàm illum victor vitâ spoliavit Achilles. 168

* Hic, quibus invisi fratres dum vita manebat. 608

† Quíque sacerdotes casti, dum vita manebat. 661

* Inventas, aut qui vitam excoluêre per artes. 663

† O pater, ánne aliquas ad cœlum hinc ire putandũ est 719
Sublimes animas? iterúmque ad tarda reverti
Corpora? quæ lucis miseris tam dira cupido?

* Spiritus intus alit, totámque infusa per artus 726
Mens agitat molem, & magno se corpore miscet.

† -- ad sydera rursus 7. Æn. 7?5
Ætheria, & superas cœli venisse sub auras
Pœoniis revocatum herbis, & amore Dianæ.
Tũ pater omnipotens, aliquem indignatus ab umbris
Mortalem infernis ad lumina surgere vitæ,
Ipse repertorem medicinæ talis, & artis,
Fulmine Phœbigenam Stygias detrusit ad undas.

* -- nemoríque relegat: 775
Solus ubi in sylvis Italis ignobilis ævum Exigeret. --

† -- ceu fœmina primùm 8. Æn. 408
Cui tolerare colo vitam, tenuíque Minervâ.

* -- si numina vestra 574
Incolumem Pallanta mihi, si fata reservant:
Si visurus eum vivo, & venturus in unum.

† Est hîc, est animus lucis contemptor, & istum 9. Æn. 205
Qui vitâ benè credat emi, quò tendis, honorem.

* Te superesse velim, tua vitâ dignior ætas. 212

† Aut ipso portæ posuêre in limine vitam. 687

10. Æn. 467 † Stat sua cuique dies: breve, & irreparabile tempus
Omnibus est vitæ. --

524 * Per patrios Manes, & spes surgentis Iüli
Te precor, hanc animam serves, natóque, patríque:
Est domus alta: jacent penitùs defossa talenta, &c.

595 † -- frater tendebat inermes
Infelix palmas, curru delapsus eodem,
Per te, per qui te talem genuêre parentes,
Vir Trojane, sine hanc animam, & miserere precantis.

629 * -- atque hæc Turno rata vita maneret?

819 † -- tum vita per auras
Concessit mœsta ad Manes, corpúsque reliquit.

846 * Tantáne me tenuit vivendi, nate, voluptas,
Vt pro me hostili paterer succedere dextræ,
Quem genui? tuáne hæc genitor per vulnera servor
Morte tuâ vivens? --

853 † Debueram patriæ pœnas, odiisque meorum,
Omnes per mortes animam sontem ipse dedissem:
Nunc vivo, neque adhuc homines, lucémq; relinquo,
Sed linquam. --

11 Æn. 177 * Quid vitam moror invisam, Pallante perempto.

180 † -- non vitæ gaudia quæro.

161 * Contrà ego vivendo vici mea fata superstes.

407 † Nunquã animam talem dextrâ hac, absiste moveri,
Amittes: habitet tecum, & sit pectore in isto.

569 * Pastorum, & solis exegit montibus ævum.

571 † Hîc natam in dumis, intérque horrentia lustra,
Armentalis equæ mammis, & lacte ferino
Nutribat, teneris immulgens ubera labris.

117 * Vixet, cui vitam Deus, aut sua dextra dedisset.

12. Æn. 879 † Quò vitam dedit æternam, cur mortis adempta est
Conditio? --

VLTRO, SPONTE, VOLENS, Libens, Invitus, &c.

3. Ecl. 66 AT mihi sese offert ultrò meus ignis Amyntas.

6. Æn. 387 † Sic prior aggreditur dictis, atq; increpat ultrò.

12. Æn. 613 * Dardanium Æneam, generúmq; asciverit ultrò.

4. Ecl. 45 † Sponte suâ sandix pascentes vestiet agnos.

2. Geor. 10 * Námque aliæ nullis hominum cogentibus, ipsæ

Sponte suâ veniunt. -- (*Arbores.*)

† Si me fata meis paterentur ducere vitam	4. *Æn.* 340
Auspiciis, & sponte meâ componere curas.	
* quos ipsa volentia rura Sponte tulêre suâ. --	2. *Geor.* 500
† Ipsa canat, vocémque volens. atque ora resolvat.	457
* In rupes, in saxa volens vos Turnus adoro.	677
† Carpe manu, námq; ipse volens, facilísq; sequetur.	6. *Æn.* 146
* Iunoni cane vota libens, dominámque potentem.	3. *Æn.* 438
† Accipio agnoscóque libens ut verba parentis.	8. *Æn.* 155
* Prætulerim, cœlíque libens in parte locârim.	12. *Æn.* 145
† Invitus, regina, tuo de littore cessi.	6. *Æn.* 460
* Si sine pace tuâ, atq; invito numine Troës	10. *Æn.* 31
Italiam petiêre, luant peccata, neque illos.	
† Iussit, & invito processit Vesper Olympo.	6. *Ecl.* 86
* Heu nihil invitis fas quemquam fidere Divis.	2. *Æn.* 402

VLYSSES, ITHACVS, ÆOLIDES, durus, pellax, Inventor, & Hortator scelerum Sævus, Infelix, Fictor fandi, Scelus artificis, Dirus, &c.

DOna carere dolis Danaûm? sic notus Vlysses?	2. *Æn* 44
† Haud impunè quidem, nec talia passus Vlysses,	3. *Æn.* 628
Oblitúsve sui est Ithacus discrimine tanto.	
* -- aut duri miles Vlyssì.	2. *Æn.* 7
† -- sic notus Vlysses	74
* -- invidiâ postquàm pellacis Vlyssi.	90
† -- hinc semper Vlysses	97
Criminibus terrere novis: hinc spargere voces	
In vulgum ambiguas, & quærere conscius arma.	
* Hoc Ithacus velit, & magno mercentur Atridæ.	104
† -- sed enim, scelerúmque inventor Vlysses.	164
* Custodes lecti Phœnix, & dirus Vlysses.	762
† Effugimus scopulos Ithacæ, Laërtia regna,	3. *Æn.* 272
Et terram altricem sævi execramur Vlyssis.	
* Sum ex Ithacâ, comes infelicis Vlyssi.	613
† Non hîc Atridæ, nec fandi fictor Vlysses.	9. *Æn.* 602
* -- comes additur unà Hortator scelerum Æolides.-	6. *Æn.* 528
† Hîc Ithacus vatem magno Calchanta tumultu	2. *Æn.* 122
Protrahit in medios: quæ sint ea numina Divûm	
Flagitat, & mihi jam multi crudele canebant	
Artificis scelus, & taciti ventura videbant.	

VMBRA, VMBRACVLVM, VMbrosus; Vmbriferum, Vmbrare, Inumbrare, Obumbrare, Vmbrotus, Opacare: Frigus, Opacum, Tegmen fagi, &c.

1. *Æn.* 11 Tityre, tu patulæ recubans sub tegmine fagi;
57 † -- hic inter flumina nota,
Et fontes sacros, frigus captabis opacum.
2. *Ecl.* 3 * Tantum inter densas, umbrosa cacumina, fagos
Assiduè veniebat. -
8 † Nunc etiam pecudes umbras, & frigora captant,
13 * Hic corylis mixtas inter consedimus ulmos?
5 † Sive sub incertas Zephyris motantibus umbras,
Sive antro potiùs succedimus. --
40 * Spargite humum foliis, inducite fontibus umbras.
7. *Ecl.* 1 † Fortè sub argutâ consederat ilice Daphnis,
Compulerántque greges Corydon,& Thyrsis in unum.
10 * Et si quid cessare potes, requiesce sub umbrâ.
46 † Et quæ vos rarâ viridis tegit arbutus umbrâ,
Solstitium pecori defendite. --
58 * Liber pampineas invidit collibus umbras.
8. *Ecl.* 14 † Frigida vix cœlo noctis decesserat umbra.
9. *Ecl.* 20 * -- aut viridi fontes induceret umbrâ.
42 † -- & lentæ texunt umbracula vites.
10. *Ecl.* 75 * Surgamus, solet esse gravis cantantibus umbra:
Iuniperi gravis umbra, nocent & frugibus umbræ.
1. *Geor.* 156 † -- & ruris opaci Falce premes umbras. --
191 * At si luxuriâ foliorum exuberat umbra.
2. *Geor.* 55 † Nunc altæ frondes, & rami matris opacant.
58 * - seris factura nepotibus umbram.
297 † Hûc illuc media ipsa ingentem sustinet umbram.
434 * -- salices pastoribus umbram Sufficiunt. --
410 † -- bis vitibus ingruit umbra.
489 * --& ingenti ramorum protegat umbrâ.
3. *Geor.* 145 † - & saxea procubet umbra.
332 * Æstibus at mediis umbrosam exquirere vallem,
Sicubi magna Iovis antiquo robore quercus
Ingentes tendat ramos, aut sicubi nigrum
Ilicibus crebris sacrâ nemus accubet umbrâ.
521 † Non umbræ altorum nemorum, non mollia possunt
Prata movere animum. -
465 * Quam procul ut molli succedere sæpiùs umbræ
Videris. --

† Palmáque veſtibulum aut ingens oleaſter obumbret.	4.*Geor.* 20
* Iámq; miniſtrantem platanũ potantibus umbras.	145
† Qualis populeâ mœrens philomela ſub umbrâ.	501
* Claſſem in con exo nemorum, ſub rupe cavatâ,	4 *Æn.* 309
Arboribus clauſam circũ, atq; horrentibus umbris.	
† -- dum montibus umbræ Luſtrabunt. --	1. *Æn.* 610
Semper honos, noménque tuum, laudéſq; manebunt.	
* Hunc ubi vix multâ mœſtum cognovit in umbrâ.	6.*Æn.* 340
† Et galea Euryalum ſubluſtri noctis in umbrâ,	9.*Æn.* 373
* Parva ſub ingenti matris ſe ſubjicit umbrâ.	2. *Geor.* 19
† -- ô qui me gelidis in vallibus Hæmi	488
Siſtat, & ingenti ramorum protegat umbrâ.	
* Immolat, ingentíque umbrâ tegit. --	10.*Æn.* 541
† -- tum ſylvis ſcena coruſcis	1. *Æn.* 164
Deſuper, horrentíque atrum nemus imminet umbrâ.	
* Lucus in urbe fuit mediâ, lætiſſimus umbrâ.	441
† -- veterrima Laurus	2. *Æn.* 513
Incumbens aræ, atque umbrâ cõmplexa Penates.	
* Sed nox atra caput triſti circumvolat umbrâ.	6. *Æn.* 866
† -- Herculeâ bicolor cùm populus umbrâ	8. *Æn.* 276
Velavit comas, foliiſque innexa pependit.	
* Crebrà nivis ritu, cœlúmque obtexitur umbrâ.	11.*Æn.* 611
† Cùm ſitiunt herbæ, & pecori jam gratior umbra eſt.	4 *Geor.* 402
* Majoréſque cadunt altis de montibus umbræ.	1. *Ecl.* 84
† Tum ſomni dulces, denſæque in montibus umbræ.	1.*Geor.* 342
* Vt prim m diſcuſſæ umbræ & lux reddita menti eſt.	12.*Æn.* 669
† Tarda venit, ſeris factura nepotibus umbram.	2. *Geor.* 58
* Tum fortes latè ramos, & brachia tendens	296
Hùc illuc, media ipſa ingentem ſuſtinet umbram.	
† Sufficiunt ſalices, humiléſque geniſtæ	2.*Geor.* 434
Aut illæ pecori frondem, aut paſtoribus umbram.	
* Populeas inter frondes, umbrámq; ſororum.	10.*Æn.* 190
† Tertia lux gelidam cœlo dimoverat umbram.	11.*Æn.* 210
* Humentémq; Aurora polo dimoverat umbram.	3. *Æn.* 589
† -- agnovítque per umbram	6. *Æn* 452
Obſcuram. --	
* Sol ruit intereà, & montes umbrantur opaci.	3. *Æn.* 508
† -- & ruris opaci	1. *Geor.* 156
Falce premes umbras. --	
* Et Sol decedens creſcentes duplicat umbras.	2. *Ecl.* 67
† Tum ſol pallentes haud unquam diſcutit umbras.	3. *Geor.* 357
* Stridens, & celereis incognita tranſilit umbras.	12. *Æn.* 859
† Atque umbrata gerunt civili tempora quercu.	6. *Æn.* 772

6. Æn. 472 † -- inimica refûgit In nemus umbriferum. --
2. Geor. 66 * Fraxinus, Herculeæque arbos umbrosa coronæ.
8. Æn. 34 † Carbasus, & crines umbrosa tegebat arundo.
242 * Regia, & umbrosæ penitus patuêre cavernæ.
12. Æn. 578 † Ferrum alii torquent, & obumbrant æthera telis.
11. Æn. 223 * Pro Turno: & magnum reginæ nomen obumbrat.
66 † Extructósque toros obtentu frondis inumbrant.
6. Æn. 208 * Talis erat species auri frondentis opacâ
6. Ecl. 54 Ilice.--
8. Æn. 599 † Ilice sub nigrâ pallentes ruminat herbas.
1. Æn. 692 * Inclusêre cavi, & nigrâ nemus abjete cingunt.
† -- ubi mollis amaracus illum
2. Æn. 360 Floribus, & dulci aspirans complectitur umbrâ.
250 * - nox atra cavâ circumvolat umbrâ.
† Vertitur intereà cœlum, & ruit oceano nox,
